OPERVM

# D. BASILII MAGNI Cæſariæ Cappadociæ quondam ARCHIEPISCOPI PRIOR TOMUS,

*cuius pars multò melior nunc demum ſolerti induſtria nec minùs accurata collatione ad fidem Græcorum aliquot Archetypω̄n partim reſtituta eſt ſynceriori quàm hactenus lectioni, partim uerſa per Godefridum Tilmannum Cartuſiæ Pariſienſis monachum.*

Prioris huius tomi catalogum habes ſtatim poſt indices


DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.






PARISIIS,

Apud Ioannem Roygni, in uico Iacobæo, ſub Baſiliſco, aut quatuor elementis.

1547.

6632

OPERVM

# D. BASILII MAGNI Cæſariæ Cappadociæ quondam ARCHIEPISCOPI PRIOR TOMUS,

*cuius pars multò melior nunc demum ſolerti induſtria nec minùs accurata collatione ad fidem Græcorum aliquot Archetypω̃n partim reſtituta eſt ſynceriori quàm hactenus lectioni, partim uerſa per Godefridum Tilmannum Cartuſiæ Pariſienſis monachum.*

Prioris huius tomi catalogum habes ſtatim poſt indices

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.




PARISIIS,

Apud Ioannem Roygni, in uico Iacobæo, ſub Baſiliſco, aut quatuor elementis.

1547.

טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃
לד לְדָוִד

O quàm bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus. Sapientiæ. 12.




ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου,
Eſaiæ. 66.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. D. PHILIPPO le Bel regalis cœnobij S. Genoueſæ Academiæ Pariſiorum tutelaris patronę Abbati circunſpectiſſimo Ludouicus Miræus Roſetanus, Salutem.

*Qvum ante pluſculos ab hinc annos noſtra hæc officina per excuſionem præli expreſſiſſet typis atque euulgaſſet non uulgarem nec pœnitendam librorum farraginem, cuiuſmodi ſunt qui plurimum facere, ueriùs qui neceſſariò requiri dignoſcuntur ad aſſequendam iuris utriuſque prudentiam, uiſum tandem eſt fortiſſimæ huic uiragini Carolæ ex illuſtri familia Guillardorum oriundæ, cui annos plùs minùs decem ἐπανορθωτοῦ nomine ſtipendia facio, uiſum inquam eſt, in rem fore eccleſiæ Dei ſtudioſiſque omnibus communem, ſi parili opera nec diſſimili induſtria uteretur in excudendo tetragono eorum quos ſolenni nomenclatione Doctorum dignos cenſuit orbis Chriſtianus, quum ob inſignem in deum pietatem, tum propter ſcripturarum præcellentem & eximiam cognitionem. Id ſimul atque opere ipſo nec ſine laude præſtitit, & labore tam pio perfuncta eſt, ne ſic quidem acquieuit ueternoſo & inerti ocio, ſed ſupra ſexus ætatiſque conditionem animo erecta pluſquam uirili maius opus molita eſt ac tentauit. Vt enim fideli relatu τῶν ἀξιοπίστων iuxtà ac lingua utraque præſtantium intellexit Græcam ipſam etiamnum eccleſiam ſuum habere τετράγωνον, eorum ſanè quorum piæ commentationes bona ex parte donatæ iam eſſent Romana colonia, cò mox animum adiecit, ut hæc quoque Doctorum inſignium ſalutaris quadriga quàm emendatiſſimè nec minùs luculentis & elegantibus typis exiret ad manus hominum. Ioannem in primis illum intelligo uerè φερώνυμον, nempe Chryſoſtomum, qui ſemel & iterum è noſtra hac excuſoria officina prodiit ordine concinno in quinque digeſtus tomos. Gregorium item Nazanzenum cognomento Theologum, quo uno noſter Hieronymus magnopere gloriatur præceptore ἐν τοῖς θεολογουμένοις. Supererat πρὸς τὸ πλήρωμα totius inclytæ iſtius quadrigæ altera ξυνωρὶς nihilo ſuperiore inferior, ſingula ſi ſpectes, Baſilius Magnus maximi cognomento dignior & Athanaſius. De priore quem nunc damus, poſtea: alterum mox Deo bene iuuante daturi, nempe Athanaſium Alexandrinæ ciuitatis archiepiſcopum, qui unus ut ætate ſuperioribus triumuiris anteuertit, ita & euaſit ſuperior prolixitudine ſuſcepti ac deſudati agonis aduerſus Arij blaſphemiam & diris deuouendam impietatem, cuius aſſertione modis omnibus execrabili Manes ille planè tali cognomento dignus, nimirum μανικώτατος qui eſſet, Chriſtum Deum ac dominum noſtrum ſpoliabat diuina maieſtate. Conſtans fama eſt, literis inſuper ad poſteros tranſmiſſum hunc ter beatum orthodoxæ fidei agoniſten infracto pectore ac pluſquàm heroica fortitudine animi annos ſex & quadraginta ſtetiſſe in ſtadio taliſmodi curriculi aduerſus Arium primùm principe Conſtantino, dein aduerſus huius filium Conſtantium Arianæ impietatis nota decoloratum, denique aduerſus Iulianum, qui quòd à caſtris Chriſtianæ militiæ deſertor ac refuga deſciuerit, indeletili ſugillatione traduci promeruit, & uel uulgo dici παραβάτης, ἀποστάτης καὶ προδότης. De Athanaſio fuſiùs, ubi ſe locus obtulerit commodior. Sanè inter utriuſque paginæ enarratores quoſque laudatiſſimos, quos ſuperior illa ætas abuſque Conſtantino magno ac deinceps protulit propugnandæ orthodoxiæ, quóſue inſtaurandæ Chriſti eccleſiæ peperit Græcia doctrinæ omnis, nedum facundiæ fœcundiſſima parens, hi quatuor ut Theologica ſapientia eminentiſſimi, ita & Chriſti gratiâ maximè inuicti heroës mihi uidentur inter Doctores eccleſiæ Aeoæ (pace omniū dixerim)* Huius editionis cauſa

 locum

locum facilè principem præcerpſiſſe cæteris. Iam ad Baſilium hunc noſtrum reuocandus mihi eſt calamus, ut ne prorſus τὰ ἀπροσδιόνυσα ingerere uidear, aut ne contingat id quod habet uel uulgi ſermone protritus adagio, ἔξω βέλους. Huius igitur noſtræ editionis cauſam nihil obſcurè tenes: reliquum eſt, ut & compendio uerborum colliqueſcat atque conſtet ratio poſtremæ iſtius recognitionis. Itaque dum ſe comparat hera & accingit excudendo operi, iubet in primis exempla uaria undecunde congeri in unum, ut omnium collatione id demum quod ſe quàm emendatiſſimum offerret, mihi ipſe præſtituerem in archetypon. Vt alia exempla omittam, in duo incidi ante annos hoſce ſex excuſa Baſileæ. Et quidem prius præferebat interpretis nomen Iani Cornarij profeſſione medici: alterum oſtentabat uerius, quàm exhibebat omnia ſiue recens uerſa, ſiue ad Græcos archetypos collata per Volphgangum Muſculum Duſanum. Ex utroque locos aliquot quum ſubſultim legiſſem, ſimul dicto mihi ſuboluit utrunque à ſectis iſtis tragœdiographis pendêre, Chriſto & amabili eius ſponſæ eccleſiæ ſummopere inuiſis, nec fefellit me quamlibet leuis ac ueluti ex unguibus concepta coniectura.

Ratio recogniti Baſilij.

Priorem enim nempe Cornarium quum aliæ aliquot conſcriptiones, tum una illa in Epiphanium liminaris epiſtola perſpicuè arguit ſectæ illi addictitium quæ cæterarum αἱρέσεων huius ætatis ceu multiceps excetra, primigenia eſt, & per Martinum Lutherum maximo cum dedecore Germaniæ ſuæ in orbem propè uniuerſum non inuecta modo, ſed & aucta ac propagata, & ut fit, in uarias tandem ſectas diſſecta, quibus inter ſe tam pulchrè conuenit, quàm Iudæo cum Magmethæo. Harum conſarcinatores uerius quàm authores numerantur Oecolāpadius & Zuinglius Euchariſtiomachi pugnaciſſimi, Philippus Lutheri argutiſſimi ſophiſtæ hyperaſpiſtes & rhetor, cui laus ſecundum nomen propediem accedet, nempe Melanchthon. In hoc album Satanicæ ſynagogæ ueniunt cenſendi, uel cum primis Bucer, Oſiander, Bullinger, Campeſter, Præſtinger, ac cætera id genus portenta, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro uitæ. At ne longius diuager, Cornarium à Luthero ſtare ſimul & illius controuerſioſo propugnatore Philippo, argumento ſunt hæc: In primis reges ac principes accerſit crimine tyrannidis, ac proinde cenſor iſte illos ſcribit ſuum manere ſupplicium nec effugituros. Quid ita? Nimirum quod pro ſuo erga deum & gregem Chriſtianum officio oues peſtilenti lue hæreticæ prauitatis afflatas ac proinde nullis ſalutaris doctrinæ antidotis ſanabiles ultricibus addicant flammis, ne uis præſentanea peſtilentis morbi, ritu Gangrænæ ſerpat latiùs, euagetur ac dimânet, ſuóque afflatu & affrictu reliquum depaſcatur gregem. Quid quæſo te aliud cenſes faciendum cum iſtis conclamatis & malitiæ adeò deploratæ? Sinendos in ſua uolutari impietate? Sed iuxta Satyrographũ,

Ad Ioan. Friderichũ Saxoniæ ducem.

—dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit & prurigine† porci,
Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua.

† al. porrigine.

Qua tandem uia ô medice membro cuipiam occurres quod fœda putrilago ambederit, ignís ue ſacer præter ſpem omnem inſtaurandæ ſanitatis fuerit depaſtus? Nónne cauteriis aut ſectionibus, ne pars ſyncera trahatur? Vtique, ſi non prorſum es artis expers, quam ipſe profiteris. Sed reuincendos tales uis & admouendam ſalutarem aliquam antidoton ex uberrimo ſcripturarum promptuario depromptam. Quî id fiet? Iſti mille occurrunt uiis, ut ne cogantur eam admittere iuxta genuinum ac ſalutarem ſcripturæ ſenſum, magis eam ad ſuorum affectuum corruptelas detorquent: & quod illis debuit eſſe ſaluti, in ſuarum u[illegible]tum



rum uertunt & aliarum perniciem animarum. Tibi medico concredita adminiſtratio eſt ex artis profeſſione & cauterij & ſectionis, utroque legitimè ut utaris: Rex itidem gladium portat, ut cum Dauide, uiro ſecundum cor Dei dicere ex animo poſſit: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ ut diſperderem de ciuitate Dei omnes operantes iniquitatem. Psal. 100. Hæc re ipſa quoniam rex præſtat, & qui in ſublimitate conſiſtunt, Principes, Præſides, Senatores: hos tales nihil dubitas traducere inuidioſo nomine tyrannorum? Quid quæſo, Reges addecet ac principes magis, quàm ut iuſtitiam faciant ac iudicium? quæ iuſta ſunt præcipiant, iidem uetent illicita? Nam & hoc nomine, ſi legitimè adminiſtrarint iuſtitiam, illos manet dignum ἔπαθλον, corona iuſtitiæ. Sed neminem uis exuri, aut uiuum ardere, etiam ſi is ſit compertus confeſſæ hæreſeωs. Cur id? Eſt enim id ſupplicij genus immane, atrox, horrendum ac proinde inhumanum. O medici clementiam. Extorque igitur è chirurgi tui manibus cauterium, ne dolorem ingerat ægroto ſupra humanum modum, dum putorem membri adurit ui cauſtica. Imò nulli Buſirides, aut Mezentij, nulli Phalarides, aut Echeti ſatis ſint excogitandis ſuppliciis, quibus digna eſt præfracta & peruicax pertinacia hæreticorum. I nunc & hoc ipſum trahe in calumniam dans tyrannidi, quod ut regia maieſtate maximè dignum dandum fuerat laudi coram deo & angelis eius, nimirum facere iudicium & iuſtitiam, quod tum fit potiſſimè quando edicto principum aut ſenatuſconſulto porrò ab eccleſia Dei abarcentur immanes lupi, hæretici iuxtà ac ſchiſmatici, cuiuſmodi permultos habet ſaxea tua Saxonia. Sed & libros talium exuri non uis: & quod principes non ſinant in terras ſuæ ditionis importari huiuſmodi libros, ob id tam iuſtum nec minùs pium ἀνδραγάθημα principes uiros tyrannos uocas? Tam eſt tua hæc obiectio nullius momenti, ut nullo digna reſponſo ſit. Ad hæc addis id exempli nouum tibi uideri, nec in primitiua fuiſſe eccleſia. Primùm, ut hoc donem defuiſſe eccleſia nondum conſtabilita, quando in Iudæa tantùm notus erat Deus, ſi tamen notus iſtis ſic perfidis & Chriſto dei filio infenſiſſimis. Dein non te clam eſt, etiam ſi diſſimulas, quid illi fecerint, qui priùs curioſa ſectati per Pauli mox prædicationem & Act. 19. ſtupenda omnibus ſigna, fidem in Chriſtum complexi ſunt. Vtique cum hæc ſcriberes, non eras neſcius quid per Lucam memoriæ de iſtis proditum ſit, nimirum τὰς βίβλους κατέκαιον ἐνώπιον πάντων. Quid præter cæteros in ſua collectanea ſynopſi congeſſerit in eum locum Oecumenius, ſatis fuerit indicaſſe Græcè ſcienti: σημειωτέον δὲ (ait) καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς &c. Multùm à ueritatis ſcopo aberras, ſi quæ commenti ſunt incentore diabolo hæretici, cenſes periculi eſſe minoris, atque iſthæc curioſa fuerint. Pace ſubin per Conſtantinum magnum in integrum reſtituta eccleſiis Dei, ut idem principali edicto animaduerti iuſſerit in Arium eiuſque blaſphemas in Chriſtum conſcriptiones, doceat te ipſius principis epiſtola ad epiſcopos & populum Chriſtianum. Principium habet: τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς &c. Vt enim Arium cum Porphyrio contulit, quid ſubiunxit? πρὸς δὲ τούτοις εἴ τι σύγγραμμα Ἀρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ δὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολείποιτο. ἐκεῖνο μέντοι προσαγορεύω, ὡς εἴ τις σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν πυρὶ καταναλώσῃ, τούτῳ θάνατος ἔσται ἡ ζημία. παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς, ἐπὶ τούτῳ κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν. Clauſula epiſtolæ eſt: ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι. Vt ne quid opponas me affinxiſſe aut detraxiſſe ueris, habes hæc, αὐτολεξεὶ apud Socratem ſcholaſticum libro primo capite nono. Arius, dæmonium illud meridianum ſcintilla erat, quæ ſi iuxta id ſalutare edictum in ſuo fomite tempeſtiuiùs ex-

Eadem cap. 15. libro. 2. Tripert. hiſtoriæ.

† iij tincta

tincta fuiſſet, haudquaquam tot animæ in præcipitium abiiſſent erroris. Quod mihi de Ario hìc dicitur, idem mihi dictum puta ô Cornari & de tuo peſtilenti Luthero, deque illius aſſeclis ac ſectariis qui ſe ab eccleſia Dei ſegregant animales, ſpiritum non habentes. Per hunc Cornarium inſperſa ſunt illi epiſtolæ alia quoque, quibus uelut aucupio aut illici lenocinio uerborum, ſui ducis Friderichi fauorem & gratiam eblanditur: ut eſt quod hoc nomine gratulatur Saxoniæ, quia ſexcentos habet ſe doctiores, quorum omnium phœnicem pronunciat Philippum illum αἱρεσιώτην, uerè Melanchthonem, quaſi ab illo rhetore eximiam quandam hauſerit rhetoricen, qua ſcilicet præduce ſparſim uſus ſit in uertendo & perpoliendo Baſilio, quum tot adeò locis agreſtis dictio illi fuerit & barbaſcula, ut me non ſemel pertæſum ſit ac piguerit iſtiuſmodi legendis bonas horas malè collocaſſe. Familiares enim illi uoculæ quædam ſunt, è medio quodam Gotthico aut Vandalico conclaui depromptæ, quibus alioqui mirè acquieſcit, ceu ſunt præter alias, Fientes, Fientibus. Nam pro eo quod legit toto orbe Latino eccleſia: Eſtote miſericordes, hic Latiniuſcule putat legendum ac proinde ῥητορικώτερον: Fitote miſericordes. Alia occurrunt id genus ſexcenta. Valeat itaque rhetor Lutheranus hic cum ſuo Gotthiſmo. Ad alterum tranſcribendus iam eſt mihi calamus, nempe ad Muſculum. Principio ſanè uiſus hic eſt triplici nomine dignus, cuius recognitionem mihi præſtituerem in archetypon. Primùm quidem ipſa me epigraphe frontiſpicio operum præfixa eò inuitabat ac tantummum perpellebat. Promittebat enim ſic omnia uel uerſa recèns, uel collata ad archetypos Græcos, ut aliam omnino faciem ſumpſiſſe uiderentur. Deinde ipſa per Muſculum præfatio quam non ſanctimoniæ ſpeciem præſefert? Id quod permaximi eſt apud pios omnes momenti, ſed qui columbinæ ſimplicitati haudquaquam adiunxerint ſerpentinæ prudentiæ diſcretionem. Si quando prudentia opus fuit, qua quis pius lupos hæreticos ab eccleſiæ ſponſæ Chriſti ſecernat ouibus, uel hodie maximè. Demum Muſculus meliuſculè quàm alter λατινίζει. Iam quod ad inſcriptionem attinet, ut periculum facerem num quæ ipſo ſtatim aditu promittit ſequeſtri fide Muſculus, re ipſa præſtaret, in partem deſultoriæ iſtius collationis adſciui mihi precariò Godefridum Tilmannum Cartuſianum non ita pridem mihi de meliore nota notiſſimum. Comparatis undecunde fieri potuit præter eos quos habebat, Græcis archetypis ſimul & Latinis pro more ſtudioſis ſolenni ad collationem uterque conuenimus, & ecce in ipſum ſtatim locũ incidimus qui habet: Μωϋσῆς τοίνυν ἐστὶν, ὁ τὴν συγγραφὴν ταύτην καταβαλλόμενος. Μωϋσῆς ἐκεῖνος, ὁ μαρτυρηθεὶς ἀστεῖος εἶναι παρὰ τῷ θεῷ ἔτι ὑπομάζιος ὤν. Pro quo Argyropylus: Moyſes igitur is eſt, qui commentationem hanc ſcripſit. Moyſes ille qui teſtimonio habitus eſt apud deum urbanus eſſe, quum adhuc eſſet infans, ac alimentum ſugeret primum. Quid ad hoc Muſculus? Vtique cenſuit recognitione dignum quod Argyropylus pro ἀστεῖος uerterit urbanus. Etiamſi ab ἄστυ dictione urbs ἀστεῖος urbanus, maluit tamen iſte ſignificatione tralatiua uti, id eſt elegans, ſic enim uertit: Moſes ille qui teſtimonium habet quòd elegans fuerit apud Deum. quaſi uerò elegantia ac decor pueriliſ corpuſculi conciliarint Moyſi dei gratiam. Illud mihi tum occurrit quod in Galbam referri ſolet ſcomma planè ridiculum: Rideo Cantherium in porta. Quid impoſuerit Muſculo, mox meo Tilmanno ſuboluit, nimirum illud quod Exodi ſecundo capite legimus: וַתֵּרֶא אֹתוֹ כִּי־טוֹב הוּא וַתִּצְפְּנֵהוּ שְׁלֹשָׁה יְרָחִים. Hoc eſt, Et uidens (nempe Iochæbæd mater Moyſi) eum, quia elegans ipſe (eſſet) abſcondit eum tribus menſibus. Pro quo Septuaginta reddiderunt, ἰδόντες δὲ αὐτὸ (nimirum ἄρσεν maſculum) ἀστεῖον, ἐσκέπασαν αὐτὸ μῆνας τρεῖς. Hoc eſt, Videntes autem (nempe Amram & Iochæbæd) eum ἀστεῖον elegantem, abſconde-



Initio primę homiliæ in Hexaemeron.



runt eum menſibus tribus. Debuerat in tempore meminiſſe loci illius per Lucam de eodem Moyſe: καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ θεῷ. Et erat gratus Deo, Subſcripſit interpres Oecumenius: ἀστεῖος, τουτέστιν εὐάρεστος ἤτοι θεοφιλής, aut is ſaltem conſuluiſſet Suidam, Heſychium, Phauorinum, Etymologicon mega, utique horum communi conſenſione comperiſſet uoculam hanc ἀστεῖος eſſe polyſemam & à natiua ſignificatione diduci in tralatitias alias, ceu ſunt hæ: καλός, πρέπων, εὐπρόσωπος, εὐσύνετος, χαρίεις ἢ ἐπίχαρις. Sexcenta eiuſmodi ſunt, in quæ incurrit noſter Tilmannus interim, dum ſub incudem elaboratæ huius recognitionis bonam partem Baſilianorum operum reuocat. Hæc ſi ſingula perſequi uelim, in uolumen exibit multæ molis. Finem igitur imponam, ſi modo alterum adſcripſero teſtimonium, quo noſtra propoſitio teſtatior fiat. Ad proœmium tranſiliuimus Baſilij, quod habet in pſalmos πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος &c. Raphaël Volaterran. Cum omnia ſacra uolumina &c. Hic Muſculus recte quidem ad numerũ reuocat: Cùm omnis ſcriptura etiamſi non fuerit neceſſe &c. Poſt aliquot lineolas uis noſſe ſtrenuam iſtius operam? Baſilius: τάπε γὰρ παλαιὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἐξιᾶται, καὶ τῷ νεωτρώτῳ ταχεῖαν ἐπάγει τὴν ἐπανόρθωσιν, καὶ τὸ νενοσηκὸς περιποιεῖται, καὶ τὸ ἀκέραιον διασώζει, καὶ ὅλως ἐξαιρεῖ τὰ πάθη καθ' ὅσον οἷόν τε, τὰ ποικίλως ταῖς ψυχαῖς ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνδυναστεύοντα, καὶ τοῦτο, μετά τινος ψυχαγωγίας ἐμμελοῦς, καὶ ἡδονῆς, σώφρονα λογισμὸν ἐμποιούσης. Pro quo Raphaël Volaterranus: Vnde antiqua animarum uulnera ſanantur, errantes in uiam reducuntur, perdita reſtituuntur, denique perturbationes omneis & adſectus animi praui, quales uariis modis hominum animis in hac uita dominantur, penitus tolluntur, & hæc cum uoluptate quadam & animi deductione diligenti. Hac Volat. uerſione contentus abit iſte Muſculus Tantum eſt, addit: mentis ſobrietatem ingenerante. Et continenter, ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Pro eo quod reddidit Raph. Volat. Nam quando Spiritus ſanctus. Ne nihil reſtituiſſe uideri poſſit Muſculus, quid ait? Quoniam enim Spiritus ſanctus. Quàm à ſcopo uterque aberrarit, audi ex Godefridi recognitione: Vulnera etenim animarum perſanat, quantalibet uetuſtate occalluerit: uulneri recens inflicto celerem citamque adfert emendationem. Diutino item morbo affectum priſtinæ aſſerit ſoſpitati, quod uerò incolume eſt & integrum, tuetur interim ac ſeruat. Denique omnem prorſus uitioſæ affectionis intemperiem quoad eius fieri poteſt, ab animis noſtris reuellit ac ſubmouet, quantiſcunque modis per uitæ iſtius corruptam conſuetudinem inualuerit, idque cum peramœna quadam deductione ac moderata iucunditate animorum, quæ & menti honeſtas inſerit cogitationes. Nam quando ipſe Spiritus ſanctus &c. Quæ proximè ſequuntur, conferat lector cum archetypis, & uidebit nouam ſcilicet faciem inductam per Muſculum. Quem enim non pigeat ſingula percenſere? Voluptatem hic inculcat ac reculcat, quum in exemplari nempe Baſilienſi quo clariſſimis argumentis deprehenditur uſus, ſemel ἡδονῆς legatur. Ad ſanctimoniam illam deriuandus iam calamus, quam initio, medio ac fine ſuæ præfationis tribuit uni Baſilio. Ipſo ſtatim aditu ſequutus ſententiam planè memorabilem Ageſilai (quanquam non deſint qui eam Epaminundæ tribuant, alij Anacharſidi Scythæ) admonet, ut non minus in eius inquiratur uitam qui ſuſcipit unum quempiam laudandum atque eius qui laudatur. Accipio Muſcule conditionem non quidem abs te ſancitam, ſed iuſto Dei iudicio abs te propoſitam & in te iuſtiſſimis rationibus retorquendam. Patere legem quam ipſe ſi non tuliſti, at propoſuiſti. Scribit alicubi Baſilius hic: ductu Spiritus ſancti eò erroris ſini deduci hæreticos per uelitarem & controuerſioſam ſuam contentionem, ut per ea quibus maximè ad uictoriam conſpirabant, per eadem maximè reuincantur, ut uerum ſit Apoſtoli de eiuſmodi oraculum

*dicentis: Quum ſint proprio iudicio condemnati. Dic quæſo te Muſcule, ſi quem infenſo unquam & hoſtili in te animo tuliſti, quid aliud ex te expectaſſet is optatiùs, quàm quod ultroneus offers, præſertim tam malè tibi conſcius? Dic, obſecro, quo non loco interdicit ſuis aſcetis Baſilius intimo aditu & congreſſu familiari mulierum cuiuſcunque tandem ſtatus aut conditionis? Et ecce tu interim cœlibi uitæ aſtrictus per ordinem ſacerdotij & (uelis nolis) monachatus neſcio quam ad inceſtas, piaculares & nefarias nuptias audes prolicere? Obſcœnam hanc ſalacitatem tuam tibi perſuadeto propediem uindicandam ultricibus flammis in conſpectu agni & angelorum eius. O te ter miſerum. Quis ex eiuſmodi impuriſſimo connubio ſperari debet fœtus, niſi piacularis? ſi modò uerum eſt, quod uulgi ſermone iactatur:* Ex *malo coruo, malum ouum.* Et, Ex *malo ouo, malus pullus.* Redi *ad cor ô impudentiſſime, amplectere miſerentis* Dei *clementiam nulli non obuiam, ſed reſipiſcenti, recurre ad portum ſalutaris pœnitentiæ, dum hodie dicitur, ſimul & in uiam reuoca quam tuis ſuadelis in barathrum præcipitaſti tantæ perditionis.*

In prologo ἀσκητικῶν.

Muſculus votiuæ caſtitatis παραβάτης.

*Baſilius ſemel obuinctus uoto paupertatis eam ad extremum uitæ halitum mordicus adeò tueri uoluit, ut ex opulentiſſimo alioqui Cæſareæ archiepiſcopatu, ingenuè confeſſus ſit* Ponti *præfecto interminanti nullum ſe habere peculium præter togulam & libros aliquot, unicum uitæ ſanctius traducendæ ſolamen. Si mentiri tibi uidebor, en ad manum teſtes ſunt Gregorius Nazanzenus indiuiduus illi contubernalis,* Theodoritus *Cyrenſis præſul & Socrates ſcholaſticus. Tu tecum aliquando reputa quas hodie opes & eas non iudicio & æquitate ſed ſacrilegio partas congeſſeris, perdicis malignitatem imitatus.* Tu *enim concionibus pluſquàm inſanis plebem* Auguſtanam Cleri *prius amantem aduerſus* Clerum *ad arma conciuiſti & eo perpuliſti tandem,* Clerum *ut ſpoliaret, altaria in* Dei *& cœlitum honorem magnificè erecta ſuffoderet, adeò ut non deſint fide digni qui ſcribant minus hodie altarium ſpectari* Auguſtæ *quàm inter medios* Turcas *uel* Conſtantinopoli: Id *factum qui te propiùs norunt, recellunt in te promotorem tantæ impietatis omnes & uerbo & ſcripto.* In *his eſt ille* Ioannes Cochlæus *ut doctiſſimus ita & tuendæ pietatis zelotes ardentiſſimus, cuius uocem incantantis ſapienter, ſi exaudires, tuæ conſuleres ſaluti.* Huius *in te libros duos hiſce diebus legi quidem, ſed & quàm pertæſum ſit me mei legentem & quæ tu unus deſignaris facinora, fideli relatu ediſcentem uix credibile eſt.* Piget *pudétque ad numerum referre, tam multa quum ſint, nec minùs impia: & tu interim uideri uis ſanctulus, dum blandis & illicibus uerbis non inuitas modò, ſed & per* Chriſti *tribunal obteſtaris ad eccleſiæ concordiam diſcordiæ ſator & ab eccleſia præciſus palmes atque alienus.* De *obedientia quam ex profeſſo monachus tuo debebas præſuli, quid attinet commemorare, quando peruicax & præfractæ frontis homo palam traducis optimum* Pontificem Chriſti *in terris uicarium* Paulum *tertium, aduerſus principem tuum ſcriberis ad arma conciuiſſe.* Mirè *eſt fucatus hic tenebrio, ſic impudens alioqui ut uideri poſſit in reprobam mentem datus.* Quæ *enim in hac ſcribit præfatione, in ſpeciem, quandam promittunt ſingularem ſanctimoniam: contrà, quæ uernacula illi, hoc eſt* Germanica *lingua, diſcipulum nihil obſcurè arguunt &* Zuinglij *&* Oecolampadij: *quorum uter alterum uicerit in* Chriſtum *impietate, haud facile ſit dictu. certè & hæc & alia permulta clamant te eò contendere pro uirili, utrumque ut uincas.* Horret *animus referre quàm impia ſentis, doces & ſcribis aduerſus nouæ legis ſacerdotium, in myſterium & canonem* Miſſæ *quam & odioſè papiſticam uocas.* In *altaris ſacramento poſt conſecrationem palàm negas profanus* Dominici *corporis & ſanguinis præſentiam, ut alia pleraque.* Sed *præſtat audire* Cochlæi *ſententiam*

Paupertatis votiuæ trāſgreſſor Muſculus.

In præfatione in Baſilium.

Obedientiæ votiuæ, ἀποστάτης καὶ προδότης Muſculus.

Sub vmbilicum cap. 2. in Anticochlæum Muſculi.



*tentiam modo epilogi, compendio uerborum comprehenſam, dum is tuæ aduerſum ſe præfationi reſpondet:* Audi *igitur nunc apertiorem ſententiam meam, quam tamen ſuperiorum iudicio & correctioni ſemper ſubiectam eſſe uolo.* Dico *ſanè te non ſolum impium & hæreticum, infamemque apoſtatam & caſtrorum eccleſiæ deſertorem ac tranſfugam, inceſtuoſumque maritum, uerumetiam criminis læſæ maieſtatis & perduellionis reum &c.* Aliquanto *inferiùs reddit cauſam his uerbis:* Hæc *in te dico* Muſcule, *non odij aut iræ affectu percitus, non conuiciandi libidine motus, neque uindictæ appetitu concitatus, ſed iuſtæ ac piæ rationis conſideratione maturè admonitus & inductus, eo nimirum reſpectu, ut reliqui populi, quos in hæreſis tuæ naſſam pertrahere ſatagis, rectiùs conſiderent quid ſibi in religionis negotio ſit agendum &c.* Atqui *de iſthoc excucullato & uxorio ſcilicet nimiſquàm multa.* Dominus *iſtius cordi quod ſupra petram occalluit, aſpiret compunctionis donum, aut certè* Eccleſiæ *ſuæ miſertus & hunc & huius ſimiles quàm ocyſſimè eradîcet è terra uiuentium.* Hæc *ex me cùm intellexiſſet hera, iuſſit utriuſque editionem ſuis extrudi ædibus, nec quidquam eorum attingi qui ſe ſuamet temeritate ſubmouerunt ab eccleſiæ caſtris, qua in re non illibenter illi geſſi morē ut qui perfecto odio oderim ſemper iſtos* αἱρέσεων καὶ σχισμάτων *artifices.* Tantum *eſt, homiliam illam quæ in deſertorem monaſtici inſtituti eſt ſcripta* Baſilio, *ſarctam tectam iſti* Muſculo *deſertori reliquimus interpreti, quo flagitioſa eius uita redderetur orbi teſtatior, & proinde proprio iudicio condemnatus ac confuſus ad cor redeat, ſi quid tamen ſuppetit illi frontis quando pudorem à ſe omnem unà cum cuculla uideri poſſit excuſſiſſe.* Ea *habetur folio* 127. *tomo.* 2. Miſſus *itaque* Cartuſiam *ſummœniis inclytæ huius* Academiæ *conterminam conuenio ſuper negocio recognoſcendi* Baſilij *uenerabilem* P. Priorem *dictæ domus* D. Ioannem Parceualum *qui iuberet in partem hanc ſic pij laboris ſuccedere ſuum ac noſtrum* Godefridum Tilmannum, *quo is collatione* Græcorum *exemplarium ſuperuacanea quæque per uarios interpretes inſerta ſui ſtyli lima eraderet atque expungeret, aſperiora ceu pleraque occurrerunt, leuigaret ac perpoliret, minùs per ſe perſpicua illuſtriora redderet paraphraſi.* Hanc *ille prouinciam in ſe recepit nihil inuitè ſtudio iuuandæ* Eccleſiæ *& in eorum gratiam qui candidati ſunt* Baſilianæ *ſapientiæ, præſertim iuſſu ſui adactus ſuperioris, ut qui modis omnibus adnititur inueniri in die illa obedientiæ filius.* Quanto *ſudore, quot ille uigiliis id ut præſtaret, ſit connixus: unus ipſe teſtari abunde poſſim, ut qui hominem altero quoque die feriatus interuiſi.* Nam *ab opere* Dei, *quod unum apud pios omnes primas ſibi ſuo iure uindicat, quidquid ſucciſiui temporis illi licuit intercidere, per menſes aliquot id ipſum huic uni dedit* Baſilio, *in hoc incumbens totus & aduigilans ut quàm hactenus, fœliciore* τῇ παλιγγενεσίᾳ *ueluti renatus illuſtrior ſimul & commodior ad manus ſtudioſorum per excuſionem noſtram exiret, nimirum mendis quibus ſcatebat, è contextu ſublatis, additis inſuper marginariis annotationibus, ceu intermicantibus ſtellulis.* Ea *porrò tam quæ priua recognitione reſtituit integritati, quàm quæ ab integro uertit ſatis colliqueſcere putem & internoſci ipſis argumentorum anagraphis.* Donet *dominus, ut is integer redeat ad adornandam hanc quam nactus eſt, ſparten recognitionis quod & ſe facturum pollicetur, ſimul atque colophonem impoſuerit ſelectioni troporum ex* Græcis Latiniſque *theologis.* Opus *eſt uariegata elegantia diſtinctum.* Spes *eſt futurum uſui* Eccleſiæ Dei, *cui & inſcriptionem dedit:* Metaphoræ, Homœoſes & Allegoriæ ex vberrimo atque locupletiſſimo penu Theologorum Græciæ quondam totius maximè illuſtrium, vt quæque inſigniores occurrerunt, deſumptæ nunc primùm ac ſelectæ, & eædem Græcolatinæ. *Iam quod in*

*utrumque*

*dicentis: Quum ſint proprio iudicio condemnati. Dic quæſo te Muſcule, ſi quem infenſo unquam & hoſtili in te animo tuliſti, quid aliud ex te expectaſſet is optatius, quàm quod ultroneus offers, præſertim tam malè tibi conſcius? Dic, obſecro, quo non loco interdicit ſuis aſcetis Baſilius intimo aditu & congreſſu familiari mulierum cuiuſcunque tandem ſtatus aut conditionis? Et ecce tu interim cœlibi uitæ aſtrictus per ordinem ſacerdotij & (uelis nolis) monachatus neſcio quam ad inceſtas, piaculares & nefarias nuptias audes prolicere? Obſcœnam hanc ſalacitatem tuam tibi perſuadeto propediem uindicandam ultricibus flammis in conſpectu agni & angelorum eius. O te ter miſerum. Quis ex eiuſmodi impuriſſimo connubio ſperari debet fœtus, niſi piacularis? ſi modo uerum eſt, quod uulgi ſermone iactatur:* Ex *malo coruo, malum ouum.* Et, Ex *malo ouo, malus pullus.* Redi *ad cor ô impudentiſſime, amplectere miſerentis* Dei *clementiam nulli non obuiam, ſed reſipiſcenti, recurre ad portum ſalutaris pœnitentiæ, dum hodie dicitur, ſimul & in uiam reuoca quam tuis ſuadelis in barathrum præcipitaſti tantæ perditionis.*

In prologo ἀσκητικῶν.

Muſculus votiuæ caſtitatis παραβάτης.

*Baſilius ſemel obuinctus uoto paupertatis eam ad extremum uitæ halitum mordicus adeò tueri uoluit, ut ex opulentiſſimo alioqui* Cæſareæ *archiepiſcopatu, ingenuè confeſſus ſit* Ponti *præfecto interminanti nullum ſe habere peculium præter togulam & libros aliquot, unicum uitæ ſanctius traducendæ ſolamen. Si mentiri tibi uidebor, en ad manum teſtes ſunt* Gregorius Nazanzenus *indiuiduus illi contubernalis,* Theodoritus Cyrenſis *præſul &* Socrates *ſcholaſticus.* Tu *tecum aliquando reputa quas hodie opes & eas non iudicio & æquitate ſed ſacrilegio partas congeſſeris, perdicis malignitatem imitatus.* Tu *enim concionibus pluſquàm inſanis plebem* Auguſtanam Cleri *prius amantem aduerſus* Clerum *ad arma conciuiſti & eo perpuliſti tandem,* Clerum *ut ſpoliaret, altaria in* Dei *& cœlitum honorem magnificè erecta ſuffoderet, adeò ut non deſint fide digni qui ſcribant minus hodie altarium ſpectari* Auguſtæ *quàm inter medios* Turcas *uel* Conſtantinopoli: Id *factum qui te propiùs norunt, recellunt in te promotorem tantæ impietatis omnes & uerbo & ſcripto. In his eſt ille* Ioannes Cochlæus *ut doctiſſimus ita & tuendæ pietatis zelotes ardentiſſimus, cuius uocem incantantis ſapienter, ſi exaudires, tuæ conſuleres ſaluti.* Huius *in te libros duos hiſce diebus legi quidem, ſed & quàm pertæſum ſit me mei legentem & quæ tu unus deſignaris facinora, fideli relatu ediſcentem uix credibile eſt. Piget pudétque ad numerum referre, tam multa quum ſint, nec minùs impia: & tu interim uideri uis ſanctulus, dum blandis & illicibus uerbis non inuitas modò, ſed & per* Chriſti *tribunal obteſtaris ad eccleſiæ concordiam diſcordiæ ſator & ab eccleſia præciſus palmes atque alienus. De obedientia quam ex profeſſo monachus tuo debebas præſuli, quid attinet commemorare, quando peruicax & præfractæ frontis homo palam traducis optimum* Pontificem Chriſti *in terris uicarium* Paulum *tertium, aduerſus principem tuum ſcriberis ad arma conciuiſſe. Mirè eſt fucatus hic tenebrio, ſic impudens alioqui ut uideri poſſit in reprobam mentem datus. Quæ enim in hac ſcribit præfatione, in ſpeciem, quandam promittunt ſingularem ſanctimoniam: contrà, quæ uernacula illi, hoc eſt* Germanica *lingua, diſcipulum nihil obſcurè arguunt &* Zuinglij *&* Oecolampadij: *quorum uter alterum uicerit in* Chriſtum *impietate, haud facile ſit dictu. certè & hæc & alia permulta clamant te eò contendere pro uirili, utrumque ut uincas.* Horret *animus referre quàm impia ſentis, doces & ſcribis aduerſus nouæ legis ſacerdotium, in myſterium & canonem* Miſſæ *quam & odioſè papiſticam uocas.* In *altaris ſacramento poſt conſecrationem palàm negas profanus* Dominici *corporis & ſanguinis præſentiam, ut alia pleraque.* Sed *præſtat audire* Cochlæi *ſententiam*

Paupertatis votiuæ tráſgreſſor Muſculus.

In præfatione in Baſilium.

Obedientiæ votiuæ, ἀποστάτης καὶ προδότης Muſculus.

Sub vmbilicum cap. 2. in Anticochlæum Muſculi.



*tentiam modo epilogi, compendio uerborum comprehenſam, dum is tuæ aduerſum ſe præfationi reſpondet:* Audi *igitur nunc apertiorem ſententiam meam, quam tamen ſuperiorum iudicio & correctioni ſemper ſubiectam eſſe uolo.* Dico *ſanè te non ſolum impium & hæreticum, infamemque apoſtatam & caſtrorum eccleſiæ deſertorem ac transfugam, inceſtuoſumque maritum, uerumetiam criminis læſæ maieſtatis & perduellionis reum &c.* Aliquanto *inferiùs reddit cauſam his uerbis:* Hæc *in te dico* Muſcule, *non odij aut iræ affectu percitus, non conuiciandi libidine motus, neque uindictæ appetitu concitatus, ſed iuſtæ ac piæ rationis conſideratione maturè admonitus & inductus, eo nimirum reſpectu, ut reliqui populi, quos in hæreſis tuæ naſſam pertrahere ſatagis, rectiùs conſiderent quid ſibi in religionis negotio ſit agendum &c.* Atqui *de iſthoc excucullato & uxorio ſcilicet nimiſquàm multa.* Dominus *iſtius cordi quod ſupra petram occalluit, aſpiret compunctionis donum, aut certè* Eccleſiæ *ſuæ miſertus & hunc & huius ſimiles quàm ocyſſimè eradîcet è terra uiuentium.* Hæc *ex me cùm intellexiſſet hera, iuſſit utriuſque editionem ſuis extrudi ædibus, nec quidquam eorum attingi qui ſe ſuamet temeritate ſubmouerunt ab eccleſiæ caſtris, qua in re non illibenter illi geſſi morē ut qui perfecto odio oderim ſemper iſtos* ἀιζέστωρ καὶ χισιμάτωρ *artifices.* Tantum *eſt, homiliam illam quæ in deſertorem monaſtici inſtituti eſt ſcripta* Baſilio, *ſarctam tectam iſti* Muſculo *deſertori reliquimus interpreti, quo flagitioſa eius uita redderetur orbi teſtatior, & proinde proprio iudicio condemnatus ac confuſus ad cor redeat, ſi quid tamen ſuppetit illi frontis quando pudorem à ſe omnem unà cum cuculla uideri poſſit excuſſiſſe.* Ea *habetur folio 127. tomo. 2.* Miſſus *itaque* Cartuſiam *ſummœniis inclytæ huius* Academiæ *conterminam conuenio ſuper negocio recognoſcendi* Baſilij *uenerabilem* P. Priorem *dictæ domus* D. Ioannem Parceualum *qui iuberet in partem hanc ſic pij laboris ſuccedere ſuum ac noſtrum* Godefridum Tilmannum, *quo is collatione* Græcorum *exemplarium ſuperuacanea quæque per uarios interpretes inſerta ſui ſtyli lima eraderet atque expungeret, aſperiora ceu pleraque occurrerunt, leuigaret ac perpoliret, minùs per ſe perſpicua illuſtriora redderet paraphraſi.* Hanc *ille prouinciam in ſe recepit nihil inuitè ſtudio iuuandæ* Eccleſiæ *& in eorum gratiam qui candidati ſunt* Baſilianæ *ſapientiæ, præſertim iuſſu ſui adactus ſuperioris, ut qui modis omnibus adnititur inueniri in die illa obedientiæ filius.* Quanto *ſudore, quot ille uigiliis id ut præſtaret, ſit connixus: unus ipſe teſtari abunde poſſim, ut qui hominem altero quoque die feriatus interuiſi.* Nam *ab opere* Dei, *quod unum apud pios omnes primas ſibi ſuo iure uindicat, quidquid ſucciſiui temporis illi licuit intercidere, per menſes aliquot id ipſum huic uni dedit* Baſilio, *in hoc incumbens totus & aduigilans ut quàm hactenus, fœliciore* τῇ παλιγγενεσίᾳ *ueluti renatus illuſtrior ſimul & commodior ad manus ſtudioſorum per excuſionem noſtram exiret, nimirum mendis quibus ſcatebat, è contextu ſublatis, additis inſuper marginariis annotationibus, ceu intermicantibus ſtellulis.* Ea *porrò tam quæ priua recognitione reſtituit integritati, quàm quæ ab integro uertit ſatis colliqueſcere putem & internoſci ipſis argumentorum anagraphis.* Donet *dominus, ut is integer redeat ad adornandam hanc quam nactus eſt, ſparten recognitionis quod & ſe facturum pollicetur, ſimul atque colophonem impoſuerit ſelectioni troporum ex* Græcis Latiniſque *theologis.* Opus *eſt uariegata elegantia diſtinctum.* Spes *eſt futurum uſui* Eccleſiæ Dei, *cui & inſcriptionem dedit:* Metaphoræ, Homœoſes & Allegoriæ ex vberrimo atque locupletiſſimo penu Theologorum Græciæ quondam totius maximè illuſtrium, vt quæque inſigniores occurrerunt, deſumptæ nunc primùm ac ſelectæ, & eædem Græcolatinæ. *Iam quod in utrumque*

*utrumq; calamũ diſtrinxerim fuſiùs (mihi cum primis reuerende Abbas) quàm conueniret epiſtolæ nuncupatoriæ, non id fecit alterutrius perſonæ odium (ut qui neutrũ uel de facie unquã nouerim) ſed ipſa rei indignitas, Muſculi maximè, quem præterquàm quòd totus uitiis ad imaginem Pardaleæ interſtinguitur, legi etiam impotenti cupiditate flagrare proliciendi in ſuarum hæreſεωn ſagenam non ciues modo Auguſtæ inclytæ quondam ciuitatis, ſed & aliarum circùm circà ſitarum. Tam eſt noxia ac peſtilens hæc hæreticorum lues, hæc ſchiſmaticorum dira mephitis: ni prĩcipio uitetur in ueſtigio ſuo afflatu ſternit incautos. De Baſilio & operibus tantùm inſtitueram dicere, uerùm uelut aliud agens, eò ſum delapſus, & fortaſſe non ſine fructu. Nam ſi is Muſculus ſuo ſe proditum, indicio ſenſerit, forſan pudore aſperſus & ſuppudeſcens reſipiſcet & ad ſinum ſe recipiens pœnitentiæ ſalutaris promerebitur reſtitui Eccleſiæ gremio. Quis enim ſcit, ſi conuertatur & uiuat? De Baſilij laudibus nihil eſt quod laboret aut in ea ſe occupet parte noſtri mediocritas ingenioli, quum ipſo tam ſuperſtite, quàm uita functo id magno conatu executi ſint illius ætatis quique in ſcripturis ſummi heroës. In his eſt Gregorius Nazanzenus Baſilij contubernalis, cuius Monodiam & funebre carmen calci appreſſimus tomi poſterioris, rati quidem opus etſi florulentum ac elegans, eſſe tamen laciniosius, quàm auocari per id debeat à lectione Baſilij auidus lector. Ne tamen rudis & abſque elogio ſanctitatis ac eruditionis Baſilij quaſi illotis pedibus ſe accommodet lectioni, uiſum eſt Tilmanno noſtro quædam ceu fragmenta ſparſim ſeligere ex biographis, cuiuſmodi ſunt Hieronymus noſter & eius metaphraſtes Sophronius, Suidas, Philoſtorgius, Theodoritus Cyrenſis, quorum teſtimonia pro Baſilio continẽter huic appreſſimus epiſtolæ. En habes Cœnobiarcha prudentiſſime cauſam & recèns per nos editi & per Godefridum Tilmannum Cartuſianum maiore ex parte ſiue recogniti ſiue de integro uerſi Baſilij. Et quidem circunſpicienti mihi cui iuſtiùs noſtram hanc excuſionem deberem conſecrare, ad eam attento unus tu occurriſti, ob eam qua chariſſimum mihi auunculum Dionyſium Tutæum complexus es, domeſticam familiaritatem, qui annos aliquot in æde D. Stephano ſacra tuas præſentis iuxtà ac abſentis uices ſuffraganeus dum uixit obibat, intima tibi iunctus charitate. Modeſtiam tuam planè cognoram ægrè laturam, ſi in os laudare te uoluiſſem, quod alioqui hodie uidemus paſſim peſſimo exemplo ab iſtis fieri, qui omnibus neruis ſtudent* πινδαρίζειν. *Tantum eſt, præter iſtam ſingularem tuam modeſtiam, nemo non nouit quàm ſis in ſubleuanda pauperum inopia benignus, ut die illo formidabili promerearis ſecurus audire: Eſuriui & dediſti mihi manducare &c. quámque in adornandis ſacris ædibus ſis magnificus ac liberalis, omnibus palam eſt, ut cum Dauide concinere ex animo poſſis, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Accipe igitur fronte hilari tuum tibi conſecratum Baſilium, memor tui in Chriſto clientuli Ludouici Miræi Abbas beneficentiſſime. D. Ieſus te nobis quàm diutiſſimè ſeruet incolumem. Kalendis Ianuariis anno à partu uirgineo.* M. D. XLVII.

## HIERONYMVS.

BAſili⁹ Cæſareę Cappadocię, quæ priùs Mazaca vocabat̃, epiſcopus, egregios cõtra Eunomiũ elaborauit libros, & de ſpiritu ſancto volumẽ, & in hexaëmerõ homilias nouẽ, & Aſceticũ, & breues varióſq; tractatus. Moritur imperãte Gratiano.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τῶν τοῦ Σουίδα.

Βασίλειος, Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, ἥτις πρώην Μάζακα ἐκαλεῖτο. ἑταῖρος Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζῶν ἐπισκόπου. γέγονε δὲ γονέων περιφανῶν. Βασιλείου τε καὶ Ἐμμελείας. ὧν ἄνωθεν ἡ συγγένεια. ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς. οὗτος ἔγραψε πλεῖστα, ἐν οἷς θαυμάζεται τὰ εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ κατὰ Εὐνομίου δὲ διαιρέτους συνέταξε λόγους. καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τεῦχος. καὶ τὰς εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα. ἕτερον τεῦχος ἀσκητικὸν, περὶ παρθενίας. ἄλλο ἔπαινον εἰς τοὺς. μ. μάρτυρας, ἕτερον εἰς Γόρδιον, ἄλλο εἰς Βαρλαάμ, ἕτερον εἰς Ἰουλίτταν. εἰς διαφόρους ψαλμοὺς ἠθικοὶ λόγοι, διάφοροι. ἐπιστολαί, ὧν οὐδὲν ἄμεινον, πρός τε τὸν σοφιστὴν Λιβάνιον. καὶ πρὸς τὸν φίλον Γρηγόριον. καὶ εἰς ἄλλους πλείονας. τοῦδέ γε Βασιλείου, καὶ Φιλοστόργιος μνήμην πεποίηται ἐν τῇ κατ' αὐτῶν ἱστορίᾳ γράφων οὕτω.

Φιλοστόργιος.

Βασίλειος ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῶν. σταθμὸς δὲ οὗτος Καππαδοκίας. καὶ Ἀπολλινάριος ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας. τρεῖς δὴ οὗτοι ἄνδρες τότε τοῦ ὁμοουσίου προὐμάχουν, κατὰ τοῦ ἑτερουσίου. μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ, τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας, ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπὶ πλεῖστον οὗτοι προεληλύθεσαν. καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἔτεινε, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν. καὶ μάλιστά γε αὐτῶν, ὁ Βασίλειος. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος αὐτῶν, ἐς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μέν γε Βασιλείῳ τὸ πανηγυρικὸν εἶδος τοῦ λόγου μακρῷ ἄριστα εἶχεν, ἦν γὰρ πανηγυρίσαι, λαμπρότατος. ὁ δέ γε Ἀπολλινάριος ἐν τῷ ὑπομνηματικῷ εἴδει τῆς λέξεως, καὶ αὐτὸς ἄριστα εἶχε. τῷ δέ γε Γρηγορίῳ καὶ παρ' ἀμφότερα ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν, εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν παραδρομῇ

## SOPHRONIVS.

Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν, ἥτις πρώτον Μάζακα ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, κατὰ Εὐνομίου διαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου τεῦχος, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας. θ. καὶ ἀσκητικὸν, καὶ βραχείας καὶ ποικίλας ὁμιλίας. τελευτᾷ βασιλεύοντος Γρατιανοῦ.

*De eodem ſancto Baſilio è collectaneis Suidæ, Godefr. Tilm. Cartuſ. interprete.*

BAſilius Cæſaræ Cappadocũ ciuitatis epiſcopus quæ olim Mazaca vocabatur. ſodalis Gregorij Naziãzenorum epiſcopi. Parentibus porrò prognatus eſt genere conſpicuis, Baſilio & Emmelia. Horũ ſanè cognatio multò fuit antiquiſſima. Vir hic eloquẽtiſſim⁹ ad apicẽ vſq; prouectus eſt omnigenæ eruditionis. Idẽ plurima cõſcripſit, quorũ gratia omnibus admiratiõi eſt, vt ſunt in hexaëmeron. Aduerſus item Eunomiũ ĩſignes admodũ libros cõpegit. Inſup de ſctõ ſpũ volumẽ. Sed & de opificio ſex dierũ homilias nouẽ. Aliud proin opus de monaſtica exercitatiõe. De virginitate, aliud. Laudes martyrũ quadraginta. Rurſus aliud ĩ ſãctũ Gordiũ, & ĩ Barlaã aliud. Homiliã in Iulittã. In pſalmos aliquot diuerſos qdẽ, morales homiliæ & eædẽ diuerſæ ferunt̃. Ad hæc, epiſtolas ſcripſit, in quibus nullæ iis meliores quas ad Libanium dedit & ad Gregorium familiarem ſuum, alióſque complures. Huius quidem Baſilij cõmeminit Philoſtorgius in ea quã aduerſus iſtos edidit, hiſtoria, hunc in modum.

Nazanzenũ intelligit.

*Philoſtorgius.*

BAſilius in Cæſarea Cappadocię per eam florebat ætatem, qua & Gregorius epiſcopus præfuit Nazanzenis. Eſt autem ſtatio ſiue portus hic Cappadociæ. Apollinarius vero in Laodicæa Syriæ. Sanè viri iſti tres tũ propugnatores homoüſij fuêre aduerſus Heterouſion, multò cæteros antegreſſi tam qui præ ſe fuerunt, quàm qui ad meam vſque ætatem peruenerunt, iſtius hæreſis patronos, adeo vt Athanaſius iſtis collatus cenſeri poſſit puer. Hi in externis diſciplinis ſupra mediocritatem promouerant, inque ſacris literis, quod ad lectionem conduceret & expromptam memoriam, erant experientiſſimi. In his eminebat Baſilius, etiãſi in ſuo quiſq; genere ſcribendi erat appoſitiſſimus. Et quidem Baſilius in panegyrico genere multò cæteros optimè anteibat, vt cui ad publicas conciones adeſſet elegans ingenium. Apollinarius autem ad commentandum quidpiam mirè erat dexter & accõmodus. At Gregorio ad genus vtrunq; fœliciter exercitato, ſolidior vis ſuppetebat ad orationum conſcri-

ptionem

δρομῇ φιλοστόργιος ὁ ἀρειανὸς ἔγραψε. τελευτᾷ δὲ βασίλειος, γρατιανοῦ τὰ ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος. ὅτι ὁ μέγας βασίλειος, ἀδελφοὺς εἶχε δ. τούτε γρηγόριον τὸν νύσσης ἐπίσκοπον. καὶ πέτρον, καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον. καὶ ἑτέρους δύο μονάσαντας.

Κεφάλαιον. ιθ. ἐκ τοῦ λόγου. δ. τοῦ θεοδωρίτου ἐπισκόπου κύρου.

Ὁ δὲ βάλης, πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐκκλησίαν τοῦ ποιμένος γυμνώσας, εἰς τὴν καισάρειαν ὥρμησεν, ἧς οἰκήτορες καππαδόκαι. ἡγεῖτο δὲ ταύτης τηνικαῦτα βασίλειος ὁ μέγας ὁ τῆς οἰκουμένης φωστήρ. προὔπεμψε δὲ τὸν ὕπαρχον ἐντειλάμενος, ἢ πεῖσαι τὸν βασίλειον, τὴν πρὸς εὐδόξιον ἀσπάσασθαι κοινωνίαν, ἢ μὴ πειθόμενον ἐξελάσαι. τοῦ γὰρ ἀνδρὸς τὸ κλέος προπεπυσμένος, πρώτῳ προσβαλεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἵνα μὴ γενναίως τὴν προσβολὴν δεξάμενος, καὶ ταύτην ἀποκρουσάμενος, ἀνδρείας τοῖς ἄλλοις ἀρχέτυπος γένηται. Ἀλλὰ ἀράχνης ἴσον τὸ μηχάνημα παραπλήσιον ὤφθη. ἤρκεσε γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσιν, εἰς ὠφέλειαν τὰ παλαιὰ διηγήματα, καὶ οἷόν τινες πύργοι τὸν τῆς πίστεως περίβολον ἀκλινεῖς διετήρησαν. ὁ μέντοι ὕπαρχος, εἰς τὴν καισάρειαν ἀφικόμενος, καὶ βασίλειον τὸν μέγαν μεταπεμψάμενος, τιμῆς τε ἠξίωσε, καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν ἠπίοις ἐχρήσατο, εἶξαί τε τῷ καιρῷ παραινῶν, καὶ μὴ προέσθαι τοσαύτας ἐκκλησίας, δι' ὀλίγην δογμάτων ἀκρίβειαν. ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ τὴν βασιλέως φιλίαν, καὶ τὰς ἐκ ταύτης δι' αὐτοῦ πολλοῖς ἐσομένας εὐεργεσίας. ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, μειρακίοις ἔφη τούτους ἁρμόττειν τοὺς λόγους. ἐκεῖνοι γὰρ καὶ οἱ ἐκείνοις προσόμοιοι, περὶ τὰ τοιαῦτα κεχήνασιν. οἱ δὲ τοῖς θείοις λόγοις ἐντεθραμμένοι, προέσθαι μὲν τῶν θείων δογμάτων οὐδὲ μίαν ἀνέχονται συλλαβήν. ὑπὲρ δὲ τούτων, καὶ πάσας εἰ δέοι, τοῦ θανάτου τὰς ἰδέας ἀσπάζονται. τὴν δὲ βασιλέως φιλίαν, μέγα μὲν ἡγοῦμαι μετ' εὐσεβείας. ἄνευ δὲ ταύτης, ὀλεθρίαν ἀποκαλῶ. τοῦ δὲ ὑπάρχου χαλεπήναντος καὶ ἀνοηταίνειν φήσαντος, ὁ θεῖος ἔφη βασίλειος, ταύτην ἔχειν εἰ ἀεὶ τὴν ἄνοιαν εὔχομαι. ἐπειδὰν δὲ ἐξελθεῖν προσετάχθη, καὶ τὸ πρακτέον βουλεύσασθαι καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δηλῶσαι τὴν γνώμην, συνῆπτο δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἀπειλὴ, φάναι λέγεται ὁ πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνήρ. Ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός σοι καὶ αὔριον ἥξω. σὺ δὲ μὴ μεταβάλῃς τὴν γνώμην, ἀλλὰ χρῆσαι ταῖς ἀπειλαῖς.

Valens per vxorem & hunc Eudoxium Conſtanti. epiſcopum in Arianã impietatẽ prolapſus eſt. Theodo. c. 12. huius. 4. libri.

ptionem. Hęc de tribus illis tantùm veluti trãſcurſim Philoſtorgius Arij propugnator conſcripſit. Dię porrò ſuam clauſit Baſilius Gratiano Romani imperij ſceptra moderante. Et quidem magnus hic Baſilius quatuor habuit fratres, Gregoriũ Nyſſenæ ciuitatis epiſcopum, Petrum item & ipſum epiſcopũ. duos proinde alios monaſticen profeſſos.

*Caput. 19. è libro quarto Theodoriti Cyrenſis epiſcopi decerptum, Godefr. Tilm. interprete.*

AT certè Valens, omnes prope modũ eccleſias quum ſuo ſpoliaſſet paſtore, concitus Cæſaream contendit, cuius incolæ ſunt Cappadoces, cuius item Antiſtes erat tum Baſilius ille Magnus præfulgidum lumen orbis vniuerſi. Et quidem ille prouinciæ rectorem in hoc præmiſerat præſcripto eidem mandato, verbis vt illicibus Baſilium deduceret ad complexum mutuámve ſocietatem cum Eudoxio ineundam, alioquinon perſuaſum cogeret ſolum vertere. Quòd enim celebrem gloriam viri iſtius pridem inaudiiſſet, noluit eundem verbis aggredi prior, veritus ne ſi eam impreſſionem generoſiùs exceptaſſet & à ſe depuliſſet, cęteris fieret fortitudinis exemplar. Atqui conatus hic, hæc molitio viſa denique eſt aſſimilis telæ Arachnææ. Quæ etenim à maioribus præclarè geſta paſſim narrabantur, vſum ſui ſatis idoneum præbebant cæteris pontificibus confirmandis. Nam perinde ac turres quædam immotæ ambitum conſeruabant fidei. Præfectus porrò ſimul atque peruenit Cæſariam, accîtum ad ſe Baſilium hunc magnum digno excepit honore verbíſque erga ipſum vſus blandiſſimis, tempori ſe vt accommodaret, hortabatur, neque tot adeò eccleſias impendenti periculo excidij exponeret in gratiam ſubtilium aliquot dogmatum. Quin & pollicebatur initurum ab imperatore haud vulgarem amicitiam, per quam ſe pariter in multos conferenda eſſent beneficia. At certè vir ille eximius reſpõdit ſermones eiuſmodi competere pueriliter agentibus. Illi etenim, quiq; aſſimiles ſunt eis, auidè inhiant iſtis pollicitationibus: contrà, qui diuinis eſſent eloquiis innutriti ne vnam quidem diuinorum dogmatum ſuſtineant labefactari ſyllabam. magis verò pro tuenda horum integritate, ſi res ferat, interriti & alacres adituri ſint innumeras ſpecies mortis. Et quidem inire imperatoris amicitiam permagni eſſe duco, ea tamen iuncta ſi ſit pietati, qua ſine exitialem eſſe contenderim ac pernicioſam. Libertate reſpõſi offenſus. Præfectus dixit delirum eſſe ac deſipere Baſilium: cui contrà Baſilius, Optem me æternùm laborare hoc delirio. Qúmque eſſet egredi iuſſus & vt ſecum expenderet quid ſibi cenſeret faciendum, ac poſtridie ſuum illi aperiret animum (erant autem & minæ verbis iniuſtæ) reſpondiſſe fertur vir ille omnium ore celeberrimus: Idem ipſe craſtinò ſum ad te reuerſurus: tu proinde caueto, tuam hanc immutes ſentẽtiam, imò quæ interminatus

C tionem ſit enarraturus, ſuæ narrationi vt præſtruat principium, quo ἀρχὴν διακοσμήσεως.
res conſpicuæ ac ſubiectæ oculis in ſuum quæque ordinem diſtribu-
tæ ſunt & diſtinctæ. Etenim cœli terræque tradenda creatio eſt, non
vtique euentu fortuito aut caſu exorta, perinde vt quidam ſunt opi-
nati: ſed originem ab ipſo deo atque cauſam ſumpſit. Cuiuſmodi eſ-
ſe debet auditus, dignus vt ſit percipienda eorum quæ dicuntur, ma
gnitudine? Quonam apparatu adornatam conuenit eſſe animam
tantarum rerum auſcultationi occurſuram? Nempe liberrimam &
perpurgatam ab impura omni carnis affectione, minimè caligantem temporariæ iſtius vi-
D tæ curis, ſed expromptam & alacrem ad tolerantiam laborum, ſingulis diſquirendis atten-
tam, quæ vndiquaque circumſpiciat, contempletur cuncta & exploret: ſicunde notio quæ-
piam conceptióve nihil deo indigna affulgeat menti. Prius tamen quàm quæ ſit horum ver
borum complexio, exactè diſquiramus, perſcrutemúrve quantum ſententiarum acumen
iſtę perquàm puſillæ voces nobis inſinuet: nobiſcum ipſi reputemus, quiſnam ſit is, qui ſcitè
adeò hæc nobis ediſſerit. Tanti enim iſtius ſcriptoris ſenſa profundiora etſi non aſſequamur
per mentis noſtræ imbecillitatem: at certè autoritati dicentis fide omni digniſſimæ atten-
ti, nihil inuiti aſſentiemur illius dictis. Moſes ſanè is eſt, qui hanc nobis hiſtoriæ commen-
tationem in commune exponit. Ille inquam Moſes, qui etiamdum ad matris pendens vbe-
E ra, ſcripturæ teſtimonio probatur amabilis deo fuiſſe & gratioſus, quem ſibi adoptatum fi- ἀςεῖος, χαρίεις, ἀςειχάρις est Hesychio.
lia Pharaonis magnifico ac regali impendio curauit educandum, & ad ſe accitis ſapienti-
bus Aegyptiorum, inque magiſtros pręfectis puerum tradidit erudiendum. Is deniq; tyran-
nidis faſtum peroſus, ad ſuæ gentis contribules recurrit, eorúmque humilitatem comple-
xus prælegit calamitates ærumnáſque cum dei populo experiri, quàm vt temporaria volu-
ptate perfruitus ſe obnoxium redderet peccato. Idem ſic erat natura ſuapte compoſitus, vt
ſummo ſemper amore iuſti & æqui fuerit obſeruans ac tenax: quando vel priùs quàm prin-
cipatus populi ipſi eſſet concreditus, tam ad totius improbitatis odium natura propende-
F bat, vt ad necem vſque de iis vltionem expetiuerit, qui iniuriam proximo priores intule-
rant. Denique vt verteret ſolum, ſibique conſuleret fuga, ab iis compulſus eſt, in quos bene-
ficia contulerat. Et quidem nihil inuitus ceſſit ſeditioſæ ac tumultuanti vitæ Aegyptiorum.
Ad Aethiopiam enim vſque profectus, ibique ſecurus omnium ac proinde liberrimum na-
ctus otium, totos quadraginta annos contemplationi rerum indulſit. Qui annos natus iam
octoginta deum vidit, quoad videre poteſt homo, veriùs quantum mortalium nemini ea-
tenus conceſſum eſt videre, id comprobante dei teſtimonio dicentis: Si quis fuerit inter vos Num. 12. b.
propheta domini, in viſione apparebo ei, & per ſomnium alloquar eum: at non ſic vt ſeruus
meus Moyſes, qui in tota domo mea fidelis eſt. Ore ad os loquar ei in viſione & non per æ-
nigmata. Is igitur, qui dignus habitus eſt, ſpectator vt eſſet peræquè ac angeli, faciei diuinæ, ἀξίου τοῖς ἀγγέλοις ἀξιωθείς.
ille inquam quæ auditu didicerat colloquente ſecum deo, hæc nobis ediſſerit. Audiamus igi

 tur verba

tur verba veritatis neutiquàm conſiſtentia in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ ſuadelis, G
ſed quæ deprompta ſunt è veraci doctrinæ ſpiritus promptuario,quorum exitum non plau
ſibilis auditorum acclamatio laúſque excipit,potiùs iis qui docentur,conciliant ſalutem.

Aggreſſio enarrationis.

*In principio fecit deus cœlum & terram.)* Vis huius ſententiæ ſanè quàm admirabilis oratio-
nem ſiſtit meam.Quid dicam primùm ? Vnde inducti iſtius axiomatis narrationem exor-
diar ? Num externæ ſapientiæ profeſſorum ſuperciliosam coarguam vanitatem,an verita-
tem potiùs fidei noſtræ meritis laudibus efferam ? Et quidem de rerum naturis illi Græco-

Gentilium philoſophorum incōſtātiam ſugillat.

rum ſapientes quàm multa ſunt commentati,& in literas tranſmiſerunt? Atqui ne vna qui-
dem ratio apud hos ſolidè conſtitit,immobiliter,& inconcuſſè , nimirum poſteriore ſem- H
per priorem excludente ſententiam,adeò vt operoſum iam non ſit nobis illorum dogmata
argumentis elidere , quando per mutuam futilium verborum velitationem ſatis ipſi ſunt
ſuiſmet euertendis opinionibus.In his enim qui veriſſimi & vnius dei ignoratione caliga-
bant,ij cauſam illam primariam negarunt prouida mente eſſe præditam,qua rerum omni-
um moderandæ generationi præeſſet : ſed & ſe totos permittentes atque accommodantes
primæ illi ſuæ de deo ignorantiæ,quæ videmus cuncta ad ortum progredi,hæc ita emerge-

τὰ ἐφεξῆς.

re concluſerunt perpeti quadam ſerie ſucceſſionis.quò contigit,vt horum nonnulli ad ma-
teriæ præiacentis principia ceu baſes quaſdam vniuerſi confugerint,cauſam creaturæ totius
acceptam ferentes mundi iſtius elementis . E diuerſo alij minutiſſima quædam & imparti- I

Atomos cōmenti ſunt Leucippus & Democritus.lib.9. Laert. Dio. Plutar.

lia corpora,moles item ac meatus naturam continere omnium quæ oculis quaquauerſum
ſubiacent , vecordi imaginatione deluſi aſtruxerunt . Opinati enim ſunt nunc quidem illis
inſectilibus corpuſculis inter ſe coaleſcentibus & agglutinatis,nunc contrà eiſdem diſpara-
tis à ſe ac ſeiunctis generationes fieri rerum & corruptiones,ſimul & tenaciorem atomo-
rum inter ſe complicationem cauſam præbere diuturnioris perſiſtentiæ longiſſimè duratu-
ris corporibus . Prorſus iſtius generis ſcriptores,quid aliud dicas , quàm ſtamen flaccidum

Collatio.

araneoli pertexere , dum pertenues adeò comminiſcuntur rerum cauſas , dum cœli terræ,
mariſque principia ſupponunt nuſpiam conſiſtentia ? Neque enim didicerant illud depro-
mere: *In principio fecit deus cœlum & terram.)* Eóque factum eſt, vt vniuerſam hanc mundi K
molem citra vllam moderatricis prouidentiæ ac rerum diſpenſatricis operam , nimirum
temere ac fortunæ nuſquàm conſiſtentis impetu ferri arbitrati ſint , ſuamet in deum cir-
cunuenti impietate. In hanc abſurditatem pluſquàm impiam nequando nos contingat im-
pingere,is qui mundialis fabricæ conſcripſit creationem,in ipſo mox aditu ſuę conſcriptio-
nis,diuini nominis inductione , noſtram illuſtrauit mentem,hiſce verbis exorſus: *In prin*
*cipio fecit deus.)* Ecquàm rationi conſentaneus ordo.Principium enim primo ſtatuit loco,
vt ne qui mundum hunc principij expertem opinarentur.Mox adiecit & illud,*fecit*: vt qua-
lecunque tandem ſpecimen,id quod factum eſt,declararetur eſſe,ac minima portio poten-

ὁμοίωσις nō intempeſtiua.

tiæ admirandi huius opificis.Quemadmodum enim figulus cùm ad vnius ſuæ artis metho- L
dum innumera vaſa effinxit,ne ſic quidem ars illi figulinaria diſperiit,aut acciſæ ſunt & at-
tritæ vires : itidem vniuerſi huius opifex effectricem illam potentiam ſuam non creando
vni mundo habet ſic admenſam & circunſcriptam , quò minus tantò poſſit hoc vno plures
effingere,ſed quæ in infinitum exuperet , quando & rerum quæcunque oculis ſunt conſpi-
cuæ , magnitudines vel ſolo annutu ſuæ voluntatis condidit . Hic itaque mundus ſortitus
quum ſit principium,quippe qui olim conditus:relinquitur iam tibi,quærendum à quo prin
cipium ſit ſortitus,quis tantæ molis fuerit opifex.Veriùs vt ne,ſi humana ratiocinatione ni
tens,ſingula exactiùs pergas exquirere,longiùs digrediare & aberres à via veritatis, anteuer
tit nos Moſes ſua hac doctrina tueri ac communire , quando illud multò omnium pretio- M
ſiſſimum nomen dei adiecit,quaſi ſigillo quopiam animas noſtras conſignaret,aut certè eas
aduerſus cuiuſcunque tandem erroris venena præmuniret præſeruatorio aut tutelari quo-

ἐγκώμιον dei.

dam amuleto,idque dum dixit: *In principio fecit deus.)* Natura planè beata deus , exube-
rantiſſimè abundans ac luculenta bonitas,cuique rationis capaci mirè amabilis, pulchritu-
do flagrantibus votis & exæſtuanti deſiderio nulli non expetenda, omnium quæ ſunt, pri-
miceria origo,fons vitæ,ſpiritualis omnis intelligentiæ lux,ſapientia inattingibilis nec vlli
peruia mortalium,Hic inquam ille eſt,qui cœlum & terram creauit,idque in principio.Ni-
hil igitur ô homo eorum quæ oculis tuis ſubiecit deus,opinêris expers eſſe principij. Rurſus
quum te vndique cingi his intelliges, quæ iuxta cœli motum in orbem cientur , nec tamen
iſtius ſphæricæ motionis principium quiueris ſenſu deprehendere:nolim eiuſmodi corpo-
rum quæ



A rum quæ circulari latione aguntur , naturam putes eſſe principij expertem . Sanè orbis hic
(planam dico figuram,quam vnica circumplectitur & ambit linea) tametſi ſenſum defu-
giat noſtrum , adeò vt ne vnde quidem cœperit , inuenire poſſimus , aut in quem deſitu-
rus ſit finem:non continuo decerni debet ob id exors eſſe principij.Eſto id ſenſum effugiat,
re tamen vera ab vno aliquo prorſus cœpit , qui centro ipſum circunſcripſit ſimul & inter-
ſtitio.Itidem & tu per hoc,quòd corpora hæc quæ orbiculari cientur motu, intelligis quaſi

εἰς ἑαυτὰ συννεύει.

mutua conſpiratione & concordi annutu in ſeipſa verſari:ſolerter proſpice , ne ipſa eorum
æquabilis motio,nec vllo prorſus interciſa medio errorem tuæ menti inſtillet,aut inſertum
relinquat , quo malè perſuaſus credas mundum hunc vt nullam aliquando ſortitum origi-
nem,ita nec vllo fine olim contrahendum.Pręterit enim figura mundi huius.Et,Cœlum &
B terra tranſibunt . vtrunque hoc dogma certò præcinens futuram conſummationem mun-
dique in melius permutandi innouationem,ipſa eadem complectitur,quæ & hìc verborum
compendio ad noſtram omnium qualencunque , nempe elementarem inſtitutionem do-
ctrinæ ſibi diuinitus aſpiratæ Moſes tradit,dicens: *In principio fecit deus.)* Nam quæ ex tē-
pore cœperunt , neceſſe prorſus,eadem vt aliquando deſitura ſint & conſummanda.De ho-
rum igitur fine nihil addubites,quæcunque ex tempore ſumpſerunt principium.Geometri-
cæ dimenſiones , rationéſve arithmeticæ ſupputationis , de ſolidis item corporibus com-
mentationes,ipſa denique vel vulgo decantata aſtronomia , negotioſiſſima prorſus vani-
tas ad quem prono excurſu propendent ac deuergunt finem ? Etenim hæc qui propenſiore
C ſtudio conſectati ſunt,iuſtóque operoſiorem operam in iſtis contriuerunt, eò demum ſunt
prolapſi impietatis , vt conſpicuum hunc ac viſibilem mundum decernerent vniuerſorum
opifici Deo coæternum,ad comparem diuinæ maieſtati gloriam promouentes eum qui cer
ta lege circunſcriptus eſt & principij & finis , & cuius corpus craſſiſſima concretione mate-
riæ conflatum eſt & compactum , hunc æquiparantes ei cuius natura nulli eſt vel compre-

ἀξίωμα phyſicum.

henſibilis vel viſibilis mortalium.Adeò ne vel ad tantillum lumen , intelligentiæ mentem
ſuam non poterant attollere , vt ſecum reputarent , quia cuius partes corruptioni & altera-
tioni ſunt obnoxiæ , huius totum neceſſe ſit cum ſuis partibus eaſdem aliquando vt ſubeat
affectiones ? Sed quid ? eouſque vanitatis prouecti ſunt,ſuiſmet cogitationibus , tanta cali-

In his Ariſto.eſt.

D gine ignorationis obſcuratum eſt inſipiens cor eorum:vt cùm ſe deprædicarent maximè o-
mnium eſſe ſapientes,eò ſtultitiæ euaſerint , vt pars iſtiuſmodi philoſophantium aſſeruerit
vnà cum deo ab æterno cœlum extitiſſe.Alij cœlum ipſum eſſe deum pronunciarunt, quare
nec cœpiſſe aliquando,nec vllo deſiturum aut intercipiēdum fini,ac proinde eundem cum
deo profeſſi ſunt ſingularum quarumque partium vniuerſi adminiſtratorem eſſe . Erit du-
bio procul,erit inquam,quando redundans hæc mundi ſapientia cumulum iſtis exaggera-
bit ſupplicij grauioris,quippe qui ad futilis & euanidæ vanitatis contemplationem cum a-
criter adeò & argutè oculos mentis intenderint,ad vnius veritatis apprehendendam intel-
ligentiam vltronea ſua impietate ſiuerunt ſe excæcari.Quin & ij qui ampliſſima ſpatia qui-
E bus à ſe ſtellæ dirimuntur,ſtulta perſuaſione ſe confidunt permetiri poſſe,iidem velut digi-
to conſignant eas quæ nullo non tempore ſe conſpicuas exhibent,& quæ à ſeptentrionis pla
ga affulgent.Quantæcunque rurſus ad polum auſtrinum poſitæ illius quidem regionis ho-
minibus perſpicuè conuiſuntur,nobis verò non item. Latitudinem proinde toto aquilone
ſe protendentem , ac zodiacum circulum tanto intercîdunt & diſſecant à ſe interuallo , vt
nemo ad numerum reuocet. Aſtrorum præterea curſus toties repetitos,contrà, fixas ſtatio-

ἀποκλείσεις, Argyropyl⁹ legit ἀποκλίσεις

nes,excluſiones,omnium ad ſua primordia regreſſiuam motionem,quantum denique tem
poris quiſque planetarum deterat in explenda ſua periodo,& hæc quidem exacta diligentia
iſti obſeruarunt:vnam illam omnium præcipuam artem non inuenerūt, nimirum eam qua
F noſſe poterant,ſecunque reputare deum eſſe vniuerſi totius opificem, iudicem æquiſſimū,
vt qui mercedem reſoluit cuique pro qualitate meritorum condignam quæ quiſque in vi-
uis deſignauit.Nec iſti in animum induxerunt,vt intelligerent neceſſariò conſequi mundi
conſummationem ex ratione quæ de futuro iudicio colligitur , Neceſſe enim ſit, vt credas
mundum hunc oportere immutari , ſi modò nihil diffidis ſtatum animarum in aliam lon-

Collatio.

gè diſſimilem vitæ ſpeciem reformatum iri ac permutandum.Quemadmodum enim vita
hæc temporaria cognatam obtinuit & huic mundo conformem naturam:itidem & ſecutu-
ræ illius vitæ ratio,ſortem conditionémve exceptura eſt animarum noſtrarum ſtatui com-
modiſſimè reſpondentem.At verò illi,tantum abeſt,vt veriſſimis hiſce dogmatis animum

 aduertant

aduertant ſuum, vt quoties cum illis conferimus de mundi conſummatione, deq; regene- G
ratione ſeculi, in effuſiſſimum riſum ſe reſoluant ac laxent, nóſque quaſi deliros deridiculis
ſannis proſcindant & inſectentur. Iam quando ita natura comparatum eſt, vt principium
naturæ ordine cuncta præcurrat quæ ab ipſo promanant: de his enarraturus Moſes quæ ex
tempore ſortita ſunt vt eſſent, neceſſariò cæteris ex tempore conditis hanc prætexuit vo-

ὡς ἔοικεν.

cem: *In principio fecit.*) Nec tamen abſimile vero fuerit credere fuiſſe quiddam vel ante
mundi iſtius conſtitutionem, id quod arcana quadam animi contemplatione licuerit intel
ligi, tametſi hac de re nihil in literas Moſes tranſmiſerit, quòd rei tantæ cognitio parum ido
nea videretur iſtis paruulis, qui lactẽdum doctrinæ initiandi rudimentorum fidei veniunt
& inſtituendi. Erat ſanè ſtatus quidam mundi generatione ſuperior abſtractis illis à concre H
tione materiæ potentiis mundo præſtãtioribus pro decoro accommodatus, temporis etiam

ἐν αὐτῷ.

conditione anterior, æternus nimirum ac perpes. Creaturas autem in ipſo creator omnium
atque opifex perfecit, lucem ſpiritualem eorum beatitudini accommodam, qui dominum
amant, naturas rationis vi maximè præditas atque inuiſibiles, omnéſque beatarum mentiũ
ordines, quotquot noſtræ mentis quantanlibet dixeris, facultatẽ exuperant, quorum ne no-
menclaturas quidem poſſimus inuenire. Et hæc ſubſtantiam complent mundi illius inuiſi-
bilis, vt & ipſi inſtruimur doctore Paulo: In ipſo, ait, condita ſunt omnia, ſiue viſibilia, ſiue
inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue virtutes, ſiue

Mundus eſt hic διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον τῶν ψυχῶν καὶ ἐνδιαίτημα πάντων. Temporis quàm fluxa ſit & inconſiſtens conditio.

angelorum exercitus, ſiue archangelorum præfecturæ. Tum demum conueniebat, his iam I
conditis mundus vt accederet & adiungeretur, qui imprimis locus eſſet perdocendis ani-
mabus hominum atque erudiendis ſane quàm accommodus: dein, vt ſemel omnibus ſuo ca
paci ſinu excipiendis domicilium eſſet appoſitiſſimum, quæ generationi pariter & corrupti-
oni obnoxia ſunt. Sanè & mundo huic & iis quæ tum in eo producta ſunt animalibus & plã
tis congener ſubſtitit temporis curriculum accedens ſemper ac more fluentis aquæ recedẽs,
nec vnquam à cœpto curſu reſtitans aut conquieſcens. Quid enim? An non eiuſmodi eſt cõ
ditio temporis? Quod enim eius tranſactum iam eſt, vtique in nihilum abiit: nõdum adeſt,
quod eſt affuturum: quin quod adeſt, priùs ſenſum fugit tuum, quam cognoris adeſſe. Talis
planè eſt eorum quæ oriuntur conditio ac genius. Aut enim augeſcunt in horam, aut ad K
corruptelam deuergunt. Neque enim in iſtis quicquam liquidò queas deprehendere, fixum
quod ſit & ſtabile. Sanè conueniebat corporibus animantium ſtirpiúmque, quæ quaſi deflu-
uio cuipiam aquarum iugiter ſcatentium lege naturæ adſtricta videntur & obnoxia vicariæ
motioni nunc ad generationem, mox ad corruptionem promouenti: vt intra vagam iſtam
nec cõſiſtentem temporis naturam continerentur, conditio cuius iis cognata eſt, quæ alter-
nam ſubeunt permutationem. Hinc propriè aggreſſus ſermonem de mũdo ſapiens, nos his
verbis edocet eius originem: *In principio fecit*, In eo nimirũ principio, quod ſimul fuit cum

τῇ κατὰ χρόνον.

tẽpore. Neq; enim iuxta rationẽ antiquioris aut primigeniæ cõditionis conteſtatur, mundũ
hunc ea quæ facta ſunt, omnia antegredi, dicens in principio factũ eſſe: ſed poſt ea quæ non
oculis iſtis ſed intellectu ſolo percipiũtur, principium narrat & originem rerũ iſtarum quæ L

Principij multiplex acceptio. ὁδῷ, al. vitæ.

viſu queunt aut alio quouis ſenſu percipi. Principium ſanè dicitur primaria quæuis motio,
vt in illo: Principium viæ bonę eſt facere iuſta. A iuſtis enim actionibus primùm mouemur
ad beatam vitam. Dicitur rurſus, Principium id quoque, vnde quiduis conficitur, cum hoc
ipſum principium inexiſtit ei operi quod moliris, tale quid eſt in ædibus fundamentum &
carina in naui. Iuxta eam acceptionem dictum eſt: Principium ſapientiæ timor domini. Eſt
enim hic reuerentiæ erga deum timor ad perfectionem contendenti veluti fundamẽtum &

Pro εὐσέβεια lege εὐλάβεια. בצלאל In vmbra dei. Exo. 31.

gradus quidam. Eſt item principium eorum operum quæ arte conficiuntur, ipſa ars, vt ſapi-
entia Beſeléëlis principium fuit totius ornatus qui circa tabernaculum conuiſebatur. Princi
pium denique actionũ non raro dicitur perutilis & accõmodus finis eorũ quę fiunt. Exempli M
gratia, Eleëmoſynæ hoc eſt benignitatis miſericordię ve principium ſpes eſt laudis & gratiæ
apud deum ineũdæ: Omniſque actionis quæ à virtute proficiſcitur, principium ipſe eſt finis
conſiſtens in promiſſa beatitudine. Tot igitur modis dici quum ſoleat principium: conſide-
res velim, eáne vox ſingulis ſignificatis accommodari queat. Etenim diſcere vtique poſſis
quo primùm tempore conſtiterit mundi origo: ſi quidem ex hodierno die ad ſuperiores re-
trogreſſus ætates, ſtudio contenderis diem inuenire quo ſubſtitit primùm. Hoc enim pacto
inuenies vnde primaria illa motio acceſſerit tempori. Ad hoc deprehendes cœlum & terram
quaſi fundamenta quædam & baſes fulcrales vniuerſi priùs iacta fuiſſe & præſtructa. Subin,
occurret



τεχνικὸς λόγος.

A occurret menti verbum illud rerum artifex, quo præëunte in ſuum quæq; ordinem oculis
ſubiecta atque conſpicua diſtincta ſunt: velut vox ipſa principij tibi nihil obſcurè indicat nõ
temere, nec fruſtra excogitatam eſſe mundi fabricã, ſed ad eum finem qui non modicam al
laturus eſſet vtilitatem, nec mediocre emolumentum his quæ complectitur. Erudiendis ſi-
quidem animabus ratione præditis officina eſt haud dubiè accommodatiſſima, & eiſdem
ad cognitionem dei prouehendis totius eruditionis domicilium appoſitiſſimum, per hæc
viſibilia ſenſiliáq; præſtruens viam ac veluti manuducens intellectum ad inuiſibilium con-
templationem, vel teſte Apoſtolo his verbis aſtruente ſententiam: Inuiſibilia ipſius à creatu-
ra mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Aut fortaſſe eò dictum eſt, *In prin-*

ἡ ἀρχὴ, ἀμερής τις καὶ ἀδιάστατος. βεβαιώσις à ſimili. Principium tẽporis non eſſe tẽpus.

B *cipio fecit*, quòd creatio rerum momento minus perfecta eſt, citraq; omnem temporis ab-
ſoluta morulam: quandoquidem impartile quiddam eſt principium, nec vlla interuallari di
menſione à ſe toto diſpeſcitur. Quemadmodum enim principium viæ via nondum eſt, do-
mus quoque principium neutiquam cenſetur domus: itidem & principium temporis adeò
tempus non eſt, vt ne eius quidem ſit minima portio. Quòd ſi vnus aliquis contentione
peruicaci aſtruet temporis principium eſſe tempus: is nouerit ipſum principium oportere iu
xta hanc poſitionem diduci in multifidas temporis partes, nempe in principium, media atq;
finem. Atqui res prorſus deridicula videtur, vel mente concipere principium principij. Quiſ
quis enim principium bipertitò ſecat, is duo principia pro vno efficiet, veriùs perquàm mul
C ta, imò infinita, quando id quod ſemel diſſecueris, in alia rurſus ſegmina intercîdi poſſit. Vt
igitur edoceret nos Moſes mundum hunc ſola dei voluntate ac citra omnem temporis mo
rulam ſubſtitiſſe, dixit, *In principio fecit*: pro quo alij quidam interpretes connixi ſenſum red

Fecit deus.

dere dilucidiorem, dixerunt: ἐν κεφαλαίῳ, in ſumma ſiue ſummatim fecit deus. hoc eſt, ſi-
mul omnia vel comprehenſim & momento minùs. Et hæc ſanè non admodum multa ha-

Artiũ ſectio.

ctenus libuit dicere è plurimis. Artium porrò quum quædam ποιητικαὶ factiuæ dicantur: aliæ
item πρακτικαὶ actiuæ, aliàs operatoriæ: aliæ rurſus θεωρητικαὶ contemplatiuæ vel ſpeculatiuę.
Et quidem artis contẽplatiuæ finis eſt ipſa commentatio efficax eorũ quæ mente verſamus.
Finis practicæ agitatio eſt ſiue motio corporis, quo quidem motu interquieſcente, nihil iam
D eius artis ſubſiſtit aut reſidet, quod cerni queat. Neq; enim vllus eſt finis artis ſaltatoriæ aut
ſi mauis, geſticulatoriæ & canendi tibia, quando ipſamet in ſeipſam operatio deſinit. In fa-
ctiua diuerſum reperias, vt operis quidpiam deſieris efficere, ſpectandum tamen opus tuum
proponitur, cuiuſmodi artes ſunt ædificatoria, fabrilis in ligno, excuſoria in ære vel ferro,
textoria, & quæcunque ſunt eius generis: quæ quidem vt non adſit artifex, cauſas tamen ad-
modum idoneas ipſa in ſpeciem prætexunt opera, quorum contemplatione poſſis rapi in e-
ius admirationem qui ædificator eſt, excuſor, aut textor. Quò igitur ſapiens Moſes expreſ-
ſius declararet mundum hunc, artificioſum ſanè opus in commune ob oculos omnium ex-
poſitum, vt eius ſedula contemplatione ad agnitionem pertingas ſapientiæ eius qui ipſum

οὐκ ἐνήργησεν, οὐδὲ ὑπέστησεν, ἀλλ' ἐποίησεν. Lege Laert: quum aliàs, tum in Epicuro lib. 10.

fecit, non alia vſus voce eſt, de ipſo locuturus, ſed dixit: *In principio fecit.* Non egit, neq; ſub-
E ſtituit aut produxit, ſed ἐποίησεν fecit. Et quia complures eorum qui mundum ab æterno ſi-
mul cum deo fuiſſe ſunt opinati, non ab ipſo factum eſſe: ſed quaſi adumbratio quædam po-
tentiæ ipſius eſſet, ſponte velut obiter emerſiſſe ipſum aſſeruerunt: atque cauſam quidem ip-
ſius deum eſſe fatentur, cauſam tamen voluntate non concurrente: ſed perinde atque corpus
vmbræ, lucidúmque ſplendoris eſt cauſa: ideo talẽ errorem emendare propheta percupiens,
hac verborum exactiſſima complexione vſus eſt: *In principio fecit deus.* Non hoc ipſum pro-
ximè dictum, cauſa vt eſſet mundo ad ſubſiſtentiã ſui pręſtitit deus: ſed fecit, vt bonus, quod
vtile eſt: vt ſapiens, quod pulcherrimum eſt: vt potentia præditus, quod maximum eſt. Nam
tantumnon artificem tibi deum in ipſam rerum ſubſtantiam omnium ingreſſum ac partes
F ſingulas inter ſeſe coniungentem atque accommodantem, conſentaneúmque ſibi conſonũq;

Cœlum & terram.

totum vniuerſum efficientem oſtendit: *In principio fecit deus cœlum & terram.* Ex duobus prin
cipiis vniuerſi ſanè totius innuit eſſentiam, cœlo quidem prærogatiuam in generatione di-
gnitatem: terræ autem ad rerum eſſentiam, ſecundas adſcribens. Quicquid autem iſtorum
medium eſt, id vnà cum ipſis omnino finibus exortum eſt. Itaque etiã ſi nihil de cæteris di-
xerit elementis, igne, inquam, aqua atque aëre, tuopte tamen ſolerti ingenio capere velis.
Primùm quidem quoniam in omnibus omnia ſunt permixta: atque adeò in terra aquam,

Att. naturæ miraculum.

aërem, & ignem inuenies: ſiquidem tam è ſilice quàm è ferro, quæ ſuam originem è terra tra
hunt, ignis exilit ac frictionibus copioſus emergens elucet. Vbi dignum id eſt etiam admi-
 ratione

ratione, quo nam pacto cum in ipſis corporibus innoxius latitet ignis, idem cum egreſſus G
fuerit,ipſa quoque abſumat,à quibus eatenus ſeruatus eſt. Aquæ vero naturam ipſi inſitam
eſſe terræ ij demonſtrant,qui puteos effodiunt,& aëris item naturam eidem terræ ineſſe ipſi
vapores,quos ab humectata terra ſole tepefacta reſultare,ſurſúmq; ferri cõſpicimus.Deinde
quoniam cœlum natura locum ſuperum occupat,terra verò infimum : fit hinc vt quæ leuia
ſunt,cœlum ſuapte natura petant: ponderoſa verò ad terrã ſuopte nutu ferantur.Aduerſan-
tur porrò ſibi mutuò maximè ſuperus inferúsque loci:qui quum & mẽtionem eorum fecit,
quæ plurimum inter ſeſe ſuapte natura diſtant,is & ea comprehenſim notauit,quæ mediam
inter illa regionem occupant atque implent.Quare ſingulorum enarrationem quęrere noli,
ſed ea quæ ſilentio præterita ſunt,per iam declarata intelligere velis. *In principio fecit deus cœ-* H
*lum & terram.* Quod ſi ſeparatim inueſtiganda eſſet cuiuſuis earum rerum quæ ſunt,eſſentia:
aut earum quas contemplamur,aut earum quæ ſenſibus noſtris obiiciuntur:longum profe-
ctò atque à re propoſita ſeiunctum admodum interpretationi ſermonem adferret, vt in ex-
quirendis illis verba longè plura reliquis eſſent conſumenda, quæ de ſingulis eorum quæ
quærimus dici poſſunt. Adde etiam, neque vllum operæpretium ad ædificationem eccleſiæ
tale ſtudium negotiúmque conferre. Sed de ſubſtantia cœli ſatisfaciunt ea nobis quæ ab
Eſaia propheta ſunt dicta, qui vulgaribus verbis idoneũ de ipſius natura ſenſum nobis ape-
ruit,cum dixit:Qui firmauit cœlum quaſi fumum:id eſt,qui tenuem naturam,non ſolidam
neque craſſam,ad conſtituendam cœli ſubſtantiam fecit.De figura quoque ſatis ſunt ea,quę
idem ille dixit,dei gloriam enarrando:Qui conſtituit,inquit,cœlum, vt fornicem. Hæc ea- I
dem & de terra vobiſipſis conſulimus, vt ne eius ſubſtantiam quæ illa tandem ſit, curio-
ſiùs perſcrutemini, neu voſipſos ratiocinationum argutiolis deteratis, aut inaniter mace-
retis in ipſo perquirendo ſubiecto:neque naturam aliquam,qualitatibus deſtitutam, & quæ
pro ſua ratione expers ſit qualitatis, quæramus: ſed probè teneamus quòd omnia quæ con-
templamur in ipſa,ad eam rationem ſunt accommodata vt eſſent:quippe quę eſſentiã ipſius
adimpleãt.In nihilum enim omnino deſieris, ſi ſingulas eas quas obtinet qualitates ratioci-
nando conéris auferre.Nam ſi nigredinem,ſi frigiditatem,ſi grauitatem,ſi denſitatem,ſi de-
nique qualitates eas,quas ſibi guſtus vendicat,aut ſi quas alias ineſſe terræ videmus, amoue-
ris,nullum relinquetur ſubiectum.His igitur poſthabitis, nec illud quæramus,moneo:ſuper
quonam ſubiecto terra fundetur atque quieſcat. Hoc enim pacto mens vertigine velut K
facta perturbabitur, ad nullum certum ſanè finem ratiocinatione tua proficiſcente. Si-
ue enim latitudini terræ ſubſtratum dixeris aërem eſſe, dubitabis quonam pacto per-
mollis illa multúmque inanis natura ſub tanto preſſa pondere perduret ac renitatur, nec
confidentiam tantæ molis fugiens vndique dilabatur, perpetuóq; ad ſuperna tendens ſuper
opprimentis ſe telluris ſuperficiem effundatur.Rurſus, ſi ſuppoſueris aut ſtatueris tecũ aquã
terræ ſubiectam eſſe,hoc quoque pacto quæres, cur pergraue denſúmque corpus non pene-
tret aquam,ſeve illi immergat: ſed à debiliore natura corpus illud terræ adeò pondere exu-
perans detineatur? Ad hæc ipſius etiam aquæ ſedem ſi quæſieris : iterum dubitabis cuinam
corpori ſolido renitentiq; vltimus ipſius inſideat fundus. Quòd ſi aliud quoddam corpus L
quod terra ſit ſolidius,tellurem,ne ad ima ſubſidat,prohibere ex ſuppoſitione dixeris : & il-
lud quoque cogitabis, alio quodam opus habere à quo ſuffulciatur ac prohibeatur,ne & ip-
ſum ad ima decidat:& ſi quippiam illi ex ſuppoſitione commentitia affinxeris,& iſti iterum
aliud mens noſtra fundamentũ quæret:atque hoc pacto in infinitum abibimus fundamen-
tis inuentis alia rurſum excogitantes. Denique quantò longiùs ratione progreſſi fuerimus,
tantò maiorem afferre ſubducereq; vim renitendi cogemur,ad totam illam ſuperpoſitã mo
lem ſuſtinendam. Quamobrem modum finéſque menti ſtatuito,ne tuam nimiam inueſti-
gationem, qua perſcrutaris ea quæ comprehendi minimè poſſunt, Iob ſententia carpat:in-
terrogeriſq; ab ipſo & tu,ſuper quo orbes ſiue anuli terrę firmati ſint. Sed & ſi in pſalmis au M
dieris vnquam. Ego confirmaui columnas eius : vim eam qua continetur atque ſtabilis eſt,
dictam eſſe columnas puta.Nam illud:Super maria fundauit eam: quid aliud,q̃ vndiq; ter-
ræ naturam aquæ circunfuſam eſſe ſignificat? At cùm fluida ſit aqua,& ad decliuia ſuapte na
tura ruere ſoleat, quomodo ſublimis manet,nulláque ſui parte defluit? At terram etiam in
ſeipſa ſuſpenſam eſſe atque pendentem non animaduertis, eandem, immo verò ma-
iorem dubitationem afferre : quippe cum natura aquæ elemento ſit longe grauior? Quin-
etiam ſiue per ſe ipſam conſiſtere conceſſerimus terram, ſiue ſuper aquis ſtabilitam eſ-
ſe dixe-

Ratio phy-ſica.

ἀπηρτημέ-νομ λόγομ.

φύσεως ἀυτ͂ διάνοιαμ.

Catholicũ conſilium.

In quæſtionibus vitandam curioſitatem.

περίκοι γῆς.



A ſe dixerimus,non diſcedamus vnquam à pia & religioſa ſententia,ſed ſimul omnia per eius
qui condidit, contineri potentiam fateamur. Hæc igitur & nobiſipſis dicamus oportet, &
iis qui nos percontantur,cuinam corpori veluti ſubiecto fundamento tam immenſum hoc,
intolerabiléque terræ pondus innitatur,quòd in manu dei ſunt fines terræ. Sanè id reſponſi
& nobis eſt ad parandam ſcripturæ intelligentiam tutiſſimum,& auditoribus conducibile.
Iam verò quidam interpretes naturæ, terram perſiſtere immobilem tales etiam ob cauſas
magno cum apparatu verborum contendunt,nimirum quòd mediam regionem vniuerſi
occupauerit,quòdque æqualem vndiquaque ad extrema elongationem ſortita, non iam ha
beat,in quam potiùs deuergat partem aut ſe acclinet. Quum enim ſimilis párve æqualitas
omni ex parte ipſam ambiens impoſſibilẽ inclinationem inducat ipſi terræ in vnam aliquã
B partem, neceſſariò in ſeipſa permanet. Proinde medium hunc locum terram eſſe ſortitam
volunt,non quaſi partitò aut caſu quopiam:ſed quod illi naturalis ſit & neceſſaria eiuſmo-
di poſitio.Nam cum locum verſus ſupera cœleſte corpus extremam regionem obtineat:quę
nos (inquiunt) inde pondera cadere ſuppoſuerimus è ſupernis,ea ſuopte nutu medium vn-
diquaque petent,ad ipſúmque ferentur. At ad quod cuiuſpiam partes ſuapte natura ferun-
tur,nimirũ ad id & totum ipſum itidem feretur,ac impelletur.Quòd ſi lapides,ſi ligna,ſi ter
reſtria omnia,ad inferum mouẽtur locum: hæc eadem etiam & toti ſanè propria fuerit ac-
commodatâque poſitio terræ.Si leue aliquid à medio mundi ſuopte motu ciebitur : procul
dubio ſua illa motione ſuprema petet.Eſt itaque grauiſſimo cuique corpori propria hæc la-
C tio,vt deorſum feratur.At vniuerſi medium, inferum eſſe locum noſtra iam oratio demon
ſtrauit.Noli itaque mirari ſi nulla ſui parte terra excidit:quippe quæ medium ipſum occu-
pet vniuerſi,locum accommodatiſſimum ſibi natura. Omnino enim aut manere ipſam eo
in loco neceſſe ſit:aut ſi motu præter naturam cieatur,à ſua propria dimoueri ſede. Si quid
eorum quæ dicta ſunt, probabile tibi videatur,ad dei ſapientiam, quæ res omnes ita inſti-
tuit atque diſpoſuit,admirationem transferto. Non enim admiratio quæ maximas ob res
oritur,cum modus,cuius gratia fit aliquid admirabile, fuerit inuentus, imminui ſolet: Sin
hoc,at certè, ſimplicitas fidei rationalibus demonſtrationibus plus apud te obtineat. Hæc
eadem de cœli quoque natura dixerimus.Complures enim & eædem verbis prægrauidæ cõ-
D mentationes à mundi ſapientibus ad nos vſque tranſmiſſæ ſunt de cœli natura. Quidam e-
nim quatuor ex elementis ipſum conſtare dixerunt:quippe cum tangi poſſit,atque conſpi-
ciatur:& terræ quidem renitentiæ ac ſoliditatis ratione,ignis autem ob aſpectum, & cætero
rum,miſtionis cauſa,particeps ſit.Quidam hac opinione,velut non probabili poſthabita re
pulſáque, quintam quandam naturam corporis ad cœlum conſtituendum ſuopte ingenio
atque ex ſeipſis commentitiam & pro tempore excogitatam introduxerunt. Eſtq; apud eos
æthereum quoddam corpus,quod nec ignis ſit (vt inquiunt) nec aër,nec terra,nec aqua,nec
omnino vnum aliquod ſimplicium corporum:propterea quòd ſimplicibus quidem propri-
us ſit motus & rectus,puta,leuibus ad ſuperna,grauibus ad ima tendentibus: & neque mo-
E tus ille ad ſuperiora ferens,nec is qui ad inferiora deducit, eiuſdem ſit rationis cum circu-
lari periodo,& omnino motus rectus ad circularem illam circumlationem plurimam ha-
beat apoſtaſim.Quorum verò ſecundum naturam diuerſæ ſunt motiones:eorum diuerſam
& euariantem (vt aiunt) eſſentiam eſſe neceſſe eſt.At neque ſupponere poſſumus, ex primis
corporibus,quæ & elementa vocamus,cœlum conſtare:propterea quòd ea corpora,quæ cõ-
poſita ſunt ex diuerſis,æquabili motione,víque violenta carente,moueri non poſſunt:cum
ſingulis ſimplicibus quæ in ipſis inſunt compoſitis, aliud alij momentum competat ſuapte
natura.Quocirca res compoſitæ primum quidem cum continuo cientur motu,non ſine la-
bore retinẽtur:quippe quum vnus motus omnibus contrariis accommodatus, atque ami-
F cus eſſe nequeat:ſed qui leui rei conuenit,grauiſſimæ aduerſetur. Nam cum ſurſum verſus
nos mouemur,terrea natura tum grauamur:cum infera petimus,vim tum inferimus igneæ
deorſum illam contra naturam trahentes. Elementorum autem ad contraria loca diſtra-
ctio,cauſa profectò fit diſſolutionis & ruinæ. Quod enim coactum eſt & præter naturam,
quum parum reſiſtat vix etiam ac violenter:id omne citò admodum in ea diſſolui,ex qui-
bus conſtitit,ſolet:dum quicquid aliunde venerat in locum proprium redit. Ob has itaque
ratiocinationum (vt aiunt) neceſſitates,maiorum ſuorum rationib⁹ reiectis,illis opus fuit,
ſuam vt ſuffulcirent opinionem, priua quadam ac peculiari ſuppoſitione, qui quintam
quandam corporis eſſentiam ad cœli ſiderúmque conſtituendam generationem ſuppoſue-
a iiij runt.

ἀποσαλέυειμ. κανώμ catholicus.

Pſal.94.a.

Terra cur ſtabilis, ratio phyſica.

μὴ ἀποκληρωτικῶς.

Theologicũ ἀξίωμα.

Cœlum. Hiſce de rebus lege Laert. Diog.

ὀικοθεν καὶ παρ' ἑαυτ͂.

ἀπόςασιμ digreſſionẽ, diſtantiam.

φύσιμ.

runt. Alius è diuerſo ex iis vnus qui per ætatem ſe in argumentis exercuere generis perſua- G
ſorij, hos adortus, iſta quidem & digeſſit in ordinem & mox diſſoluit: neque id fecit modò,
ſed & ſuomet commentus ingenio propriam inuexit opinionem. Hiſce de rebus nunc ſi ag
grediemur dicere, in nugas perinde atq; illi, incidemus. Quarè illis omiſſis, ſeſe vt mutuis
elidant controuerſiarum digladiationibus, ſermone itidem de eſſentia poſthabito, Moyſi
fidem habeamus aſtruenti, quia fecit deus cœlum & terram. Optimum itaque illum & in-
comparabilem architectum, qui quæ facta ſunt cuncta, ſua ſolius artifici & exactiſſima ſa-
pientia creauit, decenti gloria afficiamus. Denique cùm à pulchritudine rerum quæ omniū
oculis conſpicuæ ſunt & ſpectandæ proponuntur, illum agnoſcamus inenarrabili pulchri-
tudine cætera antegredi ac præcellere: tum à magnitudine ſenſilium corporum ſuíſque cir- H
cunſcriptorum locis, ipſorum opificem cogitemus velim, infinitum eſſe & immenſæ ma-
gnitudinis, omnem proinde intelligentiæ omnis vim ſua ſolius exuberanti potentia exupe-
rantem. Eorum etenim quæ facta ſunt, etſi ignoremus naturam, at certè omni ex parte quic
quid ſub ſenſum hunc noſtrum cadit, ſeque exponit viſendum, tantum in ſe obtinet mira-
culi, nóſque adeò totos rapit in ſui admirationem, vt quodcunque tandem ingenium quan
tolibet polleat acumine, quantauis contentione ac ſtudio ſe excitet, longè tamen deprehen
detur inferius, nec ſatis idoneū, pro rei dignitate exequatur & explicet quiduis eorum quæ
in mundo ſunt, minutiſſimum, aut certè huius gratia meritam laudem exoluat ac debitam
creatori, quem omnis addecet gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. I

διέχεεν, διεμέλιζεν.

## HOMILIA SECVNDA DE EO, QVOD INuiſibilis erat terra & incondita ſiue inornata.

PErquàm paucis immorati verbis, abuſque nimirum diluculo diei tantā in illis de-
liteſcentem ac reconditam inuenimus ſententiarum profunditatem, vt de iis, quæ
deinceps ſequuntur, prorſum deſperemus. Nam ſi ſanctorum atria talia ſunt, & tē-
pli veſtibula tantum reuerentiæ ſe adeuntibus incutiunt, tantáve ſe attollunt mo- K
le, vt exuperantia ſuæ pulchritudinis, perinde ac intermicantibus fulgetris oculos mentis
noſtræ perſtringant: qualia putas, ipſa ſunt ſancta ſanctorum? Ecquis tandem comperietur
idoneus, qui intimas penitiſſimáſque templi ædes auſit ingredi? Aut certè, quis promerebi-
tur ſpectator eſſe iſtiuſmodi arcanorum, nec cuiuis explicabilium? Talium enim vel proſpe
ctus vix vlli peruius eſt: atque adeò eorum prorſus quæ intellexeris, non niſi magna animi
contentione interpretatio elici poteſt. Attamen quando apud æquiſſimum illum iudicem
definita merces eſt haudquaquàm aſpernabilis vel ſoli voluntati ad decentia opera propen-
ſæ: ne quæſo, ad cœptam rerum indaginem ſimus cunctatiores. Nam tametſi rerum ſubli-
mium attingere dignitatem minimè poſſumus: ſi modo à genuino ſenſu ſcripturę & ſcopo, L
Spiritus ope ſubnixi non exciderimus: non vſquequaque reiectitij cenſebimur aut reprobi,
ſed & cooperante gratia, Eccleſiæ dei nonnihil impartiemur commodæ ædificationis.
*Terra autem erat inuiſibilis & incondita.* Quî factum putas, vt vtriſque citra alterutrius diſcri-
men & delectum iam conditis cœlo terráq;, cœlum quidem ſuis conſtitit partibus perfectū,
terra autem imperfecta atque inculta? aut quid illud omnino eſt, terram inornatam fuiſſe
& inconditam? quam item ob cauſam inconſpicua erat & inuiſibilis? Sanè is apparatus, ea
demum ſtructura terræ exacta fuiſſe cenſetur atque perfecta, cùm vberem ex ſe primùm edi
dit fructuum copiam, cum ex ea omnigenûm ſtirpium ſuppullulauit & emerſit omnimo-
da germinatio, quando arborum altiſſimarum tam fructuoſarum, quàm quæ ſunt infrugi M
primigeniæ eruptiones emicuerunt: quando itidem florum perquàm amœni colores, odo-
res quoque ſuauiſſimè fragrantes, cæteráque id genus omnia quæ paulò pòſt è terra dei præ-
cepto exorta, ſuam condecorarunt parentem. Horum ſanè quando nihildum ſe è terra exe-
ruiſſet, hanc non iniuria nuncupauit ſermo hic ἀκατασκεύαστον inornatam. De cœlo etiamnum
dicere licuerit non admodum diſſimilia, quando id ipſum excultum nondum erat aut per-
politum. Necdum enim ſe decentem ornatum obtinebat, quippe quod non iam ſplendeſce
bat radioſiſſimo ſole lunáque circunfuſum, at neque ſtellarum choris, tanquam ſertis redi-
mibatur. Neque enimdum iſtiuſmodi erant condita. A veritate igitur nihil aberraueris, cœ
lum quoque ſi dixeris fuiſſe inconditum. Atqui duas ob cauſas inuiſibilem dixit terram, aut
quia

παντελῶς ἀπογνῶναι. Collatio elegans.

τῶν ἀδύτων.

Terra cur incondita.

Terra quando perfecta

Cœlum quando inornatum.

Inuiſibilis terra duab' de cauſis.



A quia nondum erat is qui ſpectaret illam & contemplaretur, homo: aut quòd cerni tum non
poſſet, nimirum immerſa aquæ, quæ ſupernatans ipſius ſuperficiem quaquauerſum adope-
ruerat. Nondum enim erant aquæ in ſuas aggregatæ ſtationes, quas poſtea aggregatas, Deus
Maria nuncupauit. Inuiſibile igitur quid eſt? Tum id quod oculis carneis videri non poteſt,
cuiuſmodi eſt mens noſtra: tum id quod natura quidem eiſdem conſpici poteſt, obiectu ta-
men corporis occultatur, vt ferrum, quod in alto gurgite iacet: hoc modo nunc inuiſibilem
terram dictam eſſe putamus circunfuſa aqua velatam. Adde his & lucem nondum exortam
fuiſſe: abſentia cuius haud mirum videtur, ſi tam in media mundi parte tellurem, inuiſibi-
lem ob id ipſum etiam à ſcriptura fuiſſe dictam, quòd aër vndique ſupra ipſam diffuſus, luce
B careret. Sed veritatis deprauatores non ſuam mentem accommodantes ſcripturæ, ſed ad ſuā
voluntatem, mentem ſcripturarum trahentes ac peruertentes, materiam hiſce verbis innui
dicunt. Hæc eſt enim & inuiſibilis, inquiunt, & inornata ſuapte natura: quippe cum omni
prorſus qualitate careat ſuomet genio & conditione, atque ab omni penitus forma figuraq;
ſit ſeparata, quam opifex vniuerſi ſumptam per ſuam ſapientiam informauit, & in ordinem
ſtatúmque elementi redegit: atque ita per ipſam, rerum earum omnium quæ conſpiciuntur,
eſſentias fecit. Si igitur ingenita eſt terra, nec vlla prorſus ipſius extat origo, primum qui-
dē peræquè ac deo, tribuendus illi venit honos eximiæ dignitatis. Quo quid magis impium
fieri poteſt? terram, inquam, ipſam qualitatis omnis expertem, forma penitus carentem, in-
C formitatem extremam, turpitudinem (iis ipſis vtor nomenclaturis) nullis adumbratam ty-
pis, eodem ſtatu ſupremo, ac præeminenti, quem ſapiens & potens, & formoſiſſimus opifex,
creatorq; rerum omnium, ſibi ſuo iure vendicat, dignam eſſe exiſtimare? Deinde enim con
ſequitur eam tantæ eſſe quantitatis, vt totam ſuſcipiat ſcientiam dei, hoc quoque pacto ſub-
ſtantiam ipſius æqualem aliquo in modo, inueſtigabili dei potentiæ, facultatíque ex aduer-
ſo opponunt: ſi quidem dei ex ſeſe prudentiam totam metiri poſſit. Quòd ſi minor materia
ſit operatione diuina, hoc etiam ſanè pacto in abſurdius longe maledictum in deū, hæc ip-
ſorum ſententia vertetur ac recidet, eo quòd otioſum deum, & ab actione ſuorum operum
creationéve propter materiæ defectionem, remorentur per eiuſmodi impium dogma ac de
D tineant. At humanæ naturæ paupertas illos decepiſſe videtur. Et quoniam humanis in rebus
ſingulæ artes circa aliquā materiā definitè verſantur, vt fabrorum ferrariorum quidem fa-
cultas circa ferrū, fabrilis autem circa ligna: atque in his aliud quidem eſt ipſum ſubiectum,
aliud forma, aliud item id quod ex forma conficitur, & materia quidem forinſecus aſſumi-
tur, forma verò accommodatur ab arte: effectus deniq; eſt id quod ex vtriſque componitur,
ex materia inquam & forma. Ad eundem modum & in operatione diuina vſu iam eueniſſe
putarunt, mundi quidem figuram, à creatoris omnium allatam ſapientia: materiam autem
aliunde opifici adminiſtratam ac ſubiectam fuiſſe, & mundum ipſum ex hiſce compoſitum
emerſiſſe, ſubiectum habentem quidem, & eſſentiam aliunde, figuram verò ac formā à deo
E accepiſſe. Et hæc illis opinio ex eo obuenit, quòd magnum deum inficias ierint autorem eſſe
conſtitutionis mundi, ortuíque rerum præfuiſſe: alioqui eundem admiſerunt portionem
contuliſſe ad rerum creationē, ſed perquàm puſillam, vt qui quaſi ſuppleuerit, quod corro-
gatæ illi materiæ deerat & alicunde emendicatæ. Nec ob ingenij cogitationúmque humili-
tatem, apicem veritatis attingere ac ſuſpicere potuerunt: tantùm eo ſpectabant: quod in hoc
ſeculo quidem propter vſus neceſſitatem poſt ipſas materias in vitam hanc introductæ ſint
artes. Erat enim anteà lana, texendi pòſt facultas ſequuta eſt, vt naturæ inopiam ars ſupple-
ret: & lignum itidem erat, ars autem fabrilis acceptam materiam, pro vſu rerum, quas quo-
F tidiana neceſſitas deſiderabat, formans vtilitatem nobis vſûmque lignorum oſtendit, nautis
remum, agricolis aratrum, militibus haſtam præſtando. Deū vero aſtruimus antequā quic-
quam eorum quæ conſpiciuntur, exortum eſſet, ea quæ nondum erant mente concepiſſe, cō-
ceptáque facere voluiſſe, atque qualem eſſe mundum oporteret, intellexiſſe: & vna cum for-
ma protinus ipſius materiam accommodatam creaſſe, atque cœlo quidem non indignam
cœlo, ſed decentem ſeorſim ac diſtinctè aſſignaſſe naturam: figuræ autem terræ debitā con-
uenientémque ſubſtantiam ſubieciſſe. Ignem denique, aërem, atque aquam, in eam quæ ſibi
libuit, redegit figuram, ínque eſſentiam deduxit, perinde atque vniuſcuiuſque ratio flagita-
bat. Mundum prætereà totum diſſimilibus conſtantem partibus arcano quodam & inexpli-
cabili concordiæ vinculo † colligauit ac cōiunxit: adeóque in vnam ſocietatem concentūq;
conflauit, vt & ea quæ longiſſimo inter ſeſe interuallo ſuapte natura diſtant, vnita miro con
ſenſu

ἰις οἰκεῖα συςήματα. Inuiſibile quid.

Hac de re lege Laertium & Plutar.

τῆς αὐτῆς προεδρίας.

ἔριον. Materiæ vſum ars poſterius inuēta docuit. Aratrum, videt Argyr. legiſſe ἄροτρον, pro quo exemplar noſtrū habet πτύον ventilabrum. κόσμον ἀνομοιομερῆ. †Legit Argyrop. δεσμῷ, pro quo habemus θεσμῷ.

διὰ τῆς συμπαθείας — ſenſu coniunctáque videantur. Proinde deſinant à fabuloſis hiſce figmentis: nec eam poten G
tiam quæ nulla poteſt mente comprehendi, quæq; voce humana penitus ineffabilis eſt, ſuarū
imbecillitate cogitationum ratiocinationúmq; metiri velint. *Fecit deus cœlum & terram.*
haud dimidia ex parte vtrunque, ſed totum cœlum, totámque terram. Ipſam, inquam, eſſen-
γνώμη. — tiam, ſiue materiam fecit cum forma cōprehenſam. Non enim figurarum inuentor eſt deus,
ſed ipſius naturæ rerum creator. Alioqui reſpondeant nobis, quæſo, quonam pacto inter ſeſe
conuenerint hinc operatrix dei potētia, illinc paſſibilis materiei natura: hæc ſine forma ſub-
iectum præſtans: illa figurarum ſcientiam habens, ſine materia, vt quod alteri defuerit, col-
latum ſit ab altero: opifici quidem, vt haberet quo ſpecimen æderet ſuæ artis: materiei verò,
vt informitatem deponeret priuationémque formæ. Sed de his hactenus: ad ea redeamus, H
vnde digreſſi ſumus. Vbi dixit, *In principio fecit deus cœlum & terram.* Multa ſanè obticuit, vt
τὰ πάθη. — ignem, aërem, aquam, & ex his ipſis emergentes inferiorum corporum affectus, quæ cuncta
quidem mundum ſimul cum aliis velut abſoluentia, manifeſtè cum vniuerſo ſubſiſtere: o-
miſſa tamen de induſtria ſunt, vt ad ſolertiam ſeſe noſter exerceat animus, atque ex paucis
veluti principiis, ea quæ reſtant, expendat. Itaque cum dictum quidem non ſit, aquam deum
feciſſe, dictum autem ſit inuiſibilem eſſe terram, cogitare tute ipſe conſiderarêque velis, quo
velamine terra operta, conſpicua non fuerit. Nec igitur ignis operire poterat terram. Illumi
nare enim ignis potius, & illuſtria reddere ea corpora quibus eſt præſens, quàm tenebris ob-
ſcurare ſolet. Non item aër terræ tum erat velamen. Eſt enim aëris perrara trāſparens & pel I
lucida natura, rerúmque omnium viſibilium acceptas formas ad intuentium oculos aſpe-
ctúſque tranſmittit. Reſtat ergo vt intelligamus aquas ſuper telluris ſuperficiem inundaſſe,
πρὸς οἰκείαν λῆξιν. — antequam ad propriam ſtationem ſortémve humoris ſubſtantia ſegregaretur, atque ex eo,
terram tum non ſolùm inuiſibilem, ſed inornatam etiam fuiſſe: quippe cum humoris exu-
ἐμπειρία τῆς φύσεως. — peratio etiam nunc gignendis ferendíſque fructibus impedimento terræ ſoleat eſſe. Eadem
itaque cauſa erat, propter quam terra & inuiſibilis erat & inornata. Siquidem telluris com-
poſitio & apparatus, ipſius eſt proprius ornatus: ipſiq; iuxta naturam accommodatus, vtpo-
te, ſegetes in concauis & decliuibus locis vbertim prouenientes, prata pręuirentia, copiáque
florum ac varietate depicta, frondoſæ valles & florulentæ, montium denique cacumina ſyl-
Attende terræ parturiginem. — uis vmbroſa. Quorum nondum quicquam ipſa tellus habebat, ſed parturiebat quidem o- K
mnium ortum, earum planè virium ratione, quæ cum crearetur, ab opifice ſibi fuerant im-
preſſæ: opperiebatur autem idonea definitáque tempora, quo diuino pręcepto conceptus ſu-
os in lucem ac fœtus æderet. Sed & tenebræ, dicit, erant ſuper abyſſum. Aliæ rurſum hinc fa
bularum occaſiones, aliáque figmentorum magis ac magis impiorum principia, corū homi
Attēde Manichæorum commētum de tenebris. — num emergunt qui ad ſuas opiniones, ſcripturæ verba peruertunt. Tenebras enim non vt
earum habet natura interpretantur, aërem aliquem eſſe lucis expertem, aut locum obiectu
corporis obumbratum, aut quacunque cauſa carentem lumine locum, ſed vim malam, quin
potius ipſum malum, ex ſeipſo principium atque originem trahens, oppoſitum, contra-
riúmque bonitati diuinæ tenebras ipſas interpretantur. Nam ſi deus eſt lux, eam vim & po- L
tentiam, quæ contra ipſum militat, eique aduerſatur abſque dubio tenebras eſſe, iuxta intel-
lectus ſui rationem conſectaneam contendunt. Tenebras haud ab alio genitas, ſed geni-
tum à ſeipſo malum. Tenebras hoſtes animarū, mortis effectrices, virtuti aduerſarias: quas
& in ratione rerum eſſe, & non à deo prodiiſſe, verbis iſtis huius prophetæ ſignificari dicunt
haud mediocriter aberrantes. Ex hac impietate, quid vtique non improbatorum & impio-
rum dogmatum confictum eſt? Quales lupi, quàm atrociſſimè perrumpentes ac diſtrahen-
tes gregem dei, principio ab hac parua voce ſumpto, non inuaſerunt animas? Non Marcio-
nes, non Valentiniani hinc ſunt exorti? non abominabilis Manichæorum ſceleſtáque ſecta?
quam ſi quis eccleſiæ, putredinem dixerit, à veritate non aberrauerit. Cur ita lōgè à veritate M
diſcedis, & exorbitas homo? Cur exitij tibiipſi cauſas excogitas? Simplex eſt hæc oratio, atq;
ab omnibus comprehendi facilè poteſt: Erat inuiſibilis, inquit, terra quam ob cauſam, quæ-
Abyſſum definit. — ſo? quia circunfuſa vndique erat abyſſo. Quid abyſſus ſignificat? copioſam aquam, ad cuius
fundum haud facilè penetrari poterit deorſum verſus. At complura corpora per tenuem &
tranſparentem aquam ſcimus non raro videri. Quamobrem igitur pars terræ nulla tunc
per aquas viſendam ſe offerebat? Quia eatenus lumine carebat aër, obtenebratúſque adhuc
Ratio phyſica. — erat, qui totam ambibat aquæ naturam. Radius enim ſolis cum aquas penetrat, calculos in
fundo collocatos perſæpe demonſtrat: profunda vero in nocte nullo modo quiſquam ea
quæ



A quæ ſunt ſub aqua, conſpicere poteſt. Eius itaque quod tellus inuiſibilis fuit, probatio eſt
quod ſubiungitur, tenebroſam abyſſum terræ ſuperficiem occupaſſe. Neque igitur abyſſus
aduerſariarum poteſtatum eſt multitudo, vt quidam imaginati ſunt: neque tenebræ princi- — Nempe Manichæi.
palis quædam ſunt ac mala potentia, ſummo contraria bono. Nam ſiqua duo paribus eſſent
inter ſe contraria viribus, exitio ſibi mutuò nimirum eſſent, moleſtiáſque continuò alterum
alteri mutuo nec vnquam finiendo implicata bello afferrent. Quòd ſi viribus alterum exu-
peraret, victum omnino conficeret alterum atque conſumeret: quarê ſi mali vires ſummiq;
boni pares eſſe dicunt, inceſſabile profectò bellum, ac continuum interitum, dum vtraque
pars & vinceret & vinceretur, introducunt. Si exuperat ſummi boni potentia, quid cauſæ
B eſt, vt mali natura non funditus ſit ſublata? Si contrà, quod nefas eſt dicere, miror quonam — Quòd malū neutiquam à deo promanarit, ex collatione cōtrariorū. γνώμη phyſica.
pacto ſeipſos ipſi non abhorreant, ad tam nefanda maledicta delapſi. At neque à deo ipſum
malum profluxiſſe, pium eſt dicere: propterea quòd nihil contrariorum à contrario ſuo gi-
gnitur. Neque enim vita mortem parere ſolet, neque tenebræ principium adferunt luci, ne-
que ſanitatem morbus efficit vnquam: ſed in affectuum quidem tranſmutationibus è con-
trariis ad contraria fiunt tranſitiones: in generatione verò non à contrariis, ſed ex congene-
ribus vnumquodque eorum, quæ gignuntur, procedit. At ſi nec ingenitum eſt, inquies, ip-
ſum malum, nec à deo profluxit, vnde naturam ſortitur? Nam mala eſſe nemo vitæ parti-
C ceps contradixerit. Quid igitur eſt dicendum? Nempe malum non eſſentiam viuentem a-
nimáque præditam eſſe, ſed affectionem animæ virtuti contrariam, deſidioſis ac inertibus,
propterea quod à bono deciderunt, inditam. Noli itaque malum forinſecus circunſpicere,
atque inquirere: neque quandam naturam principem malignitatis imaginare, ſed malitiæ
quiſque ſuæ ſeipſum autorem agnoſcat. Nam ſemper ea quæ nobis eueniunt, partim à natu- — Malum è nobis ipſis.
ra proficiſcūtur, vt ſenectus, vt infirmitas; partim ſua ſponte proueniunt, quales ſunt caſus
inopini alienis principiis accidentes, vt quæ plerumque tibi adferant triſtitiam, aut quæ te
exhilarent: vt ſi quis, dum puteum fodit, theſaurum inueniat: aut ad forum eunti canis ra-
bidus occurrat: partim verò in nobis ipſis ſunt collocata, vt cupiditates ſuperare aut volu-
ptatibus modum non ponere, continere iram, aut manum iniicere in eum qui iniuria laceſ
D ſiuit, vera dicere aut falſa, manſuetum moribus eſſe ac moderatum, aut faſtu ſuperbum, ar-
rogantiáque elatum. Quorum itaque tute dominus es, eorum principia non aliunde quære-
re velis: ſed quod propriè malum eſt, id ab vltronea & voluntaria electione ſumpſiſſe prin-
cipium ſcito. Non enim, ſi nobis inuitis eueniret ſitúmque in nobis non eſſet, tantus quidem
à legibus metus iis, qui iniurij ſunt in alios, immineret: iam vero iudiciorum pœnę indepre-
cabiles ſunt, quas maleficis pro meritis flagitiorum æqua talione rependunt. Atqui hæc mi-
hi de eo quod propriè malum eſt, ſint dicta. Morbus enim, paupertas, ignobilitas, mors, cæ-
teráque id genus quæ hominibus ſunt triſtia, non propriè malis adnumeranda veniūt: pro-
pterea quòd neque ea quæ iſtis aduerſantur, inter maxima bona numeramus: quæ quidem
E partim à natura prodeunt: partim vero multis etiam vtiliter accidiſſe videntur. Quæ cum
ita ſint, omni prorſus hoc loco tropica & allegorica interpretatione poſthabita, ſimpliciter,
non curioſe tenebrarum ſenſum, ſcripturæ ſequentes voluntatem, accipiamus. Quod ſi ra-
tio quærit, ſint ne tenebræ cum mundo ſimul exortæ, an antecedant lucem antiquitate? De- — Tenebrę an lucem antegreſſæ.
nique id ſi eſt, cur id quod eſt deterius, ætate ſit prius? Dicimus itaque haſce tenebras non
ſecundum ſubſtantiam extitiſſe, ſed affectionem eſſe quę aëri ex luminis priuatione accidat.
At cuiuſnam, is locus, quæſo, quem mundus ambit, ſubitò luminis expers inuentus eſt, vt eſ
ſent tenebræ ſuper aquas? Arbitramur ſanè ſi quid erat ante mundi ſenſilis atque corruptiui
conſtitutionem, id in lumine nimirum fuiſſe. Neque enim angelorum dignitates, neque cœ
F leſtis exercitus vniuerſus, neque omnino ſi quæ naturæ ſunt participes rationis, aut nomen
ſortitæ, aut nomine carentes, ſpiritúſque ſubminiſtrātes degebant in tenebris: ſed in hac cō-
modatiſſima ſibi luce, lætitiáque ſpirituali ſuum ſtatum habuerunt. Atque his controuerte-
rit nemo, non is ſaltim qui ſupercœleſtem lucem inter bonorum promiſſiones expectat: De
qua Salomon ait: Lux iuſtis ſemper eſt præſens. Et apoſtolus Paulus: Gratias agentes patri,
qui idoneos nos fecit in parte ſortis ſanctorum in lumine. Etenim ſi qui condemnantur, in
tenebras exteriores mittuntur: qui dignè egerunt voluntate diuina, nimirum hos in lumine
ſupercœleſti, ſuam habere requiem conſtat. Cœlum igitur factum cùm eſſet dei ſanè impe-
rio, ſuóque quaquauerſum ambitu expaſſum, vt ſuæ complexu circunferentiæ quæ exceptu-
rum erat, quaſi interiore quodam ſinu circumplecteretur ea & contineret, corpus continuū
obtinens,

τόπον ἀφεγγῆ.

obtinens,ab externiſque ſufficiens interna ſeiungere,comprehenſum à ſe locum neceſſariò G
carentem lumine reddidit,tenebriſque,externo interciſo ſplendore & intercepto obſcura-
uit.Nam vt ſit vmbra,tria concurrant oportet:lux,corpus obiectum luci,locus luminis ex-

δόγμα phyſicum.

pers.Tenebræ igitur illæ mundo circunfuſæ,propter cœleſtis corporis vmbrã ſubortæ ſunt.
Atque id quod dicimus apertiſſimo planè exemplo perceperis, ſi tibi in puncto meridianæ
lucis,denſa ex materia & impenetrabili tabernaculum circumpoſueris,ac tenebris his ex tẽ-
pore procuratis teipſum incluſeris:tales & tenebras illas eſſe ſuppone, non principaliter ex
ſeſe ſubſiſtentes,ſed res alias ſubſequutas. Has autem & ſuper abyſſum ſeſe expandiſſe ſcri-
ptura dicit quòd extremæ aëris partes cum corporum omnium ſuperficie copulari, atq; ac- H
commodari ſuapte natura ſolent.Aqua verò tunc fluitabat, omnémq; tegebat ſuperficiem.
Idcirco tenebras neceſſariò dictum eſt ſuper abyſſi faciem fuiſſe. *Et ſpiritus dei ferebatur*,in-
quit,*ſuper aquas.)* Siue hunc dicat ſpiritum,diffuſionem fuiſſe aëris,accipe tibi Moſen horũ
autorem mundi ſingulas partes enumerantem tibique recenſentem : quia fecit deus cœlum
& terram,aquam,aërem,& hunc diffuſum iam ac diffluentem.Siue,quod & verius eſt,& à
maioribus noſtris probatum,ſpiritus ille ſpiritus dei ſanctus dictus eſt : propterea quòd ob-
ſeruatum eſt, talem de illo peculiari modo ſcripturam præcipuéque facere mentionem, &
nihil aliud dei ſpiritum appellare,quàm ipſum ſpiritum ſanctum, qui diuinæ beatæq; trini-
tatis numerum complet.Hanc quoque ſententiam ſi admiſeris,maiorem ex hac vtilitatem I
fueris conſequutus.At quonam pacto dixeris,Super aquas hic ferebatur?Equidem non me-
am tibi,ſed viri cuiuſdam Syri ſententiam recenſebo,qui tantùm à ſapientia mundi diſta-

Ephrem intelligit Syrum.

bat,quanto verarum ſcientiæ rerum propinquior erat.Aiebat igitur ille Syrorum vocem ſi-
gnificantiorem atque euidentiorem eſſe,& ob affinitatem, quam habet cum Hebraica lin-
gua,ſententias aliquo modo ſcripturarum propiùs attingere.Itaque talem huiuſce dicti ſen
tentiam eſſe dicebat:verbum hoc,Ferebatur,pro confouebat, vitalémque fœcunditatem a-

τὸ ἐπεφέρετο ἀντὶ τοῦ συνέθαλπε ἐζωογόνει.

quarum naturæ præbebat:ſumunt atque interpretantur ad ſimilitudinem auiculæ incuban-
tis,vimq; vitalem quandam imprimentis in ea quæ ab ipſa fouentur.Talem hunc is prædi-
cabat ea voce ſenſum ſignari:Super aquas, inquam, ſpiritum dei ferri,id eſt, ad fœcundita- K
tem vitalem,aquæ naturam ipſum ſpiritum ſanctum præparaſſe. Quare ſatis per hoc id o-
ſtenditur,quod quæritur à nonnullis,nec ab actu creandi ſpiritum ſanctum abfuiſſe. *Et di*
*xit deus:fiat lux.)* Prima dei vox lucis naturam creauit,tenebras diſpulit,mundum illuſtra-

Lux.

uit & exhilarauit,vniuerſis continuò gratum attulit iucundúmque conſpectum.Nanq; cœ-
lum quidem in omnium proſpectum venit,& tenebris eatenus adopertum mundo incla-
ruit:pulchritudinémque tantam vltro obtulit,quantam etiam nunc aſpectus oculiq; teſtan-
tur.Aër autem omni ex parte illuſtrabatur. Imò verò totam immixtam ſibi per omnia lucẽ
habebat, celeritérque ſplendorem per fines quaquauerſum ſuos diſtribuens tranſmittebat.
Etenim partes ſuperas verſus,ætherem ipſum cœlúmq; pertingebat: in latitudine verò om- L
nes mundi partes tam aquilonares ac auſtrales,quàm ipſum ortum atque occaſum momen
to temporis punctóve illuminabat.Talis eſt enim ipſius natura nempe pertenuis atq; per-
ſpicua,vt lumen per ipſum tranſiens mora prorſus nulla temporis egeat:Nam vt incunctã-
ter ac ſubitò noſtros aſpectus ad ea quæ conſpiciuntur deducit:ſic & luminis acceſſus,& eia
culationes ad fines vſque ſuos puncto temporis ſuſcipit,quò ſanè minus temporis momen-
tum vllum vel mente nemo capere poteſt.Aether denique iucundior poſt ortam lucem e-
uaſit,& aqua magis perſpicua non ſolùm ſplendorem ſuſcipiendo,verùm & ex ſe per refra-
ctionem remittendo,ſplendifluis & intermicantibus vndecunde ab aquæ elemento fulge-
tris. Tum enim dei vox ad iucundiſſimam omnia & longè pręſtantiſſimam conditionem
permutauit.Vt enim qui in profundam aquæ voraginem oleum immittunt, ei loco conci- M

ὁμοίωσις elegans.

liant & infundunt perſpicuitatem:itidem & vniuerſi creator ædito mox verbo lucis, ama-
bilem & peramœnam venuſtatem mundo inuexit. *Fiat lux.)* Sanè imperium hoc opus
ipſum erat,mox enim fiebat natura, qua vna nihil poſſit humana ratiocinatio commini-
ſci & excogitare, quo ſe oblectet ſuauius. Proinde in deo cùm vocem, verbum & præ-
ceptum aſſerimus: caue, intelligas aut cogites eum ſtrepitum qui per vocis organa edi-
tur, non item aërem linguæ officio articulatum & impreſſum, ſed momentum id,
eámve inclinationem diuinæ voluntatis cenſemus in præcepti ſpeciem figurari, quò eo-
rum qui docentur, velut oculis res ſubiecta colliqueſcat & manifeſtetur expreſſius,
*Et uidit deus lucem eſſe bonam*. aliâs pulchram.) Quas nos poſſimus depromere laudes luce hac
dignas,



A dignas,quę initio ſtatim ſuæ conditionis anteuertit,ſuum vt haberet creatorem prærogati-
ue ſuæ pulchritudinis teſtem?Etenim vel apud nos oratio ipſis defert ac cedit oculis hac de
re iudicium:ita enim ne ſermo vllus tantum queat expromere, quantum ipſe oculorum ſen
ſus anteuertens ſuo comprobat teſtimonio. At ſi bonitas ſiue pulchritudo corporis, tale vt
ſit,ſortitur ex moderata partium temperie,ex apparente item & conſpicua coloris bonitate:
quonam pacto conſeruatur ratio pulchritudinis in luce quæ ſuapte natura ſimplex eſt, &
omnimoda conſtat partium ſimilitudine?An quod iſtiuſmodi contemperatio luci atteſta-
tur & conſentit non quidem in propriis ipſius partibus conſiſtens, ſed quòd mox conſpecta
nos mœrore liberat,animúmque demulcet blanda quadam placiditate?Nam & ratione cõ-
B ſimili aurum conſtat dici pulchrum,non vtique ex collata inter ſeſe partium ſymmetria,po
tiùs quòd probo iſto & inſigni colore nos proliciat ad ſui amorem & inuitet. Ad eundem
modum Lucifer pulcherrimus eſt ſtellarum,non eò quia partes habet iuſta & æquabili pro-
portione contemperatas,ſed quod illius ſplendor affuſus ſemel oculis ſe contuentium & il-
lapſus triſtitiam ex animo depellat, nóſque mira circunfundat iucunditate & recreet. Iam
verò quod loco præſenti inducitur dei iudicium,non eſt vſquequaque ſpectantis ad eã quæ
ex illius pulchritudine in contemplantes reſilit,oblectationem:ſed veriùs proſpicientis vti-
litati ex eadem luce olim ad poſteros peruenturæ.Neque enimdum erant oculi qui lucis pul
chritudinem internoſcerent ac diiudicarent. *Et diuiſit deus inter lucem & inter tenebras.*)Id eſt,
naturam harum impermiſtam effecit,adeò vt neutra alteri permiſceretur, ſed contrariæ ſibi
C eſſent & contrapoſitæ. *Et appellauit deus lucem quidem, diem, & tenebras noctem.)* Nunc quidem
ex illo tum dies poſt ſolem factum,is aër eſt, quem ſol ipſe illuminat, in noſtro dum eſt he-
miſphærio,ſupra terram relucens.Nox vmbra eſt terræ,quæ diei ſole ſe occultante ſuccedit.
Tum verò fiebat dies,qui cedenti nox viciſſim ſuccedebat,non quidem ſecundum motionẽ
ſolis,ſed primigenia illa luce ſuum ſplendorem diffundente, ſeq; rurſum contrahente, ídq;
pro mẽſura à deo definita. *Et facta eſt ueſpera, & factum eſt mane dies unus.)* Sanè veſpera & diei
& noctis terminus eſt vtrique communis:at mane peræquè eſt noctis ad diem vicinitas. Vt
igitur in ordine creationis primigeniam prærogatiuam deferret diei, ipſius diei finẽ priore
loco commemorat,dein ſubnectit quod vltimum eſt noctis,quando nox diem ſubſequitur.
D Prior enim ille mundi ſtatus,nimirum ante primigeniam lucem exortam, non nox diceba-
tur,ſed tenebræ:nox enim ea temporis portio dicta eſt, quæ diſtinctè ſe habet & oppoſitè ad
diem, quæ quidem diei ſuccedanea nouam hanc appellationem indepta eſt. *Facta eſt igitur*
*ueſpera, & factum eſt mane.)* his planè verbis diem noctémq; comprehenſim ſignificat. Non iã
vtrunque complexus eſt nuncupatione diei ac noctis: ſed præſtabiliori totam tribuit appel-
lationem.Hanc vtique conſuetudinem inuenire poſſis in tota ſcriptura obſeruatam, nimi-
rum in metiendo tempore dies ſolere enumerari, nõ item cum diebus noctes. Dies annorũ
noſtrorum, dicit pſalmorum cantor. Et Iacob:Dies vitæ meæ parui & mali.Rurſus Omnes
dies vitæ meæ. Hæc itaque nunc in ſpeciem formámve hiſtoriæ tradita, præuiæ quædam
E ſunt veluti legum ſanctiones ad ea quæ deinceps ſequuntur. *Et facta eſt ueſpera, & factum eſt ma*
*ne dies unus.* Quam ob cauſam non dixit primum diem,ſed vnum, vbi magis conueniebat
allaturum ordine ſecundum diem,& tertium,atque quartum, eum qui omnes anteibat pri-
mum appellare diem,non vnum?Sed vnum dixit. An vt diei noctiſq; ſpatium definiret ac
tẽpus vtriuſque nempe diei ac noctis coniũgeret,ita vt ex vigintiquatuor horis vnius diei
ſpatium compleretur,atque ita & nox ſub vocabulo diei ſubintelligeretur: vt & ſi in ſolſti-
tiis altera exuperet alteram, definito tamen tempore totum vtriuſque ſimul ſpatium ſit de-
ſcriptum:quaſi diceret,quatuor vigintíq; horæ,ſpatium eſt vnius diei.An quia cœli ab eodẽ
ſigno ad idem reuolutio vno die peragitur: ita vt quoties iuxta ſolis circuitum veſpera &
F mane mundum occupant,non id prolixiore tempore,ſed in vnius diei ſpatio ſuam expleat
periodum?An ea ratio potior eſt,quæ in arcanis ſecretíſq; literis traditur:Deus ſanè qui tem
poris naturam creauit,menſuras ipſi ac ſigna,nimirum ſpatia dierum adiunxit,ſeptimanáq;
ipſum metiens,in orbem,ſeptimanam in ſeſe ſemper verſari iuſſit,curricula tẽporis ac mo-
tiones enumerantem:& vnum item diem ſeptimanam conficere,ipſum in ſeſe ſepties rede-
untem.Id autẽ orbis ſubit effigiem, à ſeſe incipiẽs & in ſeipſum deſinens: quod iam & ſecu-
li proprium eſſe conſtat,in ſeipſum conuerti,& nequaquam terminari. Quamobrem caput
ipſius temporis non diem primum,ſed vnum appellauit,vt ex appellatione etiam affinitatẽ
ad ipſum ſeculum ſortiatur. Is enim qui vnici principij ac incommunicabilis ad aliud præ
ſeſe

Lucis pulchritudo ſiue bonitas.

Aurum pulchrum.

ἕσπερος veſpertinus φωσφόρος matutinus Lucifer pulcherrimus in aſtris.

ἡμερονύκτιον.

Dies cur vnus & non primus.

Dies horarum. 24. ἀποκατάστασις.

Cur vnus dies non primus.

ſeſe fert formam, propriè ſanè atque appoſitè vnus eſt nuncupatus. Quod ſi ſecula plura ſcri G
ptura nobis afferre ſolet, ſeculi ſeculum, ſeculorúmque ſecula pluribus in locis dicendo, ta-
men & illic nec primum, neque ſecundum, at neque tertium ſeculum nobis enumeratur, vt
ſtatuum potius variarúmq; differentiæ rerum: ſed non deſcriptiones ac fines ſucceſſionésve
ſeculorum ex eo demonſtrentur. Dies enim domini, inquit, magnus eſt & præclarus. Et rur
ſum: Cur vos quæritis diem domini? Atqui hic eſt tenebræ & non lux: Tenebræ videlicet
iis, qui digni tenebris ſunt. Nam & veſperis & ſucceſſione ac fine diem illum carere doctri-
na ſacra nouit: quem & octauum pſalmorum autor appellauit: propterea quod extra tempus
illud ſitus eſt, quod ſeptimanæ metiri ſolent. Quare ſiue diem dixeris, ſiue ſeculum, aut æuũ,
eandem ſanè ſententiam dixeris. Siue igitur dies, ſtatus ille dicatur: vnus eſt & non multi: H
ſiue ſeculum aut æuum appelletur, vnicum vtique fuerit, & non multiplex, nec admittens
numerum. Quæ cum ita ſint, vt ad futuram illam vitam, ſtatúmq; futurum illum, noſtram
Moſes mẽtẽ erigat atq; deducat, vnum eum appellauit diẽ qui ſeculi ipſius imago, qui dierũ
primitiæ, qui luci coætaneus eſt: Ipſum, inquam, ſanctum dominicum diem, quem reſurre-
ctio domini honore præcipuo affecit. *Facta eſt igitur ueſpera, inquit, & factum eſt mane dies unus.*
Sed hi noſtri de illa veſpera ſermones ab hac veſpera iam occupati, hic orationi noſtræ finẽ
imponunt. Pater autem veræ lucis, qui diem cœleſti lumine decorauit, qui noctem ignis ſplẽ
doribus illuſtrauit, qui futuro in ſeculo ex laboribus requiem ac refocillationem in ſpiritua-
li illa indeſinentiq; luce apparauit, veſtra omniũ corda notitia veritatis illuminet, veſtrámq;
vitam inoffenſam conſeruet: ac præſtet, in die vt honeſtè ambuletis, vt in ſanctorum demũ I
ſplendoribus veluti ſol eluceatis ad meam ipſius exultationem, in die domini, cui gloria &
imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Dies dominicus, imago reſurrectionis.

## HOMILIA TERTIA, DE MODIS *generationis.*

HAec ſanè dicta ſunto de operibus diei primi, magis verò vnius. Non enim conue-
nit nos ſpoliare ipſum prærogatiua dignitate, quam naturæ indulgentia obtinet, K
à conditore rerum per ſe ac ſeorſim æditus, nec ordine numeróve reliquis accen-
ſus. Attamen quando quæ in ipſo facta ſunt opera, heſterna oratio percenſuit, eáq;
noſtra enarratione in auditorum gratiam bipertitò diuiſa matutinam alimoniam pars al-
tera, altera item animabus conciliauit veſpertinam lætitiam: nunc ad commemorandas res
diei ſecundi ſtuporis & miraculi plenas noſter progreditur ac tranſit ſermo. Hoc porrò mi-
hi dictum ſit, non ad interpretis vires referenti, veriùs eorum quæ ſcripta ſunt, ſuſpicienti
gratiam, quæ ſuapte natura omnium comprobatur ſuffragiis, placidè irrepens ſeque perami
cè inſinuans eorum cordibus, qui credibili cuipiam hiſtoriæ tantò eam anteponunt quæ ve-
ritate nititur. Meæ huic ſententiæ pſalmus apertiſſimè ſuccinit, dulcorem ex veritate ſcrip- L
turæ promanantem hiſce repræſentans verbis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? ſu-
per mel ori meo. Heſterno itaque die quatenus viriculæ ſinebant, in hoc condiximus ope-
ram, veſtras vt animas exhilararemus qualicunq; diſſertatione eloquiorum dei: en rurſum
hoc die qui ſecundus eſt, occurrimus, diei itidem ſecundi ſtupenda dei opera expenſuri. At
enim non me clam eſt, multos hic nos circunſiſtere vulgarium artium opifices qui pro mo
re in diem quæritant, ſuíſve diurnis operis ſibi parant viaticum. Iſti ne quàm velint, diſtra-
hantur prolixius ab opificio, ſuóve quæſtu, noſtrum ſolent circuncidere ſermonem. Iſtis
quid reſpondeam? nimirum neutiquàm ſibi deperire eam tẽporis portionem quam fœnori
tradiderint deo: ſed magna cum acceſſione ſolere ab eo rependi. Quãticunque enim fortui- M
ti caſus his negotium faceſſerint, eorum dominus difficultatem omnem amolietur, neruo-
ſas corpori ſuggeret vires, inſeret animæ expromptã ad opus alacritatem, permutandis mer
cibus facilem & commodam dexteritatem ſuppeditabit, denique rerum ex animi ſententia
cadentium ſucceſſus lætos in omnem vitam largietur iis nimirum qui ſpiritualia chariſma-
ta iſtis temporariis tanto duxerint eſſe præſtantiora. Quòd ſi fors ſtudia veſtra, ſi operę gna
uiter inſumptæ haud quaquàm ſortientur hic exitum, præut ſpes vobis præſumpta erat: at
certè, per hanc ſpiritualem doctrinam vobis interim theſaurus bonorum ingens ac luculen
tus congeritur in vitam mox ſecuturam. Omnem igitur iſtam parandæ alimoniæ anxiam
ſolicitudinem

πλὴν ἀλλ' ὅτι.

Aggreſſio.



A ſolicitudinem exime cordi: vniuerſaſq; animi cogitationes in vnum cogens facito, mihi to
tus hic vt adſis. Quod enim operæpretium hinc te conſequi poſſe ſperes, ſi corpore quidem
præſens, magna alioqui animi contentione inhies terreno cuipiam theſauro? *Et dixit deus:*
*Fiat firmamentum in medio aquarum, ſitq; diuidens inter aquam & aquam.*) Paulò priùs, heri videlicet
audiuimus dei verba dicentis, *Fiat lux*: hodie item, *Fiat firmamentum.*) Præſens proinde conte-
xtus verborum meo arbitratu quiddam in ſe continet prærogatiuæ quàm antecedens, augu
ſtioris. Neque enim in nudo & qualicunque præcepto oratio reſtitit, quin & cauſam ipſam
apparati & à deo conditi firmamenti, quæ vtique requiri ſolet, præciſa verborum proprieta-
te definiuit, dicens: *Vt diuidat inter aquam & aquam.*) Sanè quod primo aſſumpſimus inquiren-
B dum loco, hoc eſt: Num deus noſtro loquatur more. Et quidem priùs à rebus ipſis typus ſiue
adũbratio abſtracta ſe inſerit & imprimitur intellectui ſiue cogitationi hominis. Dein poſt
imaginationem rerum apprehenſarum, ſeligens proprias & cuiq; rei ſubiectæ accommodas
ſignificationes, pronunciat. Secundũ hæc, iis quæ intellectu cogitationéve apprehendit, ſub-
miniſtrationi vocalium organorum velut per manus traditis, ita demum per aëris reuerbe-
rationem & impreſſionem, perq; intermediam motionem articulatæ vocis, eam in medium
promit & explicat, quam in arcano mentis receſſu concepit, cogitationem. Quînam fabulo-
ſum dici non debeat, aſſerere velle deo opus eſſe periodo eiuſmodi, ad eorum quæ ſemel mẽ
te conceperit, explicationem? An pietati conſentaneum magis fuerit aſtruere ſanctam eam
C voluntatem ac primariam appetitionem ſiue inſtitutionem motionis illius ſpiritualis, ver-
bum eſſe dei? Expreſſiore proin figura ipſum nobis ſcriptura delineat ac pingit, non in hoc
modo vt declaret deum voluiſſe fieri creaturam, ſed & eandem promotam eſſe ad genera-
tionem per vnum aliquem cooperarium. Vtique potuiſſet quo iam initio cœperat, conſimi-
li ſtilo perſtringere ſingula & commemorare: *In principio fecit deus cœlum & terram.*) Subin,
fecit firmamentum. Nunc autem dum imperantem inducit ſimul & cum quopiam ſermo-
nes pertexentem: eam, & ſi ſilentio ſuppreſſam perſonam ſubindicat, cui & mandatum com
municat, & qua cum ediſſerit, nihil nobis inuidens illius cognitionem: potiùs nos charitatis
flamma extimulans ad illius complexum deſiderabilem. Vtriuſque enim iſtius boni gratia,
D veſtigia quædam ac veluti delineationes rei arcanæ expreſſiuas ſuppingit. Rem enim labore
partam ingenti cum gaudio ac veluti paſſis vlnis plerique omnes exceptant, exceptam tuen
tur ac ſeruant non indiligenter: contrà, quorum cuique eſt parabilis & ad manum expoſita
indeptio, horum & aſpernabilis eſt conſecutio, nec difficilè venit in contemptum. Hac ſanè
gratia veluti viam ordinémque præſtruens ſcriptura nos rectà promouet ad cognitionem
vnigeniti dei. etiamſi incorporeæ illi naturæ nihil ad eum modum fuerat opus intermedio
ſermone quem ipſi voce promimus, quando quę mente conceperat pater citra ſermonis offi
cium ſe inſinuare poterant concreatori. Quo fit, vt vſus ſermonis minimè neceſſarius ſit iis
qui inita conſilia ſolo poſſunt intellectu inter ſe partiri communiter. Vt enim vox in gra-
E tiam indulta eſt auditus, ita & auditus propter vocẽ. Nam vbi non aër ſuppetit, non lingua,
non auris, non item meatus in ſinus plicatiles contortus ad eam vſque poſituram in capite
quæ conſentit auditui, ſonos ſubuehens, nullus iam ibi vſus ſermonis eſt: ſed communis tũ
partitio voluntatis fit ex ipſis, ita enim dicere quis poſſit, medullaribus, hoc eſt, in intimis
cordium conceptis conſiliis. Sanè, quod mihi dictum iam eſt, quò ſe mens noſtra ſurrigeret
ad eius inquiſitionem perſonæ, ad quam hic intenditur ſermo: figuratã hanc diſſerendi pro-
prietatem ſapiẽti admodũ ac prouida, nec minùs artifici ratione ſibi ſcriptura aſciuit. Quod
ſecundo ſe offert diſquirendum loco, hoc eſt: ſitne firmamentum hoc ab eo diuerſum, quod
initio factum eſt, cælo, quando & illud cœli quoque nomenclaturam ſortitum eſt, ac proin-
F de num duo prorſus ponendi ſint cœli. Qui enim de cœlo diſſeruerũt philoſophi, priùs ſuas
linguas perditum ire eligant, quàm aſſertionem eiuſmodi vt veram admittant. Et quidẽ pro
re comperta vnum eſſe conſtituunt ac decernunt, ſed tale, cuius natura neutiq̃ vim obtineat
operatoriam adeò & efficacem, ex ſe vt producat alterum, tertium aut quotumuis tandẽ, ni-
mirum eſſentia cœleſtis totius corporis ad illius vnius cœli conſtitutionem prorſus (ita iſti
ſuſpicantur) abſumpta & expenſa. Vnum enim nihil inuitè fatetur eſſe corpus, quod quidem
latione mouetur orbiculari, at id circunſcriptę eſt virtutis. Quod ſi ad primi illius cœli con-
ſtitutionem, omnibus ſuis partibus ſubſtantiam exhauſerit: conſequi videtur nihil iam eius
reſediſſe ad ſecundi, tertiiue generationem. Ecqua tandem iſti delira planè & anili imagina
tione deluſi comminiſcuntur, qui hylen ingenitam cenſent, eámque aliunde adſcitam ad
rerum

Quæſtio. 1. Noſtró ne more loquatur deus?

Ipſa dei voluntas eius eſt ſermo.

Sermo cur deo tribuatur.

γνώμη ex contrariis.

Collatio.

Quæſtio. 2. Cœli reclamantibus licet philoſophis plures ſunt.

O ſtultam philoſophorum ſuſpicionem.

ὕλην materiã, quã iſti ſomniãt deo coæternam.

rerum productionem offerunt opifici, ex comentitia illa & conficta primum fabula ad hoc G
conſequens abrepti mendacium. Ab iſtis porrò Græciæ ſapientibus id vt æquum eſt, conten
derim: ne nos ſuis deridiculis ſannis prius inceſſant, quàm ſuas ipſi velitares & hactenus con
Laert. 10. & aliis aliquot locis.
trouerſas inter ſe opiniones ſedarint. In his nanque ſunt, qui infinitos aſtruant & cœlos eſſe
& mundos: quorum opinionem dictu abſurdam, nec vlla ſui parte ſimilem vero cum ij co-
arguerint, qui demonſtrationibus vti ſolent grauioris multo momenti, viq; probationũ geo
metricarum neceſſariò concludentium confirmarint id ferre non poſſe naturam, vt præter
vnum hoc cœlum alterum conſtituat: tum ſanè iſtorum mathematicorum lineares nugas
quanlibet artifici ingenio concinnatas tantò ſolutiùs ridebimus. Siquidem quum videant
nulla diſpari cauſa vnam, alteram plures item excitari bullas, mox controuertunt & reuocãt H
in quæſtionem, tantáne opifici facultas ſuppetat, vt ſatis ſit vnus tot adeò condendis cœlis,
quorum vires ac magnitudinem nihil ab eo humore concauo differre cenſemus, qui in ob-
ſtreperis ac ſalientibus aquis torrentium intumeſcit atque inflatur, ſi certè ad exuperantem
præeminentiam reſpexerimus diuinæ potentiæ. Quare iſtorum riſu proſequẽda ratio eſt, qua
contendunt neutiquam poſſe in rerum natura conſiſtere cœlos duos. Nos contrà, de duobus
tantùm abeſt vt quicquàm addubitemus: vt & tertium inquiramus, cuius contemplatione
dignus eſt habitus admirabilis Paulus. Pſalmus ad hoc, dum nominatim commemorat cœ-
los cœlorum, vtique non vnius modò cœli, ſed & plurium perſpicuã nobis inſeruit intelli-
gentiam. Neque hæc aliquando minore fide credi par eſt, quàm qua credimus ſeptem eſſe or I
Collatio.
bes, in quibus ſtellæ ſeptem ferè omniũ conſono ore prædicantur ſuũ peragere curſum, quos
quidem cœlos ita aſſerunt concinnè inſeri vnum alteri, quemadmodum ſi cadi aut vaſcula
in ſeſe inſerta ſint. Hos proinde ſic inſertos, dum motu contrario ex aduerſo vniuerſi in or-
bem verſantur, aſſeuerant æthere per hos circũquaque perrupto, ſonum reddi concinnũ ſua-
De hac harmonia planetarũ præter cæteros c. 48. & ſeq. tono. 4. cãt. primi, harmoniæ Mũdi lege, ſed cum iudicio. item Coſmopœiã Eugubini.
uè reſonantis harmoniæ, quæ melicæ omnis melodiæ mellitiſſimam exuperet & iucundam
ſuauitatem. Subin aſſertores iſtius commenti, ſi quando repoſcuntur, fidem vt faciant ac ſen
ſu ipſo confirment hæc ita ſe habere, quid aiunt? Nos per primariam ad eum ſonum aſſuetu-
dinem, nimirum ab ipſo mox ortu ita huic aures conſueſſe commodare, vt intentiore eiuſ-
modi audiendi cura ſenſus ipſe obſorduerit nobis ac deperierit, perinde atque ij hominum K
quorum aures crebris ictibus in excuſoriis officinis & continenter pulſatæ ſic occalluerunt,
ſurdę vt ſint: quorum impoſturam planè veteratoriam & ruinoſa carie præflaccidam coar-
guere, (cùm mox audita nulli non ſe cognobilem oſtentet, & conſpicuam) non vtique viri
eſt aut ſcientis parcere tempori, aut certo coniectantis quo intelligentiæ acumine ſint præ-
βεβαίωσις. Maiorum opinio.
diti auditores Externis iſtis interim omiſſis ſuis hominib9, toti velut poſtliminio ad ortho
doxum eccleſiæ redeamus ſermonem. Dictum eſt à nonnullis noſtris maioribus, nõ eſſe ſe-
cundi cœli hunc ortum, ſed explanationem quandam prioris: propterea quòd illic ſcriptura
cœli ac terræ creationem in ſumma quidẽ tradidit: hic vero modum, quo ſingula facta ſunt,
ἐπεξεργαστικώτερον. Sententia S. Baſilij. Χρείαν ἐξαίρετον.
exactiùs explicet. Nos autem dicimus, cum nomen diuerſum, officiúmque peculiare cœli ſe- L
cundi traditum ſit, aliud hoc præter id eſſe, quòd in principio eſt effectum, ſolidioris ſanè na
turæ, præcipuum quoque officium vniuerſo ſubminiſtrans, *Et dixit deus: Fiat firmamentũ in me-*
*dio aquarum, & fecit deus firmamentum, diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento ab iis, quæ erant ſuper fir-*
*mamentum.*) Sed antea quàm ſcripturæ ſententiam attingamus, id quod ab aliis obiicitur, diſ-
ſoluere enitamur. Percõtantur enim nos: Si firmamenti corpus globoſum eſt, vt aſpectus ip-
ſe declarat, aqua autem ſuapte natura fluxa quum ſit & è ſublimi ſidere ſoleat ac delabi, quî
nam potuit in curua & ſuperiore circunferentia firmamenti ſolidè ac ſtabiliter perſiſtere?
Quid ad hanc obſecro reſpondendum eſt obiectionem? In primis quidem dicendum: vt do
nem aliquid eſſe, quod qua parte nobis cernitur, ſpeciem præfert circuli per flexuram for- M
nicém ve internæ concauitatis, non cõtinuò neceſſe ſit illius quoque externam ſuperficiem
quaquauerſum ad imaginem ſphæræ eſſe perfectam, totúmque id, perinde ac opus tornatile
exactè eſſe circunductum leuigatum ac perpolitum. quando videmus ipſi tum tecta balneo-
rum lapidea, tum ædium extructiones antri in ſpeciem cauernoſas, ipſo quidẽ internæ partis
aſpectu circunductas eſſe in ſpeciem figurámve ſemicirculi, cum interim pars tecti ſuperior
æquabilem plerunque obtineat, & planam ſuperficiẽ. Quapropter hac de re neque ſibi mo-
leſtias ipſi ſumere, neque nobis præſtare velint, quaſi ſuperis aquam in locis detinere, coër-
Firmamenti phyſis quæ ſit.
cerẽque non valeamus. Dein dicendum eſſe videtur, quæ nam ſit ipſius firmamenti natura,
& quam ob cauſam inter aquas ſeparandas inſtitutum ſit intermedium vt eſſet. Scriptura
ſacra

A ſacra nomine firmamenti, in iis rebus quæ robore viribúſque exuperant vti conſueuit,
quemadmodum cum dicit: Dominus firmamentum meum, & refugium meum: Et, Ego
ναστὸν καὶ πλῆρες.
confirmaui columnas eius: Et, Laudate eum in firmamẽto virtutis eius. Nam externi homi
nes id firmum corpus dicunt, quod quaſi ſolidum eſt, denſum ac plenum, vt à mathematico
Finitur corpus mathematicum. Quid corpus ſolidũ.
corpore diſtinguerent. Eſt autem mathematicum corpus, quòd in dimenſionibus ſolis con-
ſiſtit, latitudine inquam, longitudine, & profunditate. Firmum autem ſolidúmq;, quod cum
dimenſionibus & reniti reſiſteréque poteſt. Scriptura autem ſacra, quod perrobuſtum eſt,
neque cedit, id omne firmamentum dicere conſueuit, atque adeò, vt & in aëre addenſato
hac ipſa voce plerunque vti videatur, veluti cum dicit: Qui tonitruum firmat. Soliditatem
B enim & reſiſtentiam eius ſpiritus, qui in nubium concauis ſinibus includitur, atque ob vio-
Tonitrua.
lentam eruptionem inde ſonos ac ſtrepitus eos efficit quos tonitrua dicimus, firmitudinem
tonitrui ſcriptura nuncupauit. Igitur & hic etiam pro quadam firma ſolidáque natura, ad
detinendas aquas ac coërcendas idonea, quæ ſuapte natura dilabuntur, perfacilêque diſſol-
uuntur, hanc à ſcriptura vocem ordinatam eſſe arbitramur. Nec tamen ipſum firmamen-
tum cum iuxta communem & vulgatam acceptionem ex aqua videatur ortum habuiſſe
ſuum, aut aquæ in glaciem concretæ, aut materiæ cuiquam tali, quæ ſui principium ortus ex
Simili à cryſtalli natura deducto confirmat.
humore percolato ſumit, ſimile cenſendum eſt eſſe, qualem cryſtalli lapidis naturam eſſe cõ
ſtat: quem ob exuperantem aquæ congelationem in eam eſſentiam quam obtinet, aſſeuerãt
C tranſmutari, aut ſpecularij lapidis qualis eſt natura, qui inter metalla concreſcit. Eſt ſanè la-
pis hic tranſparens ac pellucidus, & peculiari quadam ac puriſſima perſpicuitate prænitens,
adeò vt ſi is ſuæ naturæ numeris omnibus reſponderit, neque vlla exeſus putredine, ſed nec
vlla ſui parte perruptus, cum aëre contendit, eiq; ferè perſpicuitate ſimilis eſſe videtur. Ex
γνώμη.
his igitur nulli ſimile firmamentum eſſe cenſemus. Eſt enim puerilis ſimplicíſque profectò
mentis, tales de corporibus cœleſtibus opiniones habere. Neque tamen ſi cuncta in cunctis
inſunt, ignis in aëre, aër in aqua, cæterorúmque ſimiliter aliud ineſt in alio, & nullum omni-
no eorum quæ ſub ſenſum cadũt elementum ſyncerum eſt mixtionéque caret, vt non ſit aut
medij, aut oppoſiti ſibi particeps: firmamentum ob id ipſum, aut ex vno ſimplicium corpo-
D rum, aut ex omnibus mixtum eſſe aſſerere nobis placet, qui iam ab ipſa diuina ſcriptura ita
inſtituti ſumus, vt nihil vltra ea quæ ſunt conceſſa menti noſtræ, imaginari cogitaréque cõ-
cedamus. At verò nec illud inexpẽſum & vt annotatione indignum nos prætereat, quòd
poſteaquam præceperat deus dicens, *Fiat firmamentum.*) non dictum eſt ſimplici modo. Et
ἀκούσατε οἱ κωφοί, ἀναβλέψατε οἱ τυφλοί.
factum eſt firmamentum, ſed fecit deus firmamentum. Et rurſum: Diuiſit deus. Audi-
te, qui ſurdi eſtis: reſpicite, qui cæci eſtis. Ecquis, quæſo, ſurdus eſt, niſi qui non audit magna
adeo voce ſpiritum ſanctum inclamantem? Quis denique cæcus eſt, niſi qui non cernit ac
inſpicit adeò apertas, adeò claras de vnigenito dei filio demonſtrationes? *Fiat firmamentũ.*)
hæc vox profectò cauſæ eſt primigeniæ & principis. *Fecit deus firmamentum.*) hæc effectri-
E cis eſt ſanè creatricíſq; potentiæ teſtis. Sed ad interpretationem continuandam, orationem
flectamus. *Et diuidat*, inquit, *aquas ab aquis.*) Infinita quidem, vt videtur, aquarum erat dif-
fuſio, vndiquaque inundantium terræ, ſuperficiémque illius in ſublimi ita occupantium, vt
ad cætera elementa collatæ, ſua proportione tranſcendere viderentur. Quapropter & anteà
dicebatur abyſſum vndique circundare terram. Cauſa autem humorum copiæ tantæ, in iis
quæ deinceps dicentur nos aſſignare oportet. Nemo vero noſtrum, vel eorum prorſus quo-
rum animus non mediocriter in perſpicientia rerum ſeſe exercuit, quiq; in hac caduca fluen
téque natura per quàm acutè conſpiciunt, noſtram increpabit opinionem, quaſi quædam
impoſſibilia ſupponẽtem, aut figmenta. Neque à nobis repoſcet quis rationem, quânam ni-
tens ſede aquarum natura, ſolidè conſiſtebat. Qua enim ratione terram tantò aqua grauio-
F rem ab extremis abducentes in medio ceu pendulam collocant, eadem prorſus infinitam il
lam aquæ copiam tum ob natura inſitam ad ima prolapſionem, tum propter pondus parte
omni æquilibre, circum terram conquieſcere ac ſolidè perſiſtere, & conquieſcere concedent.
Igitur aquæ immenſa natura circa terram vndique diffundebatur, non temperatè ſeſe habẽs
ad illam, ſed longo exuperans interuallo: ita iam ab inde vniuerſi primordiis à magno rerũ
artifice futura re proſpecta, & primis rebus ad commoditatem ſequentem diſpoſitis. Quæ-
Ratio phyſica aquæ exuperantioris.
nam igitur neceſſitas fuit, vt aquæ natura tanta exuperaret nec explicabili copia? Quando-
quidem eſſentia ignis neceſſaria eſt vniuerſo, non ſolùm ad terreſtrium rerum adminiſtra-
tionem, ſed ad ipſius etiam vniuerſi totius complendã integritatem (mutilum enim eſſet, ſi

rerum productionem offerunt opifici, ex commentitia illa & conficta primum fabula ad hoc G
conſequens abrepti mendacium. Ab iſtis porrò Græciæ ſapientibus id vt æquum eſt, conten
derim: ne nos ſuis deridiculis ſannis prius inceſſant, quàm ſuas ipſi velitares & hactenus con
trouerſas inter ſe opiniones ſedarint. In his nanque ſunt, qui infinitos aſtruant & cœlos eſſe
& mundos: quorum opinionem dictu abſurdam, nec vlla ſui parte ſimilem vero cum ij co-
arguerint, qui demonſtrationibus vti ſolent grauioris multo momenti, viq; probationũ geo
metricarum neceſſariò concludentium confirmarint id ferre non poſſe naturam, vt præter
vnum hoc cœlum alterum conſtituat: tum ſanè iſtorum mathematicorum lineares nugas
quanlibet artifici ingenio concinnatas tantò ſolutiùs ridebimus. Siquidem quum videant
nulla diſpari cauſa vnam, alteram plures item excitari bullas, mox controuertunt & reuocãt H
in quæſtionem, tantáne opifici facultas ſuppetat, vt ſatis ſit vnus tot adeò condendis cœlis,
quorum vires ac magnitudinem nihil ab eo humore concauo differre cenſemus, qui in ob-
ſtreperis ac ſalientibus aquis torrentium intumeſcit atque inflatur; ſi certè ad exuperantem
præeminentiam reſpexerimus diuinæ potentiæ. Quare iſtorum riſu proſequẽda ratio eſt, qua
contendunt neutiquam poſſe in rerum natura conſiſtere cœlos duos. Nos contrà, de duobus
tantum abeſt vt quicquàm addubitemus: vt & tertium inquiramus, cuius contemplatione
dignus eſt habitus admirabilis Paulus. Pſalmus ad hoc, dum nominatim commemorat cœ-
los cœlorum, vtique non vnius modò cœli, ſed & plurium perſpicuã nobis inſeruit intelli-
gentiam. Neque hæc aliquando minore fide credi par eſt, quàm qua credimus ſeptem eſſe or I
bes, in quibus ſtellæ ſeptem ferè omniũ conſono ore prædicantur ſuũ peragere curſum, quos
quidem cœlos ita aſſerunt concinnè inſeri vnum alteri, quemadmodum ſi cadi aut vaſcula
in ſeſe inſerta ſint. Hos proinde ſic inſertos, dum motu contrario ex aduerſo vniuerſi in or-
bem verſantur, aſſeuerant æthere per hos circũquaque perrupto, ſonum reddi concinnũ ſua-
uè reſonantis harmoniæ, quæ melicæ omnis melodiæ mellitiſſimam exuperet & iucundam
ſuauitatem. Subin aſſertores iſtius commenti, ſi quando repoſcuntur, fidem vt faciant ac ſen
ſu ipſo confirment hæc ita ſe habere, quid aiunt? Nos per primariam ad eum ſonum aſſuetu-
dinem, nimirum ab ipſo mox ortu ita huic aures conſueſſe commodare, vt intentiore eiuſ-
modi audiendi cura ſenſus ipſe obſorduerit nobis ac deperierit, perinde atque ij hominum K
quorum aures crebris ictibus in excuſoriis officinis & continenter pulſatæ ſic occalluerunt,
ſurdæ vt ſint: quorum impoſturam planè veteratoriam & ruinoſa carie præflaccidam coar-
guere, (cùm mox audita nulli non ſe cognobilem oſtentet, & conſpicuam) non vtique viri
eſt aut ſcientis parcere tempori, aut certo coniectantis quo intelligentiæ acumine ſint præ-
diti auditores. Externis iſtis interim omiſſis ſuis hominib⁹, toti velut poſtliminio ad ortho
doxum eccleſiæ redeamus ſermonem. Dictum eſt à nonnullis noſtris maioribus, nõ eſſe ſe-
cundi cœli hunc ortum, ſed explanationem quandam prioris: propterea quòd illic ſcriptura
cœli ac terræ creationem in ſumma quidẽ tradidit: hic vero modum, quo ſingula facta ſunt,
exactiùs explicet. Nos autem dicimus, cum nomen diuerſum, officiúmque peculiare cœli ſe- L
cundi traditum ſit, aliud hoc præter id eſſe, quòd in principio eſt effectum, ſolidioris ſanè na
turæ, præcipuum quoque officium vniuerſo subminiſtrans, *Et dixit deus: Fiat firmamentũ in me-
dio aquarum, & fecit deus firmamentum, diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento ab iis, quæ erant ſuper fir-
mamentum.*) Sed antea quàm ſcripturæ ſententiam attingamus, id quod ab aliis obiicitur, diſ-
ſoluere enitamur. Percõtantur enim nos: Si firmamenti corpus globoſum eſt, vt aſpectus ip-
ſe declarat, aqua autem ſuapte natura fluxa quum ſit & è ſublimi ſidere ſoleat ac delabi, quî-
nam potuit in curua & ſuperiore circunferentia firmamenti ſolidè ac ſtabiliter perſiſtere?
Quid ad hanc obſecro reſpondendum eſt obiectionem? In primis quidem dicendum: vt do
nem aliquid eſſe, quod qua parte nobis cernitur, ſpeciem præfert circuli per flexuram for- M
nicémve internæ concauitatis, non cõtinuò neceſſe ſit illius quoque externam ſuperficiem
quaquauerſum ad imaginem ſphæræ eſſe perfectam, totúmque id, perinde ac opus tornatile
exactè eſſe circunductum leuigatum ac perpolitum. quando videmus ipſi tum tecta balneo-
rum lapidea, tum ædium extructiones antri in ſpeciem cauernoſas, ipſo quidẽ internæ partis
aſpectu circunductas eſſe in ſpeciem figurámve ſemicirculi, cum interim pars tecti ſuperior
æquabilem plerunque obtineat, & planam ſuperficiẽ. Quapropter hac de re neque ſibi mo-
leſtias ipſi ſumere, neque nobis præſtare velint, quaſi ſuperis aquam in locis detinere, coër-
cereque non valeamus. Dein dicendum eſſe videtur, quæ nam ſit ipſius firmamenti natura,
& quam ob cauſam inter aquas ſeparandas inſtitutum ſit intermedium vt eſſet. Scriptura
ſacra

Laert. 10. & aliis aliquot locis.

Collatio.

De hac harmonia planetarũ præter cæteros c. 48. & ſeq. tono. 4. cãt. primi, harmoniæ Mũdi lege, ſed cum iudicio. item Coſmopœiã Eugubini. βεβαίωσις. Maiorum opinio.

ἐπεξεργαστικώτερον. Sententia S. Baſilij. Χρείαν ἐξαίρετον.

Firmamenti phyſis quæ ſit.



A ſacra nomine firmamenti, in iis rebus quæ robore viribúſque exuperant vti conſueuit,
quemadmodum cum dicit: Dominus firmamentum meum, & refugium meum: Et, Ego
confirmaui columnas eius: Et, Laudate eum in firmamẽto virtutis eius. Nam externi homi
nes id firmum corpus dicunt, quod quaſi ſolidum eſt, denſum ac plenum, vt à mathematico
corpore diſtinguerent. Eſt autem mathematicum corpus, quòd in dimenſionibus ſolis con-
ſiſtit, latitudine inquam, longitudine, & profunditate. Firmum autem ſolidúmq;, quod cum
dimenſionibus & reniti reſiſteréque poteſt. Scriptura autem ſacra, quod perrobuſtum eſt,
neque cedit, id omne firmamentum dicere conſueuit, atque adeò, vt & in aëre addenſato
hac ipſa voce plerunque vti videatur, veluti cum dicit: Qui tonitruum firmat. Soliditatem
B enim & reſiſtentiam eius ſpiritus, qui in nubium concauis ſinibus includitur, atque ob vio-
lentam eruptionem inde ſonos ac ſtrepitus eos efficit quos tonitrua dicimus, firmitudinem
tonitrui ſcriptura nuncupauit. Igitur & hic etiam pro quadam firma ſolidáque natura, ad
detinendas aquas ac coërcendas idonea, quæ ſuapte natura dilabuntur, perfaciléque diſſol-
uuntur, hanc à ſcriptura vocem ordinatam eſſe arbitramur. Nec tamen ipſum firmamen-
tum cum iuxta communem & vulgatam acceptionem ex aqua videatur ortum habuiſſe
ſuum, aut aquæ in glaciem concretæ, aut materiæ cuiquam tali, quæ ſui principium ortus ex
humore percolato ſumit, ſimile cenſendum eſt eſſe, qualem cryſtalli lapidis naturam eſſe cõ
ſtat: quem ob exuperantem aquæ congelationem in eam eſſentiam quam obtinet, aſſeuerãt
C tranſmutari, aut ſpecularij lapidis qualis eſt natura, qui inter metalla concreſcit. Eſt ſanè la-
pis hic tranſparens ac pellucidus, & peculiari quadam ac puriſſima perſpicuitate prænitens,
adeò vt ſi is ſuæ naturæ numeris omnibus reſponderit, neque vlla exeſus putredine, ſed nec
vlla ſui parte perruptus, cum aëre contendit, eiq; ferè perſpicuitate ſimilis eſſe videtur. Ex
his igitur nulli ſimile firmamentum eſſe cenſemus. Eſt enim puerilis ſimplicíſque profectò
mentis, tales de corporibus cœleſtibus opiniones habere. Neque tamen ſi cuncta in cunctis
inſunt, ignis in aëre, aër in aqua, cæterorúmque ſimiliter aliud ineſt in alio, & nullum omni-
no eorum quæ ſub ſenſum cadũt elementum ſyncerum eſt mixtionéque caret, vt non ſit aut
medij, aut oppoſiti ſibi particeps: firmamentum ob id ipſum, aut ex vno ſimplicium corpo-
D rum, aut ex omnibus mixtum eſſe aſſerere nobis placet, qui iam ab ipſa diuina ſcriptura ita
inſtituti ſumus, vt nihil vltra ea quæ ſunt conceſſa menti noſtræ, imaginari cogitaréque cõ-
cedamus. At verò nec illud inexpẽſum & vt annotatione indignum nos prætereat, quòd
poſteaquam præceperat deus dicens, *Fiat firmamentum.*) non dictum eſt ſimplici modo. Et
factum eſt firmamentum, ſed fecit deus firmamentum. Et rurſum: Diuiſit deus. Audi-
te, qui ſurdi eſtis: reſpicite, qui cæci eſtis. Ecquis, quæſo, ſurdus eſt, niſi qui non audit magna
adeo voce ſpiritum ſanctum inclamantem? Quis denique cæcus eſt, niſi qui non cernit ac
inſpicit adeò apertas, adeò claras de vnigenito dei filio demonſtrationes? *Fiat firmamentũ.*)
hæc vox profectò cauſæ eſt primigeniæ & principis. *Fecit deus firmamentum.*) hæc effectri-
E cis eſt ſanè creatricisq; potentiæ teſtis. Sed ad interpretationem continuandam, orationem
flectamus. *Et diuidat*, inquit, *aquas ab aquis.*) Infinita quidem, vt videtur, aquarum erat dif-
fuſio, vndiquaque inundantium terræ, ſuperficiémque illius in ſublimi ita occupantium, vt
ad cætera elementa collatæ, ſua proportione tranſcendere viderentur. Quapropter & anteà
dicebatur abyſſum vndique circundare terram. Cauſa autem humorum copiæ tantæ, in iis
quæ deinceps dicentur nos aſſignare oportet. Nemo vero noſtrum, vel eorum prorſus quo-
rum animus non mediocriter in perſpicientia rerum ſeſe exercuit, quiq; in hac caduca fluen
téque natura per quàm acutè conſpiciunt, noſtram increpabit opinionem, quaſi quædam
impoſſibilia ſupponẽtem, aut figmenta. Neque à nobis repoſcet quis rationem, quánam ni-
tens ſede aquarum natura, ſolidè conſiſtebat. Qua enim ratione terram tantò aqua grauio-
F rem ab extremis abducentes in medio ceu pendulam collocant, eadem prorſus infinitam il
lam aquæ copiam tum ob natura inſitam ad ima prolapſionem, tum propter pondus parte
omni æquilibre, circum terram conquieſcere ac ſolidè perſiſtere, & conquieſcere concedent.
Igitur aquæ immenſa natura circa terram vndique diffundebatur, non temperatè ſeſe habẽs
ad illam, ſed longo exuperans interuallo: ita iam ab inde vniuerſi primordiis à magno rerũ
artifice futura re proſpecta, & primis rebus ad commoditatem ſequentem diſpoſitis. Quæ-
nam igitur neceſſitas fuit, vt aquæ natura tanta exuperaret nec explicabili copia? Quando-
quidem eſſentia ignis neceſſaria eſt vniuerſo, non ſolùm ad terreſtrium rerum adminiſtra-
tionem, ſed ad ipſius etiam vniuerſi totius complendã integritatem (mutilum enim eſſet, ſi
b hoc vno

νασὸν καὶ πλῆρες. Finitur corpus mathematicum. Quid corpus ſolidũ.

Tonitrua.

Simili à cryſtalli natura deducto confirmat.

γνώμη.

ἀκούσατε οἱ κωφοί, ἀναβλέψατε οἱ τυφλοί.

Ratio phyſica aquæ exuperantioris.

hoc vno elementorum omnium maximè opportuno deſtitueretur) aduerſantur autem ſibi G
mutuò,alterúmque alterius corruptiuum eſt:ignis quidem aquam cum excedit,vincit viri-
bus,ignem autem aqua cum exuperat copia:nec aut ſeditionem inter hæc eſſe , aut alterius
defectione cauſam oportebat emergere , qua diſſolueretur vniuerſum & deperiret : tantam
humoris naturam qui omnia diſponit deus parauit atque recondidit , vt ad definitos vſque
fines ipſius mundi conſtitutionis,cum paulatim ab ignis viribus abſumatur,ipſi reſiſtere va
leret.Enimuerò qui pondere cuncta menſuráque diſpoſuit(in numerato nanque ipſi,ſecun-
dum Iob,& pluuiæ guttæ ſunt) is planè cognorat quantum præſcripſiſſet temporis mundo
ad durationem:& quantum etiam igni ſumptus pabuliq; recondere oporteret, non ignora-
uit.Hæc eſt aquæ redũdantis & copioſæ ratio circa creationem . Atqui neceſſariam mundo H
naturam ignis ipſius eſſe,nemo ſic eſt vſquequaque vitæ expers,vt ignoret,doceriq; opus ha
beat ratione inducta , non ſolùm quia facultates omnes ac artes quibus vita noſtra ſubmi-
niſtratur,ac continetur ad operationes exercendas ſuas ignis egeant natura,ceu ſunt texto-
ria, coriaria, ædificatoria, atque agricultura : verumetiam neque germinationes arborum,

Ignis & aquę neceſſaria creatio.

neque fructuum maturæ concoctiones , neque animalium aut terreſtrium aut aquatilium
ortus,neque alimenta etiam iſtorum vlla aut initiò conſtitiſſent , aut tempore aliquo per-
manſiſſent,ſi calor in ratione rerum non adfuiſſet. Ergo perneceſſaria quidem caloris crea-
tio fuit,vt ea quæ gignuntur,oriantur atque perſiſtant: perneceſſaria autem & humoris co- I

κτῆσις lege κτίσις.

pioſa abundantia propter ignis inceſſabilem ac ineuitabilem conſumendi vim.Circumſpice
quæſo,luſtráque creaturas omneis,& caloris vires omnibus in rebus , quæ generationi cor-
ruptioniq; obnoxiæ ſunt,perſpicies præualere. Idcirco copioſæ ſunt aquæ,partim ſuper ter-

Fontium ac puteorum ſcaturigines.

ram diffuſæ,partim vltra ea quæ conſpiciuntur diductæ, partim in ſinibus telluris inſperſæ:
vnde fontium emergunt copioſiſſimi ortus,& puteorum confluuia , amniúmque tam tor-
rentium quàm perennium flumina:quo multis porro variiſq; locis ac cellulis humoris ſub-
ſtantia conſeruetur.Atq; ex orientali quidem plaga,ab hyemalibus ſolſtitiis,fluui⁹ Indus e-

Lege Straboné.15.li. In Indũ vnũ quindecim inſignia intrant flumina.

rumpit,omnium maximus amnium,vt memoriæ tradiderunt ij,qui de orbis circuitu par-
tibúſque conſcripſerunt:A medio autem orientis Bactrus & Choaſpes , atque Araxes à quo
& Tanais auulſus in Mæotim paludem dilabitur , & præterea Phaſis à Caucaſiis montibus K
erumpens, & alij innumeri ab aquilonaribus partibus , ad Euxinum vſque pontum labun-
tur.Ab occaſibus autem æſtiuis,ex Pyrenæo monte Tartéſus & Iſter egrediuntur : quorum

Ibidem loci de Choaſpe πυῤῥηναῖον ὄρος. ἐκδίδωσι.

ille ad id mare pergit,quod vltra columnas Herculis diffunditur.Iſter verò Europam præ-
terfluens,in Pontum emanat. Quid refert & alios adnumerare,quos Riphæi montes ge-
nerant,vltra intimam Scythiam ſiti,quorum eſt & Eridanus cum innumeris aliis, nauiga-
bilibus & ipſis amnibus qui per occiduos Galatas,Celtáſque, atque propinquas eis barbaras
gentes,nationéſque præterlabentes,occiduo ſeſe omnes infundunt mari. Iam quidem & ex
meridie ſuperis à plagis per Aethiopiam alij,partim ad noſtrum hoc mare adueniunt , par-
tim ad id quod eſt vltra nauigabile,eò prouecti exonerant ſe:ex quibus ſunt Aegon, & Ny- L

ὁ νύσης κὴ ὁ αἰγών.

ſes,& qui Chremetes vocatur,& inſuper ipſe Nilus:qui ſanè neque ſimilis natura fluuiis eſ-
ſe videtur,cum exundans æquè atque mare vniuerſam Aegyptum operiat . Adeò locus hic
orbis habitabilis noſtri,copioſis ambitur aquis,profundis voraginibus maris veluti præcin-
ctus & adſtrictus,& innumeris amnibus alluitur perenni defluxu ſtagnantibus per inenar-
rabilem opificis ſapientiam:opera cuius rerum moderatrice effectum eſt,vt ignis aduerſan
tem ſibi aquæ naturam haud facilè conſumere poſſit . Erit tamen quando & vniuerſa cre-
mabuntur & conflagrabunt igne,vt Eſaias in iis aſſerit oraculis,quæ ediſſerens,ad deum re-

Eſaiæ.51.d.

fert rerum opificem:Qui dicit abyſſo,deſerta eris,& omnes fluuios tuos deſiccabo . Quæ cũ
ita ſint infatuata illa ſapientia,à te excuſſa,ſuſcipe nobiſcum veritatis doctrinam,vulgarem M

Veritatis doctrina ſimplex ac rudis ſermone,cognitione ſtabilis.

quidem ſermone,ſtabilem autem firmâmque cognitione.Idcirco *fiat firmamentum in medio a-*
*quarum, & ſit diſcriminans inter aquam & aquam.)* Diximus quid apud ſcripturam ſignificati ha
beat firmamenti nomen.Nimirum naturam inſinuat neutiquàm reluctantem aut ſolidam,
queve ſuo pondere grauis ſit aut renitens.Non eiuſmodi dicit eſſe firmamentum.Alioqui ſi
ſic grauem mole eius intelligis naturam,propius ac iuſtiùs hanc ſibi vindicaſſet terra no-
menclaturam firmamenti : ſed quòd natura rerum nobis ſupereminentium ac ſublimium
tenuis admodum ſit ac rara, nec vllo ſenſu poſſit percipi , hoc appellauit Moſes firmamen-
tum,corporum comparatione quæ tenuiſſima ſunt , & quæ ſenſu facilè comprehenduntur.
Mihi nunc tu locum vnum aliquem cogita humoris diſcernendi facultate præditum , qui
quidem



A quidem tenuem & percolatum ad ſupera loca traiiciat:eum verò qui craſſiſſimus eſt,ac ter-
ræ immiſtus,ad infera demittentem,vt ab initio finem vſque,eadem in vniuerſo temperi-
es conſeruetur,calore paulatim humoris eſſentiam abſumente.Tu vero copiam quidem a-
quarum tantam eſſe non credis:ad caloris autem tantam copiam non reſpicis : qui tametſi
paruus eſt magnitudine,multum tamen humoris ſua vi natiua cõſumere poteſt.Etenim at-
trahit quidem ad ſe propinquum humorem ſibi , vt ipſæ cucurbitulæ medicorum docent: ὁμοιώσεις.
attractum autem conſumit:perinde atque in igne lucernę fieri ſolet ,qui per ellychnium ad
ſe tractum adiacens alimentum citò admodum mutatum comburit . Iam vero ætherem
ipſum quis ambigat igneum eſſe,ac vſtiuum ? Quem,niſi fine ſibi ab opifice præſcripto per-
B utili ac neceſſario coërceretur, quid, quæſo, prohibuiſſet omnia ſibi propinqua cremantem
atque vrentem,vniuerſum omnium rerum humorem iam abſumpſiſſe?His aërius iſte con-
ſtat humor,dum ſuperior locus cogitur in nubes per ſubuectionem vaporum , quos fluuij,
fontes,lacus,paludes,ac maria omnia emittunt:ne cuncta occupet æther & corripiat incen-
dio,quandoquidem ipſi etiam videmus ſolem hunc æſtatis tempore irriguam regionem &
cœno lacuſtri humectam plerunque vel breuiſſimo temporis momento relinquere humo-
re omni deſtitutam atque arentem.Quò quæſo te illa defluxit aqua?Oſtendant nobis qui ni
hil non ſe ſcire promittunt viri graues & tumidi . An non cuiuis liquet eam æſtuantiſſimo
ſolis calore in vaporem reſolutam conſumptam eſſe ? quanquàm ne illi quidem concedunt
C ſolem eſſe calidum.Tanta iſti ſuperfluunt ad deliras & aniles nugas copia temporis . Atten-
dite,cuiuſnam autoritatis demonſtratione nixi,efficaci aduerſentur & operoſæ ſolis actio-
ni.Cum ſol,inquiunt,colore candidus ſit,& nec ſubrubés ei color,nec flauus inſit,nec ignea
profectô præditus eſt ob idipſum natura, ſed eiuſmodi calorem illi accidere ex præpete ac
veloci circumactu aſtruunt.Quid hinc iſti procurant aut elicere volunt commodi ? Vt ni- ὡς συγκατασκευάζων per ω. non ο
hil abſumere humorum ſol credi poſſit.Ego proinde quanquam hæc illorum ſententia ve-
ra non ſit,non tamen eam elidere velim ac reprobare, quaſi eius euictione meam ipſius ra-
tionem confirmem. Nam ob humoris conſumptionem , à caloris actione neceſſariam eſſe
copiam aquarum aſſerebamus.At nihil intereſſe videtur,naturâne ſol an affectione quapiã
D calore præditus ſit,ad effectus eoſdem in materiis eiſdem gignendos . Nanque ſiue mutua συμπτώματα.
frictione ligna flammam ignémque pariant & accendant, ſiue flamma accenſa crementur,
æqualis nimirum ac ſimilis ex vtriſque finis reſilit.Summam tamen vniuerſa adminiſtran-
tis opificis,dei ſapientiam in eo videmus,quod ex aliis ad alia ſolem loca deducit : ne ſem-
per ipſe trahens eiſdem in partibus moram,per redundantiam caloris rerum ordinem diſ-
ſoluat.Sed nunc ipſum ad auſtrum circa hyberna ſolſtitia,nunc ad æquinoctialia ſigna pel
lit,atque illinc ad aquilonias plagas ſub æſtiuo ſolſtitio reducit:adeò vt hac illius ſenſim mi
gratione,ſubiectis temperies tractibus,ac regionibus conſeruetur . Animaduertant autem
ipſi velim,an ſibiipſis non aduerſentur,qui mare quidem inquiunt non exundare excreſce-
E rêque fluuiis propter conſumptionem eam quæ fit ex ſole,& inſuper ſalſum amarúmque re Maris aqua cur amarulenta.
linqui,vi caloris,humore tenui potulentóque conſumpto : quod ex ſole potiſſimùm vnum
ab altero ſecernente, dein quidem quod leue eſt ad ſe proliciente, relinquente verò quod
craſſum eſt ac terreum veluti eſt limus & aquæ ſedimentum:quò fit,vt mari adſint amaror,
ſalſugo & ad exiccandum aptitudo.Poſtea verò mutata ſententia,nec iis animaduerſis quæ
de mari diſſeruêre,nullam prorſus aſſerunt humoris ex ſole fieri imminutionem. *Et uoca-*
*uit deus firmamentum cœlum.)* Vt hæc cœli appellatio alteri congruat & aptetur,certè particeps
eius voculę ſit hoc firmamentum per ſimilitudinem.Ipſi enim ſubinde obſeruauimus hunc Firmamentum qua ratione cœlũ.
aëris locum conſpicuum,cœlum dici,quòd denſus ſit & ob continentem cohærentiam aë-
F ris ſub aſpectum noſtrum apertè cadentis.(A verbo enim ὁρᾶσθαι videri petita eſt & corriuata appellatio nominis τοῦ οὐρανοῦ id eſt,cœli.) Vt quum dicit ſcriptura, volatilia cœli. Et rur-
ſus,Ea quæ volant per firmamentum cœli.Tale quid eſt & illud:Aſcendunt vſque ad cœlos
Moſes quoque benedicens tribui Ioſephi:A pulchritudine cœli & rore , & à ſolſtitiis men-
ſiúmque coitibus,atque à vertice montium,colliúmque perennium benedictiones præſtat:
quippe cum horum ordo temperatus,fertiles terræ regiones efficere ſoleat . Quin & in exe-
crationibus Iſraëli dicit : Erit æneum tibi ſuper verticem cœlum . Quid his verbis indicare Deut.28.b.
vult?nimirum omnimodam ſiccitatem ac defectionem aërij humoris & aquarum cœleſtiũ,
quibus ad gignendos fructus efficitur terra fœcunda.Quum itaq; deferri de cœlo rorem,aut
pluuiam dicit,aquas tum eas nos intelligimus,quaſcunq; ſuperas occupare regiones eſt in-
b ij ſtitutum.

ſtitutum. Quando nanque exhalationes illæ ſublime petentes & aër aſpirantium ventorum G
adſtrictione addenſatur & concreſcit, quum quidem humores hactenus vaporationis inſtar
& minutatim nubi inſperſi, iam inter ſe mutuò cohæſerint, generantur guttæ ex concreto-

Guttæ & pluuiæ origo.
Niuis generatio.

rum humorum pondere ad ima decidentes, atque id ortum eſſe pluuiæ conſtat. At cum hu-
mor redactus in ſpumam fuerit vi ventorum, agitationéque diſſectus, ſumméque deinde re
frigeratus coactus fuerit vniuerſus, nix tum cum frangitur nubes, defertur. Atque omnino
ratione eadem vniuerſam humoris naturam circum aërem noſtro capiti imminẽtem & ſu-
perne pendulum, tibi cernere licet. Neq; verò ſimplicem quiſquam ſpiritualium explicatio-
nem ſententiarum, nec iſtis probabilibus argumentis ſubnixam, cum eorum hominum cu-
rioſa qui de cœlo locuti ſunt, inquiſitione & ſuperuacanea cõparare conferreq; velit. Etenim H

A ſimili argumentum.

quantò in caſtis ſibiq; temperantibus fœminis pulchritudo eſt meretricia præſtabilior, ma-
giſq; anteponenda: tantò fidei noſtræ ſermones præcellunt ad externorum dogmata colla-
ti. Iſti nanque vi extortam ſuis ſententiis conciliant probabilitatem: hic ipſa ſola veritas nu
da & omni vacua artificio aut impoſtura, ob oculos proponitur. Sed quid opus eſt vt labo-
remus in illorum falſis opinionibus redarguendis: quibus ſatis ſit illorum libris inter ſe col
latis, ſummo cum otio ſpectatores ipſorum contentionis pugnæq; ſedere? Nam neque pau-
ciores numero ſanè, neque dignitate cedentes: ſed loquacitate vel longo interuallo ſuperio-
res ſeſe illis contraria ſentientes obiectant, qui mundum vniuerſum comburi, reuiuiſcereq;
rurſum è ſeminalibus iis rationibus, quæ remanent in ipſis rebus combuſtis dicunt. Vnde I

φθορὰς ἀπεί-ρους καὶ πα-λιγγενεσίας
Et aquę quę ſuper cœlos ſunt, laudẽt nomen domini.
Contra Origenem & Apollinariũ

& infinitos occaſus mundi, & regenerationes itidem introducunt. Verùm illi quidem à ve-
ritate in duas diſſecti partes, hinc & inde ſibi diuerticula quædam exorbitationéſque, qui-
bus ad errorem proficiſcantur, inueniunt. Nobis verò & aduerſus quoſdam, qui ſtetiſſe ab
eccleſia videntur, ſermo habẽdus interim eſt de aquis à ſe diſparatis. Et quidem iſti prætextu
agnagogici ſenſus & ſublimioris intelligentiæ ad allegorias ſe tranſferunt ac ſuffugiunt, aſ-
ſerentes potentias quaſdam ſpirituales expertéſque corporis tropicè ſignificari per aquas: &
ſupernè quidem ſupra firmamentum præſtabiliores mãſiſſe, infernè verò in terrenis ac ma-
terialibus locis ſubſediſſe, quæ erant maligniores. Idcirco dicunt, & eas aquas, quæ ſuper cœ-
lum ſunt collocatæ, deum laudare, id eſt, probas illas eſſentias, quæ dignæ ſunt ob mentis pu K
ritatem, decẽtem accomodatámque reddere laudem creatori. Aquas autem eas quæ ſub cœ-
lis deſederũt, ea eſſe ſpiritualia nequitiæ & improbitatis: à naturali ſublimitate, in imam to-
tius vitioſitatis voraginem delapſa. Has improbas mentes vt turbulẽtas, vt ſeditioſas, vt af-
fectuum perturbationúmque procellis, ac turbine fluctuantes exæſtuantéſque, maria nuncu
patas fuiſſe aſſerunt, propter mutationis facilitatem, & voluntatis electioniſq; motuum in-
ſtabilitatem. His igitur & eius generis ſententiis, vt quæ ſomniis & anilibus fabellis confe-
rendæ veniunt relegatis, aquam nos vt aquam intelligamus, & ſegregationem factã humo-

Cœli inanimes, licet laudem deo enarrare ſcribantur.

rum, à firmamento ea cauſa quam aſſignauimus, accipiamus. Atque etiam ſi quando aquarũ
illæ, quæ ſuper cœlos ſunt collocatæ, communem omnium dominum laudare tradantur, nõ
naturas ratione præditas, ob id illas eſſe decernimus. Neque enim cœli anima vlla informã- L
tur, quia gloriam narrant dei: neque firmamentum animans ſenſu prȩditum eſſe cenſemus,
quod effectionem manuum ipſius itidem annũtiat, vt aſtruat aliquis & interpretetur hoſce

θεωρητικὰς τὰς δυνάμεις καὶ πρακτικάς.

cœlos virtutes eſſe quaſdam contemplationi concreatas, firmamentum verò facultates quæ
operoſè admodum & efficaciter fungantur officio, nempe operatrices: nos ſanè eiuſmodi
definitionem vt arguta quadam ſcitáque acrimonia adornatam non negamus, at eandem
non continuò veram eſſe concedemus. Secundum enim hanc interpretandi formulam ros,
pruina, frigus, & æſtus, quòd apud Danielem iuſſa ſint concelebrare hymnis vniuerſorum
opificem, mentes quædam erunt, nimirum intellectu præditæ, ſimul & inuiſibiles naturæ.
Veriùs quæ iſtis dictionibus ineſt ſignificandi ratio ſpiritualiter & contemplatiuè ab his ac- M
cepta quos illuſtrat intelligentiæ donum, ad hoc mirè conducit, plenam vt conditori ex-
oluere queas glorificationem. Neque enim ſuper cœlos conſiſtens aqua ob hoc quòd infe-
riores antegreditur honoris præcipui dignitate, ipſa ſolùm ob eximiam & inſignem ſuæ vir
tutis prærogatiuam, diuinam adimplet laudem. At enim laudate eum, ait, & quæ ex terra
ſunt, dracones & omnes abyſſi. Quarè ipſa etiam abyſſus, quam iſti in peiorem reiecerunt
partem, qui nihil non ad allegorias trahunt, adeò Pſalmorum cantori viſa non eſt aſperna-
bilis & reiectitia, vt eam quoque adſciuerit in communem creaturæ omnis chorum: quan-
do iuxta ſibi inſitas rationes, canticum diuinæ laudis concordi & melico concentu exoluit
creatori.



A creatori. *Et uidit deus quòd eſſet bonum ſiue pulchrum.*) Non iſta vulgari iucunditate dei ocu-
los paſcunt, quæ ab ipſo conficiuntur opera. Nec qualis apud nos deprehenditur eſſe, apud
ipſum talis eſt bonarum rerum commendatio: ſed bonum aut (ſi malis) pulchrum id tan-
dem eſt, quod ad artis rationem regulám ve confectum, rectà contẽdit ad commodam vti-
litatem præſtituti finis. Qui igitur initio ſtatim eorum quæ fiunt, finem ſibi propoſuit, is
quæ ſenſim fiunt ſingula, vt ad executionem plenam deſtinati finis pertinentia, & ad ratio-
nes expenſa ſuæ artis comprobauit iam & laudauit. Alioqui manus ſi ſeiunctim ſtatuatur, ſi
priuatim oculus, deniq; ſi vnumquodlibet membrorum virilis ſtatuæ iaceat ſeparatim: ne-
mini hæc cuicunque tandem videri bona poſſint, aut pulchra. Sin ſuo quæque pars ordine
B repoſita fuerit: tum ſtatuæ iſtius ex partium iuſta proportione pulchritudo ſe exerens &
interlucens vel vix tandem cuiuis rudi talium operum ſe exhibet cognobilem & perſpi-
cuam. Atqui artifex antequàm ſe accõmodet ſtructuræ aut compoſitioni præſtituti operis,
priùs ipſe nouit cuiuſque partium futuram pulchritudinem aut eximiam bonitatem, eóque
laudat ſingula, ad eorum quæ facturus eſt, finem, ſuam referens ſententiam. Talis itaque
vel nunc deus nobis proponitur, quaſi arte quapiam præditus ſingula quæque ſua opera cõ-
probans. Eſt autem & hoc proditum memoriæ, quo laus congrua tanto opifici exolueretur,
abſoluta iam vniuerſa mundi mole ac ſuis conſtante partibus. Verùm enim hic iam finis e-
ſto, finémque capiat ſermo noſter qui de die ſecundo eſt, vt auditorum iis quidem qui indu
C ſtrij ſunt & ad tolerandos hoſce labores alacres prouolant, opportunitas ſuppetat commo-
dior ea quȩ ex nobis audierunt, excutiendi & in quæſtionem reuocandi, in his vt ſi quid de-
prehenderint ſibi vſui futurum, id fideli memoriæ commẽdent, pérque alacrem & ſedulam
meditationem quaſi per concoctionem quandam, iſtius vtilis doctrinæ expectent digeſtio-
nem diſtrahendam, ínque omneis animȩ vires diſpertiendã. Illis porrò quorum animus oc-
cupatur præſentis vitæ curis, nonnihil concedatur otij, vt hoc intermedio tempore, curis or
dine tranſactis, anima tum liberiore ac vacua negotiorum ad veſpertini ſermonis epulatio-
nem occurrant. Deus qui opera hæc eximiæ magnitudinis creauit, quíque parua vt dicerem,
indulſit: is vobis omnibus omni prorſus in re vires ſuggerat ſuæ intelligendæ veritati accõ-
D modas, vt ex viſibilium contemplatione ad intelligendum eum conſurgatis qui inuiſibilis
eſt, & ex magnitudine ſimul & pulchritudine creaturarum, perſuaſionem colligatis tanto
opifice nihil indignam, nec indecoram. Inuiſibilia enim ipſius à creatione mundi, per ea quæ
facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiternáque eius virtus & diuinitas, adeò vt in terra,
& in aëre, in cœlo, in aquis, in nocte pariter & die, in omnibus denique iſtis palam conſpi-
cuis, principio ſtatim exempla deſumere poſſimus, quæ nos ſubmoneant beneficentiſſimi
erga nos dei: atque ita non iam vel temporis tantillum concedemus peccatis, ac proinde ho
ſti noſtræ omnium ſalutis nullum prorſus in cordis domicilio relinquemus locum, ſi modò
per continentem memoriam inhabitatorem cordis habuerimus deum, quem gloria omnis
cultúsque latriæ addecet nunc & ſemper in vniuerſa, nec vllo vnquàm fini intercipienda
E ſecula ſeculorum, Amen.

## HOMILIA QVARTA, DE AQVARVM *congregatione.*

Scenicas theatraleſq; præſtigias perſtringit.

SVnt ciuitates nonnullæ, quæ omnigenis præſtigiatorum ſpectaculis, iam inde à pri
mordio diluculaſcentis diei ad ipſum vſque aduesperaſcens cœlum ſuos paſcunt
F aſpectus. Sed & hominum quidam tanta auiditate inhiant exaudiendis cantiuncu
lis in mollitiem diffractis, ad morum quoque corruptelam quàm maximè prolici-
entibus & quæ nullum non genus effrenis laſciuiæ animis ingenerent auditorum, vt nullo
vnquàm neque fini, neque modo illis exatientur. At interim plerique ſunt, qui populos im
probandæ huic conſuetudini addictos prædicent beatos: quòd neglectis forenſibus merci-
moniis, exercitiis ve artium quas natura tuendæ vitæ excogitauit, poſthabitis, per omnem
ignauiam & illicem voluptatem tranſmittunt huiuſce vitæ tempus certa lege prouidentiæ

Orcheſtra, incontinentiæ omnis officina.

ſibi præfinitum? Ipſe equidem arbitror hos neſcire orcheſtram eiuſmodi laſciuis ſpectacu-
lis redundantem, communem eſſe & publicam diſcendæ omnis incontinentiæ officinam
iis qui eò prouolant conſeſſuri. Nec iſti planè videntur intelligere modulationes tibiarum

omni genere harmoniæ concinnatas,meritriciáſque cantillationes fixiùs illapſas animis au G
In Thymelicos.
ditorum atque inſidentes aliud nihil efficere quàm quòd in commune perſuadent ſpecta-
tores quidvis flagitiorum & obſcœnæ turpitudinis admittere , dum hi indecora citharæ ac
tibiæ pulſitatione rem ipſam geſtiunt exprimere. Iam verò non deſunt qui vel vſque ad inſa
Curule certamen percellit. Synoridas, Anabatas, &c. intelligit. Iul. Pol. primo.
niam ſe totos addixerunt equis ad obeunda certamina exercendis, adeò vt in equorum gra
tiam ſibi videantur per ſomnium confligere,currus aurigáſque ſtatione tranſmouentes: vt-
que perſtringam compendiò, ne per ſomnũ quidem ab imaginatione interdiu cõceptæ de-
mentiæ auocari poſſunt . Nóſne , quos dominus ipſe admirabilium planè rerum autor exi-
mius & ſuſpiciendus artifex ad ſuorum commendationem operum inuitauit , ad eorũ con- H
templationem delaſſabimur? An ipſi lenteſcemus per ignauiam ad percipienda ſpiritus ſan-
Diſtinctionem rerum aggreditur.
cti eloquia ? Quúmque ingens hæc & variegata diuinæ creationis officina nulla non parte
nos cingat & obuallet,& ad illius ſuperioris æui conſiderationem quiſque iam cœperit men
tem reflectere : pigebit ne tandem nos preſſiùs contemplari diſtinctionem vniuerſæ iſtius
ὡσεὶ καμάραν.
mundialis machinæ? Cœlum quidem appenſum ac libratum , quaſi fornicem, vt habet ſer-
mo propheticus. Terram autem immenſam vt magnitudine, ita & pondere,ſibiq; ipſi ſoli-
dè cohærentem & ſtabiliter innixam. Aërem verò fuſum,mollem humidúmque natura,ac-
commodatum quidem perpetuúmque reſpirantibus ſuppeditantem alimentum, cedentem
autem pręmollitia iis quę motu cientur,& ſe ſinentem interſcindi,adeò vt nullum prorſus
per ipſum meantibus impedimentum ſit ſemper ad terga ſecantium ſe facilè incumbentem I
atque circunfluentem. Aquæ denique naturam,tum ad alimentum, tum ad cæteros noſtros
vſus paratam,cuius ordinatiſſimum ad definita loca concurſum ex iis quæ modò lecta no-
εἰς συναγωγὴν μίαν.
bis ſunt ſpeculare. *Et dixit deus:congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in congregationem unam, & ap-*
*parcat arida , & factum eſt ita : & congregata eſt aqua quæ ſub cœlo erat, in collectiones ſuas, & apparuit*
*arida, & uocauit deus aridam , terram : & congregationes aquarum appellauit maria.*)Quot mihi ne-
gotia,quot moleſtias afferebas in iis quæ antea dicebantur, cauſam poſtulando , quomodo
tellus inuiſibilis fuerit:cum omne corpus colorem ſuapte natura obtineat,ac proinde omne
Habet exemplar σώματος.pro quo Argyr. legit χρώματος idq; rectius.
corpus ſenſibile ſit viſu. Et forſitan ea quę diſſeruimus ibi ſatisfacere tibi non videbantur: cũ
diceremus inuiſibile non reſpectu naturæ,ſed noſtri,dictum à ſcriptura fuiſſe,propter obie- K
ctionem aquę,tunc vniuerſam tellurem operientis . Ecce nunc audi ipſam ſcripturam ſeip-
ſam explanantem. *Congregentur aquæ, & appareat arida.* ) Contrahuntur vela vt aſpectui ſeſe
obiiciat ea,quæ eatenus non conſpiciebatur. Sed fortaſſe quiſpiã & illa quæſierit,pręter hęc,
1. Quæſtio.
Primũ : Cur quod ſecundũ naturã competit aquæ, ferri inq̃,per decliuia loca,imáque pete-
re,id ad opificis imperium ſcriptura reducit? Quouſque enim in æquo planóque ſolo ſita eſt
aqua, ſtabilis eſt quippe cum haud habeat quò diffluat aut permeët. Sed cum prona loca fu-
erit atque decliuia nacta , protinus cum antecedens proceſſerit, ea quæ poſt ipſam continua
eſt,ſedem ipſius occupat : ea quæ ſequitur illius itidem ſedem : & ita delabitur quidem quæ
antecedit,ſequitur autem quæ accedit:atque tanto delatio fit celerior,quanto & pondus ma
ius eſt eius quod deorſum fertur,& loca ad quæ fit confluxio,magis concaua ſunt. Hæc igi- L
tur ſi eſt aquæ natura ſuperuacaneum videri poſſit id imperium , quo iubetur in vnam cogi
collectionem . Prorſus enim futurum fuerat per naturæ illius ad ima delabentis propenſio-
nem, vel ſuaptè ſponte , vt ad omnium maximè concauum & decliuiorem locum ſe con-
ferret,defluuiũ illud ſuũ non priùs remoratura,q̃ ſuperficies æquabili planicie cõplanaretur.
Neq; enim vſpiam cõſpicitur vlla cãpeſtris regio peræquè plana, vt ipſa aquę eſt ſuperficies.
2. Quæſtio.
Deinde quæritur,qua ratione dicat aquas in vnã congregationẽ iuſſas eſſe concurrere,cũ tã
multa eſſe maria cõſpiciãtur plurimóq; inter ſe interuallo ac ſitu diſparata. Ad id igit̃ quod
priore loco quæſitũ eſt,illud dicim⁹,Tu quidẽ optimè noſti,quæ fuerint motiões aquæ poſt M
dominicum præceptum,vt illa circunflua ſit,nec conſiſtẽs ,vtq; ſuapte natura ad prona,de-
cliuia & concaua præceps deuoluatur loca. At ſanè eadem quid priùs obtinuerit virium,an-
tè nimirum quam curſus hic illi ingigneretur præcepto dominico: neque ipſe noſti, ſed nec
certo audiſti,qui nouerit. Cogita enim mihi tu vocem dei effectricem eſſe naturæ , idq; im-
perium quod factum creaturæ tunc eſt, creatis deinceps omnibus ordine ſuccedaneo conſi-
milem & operatoriam facultatem prærogaſſe . Dies & nox creata ſemel ſunt, & ex illo tum
die aduſq; hodiernum , quum ſibi alternis ſuccedant , æquis tamen partibus non deſinunt
inter ſe diſpertiri vices temporum. *Congregentur aquæ.*) Iuſſa eſt currere natura aquarũ, nec
vnquàm delaſſatur,eam ad curſum perpellente iugiter illo præcepto. Hoc ſanè dixerim , ad
fluxibilem



A fluxibilem reſpiciens partem aquarum. Sunt enim,quæ ſuapte natura fluunt, cuiuſmodi fon
tanæ ſunt & fluuiatiles. Sunt contrà & aliæ collectitiæ nec quoquàm permeabiles. Atqui ſer
mo de his mihi nunc eſt quæ impetu quodam naturæ cientur ac fluunt: *Congregentur aquæ in*
*congregationem unam.*) Tibine vnquàm propter fontem, copioſam aquam eructuantem con-
ſiſtenti inceſſit eiuſmodi cogitatio? Quis aquam hanc cogit exilire è mediis terrę viſceribus? ἐκ τῶν λαγόνων.
quis feſtinè vt in vlteriora progrediatur , vrget vehementer ? quænam promptuaria , vnde
depromuntur,tantum continent prouentum aquarum? quis ille tandem locus,ad quem de-
fluuio præcipiti contendunt ? quinam fit ,vt hæ non deficiant, nec illæ interim expleantur?
Scito hæc à prima illa dei voce dependere. Illinc enim primaria ad curſum motio indita
B aquis eſt & prærogata. Ad omnem de aquis commemorationem, primæ illius vocis imme-
mor ne eſto. *Congregentur aquæ.*) Oportebat eas decurrere,ſuum vt occuparent locum:dein
locis ſibi natura definitis reſtitutæ, in ipſis vt perſiſterent , neutiquàm vltra progreſſuræ.
Quapropter iuxta Eccleſiaſtæ illius ſententiam, Omnia flumina intrant in mare,& mare nõ πάντες οἱ χείμαρροι torrentes
redundat. Nam quòd fluant aquæ,dei imperium cauſa eſt: maris itidem intra ſuos fines cir-
cunſcriptio à primaria illa diuinæ legis ſanctione pendet: *Congregentur aquæ unum in locum.*) Eccléſ. 1. & ἐμπίμπλαμένη iuxta 70.
Ne è locis quæ ipſam ſuſceperant,affluens fuſim exundaret,tranſcenderet ſemper, atque ita
ex aliis alia compleret loca, ac totam hoc pacto continentem terram ſtagnantibus tandem
vndis & alluentibus inuolueret: iuſſa eſt in vnum ſe colligere locum . Idcirco furens ventis
C ſępenumero mare,atque ad immenſam altitudinem ſeſe attollens vi fluctuum, vbi litora ſo
lum attigerit,eo impetu mox in ſpumam diſſoluto,retrolabitur. An me non timebitis, dicit
dominus,qui poſui arenam terminum mari? En mare,res planè ſua vi intoleranda,re tamen
omnium inualidiſſima , nempe arena frenatur ac coercetur . Alioqui quid prohiberet mare
rubrum ſua exundanti alluuie irrumpere in vniuerſam Aegyptum , quæ ipſo mari tanto eſt
concauitate depreſſior,ſæq; mari quod Aegypto adiacet,coniungere:niſi creatoris pręcepto
tanquã compedibus aſtrictum coërceretur? Etenim Aegyptus quòd ſit mari rubro humilior,
vel illi nobis re ipſa perſuaſere,qui connixi ſunt maria hæc Aegyptium inquam,& Indicum
cui permiſcetur rubrum mare,inter ſeſe committere & alterum alteri coniungere . Quam-
D obrem deſtitere à tanto conatu, Aegyptius ille Seſoſtris qui primus id eſt aggreſſus, Darius
item Medus qui ſecundum hæc voluit perſequi rem tantam & ſupremam operi admoliri
manum. Hæc eò mihi dicta ſint, vt nobiſcum reputemus quàm efficax & operatoria vis ſit
diuini illius præcepti: *Congregentur aquæ unum in locum.*) Id eſt, nulla poſt hanc , alia congre-
gatio fiat:ſed in prima hac collectione quæ in vnum confluunt, permaneant. Deinde dicto
illo,quo iuſſit aquas in vnum cogi indicauit multas quidem eſſe aquas varia per loca ſeor-
ſim à ſe fuiſſe diſparatas. Concaua nanque montium profunditate conuallium eminentiora
& ſuperinducta collectitias etiamnum aquas continebant . Ad hoc , campi tam multi &
iidem ſupini,qui ne maximis etiam pelagis cederent , quod ad effuſam amplitudinem atti-
E net, Valles item nulli numerandæ & conualles multiformi cauitate diſtinctæ : quæ omnia
priùs inundantia aquis,dei præcepto euacuata tum ſunt & exinanita,omni ex loco aquis in
vnam collectionem affluentibus & coactis. Nemo proinde dicat: Si aqua terræ ſuperficiem Obiectio.
operibat,prorſus conſequi videtur omnes omnino concauitates , quæ nunc maria ſuſcepe-
runt,refertas fuiſſe aquis. Quò igitur aquæ properabãt ſeſe vnum in locum collecturæ,con-
cauis omnibus pręoccupatis? Huic enim ipſe dixerim, tũ receptacula earũ aquarum capacia Solutio.
ab opifice eam ad rem exceptandam adornata fuiſſe , quum in vnam coïtionem cogendæ
venirent & ſecernendæ. Neque enim erat iam mare illud, quod trans Gades eſt externum: ἡ ἔξω γαδείρων θάλασσα.
non item vaſtum illud & nautis inacceſſum & formidabile pelagus quod Britannicam inſu
lam , occiduóſque Hibéros amplectitur : ſed amplo tunc capacique conceptaculo præcepto
F dei creato,ad illud aquarum copiæ conceſſerunt. Ad ſecundum autem illud quod noſtra ſen Solutio quæſt. 2.
tentia de opificio mundi ipſi aduerſetur experientiæ , propterea quod non vnum in locum
aqua tota confluxiſſe videatur:multa quidem dicere poſſumus, & ex ſe notiſſima omnibus:
Atqui non ſatis compertum habeo, fueritne ridiculum , cum huiuſcemodi nos hominibus
certare atque contendere . Nunquid enim & lacuſtres aquas , & eas quæ ex imbribus
aggregantur nobis opponere,perq; eas noſtram ſententiam redarguere putare debent? Non
enim quamlibet confluxionem aquarum,ſed maximam,& abundantiſſimam, vnam appel- τελεωτάτην συνδρομήν.
lauit aggregationem,vnum concurſum. Nam putei collectiones aquarum ſunt arte manú-
que confectæ, humore terræ inſperſo in eam humi confluente partem,quæ in concauitatem
b iiij reducta

reducta eſt. Non ergo quoſuis concurſus aquarum congregationis indicat appellatio : ſed G
excellentem , & maximum , in quo totum elementum confertim aggregatum oſtenditur.
Nam vt ignis & in parteis paruas diuiſus eſt pro vitæ hominum vſu,& vniuerſus in æthe-
reo loco fuſim digeſtus eſt:& aër item in parteis quidem exiguas & ipſe diſſectus eſt, vniuer
ſus autem tellurem circumquaque totam amplectitur: ſic & in aqua tametſi paruæ quædam
compluresq; collectiones aquarum ſunt ſeparatæ , vna tamen eſt congregatio , vnus locus,
qui totum elementum à cæteris ſegregauit. Stagna lacúsve qui partim in ſeptentrionis pla-
gis,partim in Græciæ regionibus ſunt,partim Macedoniæ, Bithyniæ,Palæſtinæq; tractus oc
cupant,omnes aquarum quidem congregationes eſſe conſtat:at non de his in præſenti , ſed
de maxima omnium,æqualiue magnitudine terræ,oratio eſt præſens.Iam lacus, etſi copio- H
ſas aquas habere nemo inficias ibit,non tamen maria quis conſentaneè nuncupauerit , ne ſi
quàm maximè ſalſi ſunt ſaporis,craſſæq; nonnulli naturæ,perinde vt mare: qualis eſt & Aſ-
phaltites lacus in Iudæa, & Serbonitis ille qui inter Aegyptum & Palæſtinam per Arabiam
deſertam protenditur : lacus enim ſunt atque ſtagna : mare autem vnum eſt,vt ij memoriæ
prodiderunt, qui terrarum orbem luſtrarunt: quanquam & Hyrcanum Caſpiúmque mare,
ſunt qui ſeorſum circunſcripta ſuis eſſe finibus arbitrentur.Sed ſi iis qui in deſcribendis ter-
ris operam nauarũt,mentem adhibere oporteat, hæc inter ſeſe per meatus ſuos commiſcen-
tur,& omnia permeant ad mare maximum atque confluunt : quemadmodum & mare ru- I
brum ad id quod eſt trans Gades mare Oceanum tendere , eique coniunctum eſſe ferunt.
At quonam modo dicit aquarum aggregationes deum maria nuncupaſſe ? Quia confluxere
quidem vnum in locum aquæ.Congregationes autem aquarum,id eſt ſinus, qui ſecundum
propriam figuram à terra circundante cincti ſunt comprehenſiq;,maria deus appellauit , vt
ſunt aquilonium mare , auſtrinum mare , orientale mare , rurſum aliud occidentale mare.
Multa quoque nomina propria variáque marium extant:Euxinus pontus, Propontis , Hel-
leſpontus,Aegeum,Ionium,Sardonicum,Siculum, Thyrrenum aliud, & mille alia nomi-
na marium ſunt , quæ longum ſanè fuerit & planè inſolens exactè recenſere ac numerare.
Idcirco deus congregationes aquarum maria nuncupauit . Sed ad hæc nos deduxit ipſa ſe- K
ries diſputationis.Nunc ad id redeamus, quod initiò propoſuimus: *Et dixit deus, Congregen-
tur aquæ,unum in locum,& appareat arida.)* Non dixit,& appareat terra: ne rurſum ipſam incon
ditam,ac incompoſitam oſtendat,luto refertam, atque aquis immixtam , nondum propria
forma facultatéque recepta.Et ſimul ne telluris exiccatæ cauſam, ſoli deferamus terræ ſicci-
tatem generatione ſolis vetuſtiorem opifex fecit.Animaduertas autem velim, his indican-
tem verbis ſcripturam non ſolum exundantes aquas de terræ ſuperficie defluxiſſe , ſed quic-
quid etiam aquarum per profunditatis totius dimenſionem inerat immixtum , ipſi ceſſiſſe,
inexorabilibus domini iuſſis obtemperando. *Et factum eſt ita.* Satis fuerat id adieciſſe ad in-
dicandum opificis vocem in opus mox exiiſſe. In nonnullis porrò exemplaribus accedit & L
hoc.Et congregata eſt aqua,quæ ſub cœlo erat in congregationes ſuas & apparuit arida:quæ
neque alij interpretes tradiderunt,& neque vſus contextus Hebraici habere cõſpicitur. Re-
uera enim poſt illud teſtimonium.Et factum eſt ita,redundans eſt & ſuperuacanea hęc enar
ratio . Quin & eadem in exemplaribus exactiore diligentia deſcriptis confoſſa leguntur &
obelo iugulata.Eſt ſanè obelus expunctionis nota ſiue reprobationis. *Et uocauit deus, aridam,
terram:& congregationes aquarum,appellauit maria.)* Cur & antea dictum eſt: Congregentur a-
quæ vnum in locum,& appareat arida:non item ſcriptum eſt, *Et appareat terra.*) Et hoc loco
rurſum:Et apparuit arida,& vocauit deus aridam, terram? Quia ſiccitas quidẽ ſiue ariditas,
aut certè arida propriũ quid eſt,quod naturã veluti delineat & exprimit,ipſius ſubiecti:terra
autem nuda quædam eſt ac tenuis appellatio rei . Nam vt ratione quidem præditum eſſe, M
proprium ipſius hominis eſt:vox autem homo id ſignificat animal, cui proprium illud com
petit,ſic & ariditas,atque ſiccitas proprium eſt,atque præcipuum terræ . Cui igitur, vti pro-
priũ,ſiccitas accõmodatur,atq; ariditas,id appellatũ eſt terra: perinde atq; cui veluti propriũ
peculiaréque quid,ipſum hinnibile competit, id nuncupatum eſt equus. Non ſolum autẽ in
terra ita habet,ſed cæterorum etiam elementorum propria cuique & ſortito attributa quali-
tas ineſt,qua ſanè tã à cæteris ſecernitur,& quale vnumquodque ſit,internoſcitur. Nã aqua
frigiditatem , aër humiditatem , ignis caliditatem,vt peculiarem ſibi vendicat qualitatem.
Verum hæc quidem vti prima compoſitorum corporum elementa, iuxta iam dictum mo-
dum ſpeculatiuæ rationis conſiderantur.Ea tamen quæ iam in corporibus inſunt, conſtitu-
ta

In exẽplari deſit loco ἄς, λιμένες.

ἀσφαλτί-τις καὶ σιρ-βονίτις lacus ſalſi. Vt Strabo in Geographicis.

συντέτρηνϑ.

συςήματα κόλπους vocat.

μυρία γε ὀνόματα τῶν πελαγῶν.

Cur dictũ, Arida, non terra appareat.

ὀβελὸς, ἀθετήσεως σύμβολον.

Arida cur vocata eſt terra.

τὸ λογικὸν, proprium hominis, vt τὸ ξηρὸν terræ.

τὸ χρεμετιστικὸν, ὁ ἵππος.

Aqua frigida, aer humidus, ignis calidus, terra arida.



A ta ſenſuiq; ſubiiciuntur,obtinent coniunctas qualitates : neque quicquam eorum omnino,
quæ conſpiciuntur ac ſentiuntur,abſolutè vnicum eſt ſiue ſolitarium,aut ſimplex , aut ſyn-
cerum,ſed terra eſt ſicca & frigida,aqua humida frigida,& aër humidus & calidus, ignis ca
lidus atque ſiccus,Hoc enim pacto per qualitatem conſortem,& cõiugatam facultas in ipſis
mutuæ mixtionis emergit.Nam per communem ipſis qualitatem ſingula cum vicinis ſibi
copulantur ac permiſcentur & ſocietatis ratione,quam cum ſibi propinquis obtinent , cum
oppoſitis coniunguntur:verbi gratia,terra quæ ſiccitate frigiditatéque prædita eſt , cum a-
qua quidem frigiditatis affinitate coniungitur:per aquam autem cum aëre copulatur, quip-
pè cum aqua medium inter vtrunque obtinens ſuapte natura , quaſi vtraque iniecta manu,
B vtraque qualitate,corpus vtrunque proximum ſibi,frigiditate terram,humiditate aërem at
tingit.Rurſum ſuo ipſius interuentu aër pugnantem naturam aquæ & ignis conciliat, aquæ
quidem ſe connectit per humiditatem,igni verò per calorem.Ignis denique pari modo dua
bus & ipſe qualitatibus præditus,calore,inquam,ac ſiccitate,illo cum aëre copulatur,hac hu
mum petit ſibiq; coniungit.Atque ita fit orbis quidam , choreâque concors & concinna ex
omnibus inter ſe conſociatis ordine & ſibi concinentibus elemẽtis.Vnde & propriè illis ele
mentorum appellatio adaptata eſt.Hæc à me dicta ſunt cauſam afferente cur deus ipſam a-
ridam appellarit terram,& non terram ex contrario nuncuparit aridam. Nempe quod non
ex iis ſit aridum quæ poſt acceſſerunt terræ , ſed ex iis quæ eſſentiam eius à primordiis ipſis
C conſtituunt & complent.At ea quæ cauſam,vt quædam ſint,præſtant:iis priora ſunt & lon-
gè præſtantiora,quæ poſtea fiunt.Itaque non immeritò per ea quæ priora ſunt ac vetuſtiora
excogitauit ſcriptura peculiares nòtas quibus terra internoſceretur. *Et uidit deus quod eſſet
bonum ſiue pulchrum.)* Non hoc agit hæc oratio vt delectabilem quendam maris aſpectum o-
blatum eſſe deo demonſtret.Non enim rerum creator oculis creaturæ pulchritudinem cer-
nit , ſed ineffabili ſapientia perſpicit & contemplatur ea quæ fiunt. Eſt quidem ſpectacu-
lum periucundũ inalbeſcens æquor, cum ipſum ſtabilis & conſiſtens tranquillitas occupat.
Eſt etiam iucundum , cum placidis ac lenibus auris ſummis parumper exaſperatum vndis,
purpureum colorem aut cœruleum cernentibus obiicit : quando neque violenter vicinam
D verberat continentem,ſed quaſi quibuſdam pacificis amplexibus deoſculatur & ſalutat.
Non tamen putandum eſt,quod ad hunc modum etiam deo mare viſum eſſe bonum ac iu-
cũdum ſcriptura dicat:ſed bonum illic opificij creationis ratione diiudicatur.Primùm qui-
dem, quia fons origóve totius humoris quaquauerſum terram alluentis,aqua maris eſt.Hęc
enim per occultos paſſim meatus ſe diſpertiens,velut declarant continentes litoralêsve ter
ræ hiulcis rimis laxiores inſtar ſpongiarum & antris ſubterraneis differtæ, ſubter quas mare
fluitans ac permeans per cuniculos fiſtulares & anguſtos mox vbi obliquis aut certè rectà in
ſublime ſurrectis excurſibus ſe occupatum deprehenderit , ab agitante compulſum ſpiritu,
ſuperficie terræ vi diſrupta erumpit atque foras emicat,fitq; potulentum depoſita per tranſ-
colationem ſiue diſtillationem amaritudine.Iam verò calidiore ex metallis qualitate acce-
E pta,per ſuum eiuſmodi excurſum,per eandem cauſam concitantis plurimum efferueſcit at-
que igniſcit,id quod tam in inſulis cernere liceat non raró contingere,quàm in locis mari-
timis.Quin & in mediterranea plaga , loca quædam fluuialibus aquis confinia (vt interim
parua magnis comparemus) ſimiles prorſum affectus nobis referunt. Quò tandem hæc mi-
hi dicta ſint?nimirum vt terram omnem noueritis irriguis elicibus differtam ac ſubterfoſ-
ſam quaquauerſum cuniculis, ídque aqua per retruſiſſimos meatus ſuam eliciẽte originem
è mari.Bonum igitur apud deum eſt mare , propter humoris in profundo terræ diſcurſio-
nem,Bonum eſt etiam , & quia fluuiorum eſt receptaculum , atque in ſeſe cuncta omni ex
F parte flumina ſuſcipit,nec ſuos fines egreditur.Bonum eſt item,quòd fons quidem eſt & o-
rigo aëreis aquis:quippe quod radiis quidem ſolis tepeſcit:per vapores autem pertenuem a-
quæ portionem emittit,quæ ſublimem in locũ attracta,deinde refrigerata, propterea quod
radiorum quæ à telluris eſt pauimento refractione ſuperior euaſit,ſimulque ipſam intendẽ-
te nubis vmbra refrigerationem,pluuia fit,humúmque pinguem lætámque facit.His nemo
prorſus detrahet fidem,modò is conſideret lebetas ſubiecto igni admotos,qui priùs humo-
re quopiam pleni,deprehenſi poſtea ſunt plerunque vacui,in vaporem eo toto quod coque-
batur reſoluto . Quinetiam & ipſam maris aquam à nauigantibus coqui cernere licet : qui
ſpongiis ſuſcipientes vapores,neceſſitatis tempore non mediocriter ſubueniũt vitæ.Bonum
eſt etiam & alio modo apud deum,partim quod inſulas circunſtringit arcétque: ornamen-
tum

Phyſica γνώμη.

τὸ ςοιχεῖον elementum & ordo à quo ςοιχῶ συμφωνῶ cõcino conſentio. κανὼν phyſicus.

τραχυνομένη τὰ νῶτα.

Attende naturę miraculum à mari & marinis aquis.

μετρίως, deficit negatio οὐ.

tum ipſis inde ſimul tutelámque præſtando: partim quia continentes plurimum inter ſeſe G
diſtantes,ac inſulas per ſe coniūgit,atque liberas nauigantibus congreſſiones & expedita cō
mercia concedit,quorum quidem nautarum relatu,rerum eatenus ignotarum hiſtorias ex-
hibet gratuitò omnibus cognobiles: tum opulentiæ mercatoribus conſequendæ autor fit:
vitæque omnino neceſſitatibus perfacile ſuccurrit,& penè collapſam reſtituit: iis qui copia
rerum abundant,in exportandis iis quæ ſuperſunt, facultatem ſubminiſtrando: iis qui egēt,
id quod ipſis deeſt ſupplendo.At vnde mihi quæſo tanta facultas, vt totam maris pulchri-
tudinem exactiſſimè contemplari poſſim, quātam ſe exhibuit ſui creatoris oculo clariſſimè
perſpiciendam? Quod ſi mare bonum eſt apud deum,ſi pulchrum,ſi laudabile: quonam pa-
cto non longè pulchrius eſt hoc talis eccleſiæ concilium, in qua permixtus ſonus quaſi cu- H
Collatio. iuſdam ad litus accedentis vndę,virorum,mulierum ac infantium,ex orationibus ad deum
noſtrum reſultat & emittitur? Hanc tranquillitas profunda,ſtabilem, & inconcuſſam con-
ſeruat, malignis fugatis ſpiritibus qui hæreticis illam doctrinis conturbare minimè potue-
runt.In hoc igitur incumbite,vt obſeruata tandem diſciplina ordinis iſtius decentiſſimi, à
domino condignam laudem reportetis,in Chriſto Ieſu domino noſtro,quem addecet glo-
ria & imperium in ſecula ſeculorum,Amen.

## HOMILIA QVINTA DE GERMINA- tione terræ. I

ET *dixit deus:germinet terra herbam fœni & facientem ſemen iuxta genus ſuum, & lignum fru-
ctiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit.* Terra excuſſo à
ſe iam ac poſito aquæ pondere vt interquieuit aliquantùm & liberior reſpirauit,
ordine naturæ conſentaneo edictum accepit, quo iubebatur germinare herbam
quidem primùm,dein lignum,id quod vel in hunc cernimus fieri diem. Illa enim reddita
tunc vox, primum illud præceptum, veluti lex naturæ quædam ac inſtitutum impreſſum
inſculptúmque telluri,facultatem ipſi generandi,fructúſque ferendi præſtat. *Germinet ter* K
βλάστησις, βοτάνη, χόρτος. τὸ χλοερὸν καὶ ποῶδες παραπλήσιόν ἐστιν ἅπαντων. Hinc Perſarum mitras, ſol.
*ra.*) In ſtirpium ortu primum eſt germinatio:deinde vbi parumper germen emerſit,fit her
ba:poſt incrementis ſuſceptis vireſcens,fœnum euadit,ſtirpibus ſenſim ſeſe explicantibus,
atque ad edendum vſque concoquendúmque ſemen properantibus.Herbeſcunt enim om-
nes æquo diſcrimine,vireſcúntque ſtirpes. *Germinet terra herbam fœni.*) ex ſeipſa terra nul-
la prorſus aliena egens ope,abundè diffundat herbeſcentem viriditatem. Et quoniam ſunt
qui ſolem omnium eorum,quæ à terra pullulant,eſſe cauſam arbitrantur,è profundo tellu-
ris vim germinandi per caloris attractionem ad ſuperficiem elicientem,ideo terræ diſpoſi-
tio creationem antegreſſa eſt ſolis,vt & adorare ſolem tanquam viuendi cauſam, homines L
ij deſinant,qui eo in errore verſantur.Si igitur perſuaſum fuerit ipſis ante ſolis creationem,
terram omnem habuiſſe ſuam diſpoſitionem,tam immoderatam de ſole conceptam admi
rationem,tandem remittent, mox vt ſecum expenderint, fœno ac herba poſteriorem ſolis
eſſe generationem.Num igitur pecoribus quidem præparatum eſt pabulum,noſtrum autem
neglectum eſt alimentum,nec vlla prouidentia prorſus fuit curáque dignum? Quin potius
qui bobus paſtum equiſq; parauit,is tibi diuitias pariter & delitias parat.Qui nanque tua pe
cora paſcit, is profectò tibi vitæ ſubſtantiam ac facultatem auget. Deinde ſeminum ortus
quid aliud eſt quam apparatus tuæ vitæ degendæ, præter alias complures herbas & olera,
quibus humanum veſcitur genus. *Germinet terra herbam foeni, ſeminantem ſemen iuxta genus*
*ſuum.*) Itaque etiamſi quod herbæ genus aliis eſt animantibus commodo,ipſa illorum vtili- M
tas ad nos redit,fit enim vt & ſeminum horum vſus nobis ſit deputatus, vt ſenſus eorum
quæ dicuntur talis ſit: *Germinet terra herbam fœni, & ſemen ſeminificans iuxta genus ſuum.*) Nam
ita & verborum ordo ac ſeries reſtitui poterit, cum alioqui conſtructionem habere vide-
antur non bene congruam,ſibiq; minùs rectè cohærentem,& neceſſitas eorum quæ à natu-
ra gubernantur,conſeruabitur.Primum enim in ordine eſt germinatio, deinde herba, po- Obiectio.
ſtea incrementum fœni,poſtremo loco,producto ſemine iuſta creſcentium abſolutio. Di-
xerit quiſpiam:Cur omnia quæ naſcuntur ex terra ſemen efficere ſcriptura indicat, vbi non
arundinem,non† gramē,non mentham,non crocum,non allium,non butomon,non de- Solutio.
nique vix cuiquam numeranda alia genera plantarum ſemen efficere conſtat? Ad hoc ſanè
dicemus

† Agroſtin tractat Dio. c.33.lib.4. gramen eſt. 1.de ſcorodo ſiue allio idem Dioſc. c.169.lib.2.



A dicemus complura naſcentium è terra vim ſeminum in ipſa propagine atque radicibus ob-
tinere:quemadmodum arundo poſt annuum incrementum ex radicibus quandam appen-
dicem elicit ſeminis rationem ad ortum futurum obtinentem. Idem & alia innumera fa-
ciunt,quæcunque per humum diſperſa & vagantia in ipſis radicibus ſuam ſobolem ſucce-
daneam habent.Quarè re omni verius eſſe conſtat ſingulis in ſtirpibus,aut ſemen eſſe, aut
quandam vim propagandi,perinde atque ſemen ineſſe.Atque id eſt ſanè quod dicitur: Iux-
ta genus ſuum.Non enim proiectura illa ſiue appendix arundinis eſt effectrix oliuæ, ſed ex
arūdine quidem arūdo altera prodit:ex ſeminibus autem ea quæ genus idem ſubeunt,quod
& ipſa ſemina iacta gignere pullularéq; ſolent.Atque id ita quod è terra primo prodiit ortu,
B hucuſque ſerie ſucceſſionis genere perſiſtente, conſeruari videtur: *Germinet terra.*) Ani-
maduertas velim hac voce parua,præceptóque adeò breui,terram ipſam per ſe frigeſcētem
ac infœcundam,parturientem protinus atque ad edendos fructus promotam & adprope-
rantem:& perinde atque amictu mœſto lugubriq; deiecto,ſplendidiore veſte ſeſe induentē, Collatio elegans.
ornamentiſq; propriis exultantem ac infinita ſtirpium genera procreantem. Volo per-
cupióque tibi vehementiùs iſtius rerum creationis admirationem imprimi,vt vbi vbi te in-
ueneris,& cuicunque ſtirpium aſtiteris generi,manifeſtam clarámque creatoris capias ad-
monitionem.Primùm itaque vt herbam fœni conſpexeris atque florem,in mentem tibi ve
niat humanæ naturæ, ac ſapientis Eſaiæ imaginariam ſimilitudinem in memoria habeto:
Omnis caro,dicentis,vt fœnum eſt,omniſq; gloria hominis veluti fœni flos eſt.Breuitas e- σὰρξ ὡς χόρτος, ἀνθρώπ.
C nim tēporarię iſtius ac deciduę vitæ,oblectamentúmque proſperitatis humanæ,atque hila-
ritas exiguo tempore perſiſtens,accommodatiſſimam eſt apud prophetam ſimilitudinē ſor
tita.Hodie florulentus corpore,propter delitias obeſus,& florente colore præditus, ob æta- Attende inconſtantiam rerū humanarum.
tis viriditatem efflorеſcētem laſciuiens,vehemens,impetu intolerabilis,nec quoquàm ſecū
conſiſtens:cras idem ipſemet miſerabilis,aut tempore marcidus, aut morbo forſan diſſolu-
tus ſenióque confectus.Eſt quiſpiam ob amplitudinem patrimonij illuſtris,ac ſuſpiciēdus,
& adulatorum hominum copia,& ſatellitium circa ipſum verſatur,ſeptúſque eſt fictis ami
cis,qui gratiam ipſius venantur:magna quoque caterua ſanguine propinquorum,& ipſa ſi-
mulata ſtipatus:innumera denique ſequitur illum eorum hominum multitudo,qui partim
D alimoniæ emerendæ gratia comitantur,aut propter alios vſus ei adſunt:quos abiens domo
ſeſeq; recipiens domum ſecum trahens,inuidioſus eſt occurrentibus.Adde diuitiis,ſi volue
ris,& ciuilem aliquam poteſtatem,vel etiam honores ex regibus,curam & adminiſtrationē
gentium,imperatorium munus exercitus ductandi,præconem præitantem & anteambulo-
nem,ipſius qui exerta voce reboët,feruligeros lictores qui vel ipſo pręgreſſu terrorem acer-
rimum incutiant ſubditis imperio,plagas ingerant,& irrogēt facultatum publicationes,ab-
reptiones,carceres:è quibus intolerabilis ſubditorum metus emergit atque accumulatur.
Quid poſt hæc quæſo? Nox vna,vna febris, aut certè pleuritis ſiue peripneumonia abreptū πλευρῖτις lateralis dolor, περιπνευμονία pulmonis inflāmatio.
hunc è medio hominum cœtu abit ſecum abducens hominem, omni prorſus quæ eundem
E circunſtabat,ſcæna ſpolians in veſtigio ac nudans.Splendor ille maieſtatis & gloriæ ad in-
ſomnij imaginem momento diſparuit.Quarè per hoc prophetæ oraculum gloriæ humanæ
ſimilitudo,ad debiliſſimum florem appoſitè videtur accōmodata. *Germinet terra fœni her-
bam facientem ſemen iuxta genus ſuum ac ſimilitudinem.*) Is ordo,quo nunc etiam omnia naſcun
tur,teſtis eſt primæ ſtirpium creationis.Germinatio enim omnem antecedit herbeſcentem
viriditatem,puta herbam & fœnum. Siue enim à radicibus quid, è ſobole ſiue ex inferiore
prominentia naſcitur,vt crocus,vt gramen,germinet pullulétque primum,ac foris emine-
at,neceſſe eſt:ſiue à ſemine gignitur,hoc quoque pacto primum germen emergit,herba de-
hinc explicatur,poſtea vireſcens fœnum euadit,demum fructus fit,ſuper arido iam & ſoli-
F do culmo maturus. *Germinet terra fœni herbam.*) Cum ſemen ſparſum in terræ gremium
incidit, humore teporéque præditæ moderato, vbi fuerit emollitū meatibúſque refertum,
humum ſibi vi ſua propinquam amplexum, ea nimirum inde quæ ſunt accommodata ſuæ
naturæ,ad ſeipſum attrahit.Quorum tenuiſſimæ partes in ipſos incidentes illabentéſq; mea-
tus,molem ipſius ampliorem efficiunt:vt ad infera quidem fibras,radicéſque agat:ad ſupe-
ra autem emergat & emicet in culmos numero pares radicibus ſeſe attollens.Germen inte
rim dum continenter tepeſit,eum humorem quem exugit per radiculas vi caloris ipſum è
terra prolicientis quantum moderatæ ſuæ alimoniæ ſatis ſit,adſciſcit ſibi quod reliquū eius
eſt,diſpenſat ac diſpertitur in culmum,corticem,in thecas,hoc eſt, loculos ſiue valuulas, in
triticum,

βούτομον opimandis bobus herba accōmoda de Butomo Theoph.li. 7, κατὰ γένος.

triticum,in ipſas denique ariſtas:& ita ſenſim augeſcens,ad ſuum quodq; naſcens peruenit G
ſtatum,ſiue ſit generis frumenti, ſiue leguminis, ſiue oleris, ſiue etiam fruticis. Vnum fœ-
num,vnáque herba mentem tuam ad eius artis rationes perſpiciendas,ex qua prodiit, occu
pare totam profectò poteſt.Quomodo geniculis præcingantur culmi frumenti,vt illis ve-
luti quibuſdam vinculis corroborati,ſpicarum facile pondus ferant atque ſuſtineant: cùm
plenæ iam fructuum grauidæq;,ad humum ſuo pondere inclinant. Quapropter auena qui-
dem inanis atque vacua tota eſt:quod nullo prorſus culminis pondere premitur:contrà,fru
mentum natura geniculato culmo quaſi vinculis confirmaſſe videtur. In theca vero gra-
num recōdidit,ne ſit expoſita frugilegis auiculis præda:inſuper & ariſtarum vallo veluti te- H
lis obiectis,animalculorum noxiam abarcet.Quid dicam?quid ſilentio præteribo?In hoc o-
pulentiſſimo creationis theſauro,perdifficilis quidem eſt rei præſtabilioris electio: intole-
rabilis autem omiſſæ præteritæq; iactura. *Germinet terra herbam fœni.*) Et ecce cum his
quæ edules ſunt & nobis alendis opportunæ, exortæ ſunt mox ipſæ etiam exitiales her-
bæ,venenoſæq;.Cum frumento cicuta,cum eſculentis cæteris elleborus,aconitum, mandra
gora,atque papaueris ſuccus.Quid igitur?relictá ne gratiarum actione opifici,pro iis quę no
bis vſui ſunt,reddenda:pro iis ipſum accuſabimus,quæ noſtræ vitæ aduerſantur officiuntq;?
Illud ne tandem animaduertemus,quôd haud omnia vētris noſtri gratia creata ſunt:ſed a-
limenta quidem definita nobis in promptu adeò ſunt,vt ab omnibus dignoſci facileq; diſ- I
cerni poſſint:res autem ſingulæ,quæ fiunt,propriam quandam peculiarémque rationem ad
creaturam conferunt atque ſupplent.Non enim quia tibi tauri ſanguis exitio eſt,ideo taurũ
aut in lucem non edi,aut ſanguine non eſſe præditum oportet,viribus cuius ad tot humana
vita res tantáſque ſubminiſtrandas egere videtur.Sed tibi quidem inſita ratio & per ſe fami
liaris ſatis facit ad eas res euitandas:quæ letales,quæ venenoſæ,quæ peſtiferæ ſunt. Nũquid
enim oues quidem atque capellæ vitare ſciunt ea quæ vitæ ſuæ nocent,ſolo ſanè ſenſu noxia
diſcernentes:tibi vero cui ratio ſuffragatur & ſuppetit,cui medendi facultas eorum quibus
vti commodè poſſis,notitiam ſubminiſtrat,quem experientia eorum qui te anteuerterunt,
docet vti noxia eſſe vitanda,difficile eſt dic,quæſo,à venenoſis rebus exitialibúſque cauere? K
Illarum autem rerum nullam prorſus exiſtimare oportet,aut & otioſè, aut fruſtra creatam
eſſe.Aut enim nonnullis animalibus expertibus rationis ſunt pabulum,aut & nobis ipſis ex
his in nonnullis morbis depellendis ab arte medendi remedia comperta præſtantur. Nam
cicuta quidem ſturni veſcuntur, & tamen propter corporis conſtitutionem à veneno non
occupantur.Cum enim pertenues habeant ad corda penetrantes meatus:fit,vt antea deuo-
ratam cicutam cōcoquant,quàm inde letale gelu ad præcordia peruenerit:elleborus autem
coturnicibus eſt cibus,nec ab eo peculiari quadam temperatione detrimenti quicquam per-
cipiunt.Sunt hæc ipſa tempore opportuno nonnunquam etiam vtilia nobis. Per mandra-
goram nanque medici ſomnum aduocant atque inuitant:ſucco vero papaueris vehemen-
tes dolores corporis ſedant.Quidam rabientem appetentiam eſitando cicutam,tabefecerũt L
ac ſenſim extinxerunt,& elleboro non pauca ſed & diuturna corporis vitia radicitus extir-
parunt.Quibus efficitur,vt quod veluti crimen in opificem afferre putabas, id in cumulum
tibi gratiarum habendarum tandem agnoſcis ceſſiſſe. *Germinet terra herbam fœni.*) Quan-
tum hiſce verbis,tum in radicibus,tum in ipſis herbis,tum etiam in fructibus ſua ſpōte no-
bis oblatum eſſe dicit parabilem quidem vitæ commeatum?Quãtum inſuper eius, qui pro-
uenire ſolet cura diligentiaq; agriculturæ?Non ſemen frugeſq; protinus educere terram,ſed
germinare vireſcereq;,& tum ſemen edere iuſſit,vt primum illud diuinum præceptum ſe-
quentis ordinis ipſi naturæ documentum fiat.At quomodo terra, fortaſſe quiſpiam dixerit, M
ſemina naſcentium ſecundum genus edit,quum ſæpe tritico ſparſo frumentum hoc atrum
colligamus?At idipſum non ad genus diuerſum mutationem habet:ſed quaſi morbus qui-
dam ægritudoq; ſeminis eſt.Non enim frumenti naturam amiſit:ſed in atrum colorem ob
aduſtionem eſt verſum,vt ex appellatiōe quoq; edoceri poſſis.Nam nimio frigore exuſtum
in alium colorem,in aliumq; ſaporem degenerauit.Adeò quoq; vt ſi rurſus in humum bene
cultam idoneamq; fuerit iactum,cœlumq; clemens benignumq; fuerit nactum,in ſuam pri-
ſtinam illam formam qualitatemq; redire ferunt.Quare nihil prorſus in ſtirpibus aliter in-
uenies fieri,quàm imperium illud diuinum inſtituit.Nam id quod lolium appellatur,cæte-
raq; adulterina ſemina,quæ ſeſe cum eſculentis miſcere ſolent,quæq; ſcriptura ſacra nuncu-
pare zizania conſueuit,non tritico mutato, ſed ex origine ſua principioq; naſcuntur, pro-
priumq;

Cur vel δηλητήρια exitialia venena condita. κώνειον ſturno cibꝰ cur. Elleborus ſiue veratrũ edule coturnici. Mandragora ſomnum cōciliat, ſucco papaueris ſedatur dolor.

Mirabilis naturæ geniꝰ.

ἄιρα.



A priumq; ſuum obtinent genus.Hæc eorum hominum præ ſe ferunt imaginem, qui domi-
nicam doctrinam adulterare deprauaréque nituntur:quiq; non vti legitimos ſe dedunt ver
bo dei erudiendos diſcipulos, ſed ſpiritus maligni doctrina corrupti, cum eccleſiæ ſe-
ſe corpore ſano permiſcent,vt clãculum ſui erroris noxã,in ſimpliciores & integræ fidei vi-
ros transfundant.Iam verò dominus, & eorum profectum perfectionémque, qui credide-
runt in ipſum, accretioni ſeminum comparat: Quemadmodum, dicens, ſi homo iaciat ſe-
men in terram,& dormiat & exurgat nocte diéque,& ſemen germinet, & illo neſciente ſu-
ſcipiat incrementa.Vltro nanque terra fert fructum,primum herbam emittendo,deinde ſpi
cam,deinde plenum in ſpica frumentum edendo. *Germinet terra herbam.*) Temporis puncto
B nimirum à pullulatione initio ſumpto, tellus, vt creatoris ſui legibus imperiiſq; obtempe-
raret,per omnem accretionis formam diſcurrit:germináque protinus ad ſummum eorum
ſtatum deduxit,atque prata quidem alta continuò copia fœni fuere.Campi vero fertiles in-
horreſcentes ſegetum denſitate perinde atque mare,ſpicarum agitatione fluctuabãt: omnis
inſuper herba,omne oleraceum genus,ſarmenticium omne, denique quicquid vſquam le-
guminaceum copioſiſſimum tum ſupra tellurem emicabat. Nullum enim detrimentum in
iis,quæ primum tunc emerſere, prorſus erat, aut agricolarum imperitia,aut aëris intempe-
rie,aut alia vlla cauſa quæ nocere naſcentibus ſolet.At neque etiam illa contra genus homi-
num allata ſententia tum impedimento telluris erat fertilitati.Hęc enim illum hominis er-
C rorem,illud delictum anteceſſerunt,gratia cuius nos condemnati ſumus, vt in ſudore no-
ſtri vultus,veſcamur pane.Quin &,ait,lignum pomiferum faciens fructum:ſemen cuius in
ſemetipſo ſit iuxta genus & ſecundum ſimilitudinem ſuã ſuper terram. Vi operatoria ver-
bi iſtius ſine vlla mora protinus ſyluæ omnes denſabantur, omnes arbores erumpebant: &
quæ petere cœlũ altitudine ſolent abietes,cedri,cupreſſi, piceæ: omne item fruticũ genus &
arbuſtiuũ comabatur,addenſabatur. Quæ rurſus ad plectendas corollas faciunt, ſeu roſeta,
myrti, lauri, iſthæc omnia priùs cùm non extitiſſent,momẽto ſuper terram emicuere, cum
ſua arbores quæque peculiari proprietate,ſeiunctę quidem atque diſtinctę manifeſtis diffe-
rentiis à reliquorum generum plantis:ſingulę autem propriis inſignitæ formis. Verum roſa
D tunc ſpinis carebat: poſtea verò pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ, vt nos volupta-
tis inde capiendæ oblectamento propinquo afficiamur dolore,recordatione delicti:cauſa cu
ius factum eſt, vt ſpinas, vt tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret. At
quiſpiam dixerit: Iuſſum eſt terræ lignum pomiferum edere faciens fructum ſuper terram,
cuius ſemen in ſemetipſo ſit: complures tamen arbores neque fructum nos edere cernimus
neque ſemen. Quid igitur dicemus? Primum quidem earum arborum ſcripturam ſacram
præcipuè mentionem feciſſe,quæ natura ſunt præſtabiliores: deinde cunctas aut ſemen ede-
re,aut ea quæ vim ſeminis,atque potentiam obtinent exactè perſpicienti colliqueſcet. Nam
populi nigræ,ſalices,vlmi,populi albæ, cæteræque id genus,fructũ quidem apertè ferre nul-
E lum videntur:habent autem ſingulę ſemen ſi quis exacte ſcrutetur.Id enim granulum,quod
ipſis frondibus ſubter inhæreſcit,quodq; nonnullis eorum, qui nominibus rebus imponen-
dis operam nauarunt,miſchum placuit appellare: vim ſanè ſeminis obtinet. Iam quæcunq;
ab ipſis ramorum ſurculis oriri ſolent,inde magna ex parte radices eliciunt. Seminis etiam
fortaſſe rationem obtinent, & appendices radicum ſiue propagines, quibus auulſis ſtudioſi
inſerendarum arborum locupletant genus & augent.Priùs tamen vti diximus, earum ſcri-
ptura mentionem arborum fecit: quæ magis humanæ vitæ conſeruandæ congruunt:quæq;
ſuis fructibus hominem benignè excipiendo fuerant illi victum luculentiorem ſuppedi-
taturæ. Vitis quidem gignendo vinum, quo cor hominis exhilareſcit. Olea vero fructum
eum præſtando,qui faciem hilarem oliuo facere poteſt:cæteraq; ſimilis generis,quot proru-
F endo concurrebant,quot properabant in idem,ea ſcilicet omnia procreante natura? Radix
ipſius vitis, palmites circunquaque frondentes producti, ſupérque terram multum diffuſi.
Germen, clauiculi,vua primum peracerba geſtatur: deinde concocta maturáque ac ſuauis.
Abũdè ipſo aſpectu,ac ſcitè naturæ poterit admonere te vitis.Nã ſimilitudinis te domini nõ
immemorẽ eſſe certò ſcio, qua ſeſe vitem, & patrem agricolam eſſe,dixit,nóſque ſingulos
eccleſiæ per fidem inſertos palmites appellauit,atque ad copioſè ferendos fructus inuitat,ne
ob inutilitatem condemnati,igni tradamur. Nec ceſſat vbique vitibus noſtras animas com
parare.Vinea nanque facta eſt dilecto,dicit,in cornu,pingui in loco.Et,Vineam ſeui,& ſepẽ
circumpoſui.Animas humanas planè vineam dicit,circundedit ſepto tum ea ſecuritate tu-
teláve

Hæretici ἄιρα,ζιζάνια τε.

πᾶσαν ἰδέαν ἀυξήσεως. φρίσσοντα λήϊοις.

καταδίκη, nimirum: Maledicta terra, in laboribus comedes eam.

ξύλον κάρπιμον. μήκιστον ὕψος.

μισχόν.

ὄμφαξ καὶ βότρυς.

telắve,quæ ex præceptis reſultat,tum ipſa cuſtodia angelorum.Immittet enim ſe,aut mediũ G
conſtituet angelus domini in circuitu metuentium eum. Deinde quaſi valla ſiue perticas &
ſtatumina nobis defixit,poſitis in eccleſia primum apoſtolis, ſecundò prophetis ,tertio do-
ctoribus.Exemplis præterea veterum hominum,beatorúmque,ſenſus noſtros in ſublime e-
rexit:neque permiſit in humum nos eſſe deiectos,ac dignos eſſe qui cõculcemur.Vult etiam
nos quaſi clauiculis ſiue capreolis quibuſdam,amplexibus charitatis proximis inniti ac ad-
hærere,& in ipſis etiam conquieſcere, vt iugi affectu ſurſum verſus feramur & quaſi ſcãſiles
& arbuſtiuæ vites nos ipſos adæquemus ſublimium faſtigiis arborum. Quin & à nobis expo
ſcit,vt dũ defodimur,ſuſtineamus.Sanè anima tãtiſper defoditur,dũ ſe tenacibus exuit mũ H
di curis , quæ cordibus noſtris grauiſſimo ſunt oneri . Itaque qui carnalem hunc poſuit a-
morem,qui pecuniarum à ſe excuſſit auiditatem, qui ſuſpiriis proſequendæ mundialis glo-
riolæ affectationem deſpuendam prorſus duxit & aſpernabilem: is ſanè inani onere terrenæ
iſtius prudentiæ abiecto veluti defoſſus reſpirauit . Opus proinde ſit iuxta prouerbij alluſio-
nem,vt ne vitem hanc noſtram ſinamus ſarmentis noxiis ſylueſcere & eluxuriari, id eſt, ne
quid in obeundis vitę huius noſtrę muniis,per oſtentationem deſignemus;neu laudem ve-
nemur captemúſve ab iſtis externæ conuerſationis hominibus:magis vero adnitamur, fru-
ctuoſi vt ſimus,at interim piam quãdam oſtentationem operum noſtrorum vero illi agri-
colæ ſiue vinitori aſſeruemus . Atque adeò tu vide vt ſis oliuæ inſtar,non qualiſcunque ſed I
fructiferæ in domo dei:nequando ſpe nudus conſpiciaris,potiùs ſalutem retineto ſpe conti-
nenti reuireſcentẽ merito fidei.Hoc enim pacto perpetuũ plantæ iſtius imitabere virorẽ:ſed
& exuberantẽ copiã fructuũ oleæ æmulaberis, benigna ac perpeti collatiõe eleemoſynę.Sed
ad artificioſas inſtitutiones perquirẽdas redeamus.Quot genera tũc plãtarũ partim frugife-
ra,partim ad ædiũ cõtignationẽ & fabricã, partim ad extruendas naueis,partim ad ſubmini
ſtrãdũ ignẽ idonea emerſêre ? In his etiã ipſis varia quidẽ eſt atq; diuerſa partiũ vniuſcuiuſq;
arboris diſpoſitio . Summa aũt cũ difficultate cuiuſque tã proprietatis inuẽtio,q̃ ad ſingulas
diuerſorũ generũ exploratio differẽtię,notitiáq; fieri poteſt.Quomodo pars quædã arborũ ra
dices in profundũ,pars nõ in profundũ agant.Et aliæ rectà ſupera petãt,ſitq; in eis ab radice K
caudex vnus.Aliæ humirepę & humiles ſtatim ab ipſis ſuis radicibus plures in caudices exe-
ant ac diuidantur:Quomodo quarum rami prolixiores ſunt , porrecti latè & expaſſi per aë-
rem,earum & radices profundiores ſint , & circunquaque latè etiam diffundantur : perinde
quaſi natura fundamenta quædam proportione reſpondentia ſuperorum ponderibus ſub-
iecisset . Quot præterea corticum diſcrimina ſint : ſtirpium enim aliis leuis , aliis ſcaber eſt
cortex & ruptilis. Et aliæ ſimplici , aliæ multiplici præditæ ſanè ſunt cortice. Et quod mi-
rum eſſe videtur, iuuentutis humanæ ac ſenectutis accidentarios affectus , perſimiles inue-
neris & in plantis.Nouellis enim atque vigentibus circum ipſe cortex intenditur:ſeneſcen-
tibus verò quaſi rugoſior aſperiórque euadit. Succiſæ præterea aliæ rurſum germinant, aliæ L
non repullulant : ſed citra ſpem ſuccedaneæ ſobolis manent, quaſi præciſio illis ſit interitus
quidam . Iam verò detruncatas nonnulli pinus, aut incenſas vſtáſque flammis, in querceta
obſeruarunt verti.Sunt & quarum ſuæ naturæ vitium agricolæ cura diligentiáque depone-
re ac extrudere nouimus,vt punicas acidas,amygdaláſque amaras . Cum enim ima in parte
radici propinqua ſtipite perforatæ,cuneum ex pino pinguem per mediam adactum medul
lam ſuſceperint,ſaporis tum faſtidio gratum in vſum mutato , dulceſcunt . Nemo igitur in
vitio conſtitutus homo de ſeipſo deſperare velit : haud neſcius agriculturam ſtirpium qua-
litates mutare:curam autem ac ſtudium in conſequendis virtutibus , animi omnes vincere
morbos ſuperaréque poſſe.Frugiferarum verò ſtirpium tanta eſt in edendis fructibus diffe- M
rentia,vt eam oratione poſſet conſequi nemo.Non ſolum enim differentia fructuum in di-
uerſis genere ſtirpibus , ſed in eadem etiam arboris ſpecie non mediocre diſcrimen eſſe
videtur:vbi forma fructus,à peritis in ſtirpium cultu diſtincta eſt etiam ſexu,vt alia marium
ſit,alia fœminarum , qui palmas etiam in marem fœminámque diffindunt: & videris eam
interdum,quæ ab ipſis fœmina dicitur,in marem pronam blandioribus ramis nutare, quaſi
geſtientem,atque amplexum maris percupientem:ſtirpium verò cultores,inter ramos tunc
quaſi ſemina quædam,maris florem ſeu fructum immittere , atque ita illam quaſi volupta-
tem inde percipere,ſeſéque demum rurſus erigere, ad formámque propriam ſuas reſtituere
comas.Hæc eadem de ficis etiam aſſerunt. Quamobrem alij iuxta ficeta caprificos ſerunt: a-
lij caprifici groſſos,inter ſeſe colligatos iniiciunt ficis.Atque hoc pacto ficorum imbecillitati
medentur,

ἀναδενδράδες.

Attende naturæ & Agricolatiõis admirabilẽ & multiuariam indolẽ.

Hæc τροπολογικῶς.

Attende naturæ miraculum in palmis..

λεγομένους φῆνας, palmæ maſculæ fructus, vt fœmellę βάλανος dicitur.



A medentur,defluentem iam labentémque fructum ipſarum,groſſis iſtis fulciẽtes.Quid iſtud
ſibi naturæ vult ænigma?Quòd ipſi quoque nos ab alienis à fide nec raro debemus deſume-
re intentam animi acrimoniam vimq; bonorum operum efficacem . Si quando enim tu v-
num aliquem ritu Gentili viuentem,aut per erroneam hæreſim ab eccleſia præciſum & diſ-
ſectum , vitæ alioqui continentis ſtudioſum ac reliquæ moralis diſciplinæ non inſtrenuum
cultorem contemplatus fueris:tantò tuum ad probitatem conſectandam ſtudium illius con
templatione intendito & connitere , aſſimilis vt fructiferæ fico euadas alacrem virium co-
piam colligenti ex agreſtium olynthorum præſentia,ſuorúmque fructuum inhibenti deflu-
uium,& accuratiùs eos ipſos enutrienti.Tales igitur ſtirpium differentiæ videntur emerge-
B re,circa productionis modum,vt ex plurimis pauca admodum afferamus . Ipſorum autem
fructuum varietatem,quis enumerare,quis explicare poterit?figuras,colores, ſaporum pro-
prietates,vniuſcuiuſque vtilitatem?vt partim nudi concoquuntur à ſole,partim tecti cruſtis
& putaminibus ſepti ad ſuum ſtatum perueniunt.Et quarum ſtirpium molliuſculi ſunt fru-
ctus,earum folia veluti tutiora quædam opercula craſſiuſcula ſunt vt in fico : quarum duri-
uſculi ſunt, eæ tenuiores leuiorẽſque obtinent frondes:vt in nucibus intueri licet. Nam illis
quidem ob imbecillitatem maiore ſubſidio opus eſſe conſtat : his autem craſſius tegmen ex
vmbra ab obiectu frondium proueniente noxium fructibus fuiſſet , Vt vitis folium , pam-
pinus, inquam, pluribus in partibus finditur , quo racemus partim incommoda cœli vitet:
C partim radios ſolis per raras illas & graciles diuiſuras vberem teporem ſuſcipiat . Nihil fit
prorſus præter certam rationem.Nihil temere caſúve fortuito agitur,omnia in ſeſe ſanè la-
tentem admirabilémque ſapientiam habent.Quænam oratio tot tantáſque res attingere po
terit ? Quo pacto mens humana res omneis haſce tam exactè pertractare tranſigeréque po-
terit:vt & proprietates perſpiciat,& ſingulorum diſcrimina clarè differentiáſque diſcernat:
& delitescentes inſuper plenè perfectéque cauſas afferat,atque aſſignet ? Vna aquá per radi-
ces attracta,alio modo radices,alio caudicis corticem, alio lignum,alio medullam alit: ea-
dem & folium fit,& in ramos denſiores ſurculóſque diuiditur, & incrementa frugibus præ-
ſtat:lachrymæ denique ſucciq; ſtirpis eadem ex cauſa manant,quorum quãtum ſit inter ſeſe
D diſcrimen,ac differentia,quis oratione conſequi poterit? Aliud eſt enim lẽtiſci lachryma: a-
liud balſami ſuccus.Ferulæ inſuper quædam tam in Aegypto quàm in Africa, diuerſum ſuc
ci genus illachrymãtur.Fertur & ſuccinũ ſuccum ſtirpium eſſe,in lapidis naturam concretũ.
Atque id ita eſſe,teſtes ſunt feſtucæ,qui in ipſo viſuntur , & tenuiſſimæ minimæq; beſtiolæ:
quæ cum ſuccus molliuſculus eſſet,in ipſo tanquam viſco adhæſiſſent,retentæ ſunt . Omni-
no qui non experimẽto ſuccorum diſcrimina didicit iuxta cuiuſque qualitatem, is illa ita vt
in re ſunt aperta , nullam vnquam orationem inuenerit quæ illorum vim operatoriam ex-
plicet.Ab eodem rurſum humore vt in vite quidem vinum vt in olea oleum conflatur. At-
que non ſolum id mirabile eſſe videtur,quo pacto penitus idem humor, illic quidem dulcis
euaſit:hic autem pinguis eſt factus. Verumetiam illud in ipſis dulcibus, inquam, fructibus,
E qualitatis varietatem eiuſdem inenarrabilem eſſe.Aliud eſt enim dulce quod eſt in vite , a-
liud quod eſt in malo,fico,ac palma . Velim te,in artis huiuſce opificio exactiùs & ſolertius
perquirẽdo trahere moram,atque animum huc aduertere,vt eadem aqua nunc lenis eſt ſen-
ſui,cum in aliis plantis edulcata fuerit: nunc contrà pungit guſtũ cum per alias diducta ſtir
pes exacuerit, nunc in ſummum amarorem verſa ſenſum exaſperat, cum in abſinthium aut
ſcammoneam peruenerit:atque in glandibus quidem aut cornis, in adſtringentem acerbãq;
vertitur qualitatem : in terebynthis autem atq; iuglandibus nucibus ad molliuſculam quan-
dam oliuique æmulam naturam mutatur.Sed quid opus eſt remotiora adferre , cum eadem
F in ficu contrarias migret in qualitates? Eſt enim in ſucco quidem ſummè amara : in fructu
autem ſumme dulcis.Et in eadem itidem vite in flagellis & ramis quidem & adſtringentiſ-
ſimæ naturæ eſt,in racemis autem ſuauiſſima.Quot præterea differentiæ ſunt colorum? Ean
dem in pratis aquam conſpexeris hoc in flore rubeſcentem,in alio purpuream, & in hoc cœ
ruleam,in alio albidam . Quin & longè plures odorum tibi differentias offerentem inuene-
ris, quàm ſint ipſæ varietates differentiæq; colorum. Sed enim orationem noſtram propter
inexplebile iſta conſiderandi deſiderium vltra modum ſeſe extendere ſentio,quam niſi ne-
ceſſitate vinctam à creatione deuocauero,deficiet me profectò dies,magnam ex paruis exi-
guiſq; rebus dei vobis ſapientiam repræſentare geſtientem. *Germinet,inquit,terra lignum pomi-
ferum,fructum faciens ſuper terram.*) Et montium continuò vertices , perinde atque comis , ar-
boribus

παρὰ φύσεως ἄινιγμα.

Allegoria elegans ex collatione.

δι᾽ ἀραιότητος γνώμη.

νάρθηκες. ἤλεκτρον.

Colorum varietates. Odorum.

boribus operiebantur,orti inexplicabili artificis ſolertia adornabantur. Amnium ripæ locá- G
ve deuexa generibus ſtirpium innumeris ſine vlla mora veſtiebantur,ac decoram faciem o-
ſtentabant,quæ partim ad exornandam hominis menſam ordinata ſunt,partim ad præſtan
dam pecoribus,tum ex frondibus,tum ex frugibus alimoniam: partim ad ea ſubminiſtran-
da quibus medica ſolertia cauſa valetudinis vteretur,ſuccos,lacrhymas,carphe,cortices,fru
ctus locupletiſſimè tellus edebat:vtq; ſemel compendio, omnia quæ nobis experientia tan-
dem diutina comperit,è ſingulis variis diuerſiſque caſibus,atque euentibus id eligendo ſem
per,quod conducit , quódq; frugi eſt , ea prouida ſapientia,ſolérſque dei conditoris mundi
facultas inde ab initio præuiſa creauit. Tu verò cum vrbanas,agreſtes,aquatiles, terreſtres,
florigeras,ſiue floribus haud præditas, ſtirpes cõſpexeris, ex hiſce rebus exiguis deo maximo H
cognito admirationem ſemper accumulato,ac tuum erga rerum illum opificem, amorem,
charitatémque augeto: perſcrutaríque velis , quomodo ſtirpium alias ſempiterna coma vi-
renteis,alias haud ſemper virenteis fecerit,& illarum alias quæ folia amittant,alias quæ per-
petuò ſeruent.Decidunt enim tam oleæ quàm pino frondes : licet ſenſim occultéque adeo
folia permutent,& alternent,vt haud vnquam denudari coma propria videantur, Sed pal-
ma ſemper à prima germinatione videlicet , eiſdem ad finem vſque foliis frondet . Deinde
& illud animaduerte Myricas,inquam, quaſi vitam ancipitem degere , vt & inter aquatiles
enumerentur & copioſæ ſint in deſertis . Quapropter & improbiores mores & inconſtantis I
nec ſolidæ fidei talibus diuus ille Hieremias haud iniuria ſtirpibus ſimiles eſſe dicit. *Germi-* Hiere.17.& 18.
*net terra.*)Hoc perbreue præceptum natura tum illico non mediocris,artificioſaq; ratio fuit,
cogitatione noſtra celerius innumeras ſtirpium conficiens peragénsq; proprietates . Hoc e-
tiam nunc inſitum telluri præceptum, ipſam quotannis ſuas quas habet vires, ad herbas, ſe-
mina, arboréſque generandas elicere cogit , atque impellit . Nam vti turbines à primo ipſis Argu.à ſimili.
indito ictu, ſequentes efficiunt conuerſiones vertiginéſque , cum ipſo centro fixo in ſeipſis
verſantur:ſic & naturæ ſanè ſeries inde à primo illo imperio principio ſumpto,per omne tẽ-
pus,eodem ordine progreditur: quouſque tandem ad ipſam communem vniuerſi peruene-
rit conſummationem . Ad quam & nos omnes referti fructibus , pleniq; bonorum operum
properemus , vt plantati in domo domini in atriis dei noſtri effloreſcamus , in Chriſto Ieſu K
domino noſtro:quem decet gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

## HOMILIA SEXTA, DE CREATIONE *luminarium.*

D*Ixit autem deus,fiant luminaria in firmamento cœli,ut luceant, & illuminent, & diuidant diem & noctem.*) Spectatorẽ concertantium participem , & ipſum alicuius eſſe vehementiæ
vigoriſq; oportet.Idq; ex panegyricis ritibus quiſpiam conſpexerit, qui conſidentes L A ſimili ordiitur.
in theatro, nudo ſedere capite iubent, quo non ſolum (vt mihi videtur)certantium
deſideat ſpectator, ſed etiam ipſe aliqua ex parte cõcertator ſit. Eodẽ itaque modo magnorũ
etiam admirabiliũmq; ſpectaculorum inquiſitorem , eorúmque auditorem , quæ à ſumma,
vera ineffabilique ſapientia profluxerunt, adminicula quædam ex ſeſe nimirum habentẽ ac-
ceſſiſſe oporteret ad ea quæ proponuntur ſpectanda,participémque mecũ certaminis,quoad
facultas ſuppetit,eſſe,non magis iudicem,quàm concertãtem: necubi fortaſſe nos prætereat
inuentio veritatis,ac proinde error meus communis fiat auditorum iactura.Qua quæſo gra
tia mihi hæc dicuntur ? Quia cum inquiſitio mundi conſtitutionis nobis vniuerſique con-
templatio proponatur,principia cuius non ex mundi ſapientia,ſed ex iis ſumenda ſunt,quæ M
ſeruum ſuum deus edocuit, in viſione loquutus illi, & non per ænigmata , eos omnino qui
rerum non mediocriũ ſpectandarum auidi ſunt, neceſſe ſit non inexercitatam mentẽ habe- Nimirum Moſen.
re ad proponendarum nobis rerum perceptionem.Si vnquam itaque ſerena nocte admira-
bilem ſtellarum ornatum ac ſpeciem intẽta oculorum acie ſuſpexiſti, venítque ſubinde tibi
in mentem artificis vniuerſi,quiſnã is ſit qui ſideribus hiſce veluti floribus cœlũ miris modis
diſtinxit ac perornauit,egitque vt neceſſitas ipſorum delectationem ex tãtæ pulchritudinis
aſpectu capiendam exuperet.Rurſus , ſi quidem interdiu cogitatione mentéque ſobria mira
diei ſpectacula didiciſti , atque per ea quæ cernuntur, eum qui non cernitur animaduertiſti,
paratus auditor profectò , cœtúque dignus huiuſce glorioſi perbeatique theatri accedis.
Age



A Agè igitur,iam & ipſe,perinde atque ij factitare ſolent,qui eos quibus nulla vnquam inter- Simile.
ceſſit vrbium conſuetudo,prehenſa circunducunt manu:itidem ego vos ad huiuſce eximia
magnitudine vrbis occulta miracula viſenda circunducam.Hac in vrbe ſanè, in qua vetus
illa eſt patria noſtra,à qua expulit nos homicida dæmon ille,ineſcationibúſque ſuis homi-
nem in ſuum abduxit mancipium,hic inquam primã hominis conſpicies creationem,mor
temq; eam quæ nos protinus occupauit,quam peccatum genuit primogenita proles dæmo-
nis principis vitiorum.Atque teipſum noſces terreum quidem natura,manuum autem diui
narum opus,& viribus quidem animantibus brutis longè inferiorem:omnium autem, tam
irrationalium quàm inanimatorum,diuina voluntate ſententiáq; principem conſtitutum:
B inferiorem quidem apparatu naturæ:rationis autem copia vel ad cœlum vſque ſeſe efferen-
di præditum facultate.Hæc edocti,noſmetipſos vtique cognoſcemus , Deus per nos cæteris
innoteſcet,creatorem adorabimus,domino ſeruiemus,patrem glorificabimus, paſtorem al
torémque noſtrum amore charitatéque proſequemur,eum qui nobis beneficia contulit ve
nerabimur:principem denique noſtræ vitæ datorémque , cùm præſentis , tum etiam futuræ
adorare non ceſſabimus:eum inquam,adorabimus,qui per eas quas prærogauit diuitias , il-
lorum quoque certò fidem facit quæ ſe daturum pollicitus eſt,bonorum : & doctrice expe-
rientia præſentium,ſpem ſancit firmát ve noſtram,de futuris.Hæc enim temporaria,talia ſi Collatio à minori.
ſunt:qualia ſperes fore æterna?Et ſi ea quę conſpiciuntur adeò bella ſunt,adeò pulchra:qua-
C lia putanda ſunt ea quæ oculis ſunt inuiſibilia?Si magnitudo cœli mentis humanæ metien-
di facultatem exuperat:quænam mens, quis intellectus, quæſo rerum inueſtigare ſempiter-
narum naturam poſſet?Si ſol iſte corruptioni ſubiectus,adeò pulcher eſt, adeò magnus, ve-
lociſſimus quidem motu,ſuas autem peragens ordine decẽtiſſimo periodos,moderata qui-
dem ad vniuerſum præditus magnitudine,vt haud quaquam proportionẽ toti reliquæ ma-
chinæ admenſuratam tranſgrediatur:pulchritudine verò naturæ quaſi quidam oculus ſplen
didus creaturam ipſam condecorans,cuius ſi aſpectus inſatiabilis eſt,qualém nam ipſum eſ Sol mũdi ra dioſiſſimus oculus ac prælucidus.
ſe iuſtitiæ ſolem arbitrari nos debemus ? Si ſolem hunc haud conſpicere , detrimentum eſt
homini cæco:qualis,tandem iactura,quantúm ve diſpendium,eſt peccatori veriſſima illa lu
D ce carere? *Et dixit deus:fiant luminaria in firmamento cœli,ut luceant ſuper terram , ut diuidant diem ac noctem.*) Cœlum ac terra præceſſerunt : lux poſt cœlum & terram creata eſt : nox & dies
diſcretæ ſunt:tum firmamentum eſt ortum,arida dein emerſit,atque aquæ confluxerunt v-
num in locum ſibi pręſtitutum ac definitum.Terra demum ſuis eſt germinibus referta,cum
innumeris herbarum generibus editis,tum formis variis fruticum arborumq; momẽto ex-
ortis exuberans.Sed nondum erat ſol neque luna,ne lucis principem patrémque ſolem ap- Sol & luna cur quarto die conditi.
pellarent : nec eorum quæ naſcuntur è terra , creatorem cenſerent eſſe qui deum ignorant.
Idcirco quartus iam dies acceſſit,& tunc deus dixit: *Fiant luminaria in firmamento cœli.*). Cũ
perceperis eum qui dixit,illico cogitatione cum ipſo copules eum velim, qui audiuit . Deus
E dixit:fiant luminaria,& fecit deus duo luminaria. Quis dixit?& quis fecit ? nónne animad-
uertis in hiſce,duas eſſe perſonas?Vbique dogma illud theologiæ,hac in enarratione myſti Hiſtoria interſperſa eſt myſteriis.
cè inſperſum eſſe videtur.Et additur iis,officium vſusq; luminarium ortus:vt luceant ſuper
terram.Si lucis ortus ſolem anticipauit:cur nunc ſol vt luceat ſuper terram exortus dicitur γνώμη memorabilis.
eſſe ? Principiò quidem, ne vulgaris illa dictio riſum tibi moueat . Siquidem non ſectamur
verborum elegantiam,quæ apud vos ſuſpicitur , neque concinnæ verborum ſtructuræ ma-
gnopere ſtudemus.Apud nos enim non ſunt,qui verba tornando expoliant:neque curæ no
bis eſt ſonora vocum modulatio:ſed vbique præfertur clara & expreſſa vocum ſignificatio.
Vide ergo num dilucidè ſatis quod volebat,per lucis dictionem expreſſerit.Lucem nanque
F pro ſplendore & illuminatione poſuit.Non aduerſantur hæc illis ſanè quæ de luce ſunt di-
cta. Tunc enim ipſa natura lucis producta eſt:nunc autem hoc ſolis corpus eò cõditum eſt,
vt illi primogenitæ luci vehiculum eſſet.Nam vt alia diuerſaq; ſunt,& non eadem ignis at- ἥλιος ὄχημα πρωτογόνῳ φωτί.
que lucerna:& ignis quidem illuminandi vim obtinet : lucerna autem idcirco facta eſt , vt
vel moderatam lucem ſubminiſtret egentibus, ſic & illi puriſſimæ, ſynceræ , immaterialiq;
luci ceu vehiculum nunc ipſa luminaria ſunt extructa . Vt enim apoſtolus quoſdam aſſerit
fuiſſe luminaria in mundo:cùm interim alia ſit vera lux mundi,cuius participatione ſancti
animarum facti ſunt luminaria , quas erudiebant , eas eximentes ignorantiæ tenebris : ad
eundem quoque modum vel nunc poſt conditam lucem illam micantiſſimam,hunc ſolem
quem creauit ipſe opifex,ad illuſtrandum mundi ambitum ſua luce perfudit . Atqui incre-
 dibile

dibile nemini videatur & à fide abhorrens,quod dictum mihi eſt,aliud nimirum quiddam G
eſſe à luce ſplendorem,aliud item corpus ſubſidens luci ac ſubiectum. Primùm enim res o-
mnes compoſitæ,ſic à nobis diuidi ſolet,in ipſam eſſentiam ſuſceptricem,& in eam quæ ipſi
accidit qualitatem.Vt igitur diuerſa ſunt hæc natura,albedo,inquam,& corpus dealbatum:
ſic & ea quæ modò diximus,differunt quidem,vnita tamen ſunt potentia creatoris . Itaque
ne mihi dixeris,fieri hæc non poſſe,vt lux à corpore ſolis ſeparetur.Neque enim ego lucis à
ſolis corpore ſeparationem mihi ac tibi poſſibilem eſſe dico:ſed aſſerendum eſſe cenſeo,quę
mentis ſola agitatione,cogitationéq; diſparari à ſe poſſunt,ea re ipſa ſeiungi facultate crea-
toris vtriuſque naturæ poſſe . Nam & ignis vim vſtiuam ab eius ſplendore tu quidem ipſe
ſeparare minimè vales:deus autem volens famulum ſuum reddere ſibi attentiorem illo ad- H
mirabili ſpectaculo,in rubum ignem ſplendore ſolùm agentem , otioſam autem flagrandi
vrendiq; facultatem habentem immiſit,vt & Pſaltes teſtatur: Vox domini, dicendo, inter-
cidentis flammam ignis.Vnde arcana quædam doctrina nos docet,cum pro iis,quæ in vita
geſſimus,mercedes nobis retribuentur, naturam ignis in hæc diſtributum iri:Lux ſanè iu-
ſtis in perennem & peramœnam fruitionem cedet : è diuerſo ſupplicio addicendis ſeorſim
attribuetur vis vſtiua.Ad hæc,tamen ex lunæ affectibus , eorum quæ in quæſtionem poſui-
mus,inuenire poſſumus fidem.Deficiens enim deliquio luna,decrementáque ſuſcipiens,nõ
corpore toto abſumitur,ſed lumen quod acceſſerat,ipſa deponens,iterumq; aſſumens , ſpe- I
ciem nobis incrementi decrementique exhibet . Enimuero lunæ corpus haud abſumi cum
in deliquio eſt , argumento dilucido ſunt ea quæ cernimus . Licet enim tibi liquido in aëre
atque omni nebula liberato,cùm potiſſimum in cornua luna curuatur,partem ipſius obſcu-
ram,luminéque carentem,tanta orbis ſui curuatura circunſcribi conſpicere , quanta totum
ſplendorem cum ſinuatur in orbem,obit:vt aſpectu ſinum obſcurum aëris æmulum ad eam
referente partem quæ lucet,integer totúſque orbis perſpicuè videatur.Et noli mihi proferre
lucem aduentitiam eſſe lunæ:propterea quòd imminuitur quidem cum ſolem verſus motu
cietur:accreſcit autem cum ab eodem diſcedit.Non enim hoc in præſenti nobis inueſtigan-
dum proponitur:ſed illud,aliud eſſe lunæ corpus,aliud lucem ipſius qua lucet . Tale aliquid K
mihi cogita & de ſole , præterquàm quòd is ſemel acceptam , ſibique attemperatam lucem
nunquam deponit:luna vero continuè quaſi ſeipſam expolians atque veſtiẽs luce,& ea quæ
de ſole ſunt dicta,viciſſitudinibus ſuis hiſce per ſe confirmat.At vero hiſce luminaribus di-
uidi diem & noctem ſtatutum eſt . Etenim ſuperiùs quidem à tenebris lucem diuiſit deus,
ipſorúmque naturam tum ad contrarium ſtatum dimouit , adeóque ſeiunxit, vt inter ipſa
nulla ſit prorſus immixtio , luciq; cum tenebris nihil ſit omnino commercij . Quod enim
vmbram diurno tempore nouimus eſſe,id noctu tenebrarum naturam eſſe putare oportet.
Nam ſi omnis vmbra ſplendore aliquo lucente,aduerſa luci ſemper ab obiectis corporibus
excidit,& mane quidem ad occaſum protenditur,veſpere autem orientem verſus declinat, L
& in meridie rurſum ad ſeptentrionis iacitur plagas:nox quoque pari modo contrarias ad
partes radiis ſanè cedit:nec aliud quicquam eſſe ſecundum naturam,quàm vmbra terræ vi-
detur.Vt enim interdiu à corpore luce ſeſe opponente decidit ipſa vmbra:ſic & in aëre ſanè
terræ circumfuſo nox ipſa cum vmbris obiectu telluris efficitur.Hoc ipſum ſanè inſinuat,
quod dictum eſt:Et diuiſit deus à tenebris lucem.Quippe cum tenebræ lucis incurſiones mi
nimè patiantur , ſed fugiant:hoc primo iam in ortu naturali, hac inter ſe diſcordia conſti-
tuta nunc autem metiendo quidem diei ſolem præfecit,lunam autem quoties luminis ple-
num,totum ſuum obtinet orbem,principem noctis conſtituit.Tunc enim hæc lumina è re-
gione diſpoſita ſunt , ſibiq; ferè per diametrum opponuntur . In pleniluniis enim exoriente
ſole,luna deſcendit,ac deliteſcit facta obſcurior : contrà verò ſole occidente , oritur eadem M
ſæpenumero ex aduerſoq; exurgit nimirum ab oriente.Quod ſi cæteris in formis, atque figu
ris lunare lumen non vnà cum nocte ex æquo perficitur,nihil ad inſtitutum ſermonem re-
fert.Cæterum vbi tota lumine perfunditur vſquequaque perfecta, tum noctis quidem obti-
net principatum,ſuo lumine ſtellas illuminans,& vniuerſam colluſtrans tellurem,æquè ve-
ro atque ſol ſpatia temporis ſecat . Et ſint in ſigna , & tempora & dies & annos . Neceſſariæ
profectò ſunt luminarium in hominum vita ſignificationes . Nanque ſi non vltra modum
ſigna quiſpiam,quæ ab ipſis proficiſcuntur exploret,vtiles ipſorum obſeruationes eas inue-
nerit,quas experientia longa probauit.Complura cuique ſanè de imbrium alluuione,cõplu
ra de ſiccitatibus,cõplura de flatuum agitationib⁹,aut in parte,aut in vniuerſo,vehemẽtio-
ribus

Rei omnis compoſitæ ſubſtantia eſt & accidẽtaria ei⁹ qualitas.

Confirmat τῷ παραδείγματι. habes Exod. cap.3.a.

Collatio phyſica.

Influxuum cœleſtiũ cognitio vtilis.



A ribus ac leuioribus diſcere licet.Nam & vnum quid eorum,quæ à ſole oſtenduntur , domi-
nus nobis tradidit hiſce verbis : Quia tempeſtas erit:rutilat enim triſte cœlum . Cùm enim
per caliginem nebulãm ve aſcenſus fuerit ſolis,radij tum obfuſcantur:ipſe rutilus veluti pru
na,coloréque propè ſanguinis æmulus cernitur,aëris craſſitudine viſionem hanc in aſpecti-
bus noſtris efficiente.Quod ſi non diffuſus à radiis tum aër ille addenſatus & in ſeſe coaleſ-
cens,apertum eſt ob vaporum illorum effluentiam è terra tunc aſcendentium,ſuperari non
potuiſſe:ſed ob humoris copiam tandem eas in regiones in quibus ſe colligit, tempeſtatem
eſſe allaturum.Similiter & luna cum caliginoſo humore circundatur , idem portendit . Et
cum orbes ij ſolem cingunt , quos areas appellare ſolent , aut cœleſtis aquæ copiam ſignifi-
B cant,aut flatuum vehementium concitationem.Quinetiam ij quos aduerſos ſoles appellãt,
cum ſolis conſequuntur curſum : accidentium quorundam aëris præſagia fiunt . Quemad-
modum & virgulæ,colore iridis præditæ,rectæ in nubibus apparentes,imbres ſæuos,aut tẽ-
peſtates atrociſſimas , aut aëris omnino non mediocrem mutationem portendunt . Com-
plures quoque ſignificationes & circa lunam obſeruarunt , accreſcentem decreſcentémque,
qui huic ſtudio operam impenderunt : quaſi aër terræ imminens vnà cum ipſius lunæ for-
mis neceſſariò permutetur.Tertio nanque die ſi tenuis ſit,puróque nitore fulgeat ſerenita-
tem conſtantem prænuntiat , ſin craſſa cornibus ſubrubicundáque cernatur , aut impe-
tuoſam & immodicam , è nubibus aquam , aut horridam auſtri concitationem minatur.
C Quanto autem emolumento ſint vitæ humanæ,quantámque vtilitatem eidem præſtęnt ta-
les ex hiſce luminaribus obſeruationes,quis ignorat?Licet nautæ ſuam intus in portu con-
tinere nauem ex vẽtorum agitatione ventura pericula præuidenti: licet viatori incommo-
da cœli vitare,ex ipſa cœli triſtitia,mutationem aëris expectanti:licet & agricolis qui in ſe-
rendis ſeminibus,cultúque ſtirpium elaborant,omnium hinc officiorum, operúmque ſuo-
rum exercendorum opportunitatem tempúſque ſemper idoneum inuenire.Iam verò diſſo-
lutionis etiam vniuerſi ſigna , dominus ſolem daturum , & lunam, & ſtellas prædixit : Sol
vertetur in ſanguinem:& luna non dabit lumen ſuum.Hæc vniuerſæ conſummationis ſunt
ſigna.Sed homines ij,qui ſepta tranſiliunt,ad defenſionem Genethliacæ artis multò vaniſ-
D ſimæ,hanc trahere ſcripturæ ſententiam conantur . Atque aiunt vitam noſtram à cœleſti-
um corporum motione pendere , & hanc ob cauſam ex ſideribus à Chaldæis eorum nota-
tiones effectuum,qui nobis accidunt,fieri: ſermonémque ſimplicem hunc ſcripturæ : Sint,
inquam, in ſigna, non eorum quæ accidant aëri , neque mutationis temporum , ſed ad hoc
ſignificandum quod ſibi videtur,accipiunt de genere vitæ vnicuilibet hominum velut ſor-
titò diſtribuendæ.Quid enim aiunt ? Nimirum quia coniunctio permiſtió ve aſtrorum quę
mouentur ad eas ſtellas quæ in orbe ſignifero collocatæ ſunt,ſi talis fuerit inter ſe concur-
rentium figura,tales efficiet hominum generationes atque ortus: ſin talis fuerit habitudo,
contrariam reddit vitæ ſortem.Elucidandi iſtius argumenti gratia,neutiquam fuerit inuti-
E le hac de re altiùs aliquantò repetita diſſerere.Dicam autem nihil ex me ipſo ſanè, ſed illo-
rum ipſorum ad illos redarguendos ſententiis vtar.Hinc enim iam prçoccupatis hoc mor-
bo remedium,cæteris,ne ſimiles in errores incidãt,ſecuritas tuteláque afferetur.Genethlia-
cæ artis inuentores , cùm in temporis amplo ſpatio complures figuras ſuam ipſorum con-
ſcientiam fugere percepiſſent , in anguſtum admodum temporis contraxere menſuras , vt
minutiſſimo quoque & ſubitaneo articulo,quale eſt quod apoſtolus dicit,In momento tem
poris,in ictu oculi,plurimum differentiæ ſit inter natiuitatem & natiuitatem.Vt is quidem
qui hoc in momento genitus eſt,tyrannus ſit,ciuitatum populorúmque princeps, locuple-
tiſſimus,præpotens.Is autem qui natus eſt temporis ſequenti momento, pauper quidam ſit
F futurus aut mendicus,circulator vel præſtigiator,ex oſtiis oſtia permutãs quotidiani conſe-
quendi cauſa victus.Quamobrem eo orbe,qui ſignifer appellatur,duodecim in parteis di-
uiſo,cùm in triginta dierum ſpatio partem ſol eius globi tranſeat duodecimam,quem iner-
rantem appellant,triginta in portiones ſingulas illas duodecim parteis ſecuerunt.Tum ſin-
gulis portionibus illis in ſexaginta minuta diuiſis,minuta hæc ſingula horum ſexaginta rur
ſum in alia ſexaginta modo ſimili diuiſere . Poſito igitur enixu eorum qui in lucem edun-
tur,videamus,obſecro, ſi hanc exactiſſimam temporis diuiſionem autores hi ſibi valeant
conſeruare . Nam ſimul atque æditus puſio eſt , mas an fœmella ſit , obſtetrix explorat:tum
vagitum expectat infantis,nimirum indicium vitæ eius,qui natus recens eſt.Quot hoc tem
pore vis ſexageſima præteriiſſe minuta ? Dicit obſtetrix deinde Chaldæo partum qui edi-

 tus eſt:

Prognoſticon euangelicum.

Prognoſticon ex luna ἀνθηλίους.

οἱ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες, Parœmia.

Comin⁹ pugnat cum aſtrologis vaniſſimis.

Aggreſſio.

ἐν ἀτόμῳ καὶ ἐν ῥιπῇ alias ἐν ῥοπῇ.

ἀπλανοῦς σφαίρας.

tus eſt:quot minutiſſima momenta vis intereà dum obſtetrix loquitur,prætercurriſſe? præ- G
ſertim ſi fortè fortuna fuerit non in conclaui mulierum Chaldæus ille præſens, ſed in ædi-
um atrio aut veſtibulo, tempus horámque reponens. Et cum eum qui definiturus eſt dili-
genter tempus ac horam, exploratoria nimirum horarum percipere oporteat, ſiue diurna
ſint,ſiue nocturna:quot minutorum hoc quoque tempore, quæſo, præteruolat præterítque
examen? Compertam enim eam eſſe ſtellam,qua tempus horáque ſit exploranda, non ſo-
lum quanta in parte ſit duodecima,ſed etiam quàm iuxta duodecimæ portionem partis, in
quotóque minuto ſexageſimæ eorum, inquam, in quæ diuidi diximus portionem: aut vt
exactiſſimè comperiatur,quoto in ſexageſimo eorum in quæ ſubdiuiſa ſunt ſingula ſexage- H
ſima illa prima,neceſſe eſt. Atque hanc tamen adeò tenuem ſubtilémque temporis inuen-
tionem,quanquam attingere nequeunt,ſingulis in ſtellis errantibus faciendam eſſe neceſ-
ſariò dicunt, vt qualem ad adhærentes cœlo fixáſque ſtellas ipſæ diſpoſitionem habitudi-
ném ve haberent, qualíſque ipſarum eſſet inter ſeſe figura, cum in lucem ederetur fœtus,
compertum ſit tandem ac exploratum.Quæ cum ita ſint,ſi fieri non poteſt, vt tempus illud

συμπέρασμα vanitatis aſtrologicę.

exactiſſimè quiſquam attingat, variationeque, vel breuiſſimi temporis ſit, vt tota via peni-
tus aberretur, deridendi profectò non mediocriter eſſe videntur, tam ij qui ſtudio huius
indulſerunt artis,quam in ratione rerum nuſquâm eſſe conſtat,quàm ij qui hiantes ab illo-
rum ore pendent intenti:perinde quaſi omnia illi ſcire poſſint, quæ ipſis ſunt euentura. At
qui tandem illi effectus ſunt,qualés ve genitalis iſtius prædictionis? Ille talis,inquiunt, criſ I
panti decorabitur capillitio, eritque aſpectu mirè gratioſus. Eſt enim editus in lucem arie-
tis tempore.Tale autem ipſum animal aſpectu quodammodo eſſe videtur. At erit & ani-
mo grandi, atque elato: quippe cum & aries dux ſit gregis: faciet etiam omnia animo
prompto: denique ad quæſtum ingenio erit ſolerti ac prouido. Nam hoc animal & citra
moleſtiam vellus laneum deponit, & à natura facilè rurſum eodem ſanè veſtitur. Sed in
tauro natum tolerantem eſſe laborum dicunt, atque ſeruilem:quoniam & taurus iugo ſub-
iicitur. Eſt & qui ortus eſt in ſcorpio,propenſus ad ferendum atque ad inferendos ictus pa-
ratus, ob ſimilitudinem eius beſtiæ. Et iuſtitia præditus itidem is, quem enixa eſt ſua pa-
rens tempore libræ,non niſi ob trutinæ,lanciúmque, noſtri, inquam,inſtrumenti,quo pon- K
dera libramus,æqualitatem. Iſtis quid ineptius aut deridiculum magis? Aries is, à quo na-
tiuitatem hominis ipſe ſumis, cœli pars eſt duodecima: in qua cum fuerit ſol, puncta ver-
na ſignáque tangit: & libra ſimiliter, atque taurus partem orbis ſigniferi duodecimam oc-
cupant. Cur igitur illinc vniuſcuiuſque vitæ hominis præcipuas proficiſci cauſas aſſerens,
ex iſtis pecudibus natorum hominum mores exprimis atque effingis? Eſt autem is ad ero-
gandum procliuis, qui natus eſt in ariete, non quia pars illa cœli tales efficit mores, ſed
quòd hoc pecus naturam talem ſortitur. Quid igitur nos exterres, & huiuſce imples reli-
gionis, vindicans tibi autoritatem ac fidem ab aſtrorum aſpectu: & interim hæc ipſa eni-
teris nobis perſuadere per pecudum balatus? Nam ſi cœlum tales morum habeat proprie-
tates, ab animalibus iſtis ſumptas, ipſum etiam cœlum alienis principiis eſt ſubiectum: L
quippe cum à pecoribus cauſas pendentes habeat tales. Id aſſerere ſi ridiculum ſit: longè
magis ridiculum eſſe conſtat, ex iis, quorum nulla prorſus affinitas eſſe videtur, ſenten-

εἰρωνεία & σκῶμμα. Collationé hanc tribuunt Zaleuco Locrenſium legiſlatori.

tiam illam eniti veriſimilem eſſe, atque probabilem demonſtrare. Sed hominum iſtorum
elegantes iſtæ ſententiæ ſapientéſque rationes, perſimiles ſunt aranearum telis, in quas ſi
culex, ſi muſca,ſi quippiam aliud inciderit inualidis hiſce beſtiolis ſimile,irretitum retine-
tur. Sin validiuſculum irruperit animal, ipſum facilè admodum elabitur,penetrat, & iſtiuſ
modi imbelles illas perrumpit telas,ac demolitur. Atqui non in his ſolum conſiſtunt, ſed
etiam eorum cauſas corporibus cœleſtibus tribuere pergunt,quorum electionem cuique no M
ſtrum propriam eſſe conſtat,morum inquam ac ſtudiorum, probitatis atque improbitatis.
Hiſce nugis controuertere, alioqui ridiculum videtur. Sed quia pleroſque homines hoc
errore præoccupatos eſſe non ignoramus, eiuſmodi nænias haud ſilentio præterire neceſ-

In Genethliacos & Aſtrologos ſtilum rurſus diſtringit.

ſe eſt, Primum igitur illud ipſos interrogabimus, ſit ne vt ſingulis diebus ſiderum figu-
ræ mille modis mutentur, ac varientur? Nam cum vagæ ſtellæ perpetuò continuóque
moueantur, citiùs planetæ alij in alios incurrant & apprehendant, & partim tardiore
motu ſuos efficiant orbes: fit vt eadem in hora ſæpenumero tum mutuò ſeſe conſpici-
ant, tum occultentur.Et cum maximam vim habeat in hora geneſeos ſiue natiuitatis, ab
effectrice bonorum, an malorum conſpici, ſtella, vt ipſi cenſent, ſitne vt ſæpe cum haud
id attige-



A id attigerint ipſi tempus,quo bonorum effectrix ſtella dominabatur, ob vnius ignorantiam
minuti,eam tum vt in mala ſitam fortuna deſignent? Cogor enim eiſdem nunc vti verbis,
quibus & illi ipſi vti conſueuere. In verbis igitur huiuſmodi magna quidem amentia, mul-
tò verò maior impietas continetur. Maleficæ enim ſtellæ, ſuæ ipſarum malignitatis cauſas
in ſuum tranſſcribunt factorem.Nam ſi natura ſtellis competit maleficium, ipſe ſanè crea-
tor effector erit malignitatis:ſin improbæ voluntate ſua,malæque euadunt.Primùm quidē,
animantia quæque erunt boni malique electiua & ſolutis appetitionibus imperioſisq; vten-
tur:quod quidem inanimis falſò tribuere,ſummæ dementiæ conſtat eſſe. Deinde quantum
à ratione diſſonat,malum ac bonum non pro dignitate cuique diſtribuere? Sed cum hoc in
B loco fuerit,bonam:cum ab hoc conſpecta ſidere fuerit,malam eandem dicere ſtellam: cum
parumper denique declinauerit à figura,ſuæ protinus obliuiſci malignitatis? Sed hæc quidē
hactenus ſint dicta.Si verò ſingulis in momentis temporis atque punctis, in aliam atque a-
liam ſidera figuram permutando ſe accommodant:in innumeris autem huiuſcemodi mu-
tationibus quæ vna die tantædem contingunt, figurationes eiuſmodi regiarum natiuitatū
perficiuntur:cur ſingulis,quæſo,diebus non reges naſcuntur? Aut cur apud ipſos reges om-
nino regna per ſucceſſiones traduntur? Non enim quemq; regem ortum filij ſui, ad regiam
ſiderum figuram obſeruantem accommodare dicere audent. Quis enim mortalium rei ta-
lis dominus eſſe poteſt? Cur ergo Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achas, Achas Ezechiam,
& horum nulli nanciſci contigit ſeruilem natiuitatis ſuæ horam? Deinde ſi non probarum
C ac improbarum operationum principia penes nos ſita ſunt,ſed ex ortu neceſſitudines emer

Et hæc ratio,aſtrologorum vanitatem vrget vehementer.

gunt:fruſtra profectò legumlatores agendas res & non agendas,ſed fugiendas præſcribunt:
fruſtra ſunt iudices etiam,virtutem honore,vitium pœnis afficientes. Non enim hoc pacto
iniuria commiſſa,furis eſt aut homicidæ:quippe cui neque volenti quidem,ob ineuitabilem
ipſum impellentem ad agendum neceſſitudinem,manum continere licuerit.Vaniſſimi de-
nique homines ſunt,& qui dant artibus operam, in ipſisq; elaborant, quando rectè quidem

Ironiſmi ſūt in aſtrologos.

facturus videtur agricola,ſi neque ſemen vllum in terram deiecerit, neque ad meſſem falcē
exacuerit ſuam,quin & mercator,velit,nolit,ſupramodum diteſcet,quando ipſi fatum affa-
tim accumulat luculentas & vberes diuitias. Spes porro magnæ illæ chriſtianorum euane-
D ſcent omnino nobis, atque peribunt: quippe cum neque iuſtitia honoribus vllis afficiatur,
neque peccata puniantur:propterea quòd nihil prorſus ab hominibus libero animi propoſi-
to agatur. Nam vbi neceſſitas vrget fatúmque dominatur, nullum id ibi locum obtinet,

γνώμη.

quod pro dignitate penditur:id, inquam, quod iuſti iudicij munus præcipuum eſſe conſtat.
Sed contra illos eoúſque ſit diſputatum:neque enim vos pluribus verbis egetis:quippe à vo
biſmetipſis eſtis præditi fidei ſanitate,& tempus non patiatur vltra modum cōtra illos pro-
lixiorem prorogare ſermonem. Ad ea nos quæ conſequuntur ordine verba,redeamus opor-
tet.*Sint in ſigna*,inquit,*& tempora,& dies,& annos*.Dictū iam eſt à nobis de ſignis.Tēpora autē

Tempora hic quatuor anni viciſſitudines. Hyemis auſpicium q̄n.

exiſtimamus ſcripturam dicere quatuor viciſſitudines temporum, hyemis, inquam, veris,
E æſtatis,ac autumni:quorum periodus ordine miro ab ordinatiſſima proficiſcitur luminariū
motione.Tunc enim fit hyems,cum ſol in auſtrinis regionibus moram trahit:vmbrámque
eam in qua nox ipſa conſiſtit, circa hanc noſtram plagam, copioſam adeò facit,vt refrige-
ſcat aër inde telluri propinquus:& omnes exhalationes humidæ circa nos coactæ concreteq;

νιφάδος ἀμυθήτου.

imbrium,glaciei, niuiſque copioſiſſimæ cauſam atque materiam præſtent. At cum contrà
remeans ſol auſtrinis à finibus ad ipſum medium tendit, vt ex æquo partiatur diei noctiſq;
tempus:quantò ſuper terram plus moræ trahit,tanto temperiem aëris maiorem pro portio-
ne reducit, atque ver oritur:cunctis quidem ſtirpibus, germinandi princeps & autor:quàm
plurimis vero arboribus reuiuiſcendi cauſam exhibens,animalibus autem tam terreſtribus,
F quàm aquatilibus omnibus ſucceſſione prolis generis adminiſtrans conſeruationem. Iam
vero ſol illinc vrſam verſus aquilonarem ad ſolſtitia pergens æſtiua, dies nobis maxi-
mos præbet. Et quia plurimo tempore tum hoc in aëre moratur, ideo tum & aërem no-
ſtro capiti imminentem perurit, & vniuerſam tellurem exiccat: ſeminibus inde matura-
tionem ſubminiſtrando, & ad concoctionem fructus arborum compellendo, cum &
flagrantior ſeipſo exiſtit,& breuiores vmbras meridie facit: propterea quòd ab excelſo no-
ſtras has illuminat regiones. Maximi nanque dies ij ſunt, in quibus vmbræ breuiſſimæ
fiunt. Breuiſſimi contrà dies ij ſunt qui longiſſimas vmbras habent: Idque apud nos ac-
cidit, qui Heteroſcij vocamur, nimirum ab alterius partis vmbra, quíque tractus aqui-

 lonios

lonios habitamus. Iam enim quidam ſunt, qui duobus diebus in toto anno penitus vm- G
bra carent in meridie conſtituti: quos à vertice ipſe ſol illuſtrans, ex æquo vndiquaque ſuo
lumine circunfundit, adeò vt per ora anguſta profundorum aquas puteorum, etiam
ſua luce illuminet. Hos ea de cauſa, ſunt, qui ἀσκίους (id eſt, ſine vmbra exiſtentes) vo-
cant. Eorum prætereà qui vltra Arabiam odoriferam illam, incolunt: vtranque verſus
partem vmbræ viciſſim & alternis excidere ſolent. His enim ſolis mortalium orbem hunc
habitabilem noſtrum, id vt peculiare quid contingit, vt & auſtrales verſus regiones eorum
vmbræ meridie caderent. Vnde & à quibuſdam Amphiſcij, id eſt, vtrinque vmbriferi nun-
cupantur. Hæc autem omnia porro tum euenire videntur, cum ad aquilonias ſol iam per- H
meauerit plagas. Ex his coniecturam ſumere licet, quantus is æſtus ſit, quem ſol in aëre ſuis
radiis imprimit, quales quantóſque accidentarios effectus agere poſſit. Hinc autumni tem-
pus deinceps vbi ſucceſſit, exuperantem quidem vim æſtus infringit: calorem autem pau-
latim cum temperamenti mediocritate remittens, innocuè nos per eam temperiem ad hye
mis tempus frigoráque perducit: ad auſtrinas ſole videlicet regiones tum ab aquiloniis re-
meante. Hæ temporum viciſſitudines, hæ varietates ſolis motiones conſectantes, vitam no-
bis & quæ ad vitam ſunt neceſſaria diſponunt, ac adminiſtrant. *Sint*, inquit, *& in dies.*)
Non vt dies creënt aut faciant: ſed vt ipſis diebus præſint. Dies enim & nox luminarium or
tum anteceſſerunt. Id ita eſſe declarat & ipſe pſalmorum autor. Poſuit, inquiens, in poteſta- I
tem diei ſolem: lunam & ſtellas in poteſtatem noctis. Quonam igitur modo poteſtatem diei
ſol obtinet? Quia lucem in ſeſe circunferens, vbi tandem horizonta noſtrum, hoc eſt, finito-
rem noſtri hemiſphærij fuerit prętergreſſus, diſſolutis fugatíſque tenebris, diem pręſtat. Ita-
que non aberrauerit quiſquam, ſi diem definiens, aërem eſſe dixerit illuminatum à ſole: aut
quantitatem temporis tãtam quo ſol in globo noſtro dimidio ſupra terram moram trahit.
Sed & ad annos agendos ſol atque luna principes ſunt conſtituti. Nam luna cum duodecies
ſuum peregit curſum, effectrix eſt anni, excepto menſe intercalari, cuius egere perſæpe vide-
tur ad exactiſſimum temporum agendum concurſum, quemadmodum Hebræi vetuſtiſſi-
mo tempore antiquiſſimiq; Græcorum olim annum metiebantur. Solaris autem annus eſt,
cum ad idem ſol punctum ſiue ſignum vnde profectus eſt, ſuapte motione redierit. *Et fecit* K
*deus duo luminaria magna.*) Cum magnum aliud ſignificationem habeat abſolutam, vt ma-
gnum eſt cœlum, & terra magna maréque: aliud magna ex parte referri ad aliud ſuapte na-
tura ſoleat, vt magnus equus, magnus bos. Neque enim hæc teſtificationem ſiue commen-
dationem accipiunt ſuæ magnitudinis ab exuperanti mole corporis, ſed ex collatione ad ſi-
milia. Vtro igitur modo magni ſignificationem nunc capiemus? Vtrum vti formicam aut
aliud quiduis eorum quæ natura ſunt parua, magnum pronuntiamus, propter comparatio-
nem ad alia eiuſdem generis, ipſius exceſſum referentes? an eo modo quo luminarium ma-
gnitudo in ſua propria conſtitutione naturáque monſtratur? Equidem hoc modo magnum
nunc eſſe cenſeo capiendum. Non enim ſol atque luna, quia maiorem quàm ſtellæ minores, L
obtinent molem, ideo luminaria magna dicuntur: ſed quia tanti ſunt ambitus, vt is qui ab
ipſis diffunditur ſplendor, cœlum colluſtret ac aërem, atque ad vniuerſam terram ſimul ma
réque ſeſe extendat, cunctaq; compleat. Enimuero quacunque in parte cœli fuerint hæ ma-
gnæ ſtellæ, & exorientes, & occidentes, & medium occupantes, à quocunque loco ſemper ab
vniuerſis hominibus æqualis magnitudinis conſpiciuntur. Quòd ſanè magnitudinis excel-
lentis, immenſæq; molis argumentum dilucidum eſſe conſtat: propterea quòd amplitudo la
titudoq; telluris momenti nihil prorſus afferre videtur ad ipſarum moles, aut maiores, aut
minores conſpiciendas. Nam ea quæ longè diſtant, minora quàm ſint quodammodo cerni-
mus: ad quæ vero propius accedimus, eorum magnitudinem exactius comperimus. At ſoli M
propinquior eſt nemo, remotior nemo, ſed æquali ſemper interuallo cunctis hominibus ip-
ſe quocunque tractus telluris habitent, obuium ſe offert. Argumento id fuerit, quòd Indi iu-
xta ac Britanni ipſum ſolem peræquè contuentur. Neque enim iis qui orientis habitant re-
giones, ſol occidens magnitudinem ſuam imminuit: neque ab iis qui regiones occiduas in-
colunt, minor exoriens vnquam conſpicitur. At neque cum cœlum medium occupat in al-
terutram euariat partem, vt maior minórve alterutri appareat. Ne tibi aſpectus iſte ſolis im
ponat. Neque quia cubitalis magnitudinis cernentibus eſſe videtur, ob id eius eſſe magni-
tudinis putes. Contrahi nanque maximis in interuallis eorum quæ cernuntur magnitudi-
nes, ſolent: quippe cum ipſa vis perſpectiua non queat intermedium penetrare ſpatium: ſed
quaſi

Dies & āni. — Dies. — Diei duplex finitio. — Annos. Lunaris annus. Solaris annus. — ἐγγυτέρω καὶ πορρωτέρω.



A quaſi in illo medio abſumatur, paruáque ſui parte res eas quæ conſpiciuntur, attingat. Factus igitur aſpectus noſter exiguus, exiguas eſſe res eas quæ cernuntur, fecit exiſtimari: ſuámque ipſius affectionem rebus quas contueri datur, adſcribit. Quum itaque fallatur viſus, nulla illius iudicio tribuenda fides eſt. Recordare earum quæ tibi interim contingũt, affectionum, atque abs te ipſo fidem eorum quæ nunc dicuntur, habebis. Si vnquam ab excelſi montis cacumine immenſum ſupinúmque campum, conſpexiſti, quanta ipſa iuga tibi boum, quanti arantes ipſi ſunt viſi? Formicarúmne tibi veluti imaginem quandam repræſentarunt? Si vnquam etiam à ſpecula è regione vaſti pelagi poſita tuos aſpectus inieciſti æquori, quantæ tibi maximæ inſulæ viſæ ſunt, quantáque tibi conſpecta eſt oneraria nauis, candidis expaſſis
B velis ſuper cœruleum mare diſcurrens? Nonne quauis columba minorem tibi præſtitit viſionem? propterea quod in aëre medio conſumptus viſus, vt diximus, inualidúſque factus, res quæ ſe offerunt conſpiciendas, apprehendere vt ſunt, nequit. Iam vero montes immenſæ magnitudinis abruptos ac velut eliquatos in imas valles, rotũdos & in planiciem leuigatos eſſe ipſe aſpectus indicat, in eminentiorem ſolùm infixus verticem: interiectas vero concauitates ob imbecillitatem ingredi minimè valens. Itidem neque formas figuráſque corporum, quales nam ſint, percipere poteſt: ſed quadras anguloſáſque omnino turres, teretes pũtat. Quare omni ex parte conſtat in maximis interuallis aſpectum, non articulis diſtinctam & abſolutam, ſed cõfuſaneam corporum accipere coniecturalem imaginem. Eſt igitur Sol,
C luminare magnum, vti ſcriptura teſtatur, in infinitúmque grandior eo qui nobis videtur: Adde etiam illud magnitudinis eius apertiſſimum argumentum. Nam cum ſtellæ multitudine ſint infinitæ: lumen quod ab vniuerſis ipſis congeritur, ad diſcutiendum diſſoluendúmve nocturnæ caliginis mœrorem minime ſatisfacit. Hic autem ſolus vel ſuper horizontem apparens, immò verò cum adhuc expectatur antequàm & totum à tellure ſe attollat, tenebras compendio diſſoluit, ſiderum lumina ſuperat, concretum eatenus & frigore adſtrictum circa terram aëra liquefacit, atque diffundit: vnde & flatus in aurora ſpirare, roréſque ſereno cœlo terram circumfluere ſolent. Tellurem etiam, quę tantę eſt molis quo pacto vniuerſam temporis vno momẽto punctóue luce Sol ſua illuſtrare poſſet, ſi non ab ampliſſimo
D quo ambitur, circulo lumen ſuum emitteret? Hoc loco ſapientiam opificis animaduertas ipſe percipiaſq; velim: quomodo moderatiſſimum ad hoc interuallum accommodatiſſimũq; præſtiterit ſoli calorem. Eſt enim in eo tanta caloris imprimendi facultas, moderata alioqui adeo, vt neque ob exuperantiam vrat inflammẽtque tellurem: neque defectionis ratione refrigeratam eam gelidam infœcũdámque relinquat. Iam dictis germana conſimiliáve & de Luna velim intelligas. Eſt enim & corpus ipſius magnum, & ſplendidiſſimum ſane poſt ſolem. Non tamen ſemper eius conſpicitur magnitudo, ſed nunc quidem tota ſinuata in orbẽ, & perfecta, nunc vero in deliquio luminis & imminuta conſpicitur, altera ſui parte, quid deſit, indicans. Nam alia nimirum obumbratur parte cum incrementa ſuſcipit: alia pars eius occultatur, cum imminuitur. Eſt quædam figurarum mutationis huiuſce variæ ſapientis ratio
E creatoris: aut enim hoc vult, vt exemplum nobis illinc euidens noſtræ naturæ præſtetur, Nullam rem, inquam, humanam fixam, & ſtabilem eſſe: ſed alias cum antea non eſſent, exortas, ad ſuum ſtatum pergere capeſſendum: alias item cùm proprium attigerint vigorem, & ad ſummam adoleuerint incrementi menſuram, rurſum quotidianis decrementis ſenſim corrumpi ac perire & imminutas aboleri atque intercipi. Nos igitur ex lunæ contemplatione, quàm fluxa ſint noſtra perdiſcamus atque erudiamur: in mẽtémque celerrima rerum humanarum nobis mutatio veniat, ac non magnificè nobiſipſis ob vitæ proſperitatem placeamus, non potentatibus gloriemur, non ob incertas & inſtabiles diuitias efferamur: deſpiciamus carnem in qua potiſſimum verſatur mutatio, curam animo diligentiamq; adhibea-
F mus, bona cuius duntaxat immobilia eſſe conſtat. Quod ſi dolore te luna paulatim ſublationibus lucem abſumens afficiat: dolore te maiore afficiat anima, ſi probitatem aſſequuta, deinde bonum virtutis ob negligentiam & incogitantiam perdiderit, & nunquam in eadẽ perſiſtat affectione, ſed frequenter ob mentis infirmitatem vertatur ac mutetur. Verè enim (vt dicitur) Stultus perinde vt luna mutatur. Atqui corporibus animalium cõſtituendis, cęterarúmque rerum, quæ à terra naſcuntur, non mediocriter lunæ mutationes conducere reor. Nam alio modo corpora cum ipſa decreſcit, alio, cum accreſcit, afficiuntur: etenim nunc rara fiunt inaniaq; cum imminuitur. Nunc contrà luna accreſcente & ad luminis plenũ properante orbem, corpora rurſus diffarciuntur & implentur: propterea quod humorem quen-

Accedit πρὸς τὴν ἀλληγορίαν.

 dam,

dam,calori immixtum,in profundum vſque tum imprimit occultè,atque immittit. Decla- G
rant id ita eſſe tũ ij, qui ſub dio lunaq; dormiunt,capita quorum vltra modũ humore replẽ-
tur: tum animantia nuperrimè iugulata: quæ mox incurſu impreſſionéve lunæ permutãtur:
tum etiam animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea quæ humore copioſo
prædita ſunt:arborúmque medullæ, quæ ſua ſanè mutatione conuertere luna cuncta nõ poſ
ſet,niſi quid immenſum (vt ſcriptura teſtatur) exuperánſque viribus eſſet. Quin & cunctas
circa aërem accidentarias affectiones,ab hiſce lunæ mutationibus effici, luce clarius extat,
vt turbines repentini teſtantur:qui cum in noua cornua luna curuatur, è tranquillitate ſæ-
penumero, ſilentioq; ventorum repente exoriuntur, quando & nubes flatibus exagitan- H
tur,ſibiq; occurſant,& æſtus etiam gurgitésve maris reciproci, partim in euripis,partim in
oceano, quos ordinatè conſequi ad lunæ periodos ab incolis eſt compertum. Nam euri-
pi,certis quidem lunæ temporibus viciſſim ad partes vtraſque fluunt. In coitu vero, ne pun
cto quidem temporis quieſcunt,ſed in ſeſe perenni fluctuant agitatione,nutantq;,atq; libran
tur,quouſque rurſus apparens luna, reciprocæ fluxionis illis conſuetam præſtiterit diſpoſi-
tionem.Occiduum autem æquor affluxus refluxusq; ſubit reciprocos,nunc abiens, nunc re-
diens.Rurſus idem deſtagnat atque inundat, perinde quaſi lunæ reſpirationibus quidẽ par-
tes ad poſteras ſubtrahatur, rurſum item expirationibus ad priorem menſuram cogitur re-
dire.Hæc à nobis ſunt dicta,vt ex hiſce,luminarium immenſa tam ſolis quàm lunæ magni- I
tudo demonſtretur: vtq; conſtaret in verbis ſcripturæ diuinitus inſpiratæ ne ſyllabam qui-
dem eſſe otioſam:quãquam nihil eorum ferè quæ opportuniùs commodiúsve loco huic cõ
peterent,oratio noſtra tetigiſſe videtur. Complura nanque de magnitudine, déque inter-
uallis ſolis & lunæ commentari excogitaréue ratiocinando licuerit ei,qui non perfunctoriè
aut oſcitanter vtriuſq; operationes ac vires conſiderandas ſibi proponeret. Vos igitur(ſi mo
dò grati eſſe pergitis) conuenit meam ipſius infirmitatem excuſare,non item incuſare ma-
lignius, quando noſtræ huic qualicunq; orationi admetienda neutiquam venit aut velut ad
libellam appendenda tantorum dei operũ operoſiſſima moles ac magnitudo. Quin ipſi po-
tius ex iis perquam paucis quæ diſſeruimus, veſtro cum animo verſate ac recogitetis, quot- K
nam ſint & quanta quæ ſermo noſter indicta tranſiliuit. Nolim itaque mihi lunam metiare
oculo,ſed arcana tecum ratione,quæ oculis iſtis ad attingendam veritatem tanto certior eſt
& accuratior. Fabulæ porro quædam planè ridiculæ à temulentis neſcio quibus aniculis ac
proinde deliris quoquo terrarum diſſipatę & peruulgatę tradunt lunam veneficiis carmini-
búsq; propria ſtatione emotam in terrę elementum deferri. Quo,quæſo te,pacto præſtigia-
torum vis vlla incantatrix ſua eam ſede emoueat, quam ipſe fundauit altiſſimus? Quis tan
dem locus illam cœlo detractam ſuſcepit? vis ex me accipere effuſiſſimę illius magnitudinis
dilucidam demonſtrationem ab exiguis petitã indiciis? Vrbes terræ totius habitabilis quàm
longiſſimo licet,inter ſe diſſitæ interuallo, vnà cum vniuerſis quotquot recta orientem re- L
ſpiciunt,vicis,lunare lumen ex æquo omnes ſuſcipiunt:id quod neutiquam fieret, ſi non ſin
gulas quaſq; facie conuerſa reſpectaret,ſed eos quidem angiportus ſuo prorſus luna illuſtra-
ret lumine, qui ad eam rectà obuerterentur, iis autem qui latitudinem ipſius excederent,
præteruectis & tanquam ſe fugiẽtibus obuerteretur, nimirum reflexis in obliquam partem
radiis cuiuſmodi exemplum familiare & domeſticũ in lucernis liceat videre. Pluribus enim
ad lucernæ proſpectum circunſtantibus, eius vmbra qui in directũ adſtat lucernæ,rectà por
rigitur:reliquorum ad vtranque partem declinant. Quarè lunę corpus niſi immenſum eſſet
exuperantis & eximiæ magnitudinis, nequaquam ad omnes peræquè terras ſeſe expãderet.
Aequè enim ipſius cõpotes fiunt, cũ ab æquidialibus ſiue æquinoctialibus exoritur locis, qui M
prope gelidam rigẽtémque plagã habitãt, ſúbq; vrſę ſiti ſunt conuerſionibus,& qui concaua
meridianæ accolũt plagæ, exuſtæ ſcilicet & torridæ zonæ vicini:quibus omnibus iuxta lati-
tudinis dimẽſionem è regione præteruecta luna,apertiſſimum ſuæ magnitudinis præbet te-
ſtimoniũ. Quis igitur inficias iã ierit,lunæ corpus ampliſſimæ eſſe magnitudinis,quod ſe tot
tãtísq; locorũ interuallis ex æquo diſpertitur? Et hæc quidem de ſolis lunæque magnitudine
præcellenti hactenus dicta ſunto. Ipſe porrò deus qui mentem nobis intelligentiæ vi prædi-
tam gratuitò eſt largitus, idem id doni gratificetur, vt ex minimis creaturæ rebus exi-
miam ipſius & admirabilem ſapientiam condiſcamus: & ex iſtis ampliſſima mole ma-
gnitudinis eminentibus, auguſtiores de eorum conditore concipiamus cogitationes:
tametſi ad ſuum collati creatorem Sol Lunáque culicis ac formicæ rationem obtinent.
Neque



A Neque enim fieri poſſit, vt iſtorum quantalibet contemplatione, vllam concipias animo notionem dei auguſtiſſimæ maieſtati pro dignitate reſpondentem. At certè exiguis quibuſdam,nec admodum conſpicuis hinc emergentibus notitiis per hæc ipſa quemadmodum & per vnum quodque minutiſſimorum in genere tam animalium quàm ſtirpium contingit nos ad dei contemplationem promoueri. Dictis hactenus contenti,gratias in commune agamus, Ego quidem ei,qui exiguam hanc verbi adminiſtrationem mihi gratuitò impertiit: Vos autem eidem,qui ſpiritualibus vos aluit alimentis, quíque famelicas animas meæ vocis exilitate,quaſi panis cuiuſpiam hordeacei edulio pauit:optauerim,perpetuò vos vt paſcat iuxta adæquatam fidei proportionem,nihil obſcuram cognitionem largitus ſpiritus ſan
B cti,in Chriſto Ieſu domino noſtro,cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

## HOMILIA SEPTIMA DE RE- *ptilibus.*

ET *dixit deus: Producant aquæ reptilia animarum uiuentium ſecundum genus: & uolatilia uolantia iuxta firmamentum cœli ſecundum genus.)* Poſt luminarium creationem aquæ deinceps opplentur animantibus, vt hæc demum portio vniuerſi ornatu ſe decenti co- [margin: ἀνακεφαλαίωσις præcedentium.]
C honeſtaretur. Suum iam ex ſe cultum terra acceperat propriis conueſtita germinibus. Acceperat & cœlum nempe ſiderum flores roſeos, quibus acceſſit quòd idem magnorum luminarium ſociali fœdere, quaſi geminorum radiantiſſima eiaculatione oculorum inſigniter conuenuſtatum eſt & ornatum. Reliquum videbatur,ſuus vt aquis conſignaretur ornatus. Venit mandatum,& ecce tibi dicto ocyus fluuij ſpecimen ſuæ ediderunt operationis,ſtagna genitali prole fœcundantur,ac ſui quæque generis moliebantur fœtus natiuæ indoli lacuſtris aquæ reſpondentes. Mare genus omne natantum parturiebat. Ne id quidem quantillum vſpiam aquarum in limoſis & paluſtribus locis reſedit, erat ingenitæ ſibi operationis vacuum,nec ab eo deſedit munere quod ab ipſa ſua mox creatione acceperat explẽ- [margin: οὐδὲ ἄμοιρον τῆς κατὰ κτίσιν συντελείας.]
D dum. Etenim ranæ, muliones, culices ipſi ex ipſo nimirum lacuſtri emergebant cœno. [margin: ἐμπίδες.] Quæ enim vel hodie in omnium oculis fiũt,illius tum temporis exhibitorum operum perſpicua quædam demonſtratio ſunt. Tanto tum ſtudio contendebat aqua omnis ſui conditoris imperio ſubſeruire & obſequi, vt & quorum ne genera quidem poſſit quiuis ad numerum referre,horum vitam nulla intercedente mora efficacem atque operatoriam, ſeq; motitantem declarauit magna prorſus & ineffabilis dei potentia,ſimul atque ſuo vnius præcepto aquis vim impreſſit generationi accommodam. *Producant aquæ reptilia animarum uiuentium.)* Nunc primùm animatum fit,ac ſenſile creatur animal. Nam plantæ & arbores quãlibet dicantur viuere, quòd nutritiuæ facultatis auctiuæq; participio gaudeant, at non ob id animalia ſunt,neque anima informãtur, eóque dictum eſt: *Producant aquę reptilia.)* Na-
E tatile quodcunque tandem illud eſt,ſiue id ſummam aquæ ſuperficiem radat natando, ſiue innatans imam aquam ſecet,in reptilis naturæ cenſum tranſit, quando per aquæ corpus ſe trahit, & ſi qua aquatilium pedum fulturis nituntur & incedunt. Horum enim pleraq; ſunt amphibia maximè, ceu ſunt phocæ, crocodili, hippopotami, ranæ & cancri. In his prærogatiua nominis gaudet,quòd ſuapte natura natatile eſt,ob id dictum eſt: *Producant aquæ reptilia.)* In hiſce perbreuibus verbis,quod genus omiſſum eſt? Quid non reptilium comprehenſum eſt in creatoris præcepto? Non vtique ea quæ animal pariunt, ceu ſunt phocæ, delphines, torpedines,cæteráque id genus quæ chartilaginea. Non omiſit ouipera,quibus [margin: ἀμφίβιος in vtroq; viuẽs elemẽto, vt in terra & in aqua. φώκη vitulus marinus. ζωοτοκοῦντα. σελάχη ᾠοτόκα.]
F nomenclaturis omnia ferè piſcium genera continentur. Non ſquamoſa,non corticoſa, non pinnis prædita,non eiſdem carentia. Vox quidem imperij breuis admodum eſt,quin potiùs neque vox eſt:ſed momentum duntaxat,& ſubitus motus diuinæ voluntatis: Atqui voluntatis iſtius in præcepto quanlibet breui deliteſcentis tanta nimirum diffuſio eſt,quot ſunt,& quibus differunt inter ſeſe,quibúſque conueniunt animantium piſcium genera, atque naturæ:de quibus diligenter accuratéque diſſerere velle perinde eſt,atque ſi quiſpiam aut æquoreas vndas enumerare,aut metiri cotylis ſiue heminis aquas maris aggrederetur. *Producãt aquæ reptilia.)* In iiſipſis ſunt ea quæ in pelago verſantur,quæ littoribus gaudent,quę immerſa profundo viuunt,quæq; adhæreſcunt petris & allambũt. Sunt & gregalia,ſolitaria vt cete & beluæ molis immenſæ,& minutiſſimi piſces. Eadem enim vi ſanè, pariq; præcepto, tam [margin: λεπιδωτὰ, φολιδωτὰ, πτερύγια. Collatio.]
magna,

magna, quàm parua animantia in lucem edita ſunt. *Producant aquæ reptilia.)* Oſtendit G
tibi natatilium animalium naturalem ad aquas affinitatem. Quapropter vel parum ab hu-
moris natura piſces ſecluſi diſpereunt. Non enim reſpirandi habent organum, quo hunc aë-
rem attrahant: ſed quod in terreſtribus animantibus aër obtinet rationis, id eſt generi nata-
tilium aqua. Et cauſa eſt in promptu. In nobis enim eſt pulmo, viſcus porrò rarum, meatibúſ-
que multis patens, quod per ipſum pectus dilatatum, attractum, recipiens aërem, internum
diuẽtilat noſtrum refrigerátque calorem. In illis autem dilatatio conſtrictióque branchia-
rum attrahentium humorem reddentiúmque, ſpirandi munus efficiunt. Propria piſcium

Piſces indomabiles.

eſt ſors, propria ſanè natura, ſeparata peculiariſq́; pro moribus victúque vita. Ideo neque mi-
teſcit animalium natatilium quicquam: neque ſeſe tractandum vnquam manibus vllis mul- H
cendúmque præbet. *Producant aquæ reptilia uiuentium animarum, ſecundum genera ſua.)* Vniuſ-
cuiuſque generis nunc primitias quaſi naturæ ſemina quædam oriri iubet: multitudo verò
ſucceſſioni poſteà aſſeruatur, cum genera ſingula neceſſe ſit in multitudinem creſcere. Atq;

Aquatilium genera. Piſces oſtracodermi. μαλακόςρακα quæ molli teſta ſunt tecta.

aliud genus eorum eſt, quæ oſtracoderma vocantur. Qualia ſunt conchæ, pectines, limaces
marini, ſtrombi, & oſtrearum diſcrimina numeroſa. Aliud eorum, quæ malacoſtraca
vocantur. Vt locuſtæ, cancri, cæteráque id genus finitima. Aliud præter hæc, genus co-
rum eſt, quæ mollia nuncupantur, quorum caro mollis eſt, atque tenera. Vt polypi, ſe-
piæ, cæteraq́; ſimilis generis. In quibus rurſum innumeras eſſe differentias conſtat. Præte-
reo dracones, murenas atque anguillas: quæ limoſis in fluminibus ſtagniſq́; naſcuntur, & ve- I
nenatis potius reptilibus, quàm piſcibus ſunt propinqua. Aliud item genus ſubeunt ea quæ

Piſces ouiperi.

ouum, aliud ea quæ animal pariunt. Procreant autem animal ea quæ muſtelini generis ſunt,
& caniculi: & ea omnino quæ chartilaginea nũcupãtur, generiſq́; cetarij, plurima ſunt viui-

Delphini.

pera, vt delphini, vituli marini, quos & tenellos ſuos catulos aliqua perterritos cauſa, in vẽ-
trem rurſum ſuſcipere circumplectiq́; ferunt. *Producant aquæ reptilia uiuentium animarum per
genus.)* Aliud genus eſt cetarium, aliud piſcium tenuium genus. In piſcibus item innumera
diſcrimina ſunt, per genera ſanè diſtincta. Quorum & nomina propria ſunt, & pabulum va-
rium & figura, & magnitudo, & carnium qualitates haud eædem, ſed diuerſæ. Maximis ſin-
gula differentiis inter ſeſe diſcrepant, ſub variiſq́; formis, atque diuerſis ſpecie collocantur. K
Quinam, quæſo, thynnorum exploratores, generum nobis enumerare differentias poſſent?
quanquam vt ferunt in magnis piſcium gregibus, numerum illorum exactè renuntiãt. Quis
item eorum qui circa litora ripáſque ſiue oras ſtudio piſcandi conſenuere, nobis horum hi-
ſtoriam omnium exactè notam efficere poſſet? Alia porrò genera piſcium cognoſcunt qui
in Indico mari, alia qui in Aegyptio ſinu piſcantur, alia inſularum incolæ, alia Mauritani no-
uerunt: omnia tamen tam parua, quàm grandia, primum illud imperium illáque inenarra-
bilis potentia procreauit. Multi variiq́; ſunt ipſorum modi viuendi: multæ denique in vniuſ-
cuiuſque ſucceſſione generis differentiæ, non ouis plurimi piſcium, perinde vt aues incu-
bant, non nidulos fixiùs agglutinant aut compingunt, non in enutriẽda ſua prole laborant,
ſed aqua ſuſceptum editum ouum, animal nullo prorſus exhibito negotio fecit. Eſt etiam vt L
vniuſcuiuſque ſucceſſio generis inuariabilis ſemper ſit: neque cum alia natura vlla miſce-
tur. Non in humore perinde atque in terra naturas eſſe promiſcuas nouimus, quales eſſe mu-
lorum conſtat, & auium nonnullarum deprauantium generum adulterantiúmq́; naturam.
Nihil in piſcium genere dimidia parte dentibus eſt armatum, vt bos apud nos, vt ouis: neq;

Scarus ſolus inter piſces ruminat.

enim quiſquam piſcis ruminat, niſi ſcarus ſolus, vt quidam memoriæ prodiderunt, ſed om-
nes acutiſſima frequentium dentium acie communiuntur, ne ſi mora in molendo trahere-
tur, diffluerct alimentum. Etenim niſi celerrimè diſſectum ventri immitteretur, dum ſeca-
retur in minuta, per humorem ſanè dilaberetur. Pabulum autem aliis aliud piſcibus per ge-

Quo victitent pabulo piſces. Ariſt. de animalibus.

nera definitum eſt. Quidam enim limo, quidam alga veſcuntur. Alios aliæ in humore naſ- M
centes herbæ delectant, maior pars piſcium liguriunt alter alterum atque deuorant: & mi-
nor apud illos eſca maioris eſt, & ſi vnquam euenerit, vt is qui minorem ſuperauerat alte-
rius præda fiat, ambo tum ſimul deglutiuntur, & vnum vltimi piſcis immerſi ventrem in-
grediuntur. Quid igitur, quæſo, nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus?

ἀλληγορία.

Quid intereſt inter eum ac vltimum piſcem, qui ſua improba & intemperanti cupiditate di-
uitias conſequendi, in inexplebiles auaritiæ ſinus imbecilles ingerit homines, atque abdit?
Ille pauperis patrimonium raptum habuit: tu illum oppreſſum partem tuarum facultatum
feciſti: iniuſtis iniuſtiorem profectò, atque auaris auariorem te oſtendiſti. Prouideto, ne fi-
nis idem



A nis idem tibi qui piſcibus euenire crebrò ſolet, occurat, hamus forſitan, aut naſſa, aut etiam
rete. Et nos enim omnino cum multa peregerimus mala atque iniqua, iudicium illud extre-
mum, pœnam illam vltimam non euitabimus. Iam quidem & infirmi cuiuſdam animantis
haud modicam aſtutiam ipſe ac doloſum ingenium inſidioſumq́; cum didiceris, volo proin-
de, vt ipſe admonitus non imitere ſed vites maleficos. Cancer efflictim oſtrei carnes cupit,

Cancer vt aſtutus.

ſed perdifficilis eius eſt ipſi venatio, teſtæ ratione, qua clauditur ac munitur: perualido nan-
que & infracto ſepto carnis oſtrei mollitudinem natura muniuit. Quapropter & oſtraco-
dermon id aquatile nuncupatur. Cumq́; duæ concauitates exactè inter ſeſe coniunctæ o-
ſtreum circumplicent & ambiant, nihil prorſus cancri denticulati forcipes illi poſſunt. Quid
B igitur agit? quid tandem molitur? Cum viderit illud tranquillis in locis tepore ſeſe oble-
ctare, ſuaſq́; illas valuulas ad ſolis radios aperuiſſe ac explicaſſe, tunc clanculum iniecto cal-
culo concluſionem prohibet, atque quod viribus ſuis deerat, id tali aſtu ſibi ſupplet. Hæc eſt
eorum malitia, quæ neque ratione neque voce prædita ſunt. Ipſe ego optauerim, vt cancro-
rum ſolertem induſtriam imitatus in parando viatico, à proximorum noxa incommodiſq́;
tibi temperes. Talium eſt profectò morum, qui ſuum cum dolo fratrem adire ſolet, quique
ex inſidiis proximos aggreditur alieníſque inſultat calamitatibus. Effugito deſpiciendorum
hominum imitationes. Tuis propriis facultatibus eſto contentus: paupertas cum veraci ſuf-
ficientia, omni potiundæ voluptati profectò eſt compoti mentis anteponenda. Non ſilentio
C præterierim polypi dolos ac furacitatem. Is cuicunque ſaxo adhæſerit colorem ſubit illius,
atque adeò, vt piſcium complures ad ipſum de improuiſo nantes, tanquam ad ſaxum appel-
lant, paratamq́; ſeſe offerant illi verſuto malitioſoq́; prædam. Talibus eos moribus præditos
eſſe conſtat, qui perpetuos potentatus ſubeunt: & ad vſus neceſſitudinéſque ſingulas occur-
rentes ſeſe accommodant: nec in eadem ſemper voluntate perſiſtunt, ſed alij diuerſiq́; facilè
fiunt. Sobrietatem cum ſobriis laudant: intemperantes ſunt cum intemperantibus: atque ad
id quod cuique placet ſuam omnino ſententiam vertunt. Quos euitare facilè nemo poteſt,
nec ab ipſorum inſidiis nocumentiſq́; cauere: propterea quod pietatis prætextu prauitas eo-
rum fucata & adornata profundè celatur, ac latet. Huiuſcemodi ſanè mores, rapaces lupos
D appellat dominus, in indumentis ſeſe ouium palàm oſtentantes. Fugito prorſus varios hoſ-
ce multipliceſq́; mores: ſectare veritatem, ſynceritatem, ſimplicitatem. Anguis varios obti-
net mores: eòque pœnæ huic addictus eſt, vt reptet humi. Iuſtus fictione caret, qualis & Ia-
cob etiam fuit: quapropter ipſe dominus habitare facit vnius moris homines in domo, mi-
nimè ſcilicet fucatos, Hoc mare illud magnum & ſpatioſum eſt: illic reptilia ſunt, quorum
numerus eſſe non poteſt, animalia parua cum magnis. Attamen eſt in illis quædam diſpoſi-
tio ſapiens rectuſq́; modus viuendi. Non enim carpere ſolum reprehendereq́; poſſumus pi-

Piſcium mores quos operæpretiũ ſit imitari.

ſces, ſed ſunt in illis, & quæ proſequẽda ſunt imitatione. Vt ſingula genera piſcium accom-
modata ſibi loca diſtribuunt, in illiſq́; vitam degunt, nec aliena loca vnquam aggrediuntur:
E ſed intra ſuos læta verſantur fines. Non illis geometra quiſquam diſtribuit habitationes, nõ
mœnibus vllis ſunt vlla genera piſcium circumſcripta, non finibus vllis diuiſa: ſed quod
cuiq́; prodeſt, quodq́; neceſſarium eſt, id naturæ munere eſt definitum. Hic ſinus hæc piſci-
um genera, ille alia paſcit: & quæ hic abundant, in aliis ea deſunt. Nullus hic mons acutis
porrectus verticibus ea ſeiungit. Nullus amnis tranſitionem dirimit: ſed quædam naturæ lex
æquè iuſteq́; pro vniuſcuiuſque nimirum commodiore vſu diætam, hoc eſt ſuum cuique vi-
uendi limitem & canonem velut ſortitò præſcribit. Atqui neutiquam tales ſumus. Vnde?
quòd ipſi terminos quos poſuerunt patres noſtri, eoq́; continenter ſeruandos transferimus.
Terram limitari ſectione diducimus. Domum ad domum coniũgimus & agrum agro co-
F pulamus, vt à proximo auferamus. Norunt planè cete illa grandia quam ſibi natura diętam
præſcripſerit. Id occupant mare, quod vltra plagas habitabiles collocatur, quod inſulis fer-
mè caret: cui continẽs vltra ſuccedere nulla vnquã tellus conſpicitur. Quamobrẽ innauiga-
bile eſt, & nec hiſtoriæ ſiue explorãdi ratio, nec vlla neceſſitudo prorſus æquor illud vnquã
aggredi nauigantibus perſuadẽt. Hoc mare, cetarium genus magnitudine maximis æquan-
dum montibus, vt ferunt qui conſpexerunt, occupatum tenet in ſuis finibus manens, nec
vllum prorſus detrimentum, aut inſulis, aut vrbibus maritimis afferens. Ita ſingula genera
piſcium in definitis ſibi maris tractibus, perinde atque in vrbibus, aut pagis quibuſdam, aut
antiquis patriis immorantur. Iam verò ſunt, & qui peregrinationem de more capeſſant,
quaſi qui communi cuiuſpiam curiæ decreto, aliò ablegati & in exilium proſcripti ſub vna
militari

militari teſſera aliquò emigrent omnes. Nam cùm deſtinatus ab natura articulus temporis G acceſſerit κινήσεως, alij ab aliis ſinibus emigrantes, communi lege concitati naturæ ad aquilonium properantes mare contendunt. Quo tempore aſcenditur, videre vtique poſſis vnitos piſces, perinde vti flumen, & per propontidem & Euxinum pontum tranantes. Quis eſt qui mouet? Quod regis edictum? Quæ tabellæ in foro poſitæ pręſtitutum decedendi tempus definiunt? Qui denique ſunt hoſpitum aduenarúmq; ductores? Cōſpicis ne diuinam inſtitutionem ordinemq; cuncta complentem, & vel minutiſſima quæq; penetrantem? Piſcis diuinæ legi non aduerſatur: & homines ſalutaria præcepta non ferimus? nō toleramus? Noli flocci pendere piſces, quòd voce careant, quòd animalia ſint penitus expertia rationis: ſed vereri, ſed permetuere velis, ne creatoris obſtādo præceptis, rationis illis expertior videare. H Audi piſces propè vocem per ea quæ faciunt emittentes. Nos quo genus noſtrum perſiſtat, atq; perennet, longinquam iſtam capeſſimus peregrinationem. Propria quidem ratione piſces haud præditi ſunt: naturæ verò ſibi legem inſitam inſculptamq; habent, id ſemper quod agendum eſt demonſtrantem. Eamus, inquiunt, ad aquilonium mare. Illa enim

ἀξίωμα phyſicum.

cæteris æquoribus aqua dulcior eſt: propterea quòd modicam in eo moram ſol trahens, non vniuerſum ſuis exhaurit, abſumitq; radiis, quod potulentum eſt. Enimuero non mediocriter & animātes æquoreæ dulcibus humoribus gaudēt. Vnde fit vt & ad flumina ſæpenumero annatēt, longeq; ab ipſo mari diſcedant. Hac de cauſa pontū ipſi ſinibus æquoreis cæteris anteponunt, vt ad effundendos excludendosq; fœtus, & enutriendam ſibi ſobolem, magis I idoneum, magisq; aptum. Atqui mox vt ſatis ſtudio ſuo quod geſtiebant explere, fuerit factum, rurſus ipſi omnes velut agmine facto, ſeſe recipiunt domum. Et quænam ſit ratio redeundi recipiendiq; ſe domum, ab ipſiſmet animantibus mutis audiamus.

πανδημεί.

Aquilonium, inquiunt, mare vadoſum eſt, reſupinumq;, ventorum flatibus exponitur violentis: perpaucas etiam oras, tractusq; profundos & ſubterfugia habet: quamobrem & ex ipſis ſedibus imis perfacilè flatus ipſum exagitāt, procellæq; reuoluunt, vt & vnà cum fluctibus vndisq; miſceatur harena. Huc accedit & frigus hybernum. Hyemis enim tempore pergelidum eſt: quippe quod complures, tum peralgidos pergrandesq; ſuſcipiat amnes. Idcirco temperie moderationeq; ipſius per tempus æſtiuum potiti, rurſus hyemis tempore, æquoris profundi K gurgites altos, loca ſoli propinquiora repetimus, flatusq; ſeptentrionis horridos fugientes, ad eos æquoreos ſinus tanquam ad ſtationes properamus, atq; confugimus, qui minùs vi ventorum concutiuntur. Vidi ipſe ego hæc, & in omnibus ſuſpexi admirabundus dei ſapientiam.

τὴν ἐμ τῷ βυθῷ ἀλαίαν.

Vertit ad allegoriā ſcripta.

Si rationis expertia excogitare conſeruaréque ſalutem ſuam ſoleant, atque piſcis id ſciat quid expetendum ſit ſibi, quid fugiendum: quid noſipſi dixerimus, qui rationis munere cohoneſtati, legibus eruditi, pollicitationibus inuitati, ſpiritu ſapientiam aſſequuti, res eas deinde quæ ad nos pertinent longè rudiùs, & à ratione alieniùs, quàm ipſi piſces diſponimus? ſi illi quidem de futuro proſpiciant, atque prouideant: nos autem de ſpe futurarum rerum vacui, vitam noſtram, voluptati vitæ pecudum accommodatæ deditam conficiamus, ac conſumamus? L Piſcis tot maria tranat ac permutat, vt vtilitatis aliquid conſequatur. Quid ipſe dixeris quæſo? qui vitam in otio degis, quod quidem maleficij principium eſſe nemo eſt qui ignorantiā prætexere poſſit. Ratio profectò naturalis nobis inſperſa, proſequenda conciliandá ve eſſe honeſta, fugienda noxia turpiáque ſubindicat. Non ab æquoreis exemplis diſcedo: quoniam hæc nobis inquirenda nunc proponuntur.

Herinaceus marinus.

Audiui quendam eorum qui maritimis in regionibus verſantur, æquoreum herinaceum commemorantem, exiguam illam paruipendendámque beſtiolam tranquillitatis indicem doctorémque ſępenumero tempeſtatisq; nauigantibus fieri: Qui cum vētorum perturbationē pręſenſerit, calculum haud exiguum ſubit, ſub ipſo tanquam anchora ſeipſum ſtabiliens. M Detinetur enim illius pondere, ne facilè fluctibus trahatur ac agitetur. Id vbi nautici conſpiciūt, futuram hoc indicio ventorum agitationem tempeſtatémque præſagiunt. Nemo homo ſtellarum ſcientia præditus, nemo Chaldæus procellas ex ortu ſiderum coniectans aëris turbelam, herinaceum docuit: ſed marium dominator atq; ventorū, huic etiam animāti paruo immenſæ ſuæ ſapientiæ veſtigium euidens & apertum impreſſit. Nihil eſt prorſus, quod ſub prouidentiam dei non cadat. Nihil eſt omnino, quòd à deo neglectum ſit: omnia explorat, omnia conſpicit oculus ille peruigil: omnibus adeſt, facultatémque ſalutis cuique præſtat. Si herinaceum deus à ſua prouidentia non excludit, ea quæ ad te pertinent non explorat, nō conſpicit? Vos ô viri, coniuges veſtras diligite, & ſi locis longinquis ſemoti in coniugij ſocietatem



A cietatem conueniſtis, naturæ vinculum legibus ac benedictione obſtrictum vnio ac iugum diſtantium eſto. Vipera genus ſerpentum omnium exitioſiſſimum murenæ marinæ nuptias expetit, & ſibilo ſuam ſignificat præſentiam, eámque è gurgite vaſto inuitat ad nuptiales cōplexus. Illa autem obtemperat & coit cum venenato. Quid hæc mea ratio vult? quid portendit? Siue aſper eſt cuiuſpiam coniunx, ſiue ferus moribus, perferat illum vxor neceſſe eſt: nec vllam prorſus ob cauſam ſocietatem vinculúmq; diſſoluere patiatur. Ferítne, verberat, éſtq; percuſſor? At vir tamen eſt tuus. Temulentúsne? At tibi eſt natura coniūctus. Durúsne, moroſus & implacidus? At membrum iam tuum eſt & membrorum præſtabiliſſimum. Audiat & ipſe vir accommodatam ſéque decentem admonitionem. Vipera virus ob nuptiarum veB nerationem euomit. Tu duritiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob vnionis reuerentiam non deponis? An exemplum viperæ nobis & alio modo fortaſſe prodeſt? Adulterium naturæ quoddam eſt viperæ murenæq; mutuus ille complexus. Diſcant igitur ij, qui alienis inſidiantur nuptiis, cuinam reptili ſint ſimiles. Id vnum eſt mihi cordi, id vnum propoſitum vt eccleſiam vndequaque noſtram hanc ædificem. Intemperantium, incontinentiúmque hominum perturbationes, tam à mari quàm à terra, ſumptis exemplis, caſtigatæ ſedentur. At enim infirmitas me corporis, atque anguſtia temporis (iam enim adueſperaſcit) hoc loco finem orationi ponere cogunt. Alioqui plura poterā adhuc auidis audiendi de iis quę in mari naſcuntur referre digna prorſus admiratione, de mari denique ipſo: quonam pacto in ſaC lem cogatur maris aqua: quomodo pretioſus lapis corallium in mari quidem ſit herba: ſed cum in aërem effertur, in lapidis ſoliditatem tranſgelatur & concreſcit. Vnde viliſſimis animantibus oſtreis, ipſa natura pretioſiſſimos vniones impreſſerit. Quæ nimirum vtraque in ſuis recondi theſauris reges percupiunt: ea paſſim circum littora & oras ſiue ripas, circum aſpera ſaxa diſiecta ſunt, viliſſimis oſtreorum inſita cruſtis: vnde vellus aureum pinnæ nutriant, quod nondum exactè quiſquam eorum qui coloribus inficiunt vellera, potuit imitari? Vnde cochleę, veſtes regibus purpureas offerunt: quas quidem & pratorum flores viuacitate coloris longo interuallo ſuperare non eſt obſcurum? *Educant*, inquit, *aquæ*. Et quænam res neceſſariæ non continuò ſunt exortæ? Quæ lautarum rerum non dono datæ ſunt vitæ: parD tim ſanè ſubminiſtrationis hominum: partim vt ex creaturæ miraculo ad contemplationē eleuêre, partim etiam formidinis terroríſque incutiendi ratione, quò noſter animus ſomniculoſus, deſidioſus, ac iners excitetur & erudiatur. Fecit deus cete magna, non quia ſquilla, & halece maiora ſunt, cete ideo magna ſunt dicta: ſed quia maximis mole corporis montibus æquantur. Nam cum ad ſummam aquæ ſuperficiem enatarint, inſtar inſularum ſæpenumero apparent. Hæc tamen tantæ molis animantia, non in oris, nec in littoribus degere verſarique ſolent, ſed id inhabitant mare quod Atlanticum nuncupatur. Talia ſunt animantium ea, quæ ad terrorem ſtuporémque nobis incutiendum creata ſunt. At ſi audieris maximas naues extentis velis ſecundo per æquora flatu labentes, piſciculum minutum remoE ram dictum ſi carinis adhæſerit, adeò facilè ſiſtere, vt immobiles haud paruo tempore detineat, moretúrque quaſi in ipſo mari radices altius fixiúſque egiſſent, nónne ab exiguo quoq; piſce demonſtrationém eandem acceperis ipſarum virium creatoris? Non enim ſolum gladij, ſerræ, canes, balenæ, orcæ, cæteráque id genus formidoloſa metuendáque ſunt, ſed etiam aculeus ſiue radiolus paſtinacæ piſcis marini licet mortui, lepus marinus, animal ſanè noxium non mediocriter terrent: quippe quæ celerem afferant & ineuitabilem necem. Ita per omnia rerum opifex vigilare te vult, vt ea ſpe quam in ipſo tute habere debes, detrimenta noxáſue, quæ ab illis proueniūt, euitare poſſis. Sed enim ex altis emerſi gurgitibus, vaſtóque mari iam ad continentem confugiamus. Nam cum aliæ mirādæ res æquoreæ poſt alias nos F occupaſſent, ſuis nimirum orationem noſtram perinde vt vnde fluctúſque crebris incurſationibus obrutam diduxerunt. Quanquam mihi ſanè haud mediocri fuerit miraculo, ſi non mens noſtra fugam veluti Ionas ad mare rurſus arriperet, cum in continente admirabiliora inueniat. Videtur autem oratio noſtra cum in res mirabiles innumeras incidiſſet, mediocritatis oblita fuiſſe, eique idem obtigiſſe quod & immenſum æquor nauigantibus euenire ſolet. Illi cum nullum ſibi fixum ad motionem metiendam ſignum conſtituere queant, ignorant perſæpe ſpatij quantum fuerit ab illis decurſum. Hoc ipſum circa nos factum apparet. noſtro enim per opera creationis decurrente ſermone, eorum quæ commemorata ſunt, neutiquam ſentire potuimus numeroſam multitudinem. Sed & ſi religioſum hoc theatrum pluſculis audiendis inhiet, ſitque non iniucunda ſeruorum auribus, miraculorum herilium enarratio

Diligēdam vxorem exemplo viperæ & murenæ marinę.

Phauorino & cæteris κορἀλλιον, hoc exemplar habet κουράλλιον.

Cete. καρίδος καὶ μαινίδος.

ἡ ἐχενηΐς remora. ἀπόδειξις à minori.

narratio:hic tamen ad portum oratione deducta accedentem expectemus diem , ad ea quæ G
reſtant reddenda. Surgamus igitur omnes,atque gratias agamus partim pro iis quæ ſunt di-
cta,partim eorum quæ reſtant poſtulemus plenariam perfectionem. Vtinam & inter ſumen
das epulas,hæc omnia vobis menſarij ſermones ſint,quæ vobis hodierno die,partim exori-
ente, partim occidente ſole oratio tranſegit, ac obtulit. Vtinam etiam in eorum ſententiis
ſomno vos occupati,dormientes quoque diurna perfruamini voluptate , quo vobis iure li-
ceat dicere:Ego dormio & cor meum vigilat, nocte dièque legem domini meditando: quē
gloria & imperium addecet in ſecula ſeculorum, Amen.

## HOMILIA OCTAVA, DE VOLATILIBVS & aquaticis. H

ET dixit deus:*Producat terra animam uiuentem iuxta genus,quadrupedia,& reptilia,& beſtias iu
xta genus. Et factum eſt ita.)* Acceſſit opificis edictum,ordine procedens, & terra quo-
que ſuum proprium ornamentum accepit. Illic : Educant aquæ reptilia animarum
viuentium,dictum eſt. Hic:Educat terra viuentem animam,dicitur. Eſt ne ergo a-
nima prædita tellus ? Vanæque mentis homines Manichæi locum ne iam habent,rectéque

Contra Manichæos. ματαιόφρονες μανιχαῖοι.

ſentiunt anima præditam tellurem eſſe,dicentes? Nō quia dixit:ἐξαγαγέτω,Educat ſiue pro- I
ducat,id ideo quod in ſeipſa ſitum erat, eduxit terra : ſed qui iuſſit , is vt terra educeret , ipſi
præſtitit facultatem. Nec enim,cùm audiuit: Germinet terra herbam fœni fructiferúmq; li-
gnum quod in ſeipſa habebat deliteſcens fœnum, illud eduxit. Nec ſanè palmam , aut quer-
cum aut cupreſſum aliquo in loco inferioris vteri ſui eatenus retruſa,in apertum & propa-
lam eduxit & edidit:ſed verbum ipſum diuinum: eorum eſt profectò natura quæ oriuntur.
Germinet,inquit,non id quod habet,emittat:ſed id quo non eſt prædita, cōſequatur, actio-
nis operationisq; deo facultatem atque potentiam largiente: pari nunc etiam modo: Produ
cat terra animam,non eam quæ ineſt in ipſa : ſed eam quæ data eſt ipſi , creatoris dei præce-
pto. Deinde ratio Manichæorum in contrarium iiſdem reflectetur. Nam ſi eduxit animam, K
iam anima ſeipſam terra deſtituit . Sed illorum quidem abhorrendam & execrabilem eſſe
ſententiam ſuapte luce eluceſcit . Cur autem aqua quidem reptilia viuentium animarum,
tellus autem viuentem animam educere iuſſa eſt? Arbitramur natatilium quidem naturam
imperfectioris quodammodo participem eſſe vitæ:quippe cum in humoris craſſitudine de-
gant. Nam & auditum obtinent grauem , & aſpectum hebetem , cum per mediam aquam
videant. Adde memoriam ferè nullam in illis eſſe,neque imaginationem, neque conſuetu-

ἀλληγορία.

dinis aut familiaritatis vllam cognitionem. Quapropter oratio quaſi demonſtrare videtur,
in aquatilibus quidem carnalem vitam,animalium motionum principem eſſe. In terreſtri-
bus autem animantibus,cum perfectiore vita prædita ſint , principatum vniuerſum ſubin- L
dicat animam obtinere. Terreſtrium ſiquidem ſenſus perſpicaciores ſunt,quàm aquatilium,
præ his item illa acutiùs præſentia apprehendunt , exactæ verò certæq; rerum præteritarum
memoriæ apud plurimas quadrupedes animantes comperiuntur . Quamobrem in aquatili-
bus quidem(vt videtur)animantia corpora ſunt creata. Reptilia nanque viuentium anima-
rum ex aquis producta ſunt. In terreſtribus autem animam adminiſtrantem corpora tellurē
educere iuſſum eſt,quaſi plus quid habeant animātia terreſtria, quàm aquatilia facultatis vi
uendi. Etenim expertia quidem ſunt, & terreſtria rationis . Attamen affectiones complures
animæ naturali ſua quæque voce ſignificant . Nam & gaudium,& dolorem,& conſuetudi-
nis familiaritatisve agnitionem,& indigentiam alimenti , & ſeiunctionem compaſcuorum M
animantium,& innumeras id genus affectiones emiſſione ſuæ vocis indicare videntur. Sed

ἀνήμερα καὶ ἀδίδακτα.

animantes aquatiles non modò non eliciunt vocem:ſed neque miteſcere quidem, neq; do-
ceri poſſunt . Quinetiam ad omnem omnino vitæ ſocietatē hominibus inattractabiles ſunt
penitúsque ineptæ. Cognouit bos ſe poſſidentem,& aſinus præſepe domini ſui. Piſcis autem
non agnouerit ſuum vnquam altorem. Scit aſellus aſſuetam ſibi vocem , ſcit eam viam qua
ſæpius ambulauit. Nonnunquam,& dux homini fit erranti. Non aliud terreſtrium audit hoc
animali acutiùs. Cameli præterea mali memoriam ſibi illati,grauèmque furorem , atque ad
iracundiam diutiùs retinendam propenſionem, quiſnam vnquam marinorū piſcium imi-
tari poſſit? Olim verberibus cæſa camelus,ira,longo poſt tempore recondita, cum idoneum
opportunumq;



A opportunúmque nacta fuerit tempus,malum illud tandem reddere ſolet. Audite vos,audi-
te,qui grauem amarúmque geritis animum,quíque mali memoriam vobis illati , tanquam
virtutem probitatémque quandam exercere ſoletis,cuinam animali perſimiles ſitis,cum do
lorem contra proximum, perinde atque ſcintillam occultam in cinere eoúſque reconditis,
quouſque materiam occaſionémque nacti,tanquam flammam quandam iram prius conce-
ptā redaccendatis. *Educat terra animam uiuentem.)* Cur animam viuentē tellus educit? Vt quid
ſit inter animam iumenti,atque animam hominis diſcas. At animam quidem hominis pau
lopòſt quomodo habeat ſcies. Nunc interim audi de animantium anima ratione non præ-
ditorum. Cum iuxta quod ſcriptum eſt,animalis omnis anima ſanguis ſit ipſius:ſanguis au-
B tem coactus in carnem ſuapte natura vertatur , caróque corrupta in terram reſolui ſoleat:
mortuum quid optimo iure eſt anima iumentorum. Igitur animam terra viuentem educat.
Vide conſequentiam ordinemq; animæ ad ſanguinem, ſanguinis ad carnem , carnis ad ter-
ram:contrà,facta reſolutione per eadem regreditor,à terra in carnem,à carne in ſanguinē,à
ſanguine in animam ipſam , & iumentorum animam inueneris terram eſſe . Noli putare
corporis ipſorum conſtitutione vetuſtiorem animam eſſe,neque poſt carnis diſſolutionem
perſiſtere. Elatorum arrogātiúmque philoſophorum fuge deliramenta,quos haud pudet, a-
nimas ſuas , & caninas eſſe eiuſdem ſpeciei conſtituere : qui ſeipſos etiam & mulieres olim
& frutices aſſerunt,& æquoreos piſces fuiſſe. Ego verò piſces quidem illos olim fuiſſe, non

In Pythagoricorū τὴν παλιγγενεσίαν.

C auſim dicere:eo tamen tēpore quo iſta ſcriptioni mandabant, expertes magis rationis quàm
piſces fuiſſe,& aſſererem acri admodum cum conſtantia atque contenderem . *Educat terra
animam uiuentem.)* Mirantur fortaſſe plerique veſtrum,cur oratione proſpero currente curſu,
vt ſemel fatear,tempore non paruo conticuerim. Sed auditorum ſanè qui quæ mihi dicun-
tur ſtudioſiùs contendunt vt intelligant:cauſam mei ſilentij non ignorant. Quî nanq; igno-
rent,qui mutuo ſeſe reſpicientes,ac conniuentes, me ad ſe conuerterunt, in eorúmque co-
gitationem quæ prætermiſſa ſunt reduxere? Nam integrum quoddam creaturæ genus, neq;
id quidem minimum,nos præteriit,& penè abiit ſine inquiſitione contemplationéque reli-
ctum. *Educant enim , inquit , aquæ reptilia animarum uiuentium per genera, & uolatilia uolantia ſuper

Attende P. beati modeſtiam, qui ſe lapſum memoria ingenuè fatetur.

D terram iuxta firmamentum cœli.)* Heri itaque de nantibus tantum diſſeruimus,quantum veſpe-
raſcentis anguſtia cœli nobis conceſſit . Hodierno verò die ad animantium terreſtrium in-
ueſtigationem inde tranſcendimus , atque ita nos volucre genus in medio collocatum di-
lapſum effugit,ac euolauit. Vt igitur obliuioſi facere viatores conſueuere,qui ſi quā rem ſibi
perneceſſariam reliquiſſent,& ſi longis itineribus magna viæ ſpatia tranſierunt: rurſus tamē
eadem redeunt via,dignam deſidia ſua pœnam luentes,eum,inquam,laborem,quem in re-
meando ſuſcipiunt:Sic & nos vt videtur,agamus neceſſe eſt , eadem via redeamus oportet.
Neque enim aſpernabile prorſum ſit,id quod pretermiſimus:ſed tertia pars animalium crea
tionis eſſe videtur , ſiquidem tria genera ſunt animalium , aquatile , volatile , terreſtre .

Aggreditur de volucrū naturis narrationem.

Ad lapſum memoriç appoſitè facit ἐκδιέφυγεν τὸ πτηνὸν,id quod ſimili confirmat.

E *Producant,*inquit,*aquæ reptilia animarum uiuentium per eorum genera, & uolatilia ſuper terram uolantia
ſecundum firmamentum cœli.)* Cur ortum ex aquis volucribus quoque perinde vt aquatilibus
præſtitit ? Quoniam volantibus ad natatilia , quaſi conſanguinitas quædam eſt . Nam v-
ti piſces aquam ſecant agitatione quidem pennarum , ad vlteriora quæ petunt proficiſcen-
tes : caudæ verò mutatione flexiones ſibi rectóſque impetus gubernantes : ſic & in volatili-
bus fieri conſpicere licet , aërem pennis aliſq; findentibus ſimili natantibus modo. Qua-
re cum vna ſit vtriſque communis conditio, ipſum, inquam,natare, vna quædam ipſis affi-
nitas,ex aquarum ſanè generatione tributa eſt . Verùm volatile nullum pedibus caret : pro-
pterea quòd vniuerſis victus à terra præſtatur,& omnibus pedum officio ſubminiſtrationē-
que neceſſariò opus eſt. Rapacibus enim vngues aduncos atque acutos venationis gratia:cæ

Collatio natatilium ad volatilia.

ἀξίωμα phyſicum.

ἄπουν expes,ſine pedibus.

F teris ob aſſequendum pabulum, atque ad reliquam moderandam tranſigendámque vitam,
pedum natura ſubminiſtrationem neceſſariò pręſtitit. Perpaucæ ſanè volucres præditæ ſunt
pedibus incommodis,nec ad ambulandum , nec ad venandum aptis , ceu hirundines,& eæ
quæ falculæ nuncupantur, aut ripariæ, quibus ex iis quæ feruntur in aëre, pabulum prouidit
natura . Quin hirundinibus propinquis humo volatus pro munere pedum eſt . Sunt tamen
& in volucrum natura generum innumeræ differentiæ , quas ſi quiſpiam eodem tranſegerit
modo,quo piſcium etiam aliqua ex parte diſcrimina nos tetigimus , vnum idem commu-
ne volucrum nomen,infinitas autem inueniet differentias,& inenarrabilem inter ipſas,ma
gnitudine,formis,coloribus,vita,moribus,actionibúſque varietatem. Iam verò quidam co
nati

nati ſunt in ipſis & nomina noua fingere, vt inſolitis alienisq; nominibus, tanquam quibuſ- G
dam iuſtis notis, propria cuiuſque generis percipi natura peculiarisq; conditio poſſit. Atque
alias fiſſipennes appellarunt, vt aquilas: Alias cutipennes, vt veſpertiliones: Alias mem-
branipennes, vt veſpas: Alias vaginipennes, vt ſcarabeos, & quæcunque tandem in vaginis
ſunt & tectoriis ſiue cruſtis generatæ, diffracta priùs cruſta, ad volatum pennas liberè expli-
cant. Sed nobis ad generum volucrum diſtinctionem aſſignandam, peculiarémque naturã,
ſufficit ipſe communis vſus, & diffinitiones eæ, quæ de puris atque impuris à ſcriptura trahũ
tur. Aliud itaque genus earum eſt, quæ carnibus veſcuntur, aliáque compoſitio, atque for-
ma, modo victus ipſarum accommodata. Vngues his inſunt adunci, acuti, & roſtrum in- H
curuum, †celeritáſque volatus atque pernicitas, vt facilè præda capiatur, diſtractáque atque
dilaniata prædatori pabulum fiat. Alia rurſus earum, quæ frugibus veſci ſolent, eóque dicun
tur ſeminilegæ, corporis morũq; conſtitutio. Alia itẽ earũ quę quouis aluntur paſſim obuio.
In his ipſis plurimæ ſunt differentiæ. Harum enim quædem gregales his eximuntur rapaces.
His enim nihil prorſus commune eſt, præter coniugalem ſocietatem. Sunt aliæ innumeræ,
quæ cõgregatiuã ſiue collectitiã ament vitã, vt colũbæ, grues, ſturni, graculi aut monedulæ.
In his etiam aliæ nulli ſunt imperio ſubditæ, ſed quaſi ſuo iure liberè viuunt, & illeges, aliæ
ſub duce degere patiuntur, vt grues. Iam verò non mediocrem in his, & aliam differentiam
eſſe nouimus. Nam aliæ nũquam ſedem mutant, ſed eiſdem in locis verſantur. Aliæ naturæ I
ductu quàm longiſſimè demigrant, & ſub ingruentem hyemẽ in ſemotiſſima quàm plurimũ
ſe recipiunt loca. Complures aues præterea ſi educantur manſueſcunt, mitéſque fiunt, præ-
ter eas quæ inualidæ ſunt, quæ propter exuperantem metum atque pauorem, aſſiduam ma-
nus attrectationem non ferunt. Quinetiam ſunt & quæ cum hominibus degunt, & ſimiliter
habitare ſolent auiculæ quædam. Aliæ verò montes incolunt, & ſolitudine gaudent. Maxi-
mum autem diſcrimen eſt inſuper inter ipſas, & differentia circa vocem. Aliæ nãque garru-
læ, & loquaculæ ſunt. Aliæ taciturnæ, & aliæ oſcines, ac multas variáſque voces eliciunt.
Aliæ inoſcines penitus ſunt, cantúſque expertes. Aliis præterea data vis eſt imitandi, aut ex
ſeſe, ſuapte natura, aut exercitio adhibito. Aliæ vocem vnici modi, ac immutabilem edunt.
Elatus eſt gallus gallinaceus atque ſuperbus: ornatus & elegantiæ amator pauo, polituræq; K
ſtudioſus. Columbæ copia libidinis gaudent: nec facilè quoquam ſe emouent domo galli-
nę, & eædem nullo nõ tempore veneri indulgent. Callida volucris aſtuta ac zelotypa perdix
eſt, malitioſeque cum venatoribus in pręda agit. Innumera profectò volucrum, vti diximus,
& actionum, & vitæ degendæ diſcrimina ſunt. Sunt nonnullæ volucres & ciuiles (ſi quidem
ciuilis officium ſocietatis proprium eſt vt ad vnum communem finem, ſingulorum actio-
nes concurrant) vt in ipſis apibus intueri licet. His enim communis eſt habitatio, commu-
nis volatus, communis denique vnaq; omnium actio, & quod porrò maximum eſſe cõſtat,
ſub rege præſide ducéque munus omne ſuum officiumq; attingunt & aggrediuntur. Non L
priùs ad prata proficiſci ſuſtinentes, quàm regem viderint cœpiſſe euolare. Atque rex apud
ipſas non ſuffragiis eſt conſtitutus: nam imperitia populi ſæpenumero peſſimum omnium
citra delectum in magiſtratũ promouit. Non ſorte poteſtatem eſt aſſecutus. Sortium enim
fortuiti caſus ad omnium peſſimum deterrimúmque perſæpe deferunt principatum. Non
paternæ iure ſucceſſionis in regali throno reſidens. Nam & ij rudes expertéſque probitatis
omnis ob luxum aſſentationéſque plerunque fieri ſolent: ſed à natura principatum in om-
nes obtinet magnitudine, forma, manſuetudine morum cæteris omnibus antecellens.
Eſt enim & ipſe rex aculeo præditus, ſpiculóque armatus: at nunquam iritatur ad vltio-
nem: nunquam vtitur illo. Leges quædam iſta profecto naturæ ſunt inſtitutáque, literis M
non mandata. Tardos, inquam, eos ad vindictam pœnámque ſumendam eſſe oportere,
qui maximas obtinent poteſtates. Quin & apes quæ non ſequuntur, ac imitantur re-
gis exemplum, cito admodum temeritatis pœnitet ſuæ: propterea quod mox poſt i-
ctum intereunt. Audiant iſta Chriſtiani, quibus lege ſancitum eſt, nemini vnquam
homini pro malo reddere malum, ſed malum vincere ſuperaréque bono. Imitare mo-
res apis peculiares, quæ nemini prorſus officiens, nec alienos vllos fructus demoliens, fa-
uos extruit & compingit ſuos. Etenim ceram quidem à floribus apertè colligit. Mel au-
tem, humorem qui ſpeciem præfert roris inſperſum floribus, ore libatum atque attractum:
in cauos fauorum ſinus immittit. Vnde & humidum primum eſt: deinde tempore con-
coctum, ad ſuam propriam craſſitudinem ſuauitatẽmque redit. Pulchra decoráque laude à
prouerbiorum

[Marginal notes, left page:]

σχιζόπτερα fiſſipennes vt Aqla.

δερμόπτερα cutipennes vt veſptilio.

πτιλωτὰ vel πτιλόπτερα membranipennes vt veſpæ κολεόπτερα vaginipennes vt ſcarabei.

† χεῖλος ἀγκύλον.

Pauo.
Columba.
Gallina.
Perdix.

Apes.

γνώμη.



A prouerbiorum autore prædicata eſt apis, ſapiens operatrixq; nuncupata, adeò pabulum dili-
genter elaboratéque congerens. Cuius labores (inquit) tam reges, quàm priuati homines ad
tuendam ſanitatem edunt. Adeò ſapienter, adeò exacta miráque arte apothecas mellis ex-
truens atque fingens. In tenuem enim extenſa cera membranam, frequentes cellulas, den-
ſas, ſibiq; continuas alias ſuper alias extruit, vt ipſarum adeò minutarum inter ſeſe vinculi
denſitas vniuerſo ſit operi munimentum, ac firmitudo. Quæque enim adhæret alteri cellula
pertenui ſeiuncta ſimul copulatáque ſepto. Deinde aliæ ſuper alias accumulantur hæ fiſtu-
læ, in altúmque editur opus, perinde vt ædes præcelſæ, ſecunda, tertiáque præditæ contigna-
tione. Nanque cauetur ipſi continuum vnum efficere ſinum, ne foras humor ſuo præ pon-
B dere dilabatur. Diſce interim quantum obtineant geometricæ inuentionis, vel ea quæ par-
erga ſunt ſapientiſſimæ iſtius apiculæ. Fauorum enim fiſtulæ omnes cera compactæ, ſenis an
gulis æqualibúſve lateribus præditæ ſunt. Non in directum ſuper alias aliæ iacent, ne fundi
vacuis interuallis accommodati defatigentur: ſed ſexangulorum inferiorum anguli ſedes
ſuperiorum fundamentáque ſunt, vt tutò eleuent ac ſuſtineant pondera, & ſeorſum humor
in vnumquenque ſinum ſuſcipiatur, & continere queat. Quonam pacto mores actionéſque
peculiares exactè volucrum vobis exponam? Vt grues excubias nocturnis temporibus vi-
ciſſim habere ſolent: & cæteræ quidem dormiunt, aliæ verò in orbem circunluſtrant & obe
unt dormientes vniuerſis ſomno indulgentibus ſecuritatem omnem exhibendo. Exacto
C deinde tempore definito, illa quidem emiſſo clangore ſeſe ad ſomnum carpendum vertit:
alia verò ſuccedit, & quam accepit reddit in parte ſecuritatem. Hunc eundem ordinem
diſciplinámve exactam in ipſarum volatu profectò conſpicere licet. Interdum enim alia
ducendi cæteras officium ſubit, ſtatóque tempore, munere hoc perfuncta, ad totius agminis
ſeſe terga recipiens, idem ei ducendi munus quæ poſt ipſam prima volabat, tradit. Mores
verò ciconiarum haud longè dixeris à prudentia rationéque diſtare. Ita vno tempore om-
nes in noſtras prouincias ſiue regiones veniunt: Ita & ſub vno ſigno quaſi militari quapiam
teſſera hinc à nobis auolant. Cornices autem noſtrates veluti lictores ipſas ſatellitéſque co-
mitantur, atque deducunt. Quin vt mihi videtur, & ſocias ſeſe offerunt auxiliaréſque aduer
D ſus aues ipſis aduerſarias atque hoſtes. Cuius rei argumento ſunt illa: Primum quòd noſtris
in prouinciis illo tempore nulla prorſus cornix conſpicitur. Deinde cum vulneribus rede-
untes, aperta præſtitæ tutelæ & ſuppetiarum indicia nobis afferunt. Quis apud ipſas hoſpi-
talitatis, quæſo, iura pręſcripſit? Quis ipſis deſerti exercitus pœnam minatus eſt, vt nulla pror
ſus deducendis ſeſe ſubtrahat copiis. Audiant hæc homines ij, qui hoſpitio neminem ex-
ceptant, ianuáſque ſuas occludunt, & neque hyeme, neque noctu, ſolo tegmine peregrinos
aduenáſque ſuſcipiunt. Iam vero pietas, & obſequium ciconiarum, erga ſuos ſenio con-
fectos parentes, ſatis profectò liberos noſtros beneuolos parentibus, atque obſeruantiſſimos
efficere poteſt, modò mentem adhibere velint. Nemo enim prorſus eſt qui naturæ ſenſu pru
dentiáve ſic deſtituatur, vt non mediocri pudore eum exiſtimet dignum: quiſquis quod ad
E virtutem attinet, ſinit ſe alitibus iſtis nulla rectæ rationis vi præditis deprehẽdi inferiorem.
Illæ genitorem per ſenium, defluxu pennarum degraueſcentem, ſuiſmet pennis circunda-
tum fouent, & abundè victum lautéque ſubminiſtrantes, ſubſidium etiam ei quoad fieri po
teſt, in ipſo volatu præſtant, ſenſim vtrinque ſuis eum ſubleuantes alis. Idq; adeò diuulga-
tum eſt, adeóque notum, vt quidam harum ipſarum alitum nomine vicariam gratiæ red-
ditionem appellent ἀντιπελαργωσίμ. Nemo paupertatem deploret, nec is de ſua vita deſpe-
ret, actúmque iam eſſe de ipſa putet, cui nihil eſt de patrimonio ſuo relictum, ad hirundinis
reſpiciens ingenioſam & ſolertem induſtriam. Nam illa compingendo ſibi nidulo, ſtra-
F menta quidem ore legit, perfértque. Lutum autem cum deferre nequeat pedibus, extremi-
tates pennarum aqua primùm madefacit: deinde tenuiſſimo puluere ſeſe inuoluens, hoc ſi-
bi pacto comminiſcitur excogitátque luti vſum. Tum paulatim compactis inter ſeſe floc-
cis, colligatisq; ſtramentis, interpoſito perinde atque glutine quopiam, luto, in ipſo nidulo
iam extructo, ſuos tandem excluſos editis ouis pullos nutrit: quorum ſi quiſpiam pupugerit
oculos, habet quandam à natura ſibi conceſſam facultatem medendi, qua quidem ad vale-
tudinem priſtinam ſuæ lumina prolis reducit. Hæc te doceant, hæc te admoneant, vt ne per
paupertatis incommoda, ad flagitia vlla fraudéſque ſinas mentem deflecti tuam: nec in gra
uiſſimis calamitatibus conſtitutum te eiecta ſpe penitus inertem, animo labefactato, fra-
ctóque ſine actione, ſinéque operatione vlla iacêre: ſed ad deum ipſum confuge tum, qui ſi
d tantis

[Marginal notes, right page:]

Attẽde operoſiſſimæ & ſolertis apiculę œcodomiam.

ἑξάγωνοι καὶ ἰσόπλευροι αἱ σύριγγες.

Grues.

Ciconiæ.

Cornices.

Ciconia.

πέλαργος enim ciconia, hinc apud Athenienſes νόμος πελαργικὸς idipſum vpupis tribuit noſter Antiochus homil. 108.

Ariſto c. 6. li. 4. animal.

tantis muneribus hirundinem affecit, quanto maiora in eos homines beneficia cõferet, qui G
toto ipſum corde inuocant? Halcedo quædam eſt auis, mari maximopere gaudens. Hæc fœ
Halcedo ſiue Halcyone à qua dices halcyonæi Ariſto. cap. 8. lib. 5. anim.
tificare ſecundum littora ſolet, & ouis in ipſa arena poſitis circiter mediam ferè hyemem
pullos excludit, cùm crebris violentiſque ventorum exaſperatum mare procellis, pertundi-
tur, ac terræ littoribus alliditur. Attamen ſileſcunt & conſopiuntur tum omnes venti, quie-
ſcunt vndæ, tumida æquora placantur, ſeptem totis diebus cum incubat ouis halcedo. Tot
enim duntaxat diebus ipſam ſuos excludere pullos ferunt. Sed cum & victu ſit ipſis opus, a-
lios inſuper pro incremento ſuæ prolis beneficentiſſimus ipſe deus huic tam exiguo præſti-
tit animali, ſerenos itidem ſeptem tranquillóſque dies. Id omnes etiam nautici ſciunt,
& halcyonides dies illos appellant. Hæc illis rationis expertibus commoda diuina pro- H
uidentia præſtat, vt inde quaſi lege ſit tibi ſtatutum, vt per hæc admoneare, à deo ſemper vt
poſtules quę ad ſalutem tuam pertinent. Quid à deo, etiam præter omnium ſpem, tui cau
Spe conſtãti ſalutaria à deo petẽda.
ſa non fuerit exorabile, quem ad imaginem ipſe ſuam creauit: quandoquidem alitis tam exi
guæ gratia, mare tam vaſtum, tam terribile, ſæuumq́; tranquillum eſſe media bruma, iuſſum
Turtur.
detinetur, atque quieſcit? Turturem aſſerunt ſeiugatam à coniuge nunquam ſocietatem
inire cum alio, ſed ſine coniuge vitam cœlibem degere, recordatione amiſſi conſortis con-
iugium alterius abnuentem. Audiant ipſæ mulieres, vt etiam apud animalia ratione non
prædita, viduitatis honeſtas indecoro iterati connubij anteponatur. Iniquiſſima volu- I
cris aquila in educanda ſua prole dicitur eſſe. Duos enim mox vt excluſit pullos, horum
Aquila.
alterum alarum verbere cæſum nido deturbat in terram: alterum autem & eum ſolum ex-
ceptum vt proprium adiungit ſibi familiariter. Quin hunc quoque quem ipſa genuit,
ob nutricationis difficultatem à ſe ablegat: ſed hunc (vt aiunt) exceptum oſſifraga diſ-
perire non ſinit, potiùs exceptum vnà cum ſuis educat pullis. Eiuſmodi parentes ij ſunt
γνώμη.
in liberos præduri & inclementes, qui prætextu à paupertate quæſito ſuos infantes ex-
ponunt, aut certè iniquiſſimos ſe declarant patrimonio in filios partiendo. Iuſtum enim
vt quemadmodum ex æquo cuique vt eſſet, tribuêre, ſic & ad viuendum peræquè diſ-
pertiantur facultates. Imitari noli crudelitatem earum auium, quibus vngues adunci ſunt
Aues aduncis vnguib⁹.
& incurui. Hi cum ſuos ſenſerint fœtus volandi iam poteſtatem conſequutos eſſe, alis eos K
verberantes ac impingentes, nidis depellunt, nullamq́; prorſus erga illos extruſos curam
deinceps ac diligentiam adhibent. Laudandus eſt ſanè cornicis erga ſuam prolem amor:
Cornix.
laudanda eſt diligentia. Hæc ſuos pullos iam volantes comitatur, ſuppeditánſque alimoni-
am aliquandiu enutrit. Compluribus auium generibus ad conceptum non opus eſt copula
marium. Sed in aliis quidem generibus ſterilia ſunt oua quæ ſubuentanea dicuntur: vultu-
Oua ſubuentanea. Vultures,
res autem, magna ex parte parere ſine coitu ſubuentanea fœcunda ferunt, & eſſe longiſſimæ
vitæ: quippe quibus ad centenos vſque annos plerunque vita protenditur. Id ex alitum ipſe
hiſtoriis notatum habeas animaduerſumq́; velim, vt ſiquando nonnullos irridere conſpe-
xeris arcanum fidei noſtræ myſterium, quaſi fines naturæ cancellóſque tranſgrediatur, fie- L
ríque non potuerit, vt virgo pareret virginitate ipſius integra intemeratáque perſiſtente ve
niat in mentem tibi, deum cui libuit per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes: ad
fidem iſtiuſmodi mirabilibus ac præter omnium opinionem ſtupendis conciliandam & a-
ſtruendam, argumenta occaſiones ve ſexcentas ex ipſa rerum natura præuertentem propo-
ſuiſſe. *Educant aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia ſuper terram, iuxta firma-*
*mentum cœli.)* Iuſſum eſt volucres ſuper terram volare: propterea quòd à terra pabulum
omnes ſumunt. Iuxta firmamentum cœli, id eſt, in aëre vt antea diſſeruimus οὐρανοῦ cœli præ
ſenti loco à verbo ὁρᾶσθαι videri, eò quod ipſe aër ſiue cœlum hoc oculis ſubiectum ſit. Iuxta
firmamentum, quòd aër ipſe capiti noſtro imminens collatione ætherei corporis denſioris M
eſt coagmenti & adſtrictioris, per exhalationes quæ hinc in ſublime feruntur. Habes igitur
cœlum iam perornatum, tellurem comptam ac decoratam, mare fœtibus ſuis abundans, aë-
rem denique peruolitantibus alitibus refertum, orta omnia, edita omnia diuino imperio,
vbi nunquam eorum antea quicquam erat. Quæ omnia tute ipſe contemplator, impiger au-
ditor: & iis inſuper animaduerſis, quæ noſtra nunc omiſit oratio, nimiam in ipſis trahẽdam
moram euitare percupiens, ne modum egredi videatur, ſapientiaq́; creatoris inde ſumma
νυκτερόβια καὶ ἡμερόφοιτα. νυκτερίδες, γλαῦκες, νυκτικόρακες.
percepta, non deſinere velis vnquam mirari, & ex omnib⁹ rebus creatis deum opificem ex-
altare, gloriáque afficere. Habes in tenebris ea volucrum genera, quæ non niſi noctu va-
gantur, ſibiq́; victum acquirunt: in luce, ea quæ interdiu volitant. Veſpertiliones enim, no-
ctuæ,



A ctuæ, vlulæ, cæteráque id genus, nocturno tempore, non die pabulum quæritãt, vt tibi ſi vn-
quam te non occupet ſomnus, morula etiam in ipſis, & quæ peculiariter ipſis inſunt conſi-
derandis, ad gloriam dicendam creatori, ſufficiat. Conſideres velim, vt cum ouis incubat
luſcinia, vigilet, totaq́; non ceſſet canere nocte. Vt veſpertilio quadrupes eadem ſit aléſq́; ſi-
mul, & auium ſola dentibus vtatur, & pariat quidem animal, vt quadrupedia, circa verò aë-
ris ſuperficiem ſe attollit, & ex humo emergit, non quidem pennis ſublata, ſed membrana
quadam æmula cutis coriaceæ. Vt & id genus mutuam inter ſeſe quandam beneuolen-
tiam habeant natura, atque veluti catena quædam contexta, mutuò ſibi veſpertiliones hæ-
reant, aliáque ab alia pendeat, quod haud facilè apud nos homines fieri contingit. Seiuncta
B nanque priuatáque vita communi coniunctæq́; longè à pleriſque hominibus anteponitur.
Vt oculis noctuæ perſimiles homines ij ſint, qui euanidæ & inanis ſapientiæ ſtudio incu-
buere. Nam vt illius aſpectus noctu quidem valet, ſolę autem illuceſcente non mediocriter
offuſcatur & hebeſcit: ſic & iſtorum hominum mens, acutiſſima quidem ad vanas res per-
ſpiciendas eſſe videtur, hebetiſſima verò caliginéque referta ad ipſam lucem veram perci-
piendam euaſit. In die quoque perfacilè tibi fuerit vndequaque creatoris admirationem eli-
cere. Vt ad opera conficienda te familiaris ac domeſtica excitet ales, acuta inclamitans vo- Gallus excubitor.
ce, cantúq́; ſuo ſolem adhuc è longinquo aduenientẽ prædicens cúmq́; viatoribus mane cui Anſeres vigiles.
gilans: & ad ſuos labores atque meſſem agricolas educens ædibus. Vt peruigili cura genus
C anſerum occupetur, & acutiſſimum ſit ad ea ſentienda quæ cæteros lateant, qui iam olim &
ipſam vrbem, ſedem ac domicilium imperij conſeruauerunt, hoſtibus quibuſdam Romanis
omnibus clam nec præuiſis per occultos cuniculos iamiam occupaturis arcem ac capito-
lium Romæ, clangoribus ſuis vociferationibúſq́; declaratis ac patefactis. Cui nam alitum
generi non proprium & peculiare quid admirandum natura impreſſit oſtentandum? Quis,
quæſo, cædem vulturibus ac mortem hominum, cum contra ſeſe militiam ducunt, prędicit? Vultures præſagi cædis propinquæ.
Videris enim vulturum innumeros greges, exercitus caſtraq́; ſequentes, armorum apparatu
ferróq́; proculdubio talem exitum coniectantes, quod quidem haud longè dixeris à cogita-
tionibus humanis coniecturiſq́; diſtare. Quonam pacto tibi militias exercitúſq́; locuſtæ Locuſtarum prælia exercitusque.
D terribiles enarrauero, quæ velut agmine facto, ſub vna teſſera in ſublime vniuerſa ſimul ela
ta, caſtris toto latè poſitis agro, non antea ſanè fructus depaſcitur, quàm ipſi ſit id à deo con σελευκὶς, ὄρνεον ἀκριδοφάγον Heſychius & Phauorin⁹.
ceſſum atque mandatum, vt ſeleucis auis eam inſequatur, remedium cladis, edendi ſine fine
vorandiq́; facultatem obtinens, inſatiabilem à creatore naturam ſortitus, quò tanta diuino
beneficio pernicies è medio perbreui tempore tolli poſſit. Quis ſit canendi modus cica- Cicadæ canoræ.
dæ, Vt meridie magis incumbant cicadæ cantui, aëris tractione quæ fit cum pectus expandi-
tur, ſonum elicientes. At enim ipſe equidem oratione plus à volucrum admiratione relin- τὰ ἔντομα, cur ita vocentur.
qui videor, quàm ſi pedibus celeritatem volatus earum coner attingere. Cum volatilium
ea conſpexeris, quæ inſecta vocantur, vt apes, vt veſpas: ſic enim ea nuncuparunt: propterea Phyſis inſectorum cũ phyſica apodeixi.
E quòd vndique ſciſſuras quaſdam ſiue inciſuras oſtendant: veniat tibi in mentem ea prædita
reſpiratione non eſſe, pulmonéq́; carere, ſed totis omnia ſui corporis partibus nutriri aëre.
Quapropter ſi oliuo fuerint madefacta, occluſis meatibus pereunt, ſin aceto protinus aſper-
ſeris ea, recluſis foraminibus reuiuiſcunt. Nihil vltra neceſſitudinis fines aut redundans crea
uit opifex vniuerſi deus noſter, nec verò quicquàm defuit neceſſariorum. Rurſus ſi volu
cres eas quæ gaudent aquis conſpexeris, diuerſam ab aliis in illis compoſitionem inuenies.
Nanque pedes non diffiſſos vti cornicis, non aduncos velut earum auium quę carnibus ve-
ſci ſolent, ſed latos atq́; membranæ inſtar expaſſos obtinent: ideo ſanè, vt commodiùs flui-
tare ſuper aquas nataréq́; poſſint, pedum membranis perinde atq́; remis diſpellentes humo- κύκνος cygnus, olor.
F rem. Quòd ſi animaduerteris, vt olor in profũdam aquam immiſſo collo, ex imo ſibi cibum
in ſublime exportet, apertè tum creatoris inſpexeris ſapientiam, compereriſq́; porrectius col
lum quàm ſint pedes, ideo opificem adiunxiſſe, vt illud perinde atque lineam piſcariam ipſe
demittens, inde ſibi comparet ac ſuppeditet alimoniam in imo deliteſcentẽ. Sacræ ſcriptu-
ræ verba ſi vtcunq́; legantur aut perfunctoriè, ſyllabæ tantùm quędam eſſe videntur & eędẽ
perexiguæ: *Producant aquæ uolatilia uolantia ſuper terram iuxta firmamentum cœli.)* Sed cum ver
borum ſententiæ perueſtigantur, tunc quanta nam ſit ſapiẽtia creatoris perſpicitur: quot vo
lucrum opifex ipſe diſcrimina, quot differentias pręuidit: per quot ipſas inter ſeſe genera ſpe
ciéſque ſeiunxerit, aut vt ſingulas propriis quibuſdam inſignibus peculiaribúſque diſtinxe-
rit. Deſtituet me dies ea vobis quæ ſunt in aëre miranda narrantem. Continens ipſa iam-

dudum ad oſtẽtandas feras,reptilia,& reliquorum gregem animalium nos ad ſe inuitat, pa G
rata ſat ſcio non inferiora ſtirpibus natantiúmq; genere nobis ac volatilibus cunctis viciſ-
ſim oſtendere. *Producat terra uiuentem animam iumentorum & ferarum, & reptilium in genere ſuo.)*
Quid dicitis vos,quæſo,qui diuo Paulo non creditis de ea mutatione,quam in reſurrectio-
ne fore dicit,qui plæraſq; videtis aëris animantes formas permutare,qualia de verme quoq;
Ser. illo Indico cornua protendenti gemina narrari ſolent.Hic in erucam vertitur primùm : fit
Bombyx. deinde tẽporis progreſſu id quod bombyx appellatur:at neq; hac in forma perſiſtit, ſed illis
præmollibus corniculorum bracteolis ſeſe ſenſim prolatantibus in alarum ſpeciem , ita de-
mum fit volucris.Quum igitur vos ô mulieres repetitis vicibus ordimini & retorquetis ve-
ſtram operationem ſedentariam,fila nimirum,quæ ad vos vſq; ſeres tranſmittunt ad raras H
iſtas ac præmolles veſtes concinnandas:veniat vobis in mentem huiuſce varietas animalis
in formas,atq; mutatio,indeq; reſurrectionis dilucidam certamq; ſententiam ſumite,neu fi-
dem futurę immutationi abrogetis ei,quam hominibus omnibus communem fore ipſe di-
uus Paulus pollicetur.At enim orationem noſtram cancellos tranſgredi ſentio mediocrita-
tis.Enimuero cùm ad eorum multitudinem,quæ ſunt dicta reſpicio,me tum vltra modum
efferri video:contrà,cum ad ſapientiæ creatricis ipſis inſitæ rebus omnimodam varietatem
me verto,nec initium enarrationis me tum ſumpſiſſe exiſtimo.Et inſuper ſi longiuſculo tẽ-
pore vos detineo,non inutile profectò fuerit.Quid enim agat aliud quiſquam veſtrum ab-
uſque tempore hoc,ad Solem vſque cadentem ? Nemo vos ſolicitat aut perurget coëpulo- I
num. Nullæ vos operiũtur alternæ compotationes.Quapropter ſi videtur,hoc corporali ie-
iunio ipſi vtemur ad exhilarandas animas . Carni non ſemel obſequutus es & inſeruiſti ad
voluptatis perfruitionem:vel hodie perſta ſuas animæ delicias ſubminiſtrans.Delectare in
domino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Si diuitiarum auidus es, habes diuitias ſpiritua-
les.Iudicia domini vera & iuſtificata in idipſum,plus ſanè deſiderabilia ſunt,quàm aurum,
quàm innumeri lapides pretioſi.Si delitiis deditus es,ſi voluptatis cupidus homo,habes elo
quia dei , quæ longè dulciora , longè ſuauiora melle fauóque ſunt , & cuiuis ſpirituali ſenſu
ſano,validóque prædito.Si vos dimiſero,& concilium hoc diſſoluero , ſunt qui protinus ad
teſſeras,aleáſque ſeſe conferent.Iuramenta ſunt illic,contentionéſque pergraues,ac auaritiæ K
partus.Spiritus malignus aſſiſtit,furorem punctis oſſibus illis ludentium inſaniámque ac-
cendens.Eaſdem ille pecunias nunc ad hunc,nunc ad alterum transfert.Atque modò hunc
victoria effert, illum victum mœſtitia premit:modò contrà,illum elatum, hunc demiſſum
oſtendit.Quid prodeſt,quæſo,corpore ieiunare:animam vero mille vitiis , mille malis eſſe
refertam ? At vero qui talario quidem ludo non vacant , in otio vero nequicquam degunt:
quid vani non loquuntur?quid abſurdi non auſcultãt?Otium enim dei metu ſi careat,præ-
γνώμη. ceptor vitiorum iis eſt , qui tempore ſibi indulto non norunt vti . Igitur fortaſſe quidem &
vtile quid in his quæ hic à nobis dicuntur comperietis:ſi minùs,at delinquere vobis ſaltem
per occupationem hanc haud licebit ita,vt quò vos quiſpiam plus hoc loco detineat,eò vos
plus à committendis abmoueat delictis.Satisfaciunt & ea ſanè, quæ diſſeruimus æquo bo- L
nóque iudici,is modò non ad affluentiam copiámque rerum quæ ſunt à deo creatæ , ſed ad
noſtræ facultatis imbecillitatem , atque ad ſatisfactionem voluptatis eorum qui huc con-
uenerunt, reſpiciat . Opulenter admodum ac ſplendidè ſuis germinibus terra vos excepit,
mare piſcibus,aër volucribus . Quin ſupereſt ea terræ pars quæ in ſolitudinem abiit , deſti-
tuta cultore & hæc etiamnum parata eſt viciſſim ſuas opes oſtentare nihilo ſuperioribus in-
feriores . Cæterùm finis hic modúſque eſto matutini iſtius conuiuij , vt ne ſatietas exupe-
rans vos ad veſpertinas ſumendas epulas voluptatéſque capiendas hebetiores efficiat . Qui
vero cuncta ſua creatione compleuit , atque in omnibus nobis ſuorum manifeſta miracu-
lorum claráque monumenta reliquit , is vtinam omni lætitia veſtra corda , & iucunditate M
compleat ſpirituali in Chriſto Ieſu Domino noſtro , quem addecet gloria & imperium in
ſecula ſeculorum, Amen.





A

# HOMILIA NONA,
## *de terreſtribus.*

QValiſnam verborum menſa viſa vobis eſt,quam aurora exoriente primùm appa- ἰωθινὴ τράπεζα.
raui & admoui?Equidẽ de his quę mihi aguntur,ita ipſe ſentio, ſimilia vt ſint vni-
cuipiam conuiuatori beneuolo ſanè,attamen perquàm tenui ac pauperi: qui quum
in hoc ſuas condicat operas ambitioſiùs,vt videri poſſit luculẽter ac ſplendidè ſuos
accepiſſe conuiuas,per inopiam tamen lautiorum & quæ magno parantur, eduliorum, ne-
B ſcio quid turbelæ ac mœroris conuiuarum animis impreſſum relinquit , menſam non niſi
vilibus epulis vberiùs onerando. Quibus efficitur,vt id quo gloriatur,ſeſéque liberalem vi-
deri percupit , ipſi in opprobrium dedecúſque vertatur quaſi qui expers ſit honeſtæ & mun-
dioris vitæ.Tale quid eſt & id profectò quod à nobis agitur nunc,niſi quid aliud vos ipſi di
citis. Verum qualiacúnque tandem noſtra hæc fuerint , neutiquàm vobis veniunt habenda
deſpicatui. Neque enim Heliſæus in præbendis epulis vilis habebatur ab iis quibúſcum vi- Exemplo
uebat,quanquam oleribus ſylueſtribus excipiebat amicos.Noui leges allegoriarum, & ſi nõ cõfirmat ex
à me inuentas,ab aliis tamen elaboratas teneo.Nam qui non acceptant ſententias ſcripturæ ſcriptura.
communes,ij non aquam vt aquam accipiunt , ſed aliam quandam naturam inquiunt eſſe: δῆγμα in
C & piſcem,ad id quod ipſis videtur,ſua permutant interpretatione. Reptilium etiam ortum Origenem
atque ferarum ad ſuas† ſententias deflectentes,interpretantur perinde vt ſomniorum inter- qui omnia
pretes,qui ad id reſpicientes quod ſibi propoſuerunt,eorũ quæ ſecundum quietem viſa ſunt, penè ad al-
interpretationes afferre ſolent.Ego verò cum fœnum audio,fœnum intelligo:& ſtirpem, & legoriam
piſcem,& feram,& iumentum,omnia vti dicta ſunt,ita accipio.Non enim me pudet euan- trahebat.
gelij.Neque quoniam qui conſcripſere de mundo,complura de terræ figuris diſſeruere:ſphæ † aliâs alle-
ráne ſit,an cylindrus, terra, aut certè diſco aſſimilis, & vndique in orbicularem figuram ex gorias.
æquo detornata, an lichnoides , & in medio concaua (ad has enim omnes opiniones ij qui Attende
de mundo diſſeruerunt deducti ſunt,ſinguli quique aliorum diſſoluentes inter ſe ac demo- prudentiam
D liti opinionem ) ob idipſum compulſus fuero,noſtram hanc extructionis mundi conſcrip- Baſilij in e-
tionem inferiorem dicere,quia nihil de figuris ſeruus dei Moſes ille diſſeruit ? Neque , quia narrandis
terræ circuitum vniuerſum decem & octo myriades ſtadiorum eſſe non dixit : & vmbram ſcripturis.
terræ, cum Sol mouetur ſub terra quantum ad aëris protenditur ſpatium , non eſt menſus:
quoque modo deffectiones hæc efficiat cũ in ipſam incidit luna,non aſſignauit:quippe cum
ea quæ nihil ad nos attinent,vt inutilia nobis ſilentio prætermiſit.Num quæſo vel hac gra-
tia,ſpiritus ſancti eloquia cenſuero viliora eſſe ſapientia mundi quæ ſtulta iam euaſit? An po
tiùs eum glorificauero, qui non ſiuit mentem noſtram irretiri euanidæ iſtius,& inanis phi-
loſophiæ dogmatis: ſed ea duntaxat conſcribi voluit,quæ ædificandis animabus & in tran-
quillo ſtatu conſtituendis apprimè fore vtilia prænouerat ? Id quod mihi videntur quidam
E minùs intellexiſſe,quando ſuis quibuſdam cõmentis ac tropologiis ſuopte ingenio excogi-
tatis conati ſunt authoritatis aliquid adſciſcere,quaſi inuenta ſua ſcripturis concinerent. Ve
rum hoc eius eſt,qui ſpiritus ſancti oraculis velit haberi ſapientior : quique prætextu enar-
randæ ſcripturæ quæ ſua ipſius commenta ſunt,clàm erepens quærat inferre. Hæc itaque vti
ſcripta ſunt,intelligantur: *Producat terra animam uiuentem iumentorum , beſtiarum , & reptilium.)*
Mihi quæſo conſidera verbum dei vniuerſam percurrens creaturam, & quidem cœpit ope-
rari,idem operatur in diem hodiernum,ſed & in finem vſque cuncta perluſtrans dum mun
di iſtius venerit conſummatio, operabitur.Quemadmodũ enim ſphæra quæpiam,globus ni Confirmat
F mirum teres depulſus manu ac deturbatus , is ſi locum internanciſcetur declinem , partim ſimili.
ob propriæ conſtitutionem naturæ,partim ob loci per quem ſidit, aptitudinem , præceps ad
ima defertur:nec priùs ſiſtitur à motu,aut conquieſcit,quàm in planiciem exceptus deſede-
rit:ita ſanè natura rerum excita ſemel & vnico hoc emota pręcepto,creaturam ipſam æqua-
bili curſu tum in generatione,tum in corruptione penetrat & tranſit , generúmque ſucceſ-
ſionem ſimilitudine ſeruat, tantiſper dum generandi occurret finis.Succedit equus equo na
tura,leo leoni,aquila aquilæ, ſinguláque animalia ſuis ordine ſucceſſionibus conſeruata vſq;
ad exitum conſummationémque vniuerſi ipſa tranſmittit . Nullum vnquam tempus pro-
prias peculiaréſque naturas animalium interlini ſinit aut exoleſcere,ſed quaſi nunc primum
condita rerum natura ſit, vnà cum tempore noua quotidie recénſque ſuum peragit curſum.

*Producat terra animam uiuentem.)* Præceptum hoc ſic impreſſum eſt terræ elemento, vt ne ho- G
die quidem deſinat ſubſeruire ſuo creatori. Nam animalia partim ex antecedentibus oriun-
tur ſucceſſione, partim nunc etiam ex ipſamet emergere terra, generariq; cernuntur. Non ſo
lum enim cicadas humus pluuio tempore edit, & innumeras alias beſtiolas in aëre peruolan
tes, quarum plurimæ præ tenuitate nullam ſortitæ ſunt nomenclaturam: quin & mures ra-
náſque ex ſeipſa iam profert & edit: vtpote cum circa Aegyptias Thebas poſt vehementes in
æſtibus pluuias, vniuerſa arua ſoricibus impleri protinus nouimus. Anguillas quoque, nec
alio vllo modo niſi ex feculenta conſtitui materia, limóque conſpicimus: quarum nec ouũ,
nec alium vllum modum ſucceſſionem efficere conſtat, ſed è terra hæ progignuntur.

Collatio ſtaturæ hominis ad iumentum.

*Producat terra uiuentem animam.)* Iumenta terrea ſunt, & ad ipſam nutantia terram: At planta H
cœleſtis homo, quantum figura formáque corporis cæteris animantibus antecellit, tantum
& dignitate animæ præſtat. Qualíſnam eſt animantium quadrupedum forma? Caput illis
ad humum eſt pronum, ad ventrem ſpectat, voluptatem ventris omnibus modis perſequi-
tur. Caput tuum ad ipſum cœlum exurgit, oculi tui res ſupernas conſpiciunt. Quòd ſi vnquã
& tu carnis affectionibus ſuccumbens teipſum dehoneſtaris, ventríque, & iis quæ ſunt ſub
ventre ſeruieris: comparatus es iumentis inſipientibus, & illis perſimilis es effectus. Alia te
cura decet, ſupernas res, inquam, explorare ac quærere vbi Chriſtus eſt, terrenis contemptim
tranſmiſſis cœleſtia mente tranſcendere. Vti forma te natura inſigniuit: ſic & teipſum & tuã
vitam diſponere velis. In repub. cœleſti verſare: vera tibi patria eſt, ſuperna illa Hieruſalem: I
concives atque contribules ipſi primogeniti, qui ſunt conſcripti in cœlis. *Producat terra ani-*

πρωτότοκοι non πρωτοτόκοι.

*mam uiuentem.)* Non igitur priùs inſita telluri rationis expertium animantium anima, diui-
no imperio tum emerſit: ſed vnà cum imperio tum primum in ratione rerum exorta eſt: at-
que genere quidem vna eſt animalium anima, ratione non præditorum: quippe cum vnum
ſit: & id ſimili ratione, quod ad eſſentiam ipſius accommodatur, naturámque exprimit, ipſa,
inquam, vacuitas rationis: diſcriminibus autem numeroſis differentiíſque non vna eſt. Ani-
malia nanque ſingula diuerſis proprietatibus inter ſeſe variíſque non mediocriter diſtin-

Animalium proprietas.

guuntur. Eſt enim bos quidem conſtans ſtrenuúſque: aſinus autem piger: equus libidine in-
cenditur, petitque impetuoſè fœmellam: lupus miteſcere nequit: vulpes inſidioſa eſt, & ad K
dolos natura concinnandos ſagax: ceruus timidus, laborioſa formica, canis gratioſus eſt, &
initæ ſemel amicitiæ tenax ac memor. Simul enim animalia ſingula cum ſua peculiari natu
ra creata ſunt. Vnà cum leone animoſitas, & ad incandeſcentiam iræ propenſio illi agna-

Leonis ſuperbia.

ta eſt, vita ſolitaria, expers ſocietatis ad ea quæ genus ſubeunt idem. Velut enim tyran-
nus quidam animantium rationis expertium, pares honores congreſſionéſque cum cæteris
non acceptat, ſed aſpernatur. Qui neque pabulum heſternum accedit, nec ad reliquias ſuæ

Pantheræ natura.

venationis vnquam redit. Cui tanta quoque vocis eliciendæ natura prẹſtitit inſtrumenta, vt
animantium complura longè ipſo celeriora, ſolo ſæpe rugitu capiantur. Vehemens eſt pan-

ἡ πάρδαλις habet exemplar Baſili. pro pãthera

thera, & ad impetus faciendos propenſa, pernixque. Atque idoneum ipſi corpus flexile agi- L
léque addidit natura, ad animæ motiones agitationéſque ſubminiſtrandas. Pigerrima eſt
vrſæ natura, ſolitaria, ingenij latentis ac doloſi, profundéque tecti. Simile ſanè corpus & ip-
ſam ambit, graue, compactum, indiſtinctum ſiue inarticulatum accommodatum ſeſe occul

Vrſæ. Variam induſtriam natura animantib⁹ indidit.

tanti pergelidæ feræ. Si tranſigamus oratione, quanta rationis expertibus iſtis inſit ſine do-
ctrina quidem, quippe naturalis ſuæ vitæ diligẽtia, atque cura: aut ad noſtri cuſtodiam cor-
poris, animarúmque noſtrarum prouidendam ſalutem impellemur, ac concitabimur: aut
magis magiſque carpemur, ac condemnabimur, ſi ita fuerimus affecti, vt neque animalia

Vrſa.

imitari rationis expertia valeamus. Vrſa ſæpenumero vulneribus ſaucia grauibus ſibiipſi
medetur omni conatu: calenti adhuc vulneri verbaſcum ſiccæ naturæ herbam indens obtu- M

Vulpes. Teſtudo.

ránſque. Videris & vulpem laricis aut piceæ lachryma ſeipſam medicantem. Teſtudo quo-
que viperæ immodicè exatiata carnibus, per aduerſam origani naturam, nocumentum è ve

Anguis.

nenata fera ſibi prouenturum euitat. Quin & anguis fœniculi paſtu lippitudinem oculorum
curare videtur. Prænotiones ſiue præſagia mutationis circa aërem futuræ, quam mentis ra-

Oues.

tioniſque ſagacitatem non ſuperarunt? Quandoquidem oues ipſæ accedente hyeme pabulũ
copioſiùs auidiúſque ventri ingerũt: proinde quaſi ſibi viaticum prouidentes pro indigentia

Boues.

cibi futura. Boues autem diutius occluſi tempore hyemis, iam tandem ineunte vere ſenſu
naturali mutatione percepta, omnes vno impetu, lætis aſpectibus è ſtabulis ſuis egrediun-
tur, & rectà ad viarum exitus ſpectant. Iam vero quidam haud inertium hominum emoli-
tum



A tum fuiſſe conſtruxiſſeq; gemina ſibi ſpiramina cubiculi terreſtrem herinaceum obſeruauit:
atque aquilone ſpiraturo, aquilonium ſpiramen obſtruere: contra, auſtro flaturo ad ſepten-
trionale tranſit ſpiraculi foramen. Quid, quæſo, per hæc ipſa nobis hominibus indicatur? Nõ
ſolũ diligentiam opificis noſtri & prouidam curam per omnia penetrare, ſed in animanti-
tibus quoque ratione non præditis, futuri ſenſionem quandam ineſſe: vt & nos etiam ipſi, nõ
huic vitæ, præſentibúſque rebus adhæreamus: ſed totum noſtrum ſtudium ad futuram illam
vitam dirigamus? Non tute tibi eandem ô homo diligentiam adhibebis? non tute tibiipſi
demum elaborabis? non hoc tempore pręſenti fruges tibi recondes? requiémque ad futurum
formicæ exemplo parabis? Formica temporis hyberni pabulum æſtate ſibi ſedulò condit, &

Formicæ ſolertia.

B non quòd hyemis incommoda nondum aſſunt, otioſa tempus traducit: ſed inceſſabili quo-
dam intentóque ſtudio legendi ſemina tantiſper incumbit, dum ſufficiens alimentum in
cellulis ſibi recondat. Neque id incuria facit, ſed ſapienti quadam prouidentia, vt quamplu-
rimo tempore pabulum ſibi perſiſtere conſeruaríque poſſit. Secat enim vnguiculis fructus

Ταῖς χηλαῖς

medios, arroſóſque condit: ne rurſus in fruges exeãt è terra, atque inutiles inde ſibi ad vſum
alimoniæ fiant. Cum ſenſerit eos madefactos imbre, profert atque exiccat. Nec omni tem-
pore id agit, ſed cum præſenſerit aërem ſerena in ſtatione teneri, ſerenúmq; cœlum. Etenim

δόγμα phyſicum.

nunquam ex nubibus imbrem defluxiſſe conſpexeris, quanto tempore à formicis expoſitum
eſt frumentum. Quænam oratio, quis dicendi modus hæc attingere poterit? Quis horum ca
C pax auditus? Quodnam tempus ſatis fuerit ad expromenda enarrandáque opificis tanti ſtu-
penda opera? Dicamus & nos cum propheta: Quàm magnificata ſunt opera tua domine: o-
mnia in ſapientia feciſti. Quî igitur vel illud per ſe ſuffecerit obtendere ad excuſationem,
quod nequaquam edocti ſimus literis quæ ad parandam ſalutem ſunt conducibilia, quando
lege naturæ (cui nullius externæ doctrinæ pręſidio opus) cognitionem accepimus id deligen
di quod animæ proſit? Scis quid boni proximo facias: eſt enim id quod ab aliis tute tibiipſi
fieri velis. Non ignoras profectò, quidnam ſit ipſum malum: eſt enim id quod ab alio tute
tibi fieri non exoptaueris vnquam. Nulla ars radicum ſecandarum ad medelam excogitata,
nulla prorſus herbarum experientia doctrinam adinuenit, qua brutæ animantes inſtitueren
D tur ad ſecernendum ſibi vtile ab inutili: ſed natura quæque harum prædita eſt facultate, ſuæ
tam conſeruandæ, quàm recuperandæ ſanitatis atque ſalutis: necnon & inenarrabilem ad id
quod ſecundum ſuam eſt naturam, habet affinitatem. Sunt apud nos ipſæ virtutes ſecũdum

Electionem boni à natura nobis inſitam eſſe. Collatio à ſimili.

naturam, ad quas habendas affinitas animæ, non ex humana doctrina, ſed ex ipſa natura no-
bis ineſſe videtur. Etenim vt nulla oratio, nulla doctrinæ vllius formula nos edocet morbũ
odiſſe: ſed ex nobiſmetipſis nos ea quę dolorem efficiunt, reprehendimus, auerſamur, horre-
mus: ſic & in anima quædam ineſt naturalis quædam & citra doctrinam vllam euitatio ma
li. Atqui malitia omnis, ægritudo eſt animæ: contrà, virtus rationem obtinet ſanitatis. Bene
nanque ſanitatem quidam definiere, qui habitum ſtatúmque conſtantem ipſam eſſe dixerũt,
E à quo naturales operationes ſine vllo prorſus impedimẽto proficiſcuntur. Id quod ſi dixeris
de bona etiam animæ habitudine, nõ aberraueris ſanè, ſed decorum ipſum attigeris. Quibus
efficitur, vt anima citra ductum vllius doctrinę, ſuapte natura propendet ad id expetendum
quod ſuum proprium bonum eſt, quódque accommodatur ſibi natura. Quapropter cõmu-
ni omnium ſententia celebratur temperantiæ virtus, nulli non accepta eſt iuſtitia, admira-
bilis conſpicitur fortitudo, omnium votis ſtudioſè expetitur prudentia, quæ quidẽ virtutes
quatuor propiùs attingunt animam ac germaniùs, quàm corpus ipſum ſanitas. Vos porrò fi
lij amate & colite parentes. Vos parentes nolite ad iracundiam filios prouocare. Nũquid &

Ab exẽplo.

natura ea nõ dicit? Nihil noui diuus Paulus ſanè monet, ſed naturę vincula vincit, inſuperq;
F pręſtringit, Si leæna diligit eam quæ ex ipſa profluxit, prolẽ: ſi lupus pro ſuis catulis pugnat:
quidnam ipſe dixerit homo, ſi neq; mandatis obtemperat, & naturam ipſam adulterat, cum
aut filius ſenectutem patris intoleranda aſpergit ignominia, aut pater ob ſecundarũ nuptia-
rum ſocietatem, priorum obliuiſcitur filiorum? Sũma profecto dilectio, ſummus amor bru-
tis eſt inter parentes ac fœtus ſuos: quapropter & qui ea condidit deus, defectum rationis a-
crimonia ſentiendi opulẽtiore tẽperauit ſolatusq; eſt. Nã vnde fit, vt in ouiũ quidẽ tã copio-

Attende in agno naturæ miraculum.

ſo numeroſoq; grege, è ſtabulis exiliens agnus, matris ſuæ continuò percipiat vocem, ad eãq;
properet, atque lactis fontes proprios rectà petat, papilliſque maternis contentus ſit, etiamſi
perparum habeant ſucci, præteritis haud paucis vberibus lacte diſtẽtis? Quin mater ipſa inter
tã multos numeroſóſque agnos, eum internoſcit, vt proprium. Vna vox omnium eſt, vnus

 idemq;

idémque ſæpenumero color, vnus etiam penitus odor, quatenus odoratus noſter nouit di- G
ſcernere.Atqui iſtis ineſt quędam ſentiendi facultas,noſtra longè nimirum exactior,qua ſuũ
cuiq; proprium facilè dinoſcere licet. Catulus nondum obortis dentibus iam ore quiddam
minatur ei,qui dolore ipſum affecit.Nondum cornua vitulo ſunt exorta:ſcit tamen qua ſua
arma parte naſcitura ſint. Hæc indicant animantes cunctas iſtiuſmodi natura indociles eſſe
ac doctrinæ rudes:nihil tamen in rebus eſſe non ordinatum,non certa lege prouidentiæ cir-
cunſcriptum ac definitum,ſed omnia in ſe circunferre quędam ſapientię ſui creatoris veſti-
gia.Itaque orta eſſe ſe declarant,vt ſint ad conſeruandam ſuam ſalutem ſuapte natura para-
ta.Et quidem canis expers rationis eſt, ſenſionem tamen obtinet parem propè dixerim ra- H
tioni. Quæ nanque ſeculi ſapientes per prolixum vitæ totius otium deſidentes vix tandem
inuenerunt,argumentationum (inquam) rationúmque nexus:in iis ſeſe offert canis eruditũ
ab ipſa natura.Nam cum eius feræ veſtigia,quam perſequitur, inueſtigat, ſiquidẽ inuenerit
ea pluribus ſeſe findentia modis: diuortia viarum ſingulatim digreſſionéſque quaſcunq; in
partes ferant,vbi ſuo illo ſagaci odoratu perluſtrauit, vocem propè ſyllogiſticam per ea quæ
agit,elicit hoc pacto:fera quam perſequor,inquit,aut hac,aut illa,aut iſta diuertit parte.At-
qui non hac,non item illac:reſtat ergo illam iſthac abiiſſe via:atque ita falſa tollẽdo, verum
inuenire ſolet. Quid plus faciunt, qui pro linearum deſcriptionibus deſignandis tanta cum
grauitate ſedent iſti,lineíſque pulueri inſculptis, è tribus vbi duas propoſitiones ſuſtulerint
vt falſas,in ea demum quæ trium reliqua eſt,verum comperiunt.Memoria vero beneficiorũ I

Memoria canis & gratitudo.

animantis huiuſce,gratiæq; reddendæ quem ingratum beneficiorúmque immemorem,non
pudore ac dedecore aſperſerit? Iam quidẽ & interfectis à latronibus in ſolitudine dominis,
complures à cadaueribus canes non receſſiſſe,ſed ibidem expiraſſe memoriæ traditur.Non-
nullos etiam cæde adhuc recente duces illis fuiſſe qui latrones inquiſierunt: & ad pœnam
maleficos rapi fecerunt. Quid hic iſti dixerint,qui nullo ſuum opificem altorémque deum
proſequuntur amore:ſed vt amicis etiam, & neceſſariis iis vtuntur, qui loquuntur aduerſus
deum iniquitatem,eiuſdem participes menſæ facti:& ad alimoniam ſumẽdam admiſſi, ad-
uerſus beneficum ſuum altorem blaſphemas voces tolerant efferri? Sed ad creaturæ ſpecu-
lationem redeamus oportet.Animalium ea quidem quæ facilè capi poſſunt,fœcundiora lon K

τὰ ἐυαλωτότερα τῶμ ζώωμ πολυγονώτερα. φθαρτικὰ ἄλλωμ ὀλιγοτόκα. ἐιρωνεία in πρέποντας μισθούς. ἐπιφώνημα. γνώμη.

gè cæteris eſſe conſtat.Quocirca tam lepores,quàm feræ & agreſtes capræ, oues item ſylua-
ticæ ſæpius gemellos pariunt fœtus, ne genus deficiat abſumptum & ad prædam expoſitum
feris iis, quæ ſanguine gaudent,carnéque veſcuntur cruda:at ea quæ aliis exitium corrupte-
lam ve adferunt,certum eſt longè minus fœcunda eſſe. Quapropter leonis vix leæna mater
euadit.Edi nanque partum, vnguium acie lacerato in enixu vtero,vulgò ferunt. Viperas e-
tiam vtero matris eroſo fama eſt in lucem exire,decentes ſcilicet mercedes, præmiaq; paren
ti reddentes.Adeò nihil eſt in iis,quæ ſunt,cui non ſit bene prouiſum,cui non data ſit opera
curáue ſuæ naturę accommoda.Quod ſi perſcrutari perciperéque parteis animantium velis:
nihil prorſus opificem adiunxiſſe quod addendum non eſſet, nihil non attuliſſe quod neceſ L
ſarium ſit inueneris.Carniuoris animalibus acutos accommodauit dentes. Eſt enim talibus
opus ad conuenientis alimenti formam atque naturam. Quæ verò parte ſolum dimidia dẽ-
tibus armata ſunt,iis numeroſa conceptacula, compluréſque meritò, variáſque pabuli cellu
las extruxiſſe videtur. Nam quia primùm immiſſus ori cibus, officio munereq; dentiũ haud
ſatis minutim conficitur:idcirco data eſt ipſis reuocandi cibũ deuoratũ facultas, quo rumi-
natione ſatis confectum alimentum concoqui poſſit:& ei quod alitur,in ſubſtantiam tranſ-
iens coaptetur.Gulæ, membranulæ ventris quæ internæ ſunt,reticula,maiora inteſtina, ho-
rum nihil otioſè animalibus quæ ea habent,inditum eſt:ſed neceſſarium munus vſumq; ſuũ
horum quodq; explet.Collum prolixum camelus obtinet:quo par ſit pedibus,& eam qua ve M

Camelus.

ſcitur herbam attingere valeat. Contrà perbreue eſt humeróq; ingeſtum tam vrſæ, q̃ leoni,
quæ etiam tigridi,cęteríſq; generis huius animantibus collum: propterea quòd haud ex her
bis ipſis offertur pabulũ,nec vt humũ attingãt ore, neceſſe eſt:quippe cum carniuora ſint,&
animalium venatione prædâq; vitam ſuffulciant ſuam.Quid ſibi vult proboſcis elephanto?

Elephantus

Quoniam tantę molis hoc animal, & omnium terreſtrium maximum ad ſtuporem admi-
rationẽq; obuiis incutiẽdã productũ eſt, oportebat carnulẽtũ eſſe & obeſo corpore diffarctũ.
Huic ſi grãde pro rata mẽbrorũ inferiorũ pedũq; ratione exęquatũ collũ adiũctũ fuiſſet,inat-
trectabile penit⁹ eſſet,exuperãte põdere ſemper ad humũ deuergẽs. Nũc aũt caput quidẽ per
colli paucas admodũ vertebras,ſpinæ dorſi counitur.Proboſcidẽ autem habet officiũ ſubeũ-
tem mu-



A tẽ munúſq; colli, qua planè tã pabulũ ſumere, q̃ potũ etiã adhaurire ſolet & ad ſe ſuſtollere.
At enim pedes ipſi ſunt inarticulati,quò quaſi columnæ coünitæ, vaſtam illam corporis mo
lem ſuffulciant.Nanq; ſi artus tanto corpori ſuſtinendo molliores & qui facilè inflecteren-
tur,eſſent ſubſtrati:creberrimæ fierent emotiones articulorum,fera in humum modò genua
reclinante, modò ſe attollente ex humo. Neque enim alleuandæ tantæ moli ſatis eſſent.
Nunc verò paruus talus pedi ſubiicitur elephanto,nec tamen in teretem flexuram,neque in
genu commiſſuram dearticulatus eſt aut diſtinctus. Neque enim ad lapſum prona articu-
lorum lentitudo carnulentam illam tanti animalis molem ferre poſſet, tanta adeò circun-
funditur copia carnium,vt continenter intremiſcat,ruinamque videatur interminari.Quę
B cùm ita ſint,opus elephanto fuit illo porrectiore naſo,qui ad pedes vſque demitteretur. Nõ
vides in bellis,quòd perinde ac turres quædam animatæ vniuerſo agmini viam muniunt ac
prægrediuntur? Aut certè veluti colles quidam concretione carnium condenſati,intolera-
bili facto impetu conſtrictas conſtipatáſque hoſtium acies diffringunt & diſſecant? Quod ſi
partes infernæ minùs decenti proportione reſponderent reliquæ moli corporis, nullo ani-
mal tempore perſiſteret.Et quidem ſunt etiam nunc,qui certò ſciant viuere elephantum an
nos trecentos atque adeò his tantò plures: cauſam adſcribunt huic inarticulatæ membro-
rum compagi,nec vllis diſtinctæ articulis. Iam verò vti diximus,illa proboſcis è terra ſur-
rigit ſibi, quo alatur,pabulum, naturâ cùm ſit id Elephanti roſtrum aſſimile ſerpenti,& hu-
midius,eóque quanlibet in partem magis flexile.Adeò vera illa ſententia eſt,In rebus crea-
C tis nihil vſpiam inueniri poſſe quod vel ſuperuacaneum ſit, vel deſit neceſſariæ functioni.
Atqui tantæ iſtius molis animal nobis vt ſubſeruiret,ſubq; manus noſtras ſterneretur,ſanxit
deus:adeò vt cùm à nobis docetur,quid velimus,intelligat, cùm vapulat,ſuſtinet: nos do-
cens euidenti admodum exemplo,omnia noſtræ ſubiecta eſſe ditioni, quòd ad imaginem
ſumus noſtri creatoris conditi. Non ſolùm autem in tam magnis animantibus, verume-
tiam & in minimis, ininueſtigabilem inſpicere dei ſapientiam nobis, admirariq; licet.

Collatio.

Nam vt haud magis ſublimium cacumina montium admirari ſemper ſoleo (quæ quidem
quia propinqua ſunt nubibus,continuis circunquaque flatibus hybernam perpetuò refrige-
rationem ſibi conſeruant ac detinent) quàm concauitates conuallium, non ſolùm incom-
D modos cœli flatus locorum eminentium euitantes,ſed & tepidum ſemper aërem continen
tes:ſic & in animantium etiam compagine non elephantum admirari potiùs cõſueui, pro-
pter tantum magnitudinis tumorem, quàm murem, qui formidoloſus eſt elephanto: aut
ſcorpij tenuiſſimam partem,aculeum,inquam,quem cauum perinde,atque fiſtulam artifex
vniuerſi,quo virus per ipſum ictis infundatur atque imprimatur,extruxit.Atq; nemo crea-
torem eam ob rem incuſare velit,quod animalia venenata,exitia vitæ neciq; parata noſtræ,
in rationem rerum induxit:vel adeò quiſpiam,& inſtitutorem educatorémq; puerorum ac-
cuſet,in ordinem redigentem iuuẽtutis ingenium,ad improbitatem,ad libidinem luxúm-
que propenſum plagis verberibúſque caſtigando,ac coërcendo.Fidei ſanè demonſtrationes

Obiectionē ſoluit per ſimile.

E ſunt ipſæ feræ.Confidis in domino? ſuper aſpidem & baſiliſcum † ambulabis, & conculca-
bis leonem & draconem:atque habes poteſtatem ex fide ambulandi ſuper ſerpentes ac ſcor
piones.An non vides viperam illapſam manui diui Pauli arentia ligna vel ſarmenta colli-
gentis,nihil illi penitus detrimenti impreſſiſſe,propterea quod fidei plenum inuenit? Quòd
ſi fide cares,haud feram potiùs exitialem,quàm eam qua præditus es fidei vacuitatẽ,tute ti-
bi metuere velis:qua te iam cuiuis internecioni & corruptelæ expoſuiſti. At enim ſentio
iamdudum ea quæ ad hominis ortum generationémque pertinent, auditores à me maxi-
mopere poſtulare,mihiq; videor propè dixerim,eorum in me cordium clamores exaudire,

Fide nihil nobis non ſubiicitur. † Inſcendes vel aſcẽdes ἐπιβήσῃ.

F quibus dequeruntur ac inquiunt,ſe quæ noſtræ ditioni ſubſtrauit opifex deus,qualia ſint,na
tura doceri,ſeipſos verò ignorare. Omni igitur cunctatione nos occupante depulſa poſitá-
que,neceſſe eſt hac de re vt diſſeramus. Reuerà enim difficillimum eſſe omnium videtur,
ſeipſum cognoſcere.Non ſolus enim oculus ea quæ ſunt foris conſpiciens, in ſeipſum cer-
nendum haud vtitur facultate videndi: ſed ipſa mens etiam noſtra peracutè perſpiciens a-
lienos errores,tarda eſt & cunctatior ad proprios ſuos cognoſcendos defectus. Idcirco nũc
etiam oratio noſtra, cum aliena iam incunctanter tranſegerit, languet lenteſcítque ad ea
perquirenda quæ ad nos attinent,quanquam haud fit vt magis ex cœlo terráque deum quiſ
piam,quàm ex noſtra propria natura,compagine,conſtitutionéque percipiat:ſi is modò ſe-
ipſum ſagaci vſus præduce prudentia inueſtigauerit:quemadmodum diuus propheta dixit,
Mirabilis

μὴ expungẽdam ſimile quod ſequitur continẽter. ὁμοίωσις per collationẽ oculi & mẽtis.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,id eſt vbi me ipſum noui , immenſam exuperantemq; G
tuam ſapientiam ipſe didici. *Et dixit deus,faciamus hominem.*) Quo mihi iam conſpicitur lo
*Faciam⁹ hominem, παρασκευὴ Baſ. ad tractationem humanæ formationis.*
co Iudæus,qui in iis quæ ante dicebantur , quaſi per feneſtras ingrediente , & intermicante
luce theologiæ , perſonámq; ſecundam innuente , nondum autem perſpicuè inclareſcen-
te eadem veritati repugnabat : ipſumque deum ſecum diſſerere , ſéque alloqui dicebat.
Ipſe enim dixit (aiebat) & ipſe fecit . Fiat, inquam, lux, & facta eſt lux : Erat igitur & tunc
in iis quæ dicere Iudæus ſolet , cuiuis obuia & cognobilis omnibus abſurditas . Quis e-
nim faber aut ærarius aut lignarius aut certè coriarius ſutor ſolus ipſe quidem , nec alio
quoquàm ſibi cooperante ſtipatus, intérque ſuæ artis inſtrumenta deſidens,quis inquàm ſi- H
bi ſoli admurmurat dicens: Faciamus gladium,aut:Compingamus aratrum,aut:Conficia-
mus calceamentum : ac non potiùs ſilentiò ſuam cum libuerit accommodatam ad artem
exequitur operationem?Sunt enim inſignes profectò nugę,vnum aliquem inueniri qui ſibi
imperet ſiue præceptorem deſidere ac heriliter ſeipſum vehementérque vrgere & adhorta-
ri.Verumenimuerò qui ſummo ſtudio calumniis perſequuti ſunt dominum ipſum,nec vn-
quam eos puduit huius,quid non dixerint,quęſo?quid non finxerint,exercitatam paratám-
que linguam ſemper ad quoduis falſum dicendum habentes ? hæc tamen vox præſens peni
tus ipſorum os oppilat:Et dixit deus,Faciamus hominem.Nunquid & nunc etiam (dic mi-
hi Iudæe) ſola,perinde vt tibi placet', atque vnica eſt ipſa perſona ? Non enim ſcriptum eſt,
fiat homo,ſed faciamus hominem.Hactenus nondum apparuit , qui doceretur, atque ideo I
in abyſſo diuinæ cognitionis præconium hoc celabatur ac tegebatur:deinceps iam ipſius or
tus hominis certò expectatur,detegitur parumper ipſa fides,& apertiùs indicatur iſtius ve-
ritas diuini decreti:Faciamus hominem. Audis ô tu qui bellum indixiſti perpetuum Chri-
ſto,deum ipſum,ſuum in creandis rebus ſocium alloqui,per quem fecit & ſecula,qui portat
omnia verbo potentiæ ſuæ. At non cum ſilentio & quiete religionis rectæ ſententiam perfi-
*Elegans collatio.*
dus Iudæus acceptat:ſed vt ferarum eæ,quæ ſummo perſequũtur hominem odio,cum viua-
riis includuntur, circum ſuæ illius caueæ ſepimenta frendent dentibus & circumfremunt,
amarulentiam feritatémque naturæ oſtentantes,cùm non queant conceptum explere furo-
rem : ſic & inimica gens veritatis, Iudæi in anguſtum intruſi, multæ ſunt (inquiunt) perſo- K
næ non vna,ad quas oratio dei dirigitur:angelis enim adſtantibus,faciamus hominem di-
cit.Iudaicum hoc eſt profectò figmentum:& ex illorum odio in Chriſtum deliræ iſtius & fu
tilis fabulæ excogitatio deriuata eſt.Iſti enim vt ne vnum nempe Chriſtum admittant , in-
numeras introducunt perſonas:& per hoc quòd filium habent deſpicatui,ſeruis ipſam con-
ſultationis tribuunt dignitatem,conſeruóſque noſtros autores noſtræ creationis efficiunt.
Homo enim vt primùm ſtatum aſſequitur ſuæ perfectionis , ad angelorum rectà reducitur
dignitatem . At quænam tandem creatura ſuo adæquari vnquàm creatori poſſit ? Conſi-
dera autem id quod continenter ſequitur: Ad imaginem noſtram. Quid ad hæc dicere pa-
ras ? Num vna & dei & angelorum imago eſt ? Prorſus filij patriſq; forma eadem vt ſit,ne-
ceſſe eſt . Formam hic vt intelligamus neceſſe ſit , quæ diuinam addeceat maieſtatem : hoc L
eſt non lineamentis conſtantem corporeis , ſed in peculiari numinis proprietate conſi-
ſtentem . Quin tu qui ex noua iſta circunciſione es, audi : audi inquam , tu , qui chriſtia-
niſmi prætextu nihil habes quod Iudaiſmo ducas charius . Cui dicit : Ad imaginem no-
ſtram ? Cui quæſo te,alij, quàm ei qui ſplendor eſt gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, ei qui eſt
imago dei inuiſibilis ? Suæ igitur imagini propriæ, quæ viuit,quæ dixit : Ego & pater vnum
ſumus:& qui me vidit,vidit patrem:huic dicit,faciamus hominem ad imaginem noſtram.
Vbi vna eſt imago,quem ibi locum obtinet diſſimilitudo ? Et fecit deus hominem,non di-
xit,fecerunt.Euitauit hoc loco perſonarum multitudinem.Per illa nanque Iudæum erudie- M
bat:per hæc vero gentilium excludens errorem,ſecurè admodum ad vnitatem recurrit : vt
& filium ſimul cum patre intelligas,& multitudinem deorum longè periculoſiſſimam ef-
fugias. *Ad imaginem dei creauit ipſum.*) Iterum ſocij creationis perſonam adduxit.In his e-
nim,non ad imaginem ſuam dixit, ſed ad imaginem dei . At quanam in re dei ſui creatoris
imagine præditus ſit homo,quoque pacto ſimilitudinis particeps ſit , deinceps in ſequenti-
bus, deo præſtante nobis facultatem , dicemus atque explicabimus . Nunc id tantum dica-
mus,ſi vna eſt imago,vnde tibi in mẽtem venit intolerabilis hęc impietas, diſſimilem aſſe-
rere filium patri . O ingratitudinem, Ne eam quidem ſimilitudinem cuius factus es parti-
ceps,reſoluis illi aut rependis qui hoc beneficij in te contulit:ea inſuper quæ per dei gratiam
gratuitò



A gratuitò indulta ſunt, conſtatura tibi cenſes perpetuò , qui interim domino non permittis,
vt quam ad ſuum habet genitorem , ſuapte natura ſimilitudinem, illam tueatur . Sed enim
ſilentium ecce nobis indicit deinceps adueſperaſcens tempus,Sole iamdudum ad occiduas
emiſſo plagas.Hic itaque & nos iam dictis contenti noſtram hanc orationem conſopiri ſi-
nemus,& interquieſcere . Et quidem nunc ea ſermone attigimus , quæ quatenus faciant ad
promouenda & excitanda ſtudia veſtra,ſatis ſint.Exactiorem porrò accuratiorémq; propo-
ſitarum rerum diſcuſſionem,in iis quæ deinceps ediſſerentur,opem ferente diuino illo ſpi-
ritu & nobis cooperante reddemus . Lætitia igitur & gaudio perfuſi in ſuas quiq; ædes mihi
nunc abite,Chriſti amantiſſima concio.Ite inquam, menſas veſtras per ſe alioqui reueren-
B tiæ & honeſtatis plenas eorum quæ mihi dicta nunc ſunt , commemoratione exornaturi,
vice edulij ſplendidioris,proq; condituris omnifariam apparatis.Quiſquis interim diſſimi-
lem patri aſſerit filium,hic dedecore omni pudoréq; aſpergitor,perfidum Iudæum ludibrio
habetote,contrà pius omnis tripudiet ſibiq; decorè placeat in ſententiis veritatis . Perpes e-
ſto gloria domino,quem iugis addecet gloria & imperium,In ſecula ſeculorum,Amen.

## HOMILIA DECIMA DE HOMINIS *primigenia conſtitutione , Godefrido Tilmanno Cartuſienſi interprete.*

*Decimã hãc & item vndecimam interpres σποράδην pro loco diffudit paraphraſi,quò vtraque exiret explicatior.*

C

DEbitum quo me vobis nõ ita pridem obſtrinxeram,en aduenio exoluturus ac pro-
inde fidem liberaturus meam.In eiuſmodi reddendo quòd fuerim veſtra omnium
expectatione cunctatior,nulla hoc fecit animi erga vos mei maleuolentia minùs
agnoſcentis quid ex pacto deberet:ſed ne vti condictum erat,in tempore exolue-
rem, ſola interceſſit corporis huius mei aduerſa valetudo . Sanè hoc genus debiti tale eſt,
quod quantò neceſſarium magis intelligitur:hoc vos ſolitò attentiores requirit,& ad audi-
endum alacriores.Neque enim iuſtum fuerit,ſi qui tãta cum alacritate ſuſtinuiſtis vos mea
D qualicunq; opera perdoceri natiuam indolem ferarum,natatilium,pecorum ac volatilium,
de cœlo item & his quæ per cœli defluxum in inferiora ſidunt, de terra & iis quæ è terra e-
micant,ſtirpibus:non etiam vel pari ſtudio huc aduigiletis,quò vobis illuſtrior fiat cogni-
tio noſtræ omnium primigeniæ generationis,idq; ſententiis è ſcriptura diuinitus inſpirata
petitis ac depromptis.Vt enim oculi noſtri ad externa contuenda quum ſe totos effundant,
*Elegans & phyſica ὁμοίωσις.*
ſe interim non vident , ni fors quiduis ſolidum attingant , cuius quidem illinc in ſe refra-
ctione , quaſi è quopiam aquarum refluxu ipſi in ſe reſilientes ac retroacti ſe ſibi ſpectandos
exhibeant & viſendos:itidem & mens noſtra cætera quum videat,minimè cernit ſeipſam,
niſi acie fixiùs intenta ſcripturarum contemplationi.Hinc quippe refringuntur ſplendifluæ
E lucis radij,quibus illuſtrata cuiuſq; noſtrum mens contempletur ſeipſam , deniq; & agnoſ-
cat.Imprudentes alioqui nos , nec circunſpectim attenti noſtræ ipſorum primariæ inſtitu-
tioni,adeò vt nos quoq; lateat, quid ſumus,ad quid item conditi . Tam enim ſupinè nobis
ipſis afficimur,& neglectim adeò,vt ne ea fideliter quidem teneamus,quorum cognitio paſ
ſim obuia cuiuis & ad manum eſt,ceu illæ ſunt in nobis minutiſſimæ partes . Quàm multæ
occupationes circa humanum hoc corpus,ſtudium omne noſtrum deterunt, & abſumunt?
Quòd ſi ad mentem aduoces artis medicæ profeſſionem,facilè compereris , quanta de vti-
litate vſũ ve partium corporis ars eadem ob oculos nobis percenſeat & enarret. Quot quæ-
ſo , in anatomicis traditionibus de intimis partibus corporalis opificij excogitauit vias, re-
F truſas quidem illas ac velut in arcano quodam receſſu deliteſcentes?ceu ſunt vna & eadem
*μίαν σύμπνοιαν.*
à toto corpore conſpiratio , canales è quibus ſpiritus elicitur , elices quaſi quidam aquæ du-
ctus ſanguini ducendo natura comparati,attractio reſpirationis,ſitus foci nimirum præfer-
*οἴκησιν ἑστίας.*
uidi caloris in corde,illa reſpirandi perpes agitatio ac diutiſſimè durans in præcordiis. Sex-
centa eiuſmodi à medicis philoſophica commentatione perueſtigata ſunt, quorum cogni-
tionem vt doctrice experientia aſſequamur,nemo noſtrum vel tantillo habet ſtudio, quòd
nemo ad eam peritiæ partem ſolerter exquirendam diſpertiatur & inſinuat ſuum qualecun
que otium.At ne vnus vſpiam comperitur qui ſtudium ſuum in hoc collocet,ſe vt nouerit.
*Multi multa ſciunt, & iidẽ ſeipſos neſciunt.*
Naturæ enim procliuitate prægeſtimus noſſe,cœlum quid ſit:quàm quid nos ipſi.Ne tu itaq;
id contemnito, quod in te admirabile elucet. Tuo quidem arbitratu parui es & exilis mo-
menti:

menti:at magnum quid eſſe te deprehendes,ſi primę tuæ conditionis inieris rationem.Ob G
hoc eminentis ſapientiæ vir ille Dauid,quòd probè noſſet ad exactam iudicij librilem ſe ap-
pendere & diſcutere,ait:Mirabilis facta eſt ſcientia ſiue cognitio tua ex me.Artis enim tuæ
ſolertiam deus quæ in me conſpicitur,ſimul atq; ſum contemplatus,nimirum quanta ſapiē-
tia corpus ipſe meum compegeris,ex iſtius qualiſcunq; opificij perpenſa conſideratione opi
ficem te eſſe eximium agnoui & prorſus admirabilem: *Faciamus hominem ad imaginem noſtrā*
*& ſimilitudinem.*) Demonſtratum priùs aliquantò eſt & quidem velut in tranſcurſu,ſatis a-
lioqui expreſſum putē, quis ſit is qui loquitur,& ad quem direxerit verbum. Habet ſanè ec-
cleſia hiſce de rebus confeſſas & compertæ veritatis demōſtrationes,veriùs habet fidem de-
monſtratione omni tantò certiorem ac ſolidiorem. *Faciamus hominem.*) Noſſe vis teipſum? H
vel hinc auſpicium ſumito.De nullo enim opificiorum quæ eatenus condiderat,vox iſta in
literas tranſmiſſa eſt.Lux facta eſt,idq; ſimplici mandato.Nam dixit deus,fiat lux,cœlum,&
ecce cœlum præeunte nulla conſultatione conſtitit.Rurſus luminaria,nec quicquam legitur
præextitiſſe initi conſilij de condendis luminaribus.Præcepto item fecit mare vt eſſet, pela-
gús ve omni dimenſione ſuperius.Dei mandato omnigeni piſces facti ſunt.Feræ itidem,iu
menta,volucrum genus omne,Dixit deus vt eſſent,& ecce facta ſunt. Non iam hic conſti-
terat homo,& de formando homine initur conſilium.Non hic iam,vt de aliis præmiſerat,
dixit:fiat homo.Erudire hinc ô homo ac ediſce,quanti vnus tu æſtimandus venias . Neque I
enim generationem tuam ceu abiectitiam aut pretij vulgaris communi creaturarum man-
dato cenſuit attexendam.In deo conſultatio prægreditur,quo pacto id animantis quod tan-
ti fuerat ęſtimandum,prouehi deberet ad vitam.Faciamus,ait.En conſultat ſapiens,& quid
ſecum inſtituerit artifex,proponit decernendum.Quid enim?Artis ne ſuæ exacta cognitio-
ne deſtituitur artifex tantus?Abſit.Per hoc ſanè quòd curam eam condendo homini inter-
ſerit ſcriptura,innuit deum voluiſſe ædere quidpiam operis quod eximiæ ſuæ artis ſpecimen
eſſet numeris omnibus abſolutum,perfectum,ſolertiq; artificio elaboratum ac perpolitum.
Aut certè,tibi vt inſinuet quàm ſis in oculis dei tuapte natura perfectus . Duas porrò perſo-
nas hîc adeſſe luculenter doceris,vnam nimirum quę loquitur,& ad quam dirigitur ſermo, K
alteram.Quidni dixit:facito tu,ſed faciamus hominem ? vt ius domini in omnem creaturā
intelligas filio iuxta ac patri commune eſſe, vt ne agnitionem aſſecutus patris , ignoratione
caligares filij:ne te clam eſſet patrem per filium cuncta feciſſe & eadem filium cōdidiſſe an-
nutu paternæ voluntatis:ac proinde patrem glorifices in filio,filium quoq; in ſpiritu ſancto.
Itaq; efficeris tu vtriq; commune opificium,vtrunq; vt adores communiter , non culturam
ſcindens debitæ deo venerationis , ſed naturam coüniens diuinæ maieſtatis . Hic tu mihi
contemplare figura hac verborum hiſtoriam quidem repræſentari: at potētia exprimi theo-
logiam. *Et fecit deus hominem.*) Quum dixerit,faciamus,non continenter ſubiecit: Et fece
runt,ne quam hinc arripias anſam comminiſcendi tecum numeroſam illam deorum mul- L
titudinem.Si enim multitudinis numero perſonam intuliſſet:nullus neq; modus,neq; finis
fuiſſet homini inexplebilem ſibi coaceruandi deorum multitudinem.Et quidem dixit nūc,
faciamus,vt hoc inſigni dicto agnoſcas patrem & filium & ſpiritum ſanctum.At poſterius:
fecit deus hominem,diuinam vt vnias maieſtatem.Sanè vt vnias non eas quæ ὑποςάσεις di
cuntur,hoc eſt,ipſas tres perſonas,ſed quatenus id vnitatem concernit potētiæ, vt vnam in
diuinis retineas gloriam ac maieſtatem,circa eius adorationem impartiliter habens te, non
item eam vnitatem diſſecans aut partiens in deorum multitudinem. Neutiquàm dixit:fece
runt dei hominem,ſed fecit deus,diſcreta licet ſit patris ac propria ὑπόςασις , perſona vide-
licet,propria item filij,propria quoq; ſpiritus ſancti.Quidni igitur tres ſunt?Quòd vna ſit di
uinitas.Quam enim in patre contemplor diuinitatem,omnibus eſſentiæ gradibus eandem M
intueor & in filio.Et quam in ſpiritu ſancto, hanc ipſam & in filio iubeor agnoſcere , quòd
forma in vtroq; ſit vna,& principium à patre in filio idem,quò fit vt apud nos adorādi glo-
rificandiq; ratio vna ſit.Principium ſanè noſtræ generationis,Theologia vera eſt : nempe,
faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.Facti vtiq; ſumus ad imaginē
dei.Quî nam intelligendum,Ad imaginem dei?Cor ipſi expiemus ab inſcientia & ruditate,
repurgemus iſtam præſumptionem ineruditam,omnemq; de deo inſipienter & indoctè cō-
ceptam ſuſpitionem.Dixerit quiſpiam : Si ad imaginem dei facti ſumus , conſequi videtur
deum nobis eſſe conformem.Oculós ne deus habet,aures,caput,manus, deniq; & coxendi-
cem:quo nitatur ſeſſitans?In ipſa enim ſcriptura ſedere deus aſtruitur.Pedés ne ei ſunt,quo-
rum

[ἐπιχείρησις propoſiti, argumenti. Verbum ſcilicet, faciamus.]

[Quæ gręcis ὑποςάσεις ſubſtantiæ vel ſubſiſtētiæ, Latinis perſonę ſūt.]

[Anthropomorphitarū impiam de deo recellit opinionem.]



A rum miniſterio iutus obambulet? Talis igitur deus ? A corde amolitor ac ſubmoueto haſce
de deo indecorè conceptas imaginationes.Abs te propellito cogitationem eiuſmodi abhor
rentem prorſus à magnitudine dei.Figuræ omnis expers eſt deus.Simplex enim, nec ipſum
vlla poſſis (quantanlibet imaginere molem)circunſcribere & metiri magnitudine aut quā-
titate.Ne quam opinere deo coaſſiſtentem formā.Ne tu eum qui veriſſimè magnus eſt,im-
minueris impietatem ſecutus Iudaicam : abſit,in animum inducas deum comprehēdi cor-
porali complexione.Ne confidas circunſcribi poſſe deum anguſtis iſtis mentis tuæ cancel-
lis. Magnitudine reuera eſt incomprehenſibilis. Cogites licet magnum eſſe & præconceptæ
huic magnitudini etiam atque etiam adde . Auguſtiori tuæ de deo cogitationi tantò adiice
B auguſtiorem , deniq; huic etiamnum tuæ ratiocinationi perſuadeto eam ipſam nullo pacto
ad ea pertingere poſſe quæ infinita ſunt. Nullam , dei memor cogites figuram . A potentia
intelligitur deus.In deo mihi conſidera naturæ ſimplicitatem , Magnitudinem quantitatis
exortem,Vbique eſt & ſupra omnia redundat, ſupereminens vniuerſis. Attactu nullo defi- [μέγεθος πόσον lege ἄποσον.]
nitur, infinitus enim.Comprehenſione tua cùm ſit ſuperior, elabitur , non vlla quantalibet
circunſcribitur magnitudine,non formæ vllius delineatione comprehenditur , quantamli-
bet imaginere potentiam,nunquam ipſum quiueris dimetiri,nullis adſtringitur temporum
interſtitiis,nullus illi præſtituitur finis.Eorum quæ circa nos conſpiciūtur, nihil tale aliquid
credideris ineſſe deo . Quo igitur ſenſu accipienda eſt ſcriptura aſtruens nos ad imaginem
C dei factos? Quæ de deo ſcriptura aſſerit, erudiamur primùm:dein quæ noſtra ipſorum ſunt,
ipſi cogitemus. Neque enim quod ad dei imaginem facti ſumus,id poſſidemus in iſtius de-
cidui corporis forma.Vnà enim cum corrupti corporis prolapſione, & illius intercidit for-
ma ac deperditur. Sanè quod incorruptibile eſt, figurari nequit in re obnoxia corruptioni.
Nihil corruptiuum rei incorruptę imago eſſe poteſt.Augeſcit corpus,idémque imminuitur: [ἀξίωμα.]
ſeneſcit,& immutatur. In iuuenili flore videas eſſe aliud , aliud dum temperata habitudine
perfruitur,aliud item malè affectum.Aliud metu dum conſtringitur anxium : aliud contrà
cùm ſe oblectat & hilareſcit . Aliud inopia rerū dū laborat: aliud rurſus copia eduliorū dū ſe
exatiat.In pace aliud,aliud in bello.Vigilāti color eſt alius,ali⁹ dormiēti.In illo qdē flos co- [τ͂ μὲν, τ͂ δὲ.]
D loris eniteſcit ſeq; exerit rubicūdior,nimirū calore ad externas prodeūte partes:in hoc cōtrà,
extimarū partiū caliditas refrixit,vt quę ſe proripuit in intimos receſſus corporis.Fit hinc vt
dormientium corpora pallore ſubliueſcāt. Quî igitur poſſit quod vicariæ permutationi ob-
noxium eſt,ei videri aſſimile quod ſuapte natura eſt inalterabile?ei quod ſemper ſui eſt ſimi
le,id quod ne momento quidem conſiſtit ? Nobis enim clam nec cogitantibus fugit more
fluentis aquæ. Priùs enim quàm ſpectandum ſe ac viſendum hominum oculis exhibeat, clā
elabitur fugitans,Aliud ex alio conſpicitur corpus humanum. *Ad imaginem noſtram.*) Fluitās [In exēplari, meo arbitratu mendum eſt.]
imago & perpetim dilabens quî poſſit immobilem ſeruare naturam ? quæ conſpicua & illu-
ſtri forma inſignitur,rem tueri formæ exortem?Ad quam igitur examinis formulam excu-
E tiemus illud: *Ad imaginem?* Nimirum in ipſiſſimis domini verbis . Ex me ſi quid in medium
attulero,cauetote id accipiatis:ſi dominicū,hoc ipſum excipitote.*Faciamus hominem ad imaginē*
*& ſimilitudinem noſtrā, & dominentur piſcibus.*) Corpore an ratione? In animáne eiuſmodi impe- [ἀρχέτωσαν]
randi dignitas prærogatiua repoſita eſt,an etiam in carne?Et quidem caro hęc quàm multis
eſt imbellior animantibus ? Quæ tandemcollatio eſſe poſſit humanæ carnis ad camelinam?
ad bubulam?deniq; noſtra hæc ſi ad vnius cuiuſlibet feræ componatur carnem? Collatione
prorſus ferinæ carnis humana hæc tanto illa facili⁹ intercipitur morte ac diſperit. Qua de-
mum in parte hominis ſita eſt hæc imperandi vis? In exuberanti opulentia prærogatæ ho-
mini rationis.Corporis enim viribus quanto iſtis conſpicitur inferior:tantò cęteras animan
tes exuperat diuite copia rationis . Vnde vel vnus quiuis homuncio quanlibet arduæ molis
F pondera ſuis emouet locis & aliò transfert?Idne conficit viribus nitens, intentiſque corpo-
ris neruis,an veriùs ingenij ſolerti induſtria? *Faciamus hominem ad imaginem noſtram.*) Dicens,
Faciamus hominem, vtiq; illum inſinuat,qui internus eſt. Dixeris fortaſſe tu: Quin vel hic
commeminit rationis?Hominem dixit ad imaginem dei.Ratió ne homo eſt? Audi Apoſto-
lum:Etiamſi is qui foris eſt homo noſter,corrumpatur: is tamen qui intus eſt,renouatur de [1. Cor. 4. d.]
die in diem. Quî poſſim iſtos duos internoſſe hoïes?Planè vnum,qui in cōſpicuo eſt omni-
bus:alterū, qui tectorio corporis iſtius palàm cognobili conuelatus deliteſcit,inuiſibilis ille
interior homo.Introcluſum itaque hunc habemus & arcanū hominē, deprehendimur hinc
quadātenus eſſe duplices: ac proinde id verum quod in omnium verſatur ore, intus ſumus. [ἔνδον ἐσμέν.]
Ego

feruntur? Per prærogatiuam enim collatæ tibi rationis, etiam hæc ditioni tuæ addicta ſunt G
Et reptilib' & mancipata. *Et reptilibus, quæ repunt ſuper terram.*) Vides denique, è quibus colligis te eſſe fa-
ctum ad imaginem dei. *Et fecit deus hominem.*) Quid igitur eſt homo? Ex iis quæ & legimus
& audiuimus, colligenda nobis eſt hominis finitio. Non enim neceſſe iam ſit, vt ipſi ab ex-
ternis aut à fide abhorrentibus mutuemur finitiones eiuſmodi, neque ad diſcutiendam veri-
Homo quid tatis doctrinam opus eſt dogmatis ex vanitate profectis. Homo factura dei eſt rationalis ad
ſui creatoris facta imaginem. Deſitne quiddam noſtræ huic finitioni, an ſecus: ipſi viderint
qui partem multò maximam retroactæ inſumpſerunt corruptiuæ iſti parandæ ſapientiæ.
*Ad imaginem dei factus eſt homo. Et, Benedixit deus hominem, ac dixit, Creſcite & multiplicemini & replete*
*terram.*) Huic conformis eſt & piſcium benedictio: *Et dixit deus, Producant aquæ reptilia anima-* H
*rum uiuentium, & factum eſt ita.*) Deinde, Et dixit deus, Creſcite & multiplicamini & replete
aquas. Quid hìc ſanè habemus, quod ſit eximium? Et quidem quæ exigebat neceſſitas natu-
ræ, eadem tibi cum cęteris communiter prærogauit. Cæterùm peculiares repoſitæ tibi ſunt
prærogatiuæ. Perinde enim ac cætera animantia, creſcis. Ab eo enim exorſus quod primùm
perquàm puſillum fuit, lenta quidem acceſſione ac ſenſim progrediente ad ſtaturæ perfe-
ctionem promoueris. Itidem equi, canes, nec ſecus aquilæ, olores & quodcunque tandem a-
κύκνοι, cygni, olores. nimantium quiueris depromere, ſimul atque ex genitali maſſula concepti primùm fœtus
per gradus ętatis adoleuerint & ad incrementi perfectionem fuerint prouecti, ibi rurſus quo
tidiana deminutione ac decremento ad prolapſionem defectúmque abeunt. Hanc igitur I
communem naturæ viciſſitudinem ac permutationem, nobis quoq; impartiuit. *Creſcite*, ait.)
hoc eſt, quotidiano augeſcite alimento: & puſilli atque exiles geniti ad ſtaturæ proceritatem
adoleſcite, ſit interim modus & pręſcriptus limes iſti incremento. Nam quòd per primi ſep-
Pro τρεφόμεθα lego τρεπόμεθα. tennij curriculum immutamur, nóſque ſtaturę permutatio tranſmittit in alteram annorum
hebdomadem: non hinc elicitur per omnem vitæ partitionem, vno quoque ſeptennio ſta-
turam corporis immutatum iri, párque accepturam eſſe incrementum. Prima annorũ heb-
domas puerilem ſtaturam complectitur, cuius metam qua clauditur, liquidò poſſis collige-
re ex dentium immutatione. Vt enim ceciderunt quidam, alij erepentes adnaſcuntur. Alte-
ram à prima ſtaturæ promotionem altera item auxeſis à ſeptennio ſumit & ad exitum vſq; K
protenditur anni quarti & decimi, quæ quidem ſecunda puerorum eſt. In prima enim puſio
παιδίον, παῖς. ἔφηβος, ἀνήρ eſt ſiue puellus, mox puer, dein adoleſcens ſiue puber à quarto & decimo. Poſt ſubſequẽtem
hebdomadem annorum denique vir. Hìc enim tertij augmenti meta ſtatuitur. *Creſcite igi-*
Meo arbitratu hic mendũ eſt in exemplari. *tur.*) Ad annos lícet centum vitam proroges, non continuò ſequitur ab anno primo ad vſ-
que centeſimum per omnes ætatum gradus accepturum eſſe te ſtaturæ procerioris incre-
mentum. Vnum enim verbum hoc ſcita ac ſapienti ratione dictum ſolerter ac prouidè di-
ſpenſatur. *Creſcite.*) Quouſque tandem? Statæ ne ſunt & circunſcriptæ creſcendi menſuræ?
Ab ipſa concretione ſeminis in matricem deiecti & fundamenti vice ſubſtrati licuerit col-
ligere futuri augmenti modum. Neque enim quæ progreſſu ætatis illi accreſcit ſtaturæ ac- L
ceſſio, videri debet donum recens & acceſſorium. Nam fundamenta corporis in vtero con-
ſtituendi, ex eo ſortita ſunt conſtaturam & ratam incrementi aptitudinem. Pueróne dentes
collapſi ſunt? Hoc inſigni agnoſcimus, quantum illi menſuræ acceſſerit. Trimúſne hic puſio
eſt? ex eo pater futuræ proceritatis admetitur menſuram. Nouit planè duplam illi iuſtæ ſta-
turæ proceritatem deeſſe. Quantus enim triennis deprehenditur puerulus, bis tantò eſt eua-
ſurus procerior compos factus plenitudinis augmenti, aut certè denuò tantus. Hic ille eſt
modus humanæ naturæ præſcriptus aduſque extremam vitæ lineam ac finem, nimi-
rum à prima ad alteram annorum hebdomadem. Ex ea deinceps iam facto pube-
ri calor accreſcit & intenditur, gracileſcenti corpori accedit formæ decus, ſicceſcit M
puerilis humoris defluuium, robur membra accipiunt ſolidius ac vegetantur. Hac æ-
tate homines inter eos primùm conſtituuntur, quibus cum coætaneis de virium robo-
re certamen eſt, nondum alioqui abſolutam conſecutis vegeti roboris perfectionem. Coa-
leſcit enim primùm iſtorum caro ac recens concreſcit, quarè teneriuſcula adhuc eſt, ac pro-
inde minùs idonea tolerando continenti & aſſiduo labori. Et quidem hoc genus animal de
cętero habet naturę beneficio leue vt ſit & agile. Tertia porrò annorum hebdomade iuſtam
accipit incrementi formulam. Poſt hoc ſeptenne tertium, non iam in longitudinem ſe ſur-
Pro ἔτι δὲ arbitror legendũ οὐκ ἔτι. rigit ſublimius corporis ſtatura procerior. Simul enim atque laboribus iſtis augmenti ſur-
ſum verſus ſe attollentis defuncta natura reſpirauit, tum deinceps in patulam & effuſam la-
titudinem



A titudinem ſenſim incipit tranſcendere & quaſi fundamẽta iacere, atque quaquauerſum ſub-
ſternere iis quæ in faſtigioſam altitudinem præmouit, ſimul & carnulentam circumponere
pinguitudinem ac proinde membra reddere corporis vegetiora. Et quidem hæc efficit na-
tura ad incrementa ordine legitimo progrediens. Sanè initiò facta ſunt hæc dominico vr-
gente imperio, perq; omnem deinceps creaturam progreditur aduſq; ſeculi finem vis illius
tum dictæ ſententiæ: *Creſcite & multiplicemini.*) Creſcite, vt ne creatura vnius ſemper & e- Creſcite & multiplicemini.
iuſdem ſtaturæ fini circunſcribatur, ſed adoleſcat. Multiplicemini, vt ne in vnum aliquem
abeat homo, magis autem in admodum multos propagetur. *Et implete terram.*) Implete,
non incolatu aut habitatione, (ita enim noſipſos viuentes alioqui locorum arctiſſimis an-
B guſtiis compreſſiſſemus, ſi terram voluiſſet admetiri modulo capaci noſtrę habitationis)
magis implete, poteſtati eam veſtræ ac dominio ſubſternentes. Nobis enim terræ dominiũ
prærogauit. *Implete terram.*) Ipſi ne homines eam vi ſubigentes implent? vtiq; eam vt im
pleremus, dominos nos conſtituit: & illam ſanè implemus munere nobis indultæ rationis.
Vt primùm perſpexerimus quanta porrigitur dimenſione illa exæſtuans & retorrida regio
eademq; inhabitabilis: quum clima illud boreale contemplabimur, quod ampliſſimæ licet
ſit capacitatis, fit tamen ob inſigne & exuperans frigus, vt tota ea regio vacua ſit culturæ,
nec vlli cedat hominum vſui, num quæſo videbimur impleuiſſe terram? Vtiq; eam imple-
mus, ſelecta portione quam nobis futuram vſui noueramus, repudiata ea quam intelligeba-
C mus vitæ huic traducendæ incommodam. Nos itaq; inſtituit terræ totius dominos opera-
toria virtute ſententiæ illius: Implete terram. Eſto, non tota in vſum conceſſerit noſtrum:
conſtat tamen ſub hominis ditionem, vniuerſam veniſſe. Nam ne tu quidem frumentum ſi βεβαίωσις à ſimili.
coëmiſti, neutiquàm negari debes dominus, quòd miſtim illi inſerta quædam comperian-
tur, quæ partim parando edulio conueniant, partim quæ excutere è medio debeas & abiice-
re. Aut lapides quidem vt eſui inutiles, illinc abiicis, & quicquid aliud ſe offert permiſtum
ad eſcam incommodum. Paleis primùm exufflatis, zizaniiſq; ſecerniculo diſcuſſis, ſeligis id
purum quod ſit, quodq; intelligis tibi ſubminiſtraturum conſiſtentem vitæ ſubſtantiam. Ad
eum itaque modum homini deus gratuitò terram contulit, hanc quidem nempe meliorem,
D humanæ habitationi accommodam, illam autem agricolationi conuenientem & proinde
neceſſariam, alia quadrupedum gregibus paſcendis dimiſſa eſt. Licuerit ne, dic tu mihi iam
conſtituere quod volo: quando munifica & indulgenti liberalitate creatoris, tanto inaugu-
ratus dominio, dicentis: Implete terram? *Et imperent piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & beſtiis*
*terræ.*) Hæc illa benedictio, hæc ſanctio legis poſitæ, hæc illa deniq; eſt dignitas per dei gra-
tiam, homini prærogata. *Et fecit deus hominem. Ad imaginem dei fecit illum.*) Hanc ne apodi- ἀπόδειξιν demonſtrationem.
xin annotaſti inabſolutam eſſe nec exactè concludentem? *Faciamus hominem ad imaginem &*
*ſimilitudinem noſtram.*) Duo quædam hæc complectebatur conſultatio, nempe: Ad imaginem
& ad ſimilitudinem, cum interim creatura ipſa vnicum obtinuerit. Num aliter conſultauit,
E ac ſemel initum conſilium dein permutauit in aliud? An in ipſa creatione illi pœnitentia
quædam ſe comitem addidit? Vlla ne in creatore inefficax ponenda impotentia eſt, vt qui
alia conſilio deſtinarit, alia opere ipſo præſtiterit: aut vlla hiſce ineſt verbis ſuperuacanea &
futilis loquacitas? Certè enim hoc dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem.*) Hic βεβουλευτικὴ vox eſt hic τάχα, non
verò vbi dixit, Ad imaginem: non ſubtexuit, Ad ſimilitudinem. Quicquid iam dictorum e- ἀποριτικὴ.
legeris, vtiq; in ius vocaueris ſcripturam. Quòd ſi malis hoc ipſum dicere ſcripturam, redun γνώμη.
dans vtiq; fuerit & ſuperfluum inculcare eadem & bis efferre. Intoleranda prorſus & grauis
blaſphemia fuerit vel verbum aſſerere in ſcriptura inueniri otioſum. Atqui nihil illa in areã
profert, otioſum quod ſit aut redundet. Igitur neceſſarium fuerit concludere hominem fa-
F ctum & ad imaginem & ad ſimilitudinem. Quamobrem minùs reddidit expreſſè ſcriptu-
ra, quæ deus vt faceret, conſilio inſtituerat? Quid ni dixit: Et fecit deus hominem ad ima-
ginem & ſimilitudinem dei? Elanguít ne, aut imbellis fuit virtus conditoris? Ratio hæc pla
nè impia. Pœnituít ne imperatorem initi conſilij? Tantò hęc præ illa eſt impia magis cogita- ἀσεβέστερον τὸ ἐνθύμημα
tio. Atqui dixit. Statuít ne aliud, mutato dein conſilio? Ne id quidem. Neq; enim iſte eſt ge-
nuin⁹ ſcripturæ ſenſus. Neq; opifici ad operis deſtinati exactam conſummationem deceſſit
quicquam virium aut deminutum eſt: ſed nec irritum abiit aut inane eius conſilium. Quæ
igitur tandem ratio eſt, quòd particulam poſteriorẽ iſtius ſuppreſſit ſententiæ: Faciamus ho
minem ad imaginẽ noſtram & ad ſimilitudinẽ? Nimirum hæc, quia illud quidem quod pri-
ore ſtatuitur loco, in ipſa mox creatione obtinuimus: quod poſteriore ipſi vt aſſequamur, à

noſtro pendet liberæ volũtatis arbitrio.Nam quòd ad imaginem dei facti ſumus,nobis ſup- G
petit prærogatum ex ipſa ſtatim primigenia conditione:vt autem ſimilitudine inſigniamur
dei,id demum relinquitur nobis acquirendum certa animi deſtinatione. Et hoc quidem vt
δυνάμει, ἐνεργείᾳ.
liberè eligamus,ineſt nobis potẽtia:at efficaci & operatoria actione eam nobis adſciſcimus
ſimilitudinem & conciliamus. Niſi enim is qui nos condidit dominus, anteuertiſſet occu-
patione,vt diceret illud,Faciamus,&,Ad ſimilitudinem, ſi non ſua ſolius munificẽtia præ-
rogaſſet poteſtatem, qua adiutrice nos ipſius ſimilitudini conformaremus : nulla vnquam
noſtra ipſorum facultate ad eam diuinę ſimilitudinis ſuſceptionem euaſiſſemus.Nunc quã-
do potentiâ quidem ſimiles deo nos fecit, largitus poteſtatem in hoc, vt aſſimilemur deo: H
δυνάμει.
reliquum erat,vt nos ſineret cooperari iſti gratiæ ſimilitudinis ad deum nobis potentiâ prę-
ἵνα ἄγγελος.
rogatæ,vt merces propoſita operi perinde,ac nuntius quidam ad operam ſtrenuè nauãdam
nos proliciat atque inuitet,vt ne cunctatiores deſideamus,ceu ſtatariæ imagines cuiuſpiam
A ſimili argumentum.
pictoris penicillo effigiatæ, nullo ſuo fructu in loco poſitæ, vt ne iſtius ſimilitudinis nobis
collatæ decus ac ſplendor alij cuipiam adferat laudem. Imaginem enim accuratiore opera
πρὸς τὸ πρωτότυπον.
ac ſolerti artificio afformatam primario exemplari fixiùs contemplatus,laudem non vtique
ad imaginem regeris,ſed pictoriæ manus artificem ſuſpicis articulum.Quò igitur ſimilitu-
Perſtat ἐν τῇ ὁμιώσει.
dinis huius admirabilis ac ſolida laus vni mihi cedat,non item alteri, penes me eſſe voluit
& licuit arbitrarium,ad dei vt poſſim pertingere ſimilitudinem.Per imaginem animę im-
preſſam meæ,obtinui rationis vſum:verum chriſtianus effectus,vtiq; ſimilis efficior deo. E- I
ſtote perfecti,ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt,ait. Viden', quò loci explicatiùs domi-
nus nobis ediſſerit illud,Ad ſimilitudinem? Quia,inquit, oriri facit ſolem ſuum ſuper ma-
los & bonos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Maliciæ omnis oſor ſi fueris,ſi immemor acce-
ptæ iniuriæ aut inimicitiæ heſterno cum quopiam contractæ,ſi fraternæ dilectionis & con-
cordiæ tenax,ſi alienæ calamitati indoleſcens ex animo aſſimilis deo inueniêre.Si inimici-
tias aduerſum te exercenti pio cordis affectu remiſeris,ad ſimilitudinem dei prouehêre.Ad
ſimilitudinem dei pertinges,ſi qualem hic ſe erga te peccatorem exhibet,talem te erga pro-
ximum qui in te deliquit,declararis miſericordis clementiæ affectu. Quarè illud prius, Ad
Ad imaginẽ Ad ſimilitudinem.
imaginem,obtines quidem tu ratione inſignitus:poſterius verò, Ad ſimilitudinem,ſtola be K
nignitatis amictus aſſequêre.Piæ miſerationis viſcera aſſumito, ſuauis ac placidæ benigni-
tatis, vt Chriſtum promerearis induere. Per quæ enim interiore affectu alienæ infœlicitati
condoleſcis,per eadem ipſe indues Chriſtum,perque cum ipſo contractam familiaritatem,
ἐπιφώνημα.
tantò ſe reddet deo familiariorẽ. Per hanc ſanè diſſerendi formulã, narratio hiſtoriæ ad hu
manæ diriuatur eruditionem vitæ. *Faciamus hominem ad imaginem.*) Ab ipſa mox creatione
obtinui illud,Ad imaginem: deſtinato autem ac liberiore animi propoſito,ad id prouehor,
Ad ſimilitudinem.Tua igitur aliqua ex parte eſt gratia,quarè meritò ingrederis coronatus.
τοῦ σου ἡ χάρις.
Totum enim tuus tibi ſi prærogaſſet opifex, qua tandem gratia tibi nihil commerito cœle-
ſtis regni fores reſeratæ fuiſſent?Nunc verò quiddam contulit, quiddam reliquit perficiun- L
dum, vt id in teipſo quum ad perfectionem promoueris, pronunciere nihil indignus qui
mercedem inſumptæ operæ deo repignerante recipias.Quo igitur pacto effingimur ad ſimi
litudinem dei?nimirum per euangelia. Chriſtianiſmus quid eſt?Aſſimilatio dei, quatenus
Non per euangelij nosci impios ac flagitioſos fratres aut lutheranos.
eam aſſequi poteſt humanæ fragilitas naturæ. Voti ne reus es te chriſtianum fore? Ne cun-
ctere deo fieri ſimilis,Chriſtum indue.Quonam pacto indues Chriſtum?Baptiſma qui non
accepit,qui indumento incorruptibili ſe nondum amiciuit, vtique is à ſe excuſſit & able-
gauit dei ſimilitudinem. Tibi proinde ſi dixiſſem,Huc ades,Regi aſſimilis eſto:méne cen-
ſeres de te præclarè meritum?Quum verò ipſe percupiam componere te & effingere ad ſi-
militudinem dei,eam vitabundus auerſaris doctrinam, quæ te poſſit æmulum reddere di- M
uinæ virtutis aureſque mox tuas obſepis,ne ſalutaris ſermo meus aditum inueniat ac pe-
netret. *Et fecit deus hominem ad imaginem.*) Planè hominem, dixerit quæpiam mulier:
Quid refert mea?Vir ipſe factus eſt.Non enim dixit hanc hominem,nempe mulierem: ſed
definitè adſcripto articulo τὸν hunc ad ἄνθρωπον hominem nihil obſcurè marem expreſſit.
τοῦ ἀνθρώπου.
Atqui ne per imperitiam vnus aliquis ſuſpicaretur autorem vti voluiſſe appellatione homi-
nis pro viro & eo ſolo,ſubtexuit: *Maſculum & fœminam fecit eos.*) Habet ſanè & mulier ni
hil minùs ac vir,quòd ad imaginem dei facta eſt. Honor vtrique naturæ nihilo diſpar, ſed
æquus,æquæ virtutes,vtriq; in agone virtutis decertanti propoſitum par præmium, conſi-
milis vtriq; peccanti decreta condemnatio. Nolim dicat mulier: Imbellis ſum & infirmæ
conditionis.



A conditionis. Iſthæc infirmitas carnis eſt:nam in anima ſibi ſedem fixit virtus firma ac po-
tens. Diuina igitur imago hæc quum in vtroque ſexu peræquè honoretur, ſit & compar
atque conſentanea in vtroque virtus,quæ per bona opera vim ſuam exerat & explicet.Præ-
texurienti imbecillitatem corporis ne vna quidem excuſandi ſui iuſta ſuppetat ratio. Non
enim vſquequaque conceſſerim infirmum eſſe mulieris corpus. Eſt, fateor, per ſympathian
teneriuſculum, quod alioqui ad tolerantiam non exigui ſit vigoris, pertinax firmúmque
ad excubias. Nam cuius aliquando viri natura concertare auſit cum mulieris indole, eius
quæ iugi continentia vitam adornat atque inſtituit ſuam? Quando vir vnus imitetur mu-
lierum pertinacem conſtantiam in ieiuniis, in orationibus operoſam ſedulitatem, proflu-
B entem & prolixam lachrymarum effuſionem,alacritatem expromptam ad cuiuis exhiben-
dam benignitatem? Ipſe ego vidi mulierem honeſto genere furti, viro clam, ſuffurantem
quæ in pios inopum vſus fuerat erogatura pro ſoſpitate viri, pro rei familiaris incremento,
pro liberorum diuturna incolumitate, Idque facientem coniuge totius rei nihil conſcio.
Conſcientiam eius vitabat, pro cuius hæc diſpertiebat ſalute. In illius enim, quod facie-
bat, faciebat gratiam, qui nihil non quanlibet arcanum clariſſimè contuetur ac perſpicit,
nulli prorſus ſuam pandens beneficentiam. Habet igitur & bona mulier illud: Ad imagi- περίπλασμα.
nem.Nolim,iſti externo homini animum admoueas tuum,tectorium quoddam eſt. Deli-
teſcit anima intus ſub hoc integumento ſeſſitans,& corpore molliuſculo.Anima ſanè viri,
anima itidem mulieris vtraque parili honore inſignita eſt.Tantùm comperitur in iſtis in-
C tegumentis diſcrimen.Aſſimilare igitur deo,benignitate,clementia in iniurios tibi, fami-
liari cum cæteris congreſſione, amore mutuo, fraterna charitate, malignitatis totius odio,
imperando pro virili iſtis affectibus vitioſis,vt prærogato tibi principatu vel tandem inau-
gurere. *Et præſint piſcibus.*) Indultum inſuper tibi eſt, piſcibus vt præſis, quibus nullus eſt
cum ratione vſus. Fac itaque princeps vt euadas ac ſuperior omni affectu vacuo rationis.

*Et præſint beſtiis.*) In omnem quoque beſtiam decoraris imperio. Dixeris:Quid ergo eſt?
Egóne haſce beſtias in meo contineam ſinu deliteſcentes? Et quidem nulli numerabiles.
Planè in teipſo circunfers numeroſam & eam apprimè turbulentam beluarum intempe-
riem.Dictum hoc meum vt ne arbitreris in tuam detortum contumeliam, audi,tibi ne ef-
D ferueſcentis iræ impetus beſtiola videtur? In corde væſaniens ira cùm oblatrarit, quo non
cane efferatior eſt? Dolus quoties in anima doli fraudiſque concinnatrice ſibi delegit do-
micilium, num vrſo quouis in ſuo ſpelæo collatebrante eſt implacabilior? Quid? Hypo-
criſin neges eſſe beluam? Quiſquis ad concinnandam calumniam compoſito eſt & pera-
cri ingenio, is ne tibi meritò videri debet ſcorpius? Quiſquis ad expetendam vltionem,
per inſidias clàm adornatas ſe comparat: num hic quauis vipera cenſendus eſt immanior?
Non eum iure dixeris lupum rapacem, qui nullo ſuo iure corradit & extorquet aliena?
Quæ tandem fera eſt, quæ non in nobis ſibi vendicet locum? Inſano captiuus amore cu-
iuſpiam mulierculæ, non talis equus eſt furiali concitus œſtro? Equi, ait ſcriptura, inſani Hiere. 5. c.
E amatores mulierum facti ſunt. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Se enim
quis ad eius brutæ animantis indolem tranſformaſſe dicitur, cui vitioſa imitatione affi-
nem ſe reddidit ac familiarem. Quocirca non vnæ in nobis ſe collatebrant feræ. Da igi-
tur operam, iſtiuſmodi beſtiis vt imperes. Externarum princeps factus, internas ſines im-
punè debacchari nullo cohibitas imperio? Qualis tu, ſi quidem leonem duce ratione coër-
cens, illius quoque contemnens rugitum te hinc effers & inſoleſcis: ipſe contrà infren-
dens dentibus inconcinnam nec ſuis articulis diſtinctam emittis vocem, animo prorſus
ira percito & ad hoc connitente vt in vnum aliquem, impreſſionem faciat? Ecquid vſ-
quam eſt hoc furiali affectu truculentius? Non ſinit vt vel tantillum internus noſter ho-
F mo perſtet tranquillus & requietus, ſimul atque hominem irrequieta eiuſmodi perturba-
tio expugnarit, cùm incandeſcens ira principatum ſibi vendicarit animæ, Ratione explo-
ſa. Sanè in hoc creatus es princeps, vt imperites iſtis affectibus, vt dominere beſtiis, repti-
libus vt præſis, ſimul & volatilibus. Cogitationes ne admittito aëriuagas & plenas vani-
tatis. Caue, leui ſis animo nec ſecum conſiſtente. Delatum eſt tibi in hæc volatilia impe-
rium. Inſolentem prorſus & abſurdam rem feceris, ſi externè quidem volucres è ſublimi
decutiens, ipſe leuis deprehendêre & animo ſupra vires arrecto. Eſto faſtus fugitans, ani-
mi elationem auerſator. In animum ne vnquàm induxeris tuum, vt quàm humanæ na-
turæ poſtulat ratio, coneris ſapere maiora. Laudibus te aliquis extulit? Ne infleris. Ne te

collaudes. Nolim teipſum exiſtimes magni quiddam eſſe momenti. Fueris alioqui vo- G
lucris inſtar nuſquam conſiſtens, nec firmo vnquam animo huc illuc circumagère pa-
labundus. Tuis fac imperes cogitationibus: imperator vt ſis, quæ ſunt, omnium. Ad
hanc doctrinæ formulam collatus nobis principatus, per animalia mores noſtros con-
cinno ordine moderatur & eò dirigit, vt noſtri ipſorum diſcamus eſſe domini. Abſur-
dum enim fuerit, & res admodum inſolens, ſi is non vni genti imperet, qui ipſe domi ex
alieno pendeat arbitrio: is adminiſtrandæ reipublicæ ciuitatis præficiatur, qui in intimis
ædibus captiuus premitur iugo viliſſimi ſcortilli, nec rem familiarem rite diſpenſat. Con-
uenit eum aſſumi ad aliorum præfecturam, qui quæ ſibi ſunt intima, probè nouit ac de-
centi ordine moderari. In hunc alioqui, rem domeſticam ſi confuſaneam reliquerit, nec H
eam ſcierit digerere in ordinem, iure à ſubditis regeretur euangelicus ille ſermo, Medice
cura teipſum. Auſpicium proinde medendi à nobis ipſis primùm ſumamus. Nemo quod
venatu non prehenderit leonem, contemptui patuit aut multatus morte eſt: iræ intempe-
riem qui non domuit, nulli non fuit deridiculus. Hoc igitur affectu priuato quiſquis non
euaſit ſuperior, vituperij incurrit notam: quum is interim nihil dum videtur admiſiſſe
damnatione dignum aut quod illi vertendum ſit vitio, ſi victoriæ compos eſſe nequiuerit
aduerſus beſtias haſce agreſtes & efferatas. Dominus qui ſua diſpenſatione voluit hæc in
literas tranſmitti, qui noſtram qualencunque & eam planè debilem linguam ſiuit in hanc
vſque horam ad vos concionem extendere, quíque per noſtram imbellem & infirmam in- I
telligentiam, in hiſce perexiguis adumbrationibus veritatis deliteſcentes theſauros vobis
ingentes ſanè reuelauit: is indulgenter vobis det per haſce minutias eximiam atque vbe-
rem doctrinam, per exilia hæc ſemina abſolutam ſcientiæ largiatur cognitionem: nobis
proinde donet noſtri iſtius inſtituti perfectam ac ſolidam mercedem, vobis denique im-
pertiatur, vt opulento & vbere fructu perfruamini diuinorum eloquiorum. Ipſi gloria &
imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

## HOMILIA VNDECIMA, DE HOMINIS *primigenia conſtitutione, Godefrido Tilmanno Cartuſiano interprete.* K

ἀποσεμνύνων τὸν ἄνθρωπον.

SAlomon ſanequàm ſapiens non in perſuaſibilibus eruditus ſapientiæ verbis, ve-
riùs qui è ſolida ac veraci ſpiritus ſancti doctrina ſuam illam hauſit ſapientiam,
in iis quæ recens lecta nobis ſunt, magnifico planè hominem exornans elogio,
voce exerta hæc depromebat: Magna res eſt homo & res pretioſa, vir miſeri-
cors. Ego contrà ſed nullo meo fructu rem hanc commentabar atque expendebam, om-
nia admetiens meæ vnius exiguitati, cùm ea quæ in animo mecum ipſe verſabam, tum L
quæ doctrice ſcriptura de homine edidiceram. Equidem reputabam ipſe, quinam poſſet di-
ci homo res eximia adeò ac præcellens, animal deciduum & morti deſtinatum, animal in-
quàm, quod innumeris obnoxium & expoſitum affectionibus, ab ipſa mox effuſione vteri
materni ad extremæ ſenectæ lineam agmen ſecum trahens inexplicabilium malorum, ve-
luti ſentinam quandam exhaurit: de quo dictum eſt, Domine quid eſt homo, quia inno-
tuiſti ei? Et ecce quem regius Pſaltes pro aſpernabili ducit & gregario animali, huic pro-
uerbiorum liber elogium defert eximiæ cuiuſdam ac ſingularis prærogatiuæ. Verùm oppo-
ſitionem hanc implexam & ancipitem exemit animo ac diluit hiſtoria Geneſeos de homi-
ne lecta. Audiebamus enim nunc, quia deus accepto è terra puluere finxerit hominem. Sanè
ex hoc dicto veram vtriuſque partis obiectæ elicui dilutionem, nempe quia homo & ni- M
hil eſt, & idem quiddam eſt eximium. Si ad illius naturam tantum ſpectes: nihili homi-
nem dixeris, at ne vllius eſſe momenti: ſi ad id honoris quo illum dignata eſt & inſigniuit
dei benignitas, mentem conuerteris, vtique magnum quiddam deprehenderis eſſe homi-
nem. Quis ille tandem honor? Dixerat deus: *Fiat lux, & facta eſt lux.*) Hominis exortum con
fer nunc cum generatione lucis. Dixit illic, *Fiat firmamentum.*) Magnum iſtud cœlum quod ſu
pra nos expaſſum eſt, factum eſt verbo dei. Aſtra, Sol, Luna & quæcunque oculorum acie li-
cet contueri: quæcunque inſuper mente aſſequimur ſupra nos eminere, quantælibet molis
ſint & diffuſæ magnitudinis: quod ſunt, id obtinuere verbo Dei. Mare, terra ac eorum, quæ
vtrunque ſuo ambit complexu, decẽs & accommodata diſtinctio, omnigenûm animalium
genera



A genera, omniuariæ ſtirpium differentiæ, hæc omnia verbo ſunt facta. Hominis porrò crean-
di, quæ fuit formula? Nequaquàm dictum eſt, Fiat homo, ſicut illud, Fiat firmamentum. In
creando enim homine quiddam contemplari liceat auguſtius creatione lucis, cœli, lumina-
rium. Denique cætera exuperat hominis creatio. *Accepit dominus deus.*) Corpus hoc noſtrum
nihil indignum duxit, quod propria efformaret manu. Id effingendum non vnicuipiam an-
gelorum delegauit. Non quemadmodum ſolet cicadas, ita nos ſua ſponte terra quaſi ebul-
liens & efferueſcens ſuis excluſit viſceribus. Non item vnicuipiam ex adminiſtris illis ſpiri-
tibus aut potentiis dixit, ſic & ſic facies: ſed propria ipſe aggreditur & capeſſit opus. *Accepit*
*terram.*) Acceptã condendo homini materiam ſi ſpectaueris, quid tibi iam homo? At plaſtẽ
B fixiùs ſi contemplere, hominem neceſſe eſt fatearis eſſe quiddam non vulgare aut gregariũ.
Quarè ratione ſubducta materiæ, nihil eſt homo: & idem magnum quid ob delatam illi di-
gnitatẽ. *Et accepit deus.*) At certè quo id pacto? Illic enim priùs dixerat, *Et fecit deus hominem.*)
Hìc porrò quaſi de homine nihildum eſſemus edocti, hiſtoria nobis retexit hominis crea-
tionem & ab initio redorditur, dicẽs: *Et accepit deus puluerem de terra. Et formauit deus hominem.*)
Huic obiectioni proximè quidam reſponderunt hoc quidem, Formauit, de corpore eſſe di-
ctum: illud prius, Et fecit, de anima. Hæc fortè differendi ratio non ita recedit à ſcopo veri-
tatis. Nam quo loco dictum eſt, *Et fecit deus hominem. Ad imaginem dei fecit eũ.*) ibi expreſſè poſitũ
eſt verbũ ἐποίησεν, id eſt fecit: iã verò deinceps quãdo de corporis ſubſtãtia ſermo eſt, verbũ
C infert hoc, ἔπλασε, id eſt, formauit, finxit, plaſmauit. Regius nanq; pſaltes hoc eſſe diſcerni-
culi inter facturam & formationem edocuit ſuo illo verſiculo, Manus tuæ fecerunt me, &
plaſmauerunt me. Fecit, vtique interiorem & arcanum hominem: plaſmauit ſiue finxit hũc
externum. Congruè enim ad cœnum ſiue lutum plaſmatio aut figmẽtum refertur, vt factu-
ra ad imaginem. Caro igitur formata quidem eſt: anima autem facta. Superiore igitur loco
quum de ſubſiſtente dixerit animæ natura, reliquum erat, nunc vt de inſtitutione forma-
tionéve corporis nobis ediſſereret. Penes te quoque & hanc ſepone rationem. Quænam illa
eſt altera? Nimirum hæc: Quædam enim conciſiùs loquens ſcriptura, contrahit in compen-
dium: quędam contrà iuxta quem facta ſunt, modum nobis tradit explicatiùs. Sanè ſuperiùs
D dictum eſt, quia fecit: hic, quo illum pacto fecerit. Si enim velut obiter & vtcunq; dixiſſet ho
minem factum: in animum tuum potuiſſet irrepere cogitatio factum eſſe hominem ad ean
dem formulam, qua & pecora, beſtiæ, plantæ, denique fœnum. Quò itaque auerſere ac defu-
gias iſtam indolem animantium rationis expertium natura ad affectiones propendentem:
memoriæ prodidit ſcriptura deum circa te eſſe vſum diſcreto ab illis ac peculiari artificio.
*Accepit puluerem de terra.*) Dixit illic, quia te fecit, hic vt te fecerit, indicat. E terra ſũpſit pul-
uerem, ſuiſq; te manibus effinxit. Mentem huc mihi aduoca, & vt ſis formatus, vide. Ad hãc
naturæ officinam animum aduerte tuum. Quæ te excepit formãdum manus, vtique dei eſt.
Corpus iſtud dei formatum manu prouide, nulla vt vnquam piaculari improbitate defœ-
E detur, nequa contage immutetur peccati: nequando è manu dei contingat excidere te. Es
vtique vas ſolerti effictum ac prouida dei manu, affabrè factum à deo: gloriam repende fa-
ctori. In hoc enim vnum factus es, te vt habeat ſuæ gloriæ accommodum & vtile organum.
Quin & vniuerſa hæc mundi moles, perinde eſt ac liber literis exaratus palàm conteſtans ac
deprędicans gloriam dei illiúſq; auguſtiſſimam maieſtatem arcanam alioqui & inuiſibilem
abundè enuntians tibi intellectili creaturæ, quatenus ad cognitionem attinet veritatis. Di-
cta igitur fac, tenaci mandes ac fideli memoriæ. *Et benedixit eis deus & ait: Creſcite & multipli-*
*camini & replete terram.*) Incrementum duplex: corporis vnum, alterum animæ. Sanè anima
creſcit, dum quotidiana progreſſione ſe ad perfectionem promouet, præſidio adiuta diſci-
plinarum. Creſcit & corpus, dum ab exigua maſſula progreditur, ſeq; attollit ad iuſtum &
F competentem ſtaturæ modum. Illud igitur, Creſcite, brutis quidem animantibus dictum eſt
iuxta perfectionem corporis, tantiſper dum id ſe ſurrigit ad menſuram ſtaturæ ſibi natura
præſcriptæ. Nobis porrò dicitur, Creſcite, ratione inita interioris hominis, qua ſe promouen
te rectà ad deum contendimus. Iſtiuſmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, próq; virili ſe
extenderet in anteriora, eorum quæ erant à tergo, obliuiſcebatur. Hæc ea auxeſis eſt ſpiritua-
lis & diuinæ contemplationis. Pietatis redintegrandę ratio, ipſa inquam extenſio in hoc ſi-
ta eſt vt ad ampliora iam quæſitis quotidiana progreſſione nos extendamus: nimirum vt eo
quidem quod aſſequutus iam es, è memoria ſublato, id demum perſequare pro virili quod
ex perfectæ pietatis cumulo agnoſcis tibi deeſſe. Talis & Iſaac erat, de quo celebre illud elo-
gium

λειτουργικαῖς δυνάμεσιν.

Cap. 1.

ἐπλάσθη ἡ σάρξ, ἐποιήθη ἡ ψυχή.

Ratio altera explicatior.

Simile quiddã de B. Antonio Anachoreta Athanaſius Alex.

Creſcite.

Incrementũ animæ & corporis.

αὔξησις augmentum, acceſſio, incrementum

Gene. 26. c.

gium proditum memoriæ eſt, quia promouens gradum in ſublime attolebatur, donec ma- G
gnus effectus eſt. Non enim deſiit aliquando ſuccreſcere. Neque quòd in ſtadio virtutis ali-
quouſque promouiſſet, deſedit cunctatior: quin is potiùs iugi & intenta progreſſione proce-
debat. Ad obeunda virtutis opera ſe contulit. Et quidem ad temperantiam prouectus eſt gra
du impigro. Ad iuſtitiam pertigit. Ab hac ad virilem & heroicam fortitudinem peruaſit.
Ad apicem denique ſummum totius boni his auctibus iuſtus continenter progrediens ſubli
matus eſt. *Creſcite* igitur.) Sed quo incremento? nimirum perfectionis ad deum rectà pro-
uehentis, incremento quod interiorem hominem moderetur & ornet. *Multiplicamini.*) Ec-
cleſiæ benedictio hæc eſt, vt ne in vno aliquo vis efficax verbi diuini finem capiat aut cir-
cunſcribatur: magis verò in omnem ſeſe effundat terram ac euulgetur euangelium ſalutis. H
*Multiplicemini.*) Quinam? qui per euangelium generamini. *Replete terram.*) Bonis operibus
carnem hanc vobis in miniſterium collatam ſuffarcinate. Oculus rerum honeſtarum & ap-
prime decentium aſpectu exatietur. Manus ne cunctetur explere ſe operibus bonis. Pedes ſe
ad interuiſendos ægrotos impigrè promoueãt, & ad ea ſe conferant gradu concito, quę ad-
ire conueniet. Membrorum denique concinnus & pulcher ordo his ſe operibus referciat,
quę mandatis legis diuinæ reſpondeant, nimirum hoc indicat, Replete terram. Voces qui-
dem hæ vel brutis communes ſunt, iure tamen quodam ac peculiari eas nobis aſciuerimus,
ſi quando illarum vſum tranſcripſerimus ad animam quæ ſecundum imaginem dei creata
eſt, & ad rationem, qua inſigniuit nos & honorauit deus. Et quidem illa augeſcunt incremẽ I
to, ſed corporis, nos ſpiritus: Implent illa terram numeroſa multitudine, nos nobis coniugis
vice coünitam terram hanc, corporale videlicet obſequium complemus fertili copia bonæ
operationis. *Ecce dedi uobis lignum, quod habet fructum in ſemetipſo uobis erit in cibum.*) Nihil negle-
ctim aut perfunctoriè prætercurrat eccleſia, quando nihil horum non legitimum eſt. Non
dixit, dedi vobis piſces in cibum. Dedi vobis pecora, reptilia, quadrupedia. Neque enim in
eum vſum hæc creaui, inquit, Verum primaria illa legiſlatio eſum indulſit fructuum.
Neque enimdum paradiſi domicilio cenſebamur indigni. Hic proinde myſterij quiddam
occultioris deliteſcit. Nobis enim in commune cum feris, volucribus cœli, denique cum v-
niuerſis terræ beſtiis collatus eſt fructuum eſus, gramen quoque, quum interim paucas fera- K
rum liceat videre ali fructibus. Nam quo tandem fructu ſe paſci panthera ſuſtineat? Quis
fructus cedat leoni in cibum? Attamen feræ iſtæ tantiſper dum iugum legis naturæ paſſæ
ſunt: vitam tolerabant eſitatione fructuum. Homo autem ſimul vt præſtitutum ſibi tradu-
cendę vitæ prætergreſſus eſt canonem, & limitem præfinitum tranſcendit, quumque mox à
diluuio pręnoſſet dominus homines nequaquam ſibi ab inconceſſis temperaturos, indulſit
quouis veſci. Omnia hæc, ait, quaſi holera virentia comedite. Per hanc nobis indultam con-
ceſſionem & animalia quæq; parili libertate donata ſunt quiduis impunè edendi. Ex eo iam
tum ac deinceps crudis leo veſcitur: vultur hianti roſtro internectiuum cadauer affectat.
Neque enim vultures mox à cæterorum animalium creatione, quaquauerſum ſpectabant
terram. Nullum enim eatenus vſquàm comperiebatur morticinum eorum quæ à deo aſſig- L
nata fuerant & facta, quo ſe nutricarẽt vultures. At ne id quidem ſinebat natura in ſuo tum
conſiſtens vigore. Non item venatores conficiundis feris operam dabant: neque dum id
ſtudio erat hominibus: cùm nec ferę lanienam exertis in homines dentibus exercerent, vt
quæ necdum eſſent crudiuoræ. Inoleuit dein ex more vulturibus conſuetudo, penſum vitæ
vt ſibi parent ex morticino quopiam cadauere. Quare cum nuſpiam locorum eatenus eſſet
cadauer, nullodum ex loco graueolens ſpirabat odor, necdum vlla eiuſmodi eſca explendis
iſtis idonea vulturibus: ſed cygnorum in morem, indiſcreta erat & eadem omnibus viuen-
di ratio. Pratenſes tantùm herbas animal omne ſibi attondebat ac depaſcebatur. Eius rei in-
ſigne & in canibus liceat videre. Dum enim ſtudent ſibiipſis mederi: hos identidem videas M
depaſci gramen: non quòd cani paſcendo conueniat gramen, ſed quia citra operam humanę
inſtitutionis, doctrice tantum natura ad id bruta profugiunt, quod ſubodorantur ſibi vſui
futurum. Velim reputes tecum, iſtiuſmodi fuiſſe tum animalia (quæ hodie vides cruda carne
veſci): vt vi imaginatiua apprehenderint herbam omnem fœnaceam ſibi collatam in cibũ,
ac proinde nihil inſidiarum in ſeſe moliebantur. Cuiuſmodi enim ſpes eſt futuram olim re-
rum redintegrationem: talis modi fuerunt res cunctæ initio primæuæ generationis. Reuo-
candus enim homo eſt in gradum priſtinæ conditionis: ſi modò à ſe priùs improbitatem a-
molietur, ſi multiuarias vitæ iſtius deciduæ curas abiecerit, animam denique ſi ſeruili iugo
rerum

σωφροσύνην δικαιοσύνην, ἀνδρείαν.

θεολογία.

Caro. Oculus. Manus. Pedes.

A diluuio primum eſt conceſſus carniũ eius. Hic quiddã deſidero in exemplari.

ἄγρωστιν.

διὰ τὸ τοιοῦτο similitudinẽ dicũt, non comparationem



A rerum temporalium emancipatam ſuæ libertati reſtituerit. Iſthæc omnia à ſe vbi depulerit,
ad eam licebit recipere ſe vitam, qua in paradiſo degitur, illam dico vitam nullis carnis ſer-
uientem affectibus, liberam prorſus, cum deo congredientem, angelorum prægeſtientem cõ
tubernio. Sanè hæc non eo mihi dicuntur, quod vſum iſtiuſmodi alimoniæ ademptum cu-
piam, quem dei benignitas nobis indulſit: quin vt declarem potiùs, quàm beata fuerit, quãq;
fœlix ineuntis illius primùm temporis conditio. Qualis erat tum vita? Vt nullius prorſum
rei inops? quàm paucis, quamq; parabili contenti viatico abierunt homines, quod ad ratio-
nem traducendæ iſtius vitæ? Quo nunc pacto author mali, peccatum nobis hanc multiua-
riam inuexit viuendi rationem? Veris enim paradiſi delitiis ſimulátque excidimus, has pla-
B nè fucatas & quæ nihil habeant ſynceræ voluptatis ipſi nobis excogitauimus. Quando non
iam datur vitale illud lignum ante ora tueri, neq; illius eximiæ pulchritudinis ſinimur ſpe-
ctaculo perfrui: in qualencunque oblectationem dati ſunt coci deinceps, piſtores, multimo-
da item excogitatio cupediarum & ſuffituum, aliorumq; eiuſmodi in qualecunq; ſolamen
noſtræ è paradiſo miſerabilis ruinæ. Ita enim qui ægrotant, ſi quando per inualeſcentẽ mor-
bi acrimoniam incommodè capiunt fructum ex edulio cõſueto idq; fit ſtomachi deiectio-
ne: alia quædam odoramentis & id genus condituris confecta, manúque exhibita medicorũ
ſumunt. Nam quando in iſtis collapſa eſt appetitio ſolidioris edulij, quæ talium debilitatæ
naturæ conſentiunt, comminiſcuntur hi & excogitant, qui infirmorum ſenſibus norunt in-
C dulgenter obſequi atque inſeruire. Etiam ſi nunc quoque imitari velimus eam quæ in para-
diſo obſeruata fuit, vitam: vitatis illecebris eduliorum tot adeò materiis concinnatorum,
ad illam frugi ac parabilem viuendi formulam pro virium modulo nos ipſos reuocamus
contenti ad vitæ iſtius fulcimentum, vſu fructuum, ſeminum & eorum quæcunque lignoſo
putamine circumueſtiuntur, cuiuſmodi ſunt nuces, poma, caſtaneæ. Quicquid, hæc præter
ſe obtulerit: ab vſu noſtro vt non neceſſarium, ſubmoueamus. Et quidem horum nihil exe-
crabile ducimus aut abominandum in eius gratiam qui condidit: nec tamen eadem expe-
tenda veniunt, vt ne ſint carni fomes voluptatis. *Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operi-
bus ſuis.*) Hic ſanè reſpondeant arithmetici, & qui ad parandam eiuſmodi rerum cognitio-
D nem tantum otij detriuerunt, qui paſſim oſtentant & obtrudunt eximiæ cuiuſdam ſapientię
loco huiuſce rei peritiam: qua ratione ſenarius iſte numerus congener ſit mundi creationi,
quídve cum mundo affine habeat. Eſt enim prole prægnans multiplici. Nam ſpecies nume-
rorum quum ex ſe tam multas gignat, partibus tamen quibus conſtat, perfectus eſt. Pleraque
inſuper alia quæcunque de ſenione arithmetici enarrant in ſuis illis diſceptationibus ſcho-
laſticis. Si cui ad hæc expendenda ſuppetit otium: licebit hæc ſecum vt admurmuret. Rurſus
dicant & de ſeptenione, quòd is ſterilitatis infœcundæ ſit. Nec enim aliud quicquam ſe-
ptenio ex ſe gignit, at neque ab alio, generatur. Proinde ſermonem hunc vt ne in tot adeò
ſpecies materiáſve cogar diducere: velut excurſim hac ad vos relegata diſceptatione, ad ea
E quæ animis veſtris gratiora fore confido, me conferam. Porrò ſi quis contendet penes ſe eſſe
qualencunque horum peritiam: velim, is ſibi perſuadeat apud nos quoque repoſitum eſſe e-
iuſce artis theſaurum. Quarè ſi quid in ſe arithmetice continet eximium: vtique eius ſemina
hic etiam ſuppetunt. Nec interim nobis quicquàm arrogamus aut gloriamur: quòd hæc è
mundi ſapientia profecta ſint, aut certè quòd ad eam faciant ſapientiam quæ è mundo cor-
riuata eſt. Qui enim talia ſtudioſè conſectantur, ſimulatq; nonnihil hinc furto ſuppilarint,
ſuis id infarcientes libellis, quaſi quiddam magnum ſcripſerint, inſoleſcunt & ſupra modũ
gloriantur. Quò igitur declaremus ea demum nobis aſpernabilia videri, quorum cognitio
tantopere ab iſtis expetitur: rationem quæ hiſce de rebus reddi poterat, ſilentio prætercurre-
mus. Simul his adde, quòd rerum eiuſmodi ſpeculatio populo ſit captu perquàm difficilis:
F quum interim eccleſia non huc cogitur, vt eos excipiat ſermones qui auditoribus ſint admi
rationi: veriùs cupidè quærit earum ſolutionem propoſitionum, quæ ſuæ poſſint ædificatio-
ni commodare. Sanè dies ſeptimus, nempe ſabbatum honori olim fuit. Apud Iudæos enim
ſeptimus hic numerus erat honore venerabilis: in quo quidem ſcenopegiæ, tubarum cele-
britas & dies propitiationis. Apud illos item annus ſeptimus remiſſionis dictus. Totos ete-
nim annos ſex, agricolationem vt exercerent, iſtis licebat: at ſeptimo his abibant contenti,
quę ſuapte ſponte gignebat humus. Promiſſionis terram quum iſti incolerent, annos ſex He
bræus ſeruiebat: ſeptimo ſinebatur abire liber. Apud hos ſoluta captiuitas eſt anno ſeptuage-
ſimo. Ad noſtra deinceps tranſcendamus. Ait ſcriptura: Septies cadet iuſtus, & reſurget.

παρὰ τῶν ἰατρῶν δεξιώσεις.

παρ' ἡμῖν.

σκηνοπηγίας à figendis tabernaculis.

Hoc pacto hebdomadem dierum conciliemus & nos in vnum: A generatione hominis ſe- G
ptimus mortem non vidit, Enoch, myſterium eccleſię. Septimus ab Abraham Moſes legem
accepit. En mutatio vitæ, iniquitatis reſolutio: introductio iuſtitiæ, dei aduentus: in mũdum
inuecta eſt atque introiit diſciplina, & eorum quæ agenda ſunt, ſubiit legiſlatio. Septuageſi-
ma ſeptima generatione ab Adam ſe conſpicuum mundo exhibuit ac viſendum Chriſtus.
Nouit & Petrus myſterium ſeptenarij, dicens: Quoties peccabit in me frater meus, & dimit
tam ei, vſque ſepties? Reſpondit dominus, Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſq; ſeptuagies
ſepties. Myſterium ſeptenarij aliqua ex parte intellexit Petrus. Nondum tamen exactè didi-
cerat, vt qui diſcipulus adhuc eſſet: vſque ſepties: At ne doctor quidem receſſit à ſeptenione.
Præut ſciuit, dicebat diſcipulus: ſupergreſſus eſt diſcipulũ opulentia pietatis dominus. Quo- H
ties peccabit, & dimittam? Quid ni dixit: vſque ſexies, aut octies, ſed vſque ſepties? Cur non
item dominus: vſque centies & centies, ſed ſeptenionem multipliciter auxit? Et quidem
Petrus non de alio quoquam numero rogauit: neque dominus canonem prætergreſſus eſt
ſeptenarij. Petrus videlicet obſeruauit hunc eſſe antiquariæ traditionis canonem, ſeptenio-
nem in ſe complecti ſacramenti alicuius ſignificationem, nempe remiſſionis peccatorum,
perfectę quietis & recreationis, cuius ſignum ſabbatum eſt, dies à mundi generatione ſepti-
mus. Petrus quidem ſepties: Dominus verò, ſeptuagies ſepties. Peccata puniuntur ſepties. Eũ
ne in modum omnis qui occiderit Cain, ſeptenam perſoluet vltionem? Illic non octo, ſed I
ſeptem. Parumper opperitor, & myſterium apprehendes. Septies punitur primum illud pec
catum. Secunda cædes Lamech. De Cain enim expetita eſt vltio ſepties, verùm de Lamech
ſeptuagies ſepties. En vides, quòd Petri ſeptena remiſſio reſpõdet vltioni Cain: cùm interim
dominica condonatio, ſeptuagies ſepties vltioni ſeptuagies ſeptenæ reſpondet de Lamech
ſumptæ. Quanta fuit offenſio, tanta & condonatio. Vbi modicum peccatum, ibi & modica
remiſſio. Cui remiſit modicè, modicè & diligit. Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit
& gratia. Quod igitur illud eſt myſterium? Octaua dies, ſeculum illud dicitur, nimirum iu-
dicij, in quo peccator, ſepties: & qui ſupra modum peccator eſt, punietur ſeptuagies ſepties.
Iuſtus itidem ſeptemplici honore potietur: qui excellenter iuſtus eſt, honorabitur ſeptuagies K
ſepties. Et quidem nunc dei erga nos benignitas ænigmaticis prælusionibus ſubindicat, quæ
futura olim ſunt: tum ipſo nimirum pręſente, nulli non perſpicuè veritas inclareſcat. Hæc
enim quo quiſque præmio dignum ſe exhibuerit, nihil obſcurè eſt oſtẽſura. Dominus igitur
hic per confeſſionem ac pœnitentiam placatus, ſeptuplã retributionẽ peccatoribus debitam
remittet. Quarè cùm dies ille formidabilis ac terroris plenus minimè nos lateat, cùm ipſi
certò nouerimus in eum diem repoſitam eſſe peccatoribus retributionem, mercedem quæ
ex æquo reſponſura ſit & admetienda qualitati delictorum: præoccupatione condignæ pœ-
nitentiæ commiſſa diluamus, quatinus multiplicem ac doloris plenam promereamur illic
effugere retributionem. Dicamus igitur nonnihil de die ſeptimo illius octauæ in qua con- L
ſummationem accipiet ſeculum hoc. *Et requieuit deus ab operibus.*) Eorum quæ in mundo fiũt
operum nihil eo die tum erit. Nullæ deinceps celebrabuntur nuptiæ, nullæ cõmutandarum
mercium nundinationes, non item exercebitur agricolatio. Terrã enim omnem terror vn-
dique occupabit. Angore & horrore corripietur omnis creatura: ſudorq; anhelus & inexpli-
cabilis coorietur. Ipſi etiamnũ iuſti prætrepidi & anxij pro ſententia quę tandem proferetur.
Abraham & ipſe tum aderit non ſine agonia: non quaſi veriturus, ne in gehennam condem
netur, verius quémnam inter iuſtos ſortiturus ſit ordinem, primum ne, an ſecũdum, vel ter-
tium. Veniente è cœlis domino, diſrumpentur cœli. Quantum obtineat Chriſtus potentiæ,
colliqueſcet ac reuelabitur. Creatura omnis intremiſcet. Quis nõ trepidabit? Ne angeli qui-
dem ſine timore ſunt futuri. Ipſi quoque ſiſtendi ſunt, nõ quaſi rationem deo reddituri. At- M
tamen domini apparitio tanto ſplendore gloriæ illuſtrabitur, vt tremorem ſit iniectura om
nibus. Non audis Eſaiam dicentem: Si aperueris cœlum, deſcendente te tremor apprehẽdet
montes. In eo Chriſti aduentu, mare concreſcet gelu, operis omnis vacua erit creatura, mor
tificata erit & natura. Rapiẽtur tũc iuſti, tũc iuſtis nubes erit pro vehiculo. Angeli tũ ſe iuſtis
addent comites ac duces. Iuſti quaſi ſtellæ ſplendiflui aſſumentur in cœlum. Contrà, innexi
vinculis peccatores, ſuorúmq; mole peccatorum quaſi compedibus aſtricti, quorum ſibi peſ
ſimè cõſcij erũt, deorſum ſidẽt ac præcipitabũtur. Illa ergo hebdomadas figuratè per hanc ſi-
gnat: *Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operibus.*) Quæ præſentẽ cõcernũt vitã anxię admo-
dũ curæ, illo die prſus intercipiẽtur. Cõcupiſcẽtię iuueniles & incõſultę cõqeſcẽt ac ſopiẽtur.
Nullum



A Nullum iam de nuptiis propoſitum, nemini curæ tum erit propagatio liberorum; de con-
gerendo auro nullum anxia cura premet. Sui tunc obliuiſcetur auarus marſupij. Qui lucu-
lentum & latiſſimè effuſum poſſidet peculium, obliuiſcetur terræ. Qui perditè & vſque ad
inſaniam, gloriam deperit: tunc eius obliuiſcetur. Horum omnium memoria ex animo con
cidet & obliterabitur. Corripietur enim anima terrore ingenti, certò ſibi proponens impen-
dentia mala. Omnem enim cogitationem diutius licet, animabus noſtris, immanentem,
iſtíſque affectibus obnoxiam à ſua ſede depellet timor & profligabit. Vbi enim dei timor, ex
eo mox animo omnes ſe proripient vitioſi affectus maculæ. Hæc dies ſeptima illius ſepti-
mæ eſt typus. *Accepit igitur deus puluerem de terra.*) Non hic mundi generatio exactam ac-
B cepit perfectionem, neque vt noſtra enarratio ſubtexeretur, ſeries conſequentiæ interciſa — τὸν ἄνθρωπον, ſuppo-
eſt. Dictum enim eſt, quia deus fecit hominem, dein requieuit ab omnibus operibus. Cumq; — ſititium eſt,
induxiſſet otium, iam quo pacto fecerit, his docet verbis: *Accepit deus puluerem de terra.*) — pro χοῦν.
Audiſti nomen χοῦν, puluerem? Hinc erudire & eſto intrepidus. Nullius deinceps accipito
perſonam. Quid magni de te tibi promittis, quíd ve inſoleſcis? Cogitationes quæ cordi in-
ſerunt tumorem, flammámque accendunt elationis, ſiquando te adorientur: fac, creationis
huius tuæ vt memineris. Quo tandem pacto creatus es? *Accepit deus puluerem de terra. Et, for* — ἔπλασεν.
*mauit deus hominem.*) Quo demum tempore tui obliuiſci poteris? Tui tum obliuiſcère, cùm
te è terra ſubmoueris. Quòd ſi à terra ne momento quidem te ſubducis, (coaluiſti enim
C terræ & concreuiſti, ſuper terram ingrederis, acquieſcis terræ, téque in ea oblectas, delitigas
pro terra, quicquid denique facias, ſit id magnum aut certè perexiguum, id omne in terra
facis) nimirum è vicino habes quod te tuæ cõmonefaciat humilitatis. Vnicuipiam es iniu-
rius & incandeſcis? Vnde tibi ira hæc impotens? Ignominia te aſperſit aliquis? Non ſuſti-
nuiſti audire: Ignobilis? Dicto hoc ocyùs acriore ira efferbuiſti? Quàm quæ audiſti, atro-
ciora contendis regerere? Demitte oculos, & conquieuit indignatio. Inſpecta humo fac te-
cum reputes, me qui è terra factus ſum, dixit ignobilem: minus obiecit, quàm ipſe ſum. Ne-
que enim exprobrauit terram, è qua ſumptus ſum: ſed hominem, qui me genuit. Vnus qui-
uis homo animatus quantò eſt terra præſtantior, quę proculcatur pedibus? In eam mihi an-
D tiquam matrem, nempè terram intendo oculos, quò fit, vt non iam contumeliæ loco habe-
re debeam quòd è ſeruo ſim prognatus. Honoris enim eſt, quòd factus ſum hac anima inſi-
gnis & cohoneſtatus. Exiſtimat autem is ſe atroci affeciſſe me contumelia neſcius quantò
per eam plus mihi conciliauerit honoris. Meæ enim conſcius naturæ, quis ſim, probè noui,
ſimul & vnde ſim. Ad eam conſiderationis formulam ſi factos nos eſſe de terra memineri-
mus: humilis hæc & deiecta de nobis cogitatio nullo vnquàm tempore ſinet iræ impetum
plus æquo excitari. Rationem itaque tuam adiutet & auxilietur terra ipſa nuſquàm non
præſens, téque primigeniæ originis commonefaciens. Ad neſcio quam vilem concupiſcen-
tiam ſi continget excurrere te: fac, ſubeat mentem tuæ hinc emigrationis articulus. Horam
E tui corporis in terram reſoluendi ſi ad mentem aduocaueris: momento ſedabitur eiuſmodi
maleſuada & væſaniens concupiſcentia. Terra es, & in terram abibis. Cogites, velim mem-
bra hæc tua quæ nunc velut ſubſultant ardore accenſa libidinis, poſt aliquantum deſitura eſ
ſe, ipſis nimirum diſſolutis membris & in terram reſolutis. Fac naturæ memineris, & ecce
omnis illa ad improbitatem ſectandam affectio peſſum iit. Iugis hæc cogitatio ſalutare
quoddam amuletum eſt aduerſus quodcunque peccatum. *Formauit deus hominem puluere è* — φυλακτή-
*terra accepto.*) Eximiæ laudis eſt humilitas, hæc quoque congener nobis & conſentanea na- — ριον.
turæ cõmonitio. Si quidem dixiſſet Moſes: Formauit deus hominem particula quapiam è
cœlo ſumpta, id quando contemplari voluiſſemus, vt ſubmoneremur humanæ conditionis
F ac naturæ? En ſuppetit & ad manus eſt: quod nos vltro moneat, quàm nihili ſumus, atque
id adeò ex his eſt quæ vel calce proterimus. Demitte in terram oculos: dein attende, quòd
ex re quapiam iſti terræ congenere & affini, nempe vili ac reiectitia efformatus es. Quid
aſpernabilius eſſe poſſit, quàm nos ipſi? Quid nobis occurrat dignius, quàm vt nos humili
deiectione exinaniamus? Vidiſti neſcio quem ſibi magnopere placentem? veſte amictum
veluti floribus interſtincta & variegata? protendentem manum anuli fulgore ſplendican-
tem? præferentem orbicularem anuli palam pretio ſanequam ingenti concinnatam? adeò vt
hoc nomine talis in immenſum glorietur? Qui amiculum geſtitet ſericis filis detextum?
Quem numeroſum comitetur famulitium? Qui diffuſione comæ laxioris, & quidem flauę
atque artifici ſtudio depexæ ſibi placeat? circunferat aureos torques? qui ſeſſitet in argen-
tea

tea cathedra? qui inceſſum norit greſſu glomerare ſuperbo? qui velut è ſublimi edat vocem? G
qui inſoleſcat ob famulorum aſſentatorúmque numeroſum gregem, quos qui eiuſmodi
ſunt, in ſuum adſciſcunt famulitium? ob lautitias opiparæ menſæ? propter ſalutatorias vo-
ces, quas iſti circa forum apprecantur & exhibent omnes, qui è ſubſelliis paſſim aſſurgunt,
quíque contendunt primi vt excipiant venientem, progredientem honoris cauſa comiten-
tur & deducant feruligeri lictores? Hos tu principes ſiquãdo aſſonante præconis voce pro-
gredientes conſpexeris: hos inquam, vbi videris huic neſcio cui terrorem incutere, cęſim al-
terum exſcalpere, illius publicare opes, alium morti addicere nihil eorum quæ videris, for-
mides: eorum contemplatione quæ fiunt, ne te perterreat is, cuius hæc fiunt imperio, nulla
per hæc imaginatio demutet tibi aut nouet mentem. Tum mihi ad mentem reuoca. Quid H
illud? Deum feciſſe hominem, puluerem è terra. Si quidem aliud aliquid eſt, id tu timeto.
Quòd ſi puluis è terra ſumptus, contemnito. *Et formauit deus hominem.*) Vox, Formauit, nõ
continuò actionem vllam ſubindicat dei circa hominem effingendum ab arte quapiam
proficiſcentem. *Formauit deus.*) Ita ne formauit, vt figulinaria arte fingi ſolent lutea? vt
qui conflant æs? Effigiatio ſtatuæ pariter & gypſi quandam præferunt imitationem, ſed ſu-
perficietenus. Contemplatus ne es ſtatuam, vt ſtans ſuam quandam ſpirat natiuam indo-
lem? putà, ſi militis eſt, ipſo vultu exprimit animi excandeſcentis & concitati ferociam: con
trà, affectionem muliebrem, ſi tamen æs eſt figuratum in mulierem: ſiue quiduis aliud ars po
teſt imitatione inducit ac repræſentat eius mores atque habitum, ad cuius eſt effigiata cha- I
racterem. At non talis eſt dei conformatio. Sanè formauit hominem, ſic vt illa eius opifex
& rerum creatrix actio ad intimarum vſque partium profunditatem progrediens ac pene-
trans organa corporis omnia ſolertiſſimè abſoluerit. Si otij liberioris tantum ſupereſſet,
quo fretus demonſtrare queam corporis humani conſtitutionem: nimirum ex teipſo doce-
rêris, quàm prouida fuerit circa te, quámque ſolers dei ſapientia. Minor quidam mundus
re ipſa eſt homo: quarè nihil indecorè factum putem ab his, qui hominem hac exornarunt
celebri & honorifica appellatione. Quantũ impenſum eſt operæ rei huic vni, quót ve con-
ſcripti libelli? Extant de hominis natura medicorum quæſtiones, eorum item obſeruatio-
nes qui de gymnaſtica corporis exercitatione præcipiunt, De Analogia quoque, rurſus de K
concinna membrorum inter ſe ſymmetria. Denique, De opimando corpore ſiue augenda
carnulentia. In vnius humani corporis abſolutam formationem conſpirant hæc omnia.
Vnde mihi tantum affluat eloquentiæ flumen, vt ad amuſſim expromere queam, quæ in ſe
complectitur vna illa vox ἔπλασε formauit, finxit? Nam quæ protrita ſunt & ad manũ cui-
uis expoſita, nimirum intelligis vel me tacente. Formauit deus hominem rectum. Hanc tibi
deus præter cætera animantia eximiam & peculiarem indidit formam. Quid ita? Sanè prę-
nouerat ſe tibi collaturum eximiam & inſignem prærogatiuam efficaciter agendi. Cætera
quidem animalia dicta ſunt, βοσκήματα, id eſt, paſcua pecora, & ad quæ natura ea compo-
ſuit, ad hæc quoque propendentem ſortita ſunt corporis molitionem. Vt herbas depaſca-
tur & attondeat ouis, facta eſt: eóque caput acclinat ac deflectit in terram, vt ſpectet ven- L
trem & quæ ſub ventre ſunt: quando in hunc ſcopum, fœlicitatis illorum exitus conſpirat,
paſtu vt exatient ventrem ac voluptate. Homo non item. Nec enim oculos in ventrem de-
mittit. Ipſi etenim caput eſt ſpectans in ſublime, quò cœleſtem illam ſuam cognationem a-
gnoſcat & contempletur. Oculi nequaquam terrę innuunt. Caue igitur, quicquam deſignes:
quod generoſitati tuæ repugnet naturæ. Terrena hæc ne circunſpicias, ſed cœleſtia: vbi Chri
ſtus eſt. Si conſurrexiſtis enim, ait, cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt.
Hac enim conditione & lege formatus es. Tui corporis effigies rudimentum quoddam eſt,
quo docearis ad quem ſis finem conditus. Vt deum contemplêre, factus es, non vt humi erê
pat vita tua, non vt pecudum ritu voluptate perfruaris: veriùs vt ad normam & inſtitutum M
cœleſtis vitæ tuam ipſius componas. Et hac gratia non inſcitè dixit ſapiens Eccleſiaſtes, Sa-
pientis oculi in capite eius. Cuius nam oculi non ſunt in capite? Atqui hic, in capite, hoc eſt,
vt ea contemplentur quæ in ſublimi ſunt. Nam qui non ad bona quæ in ſublimi ſunt, ſed
quæ in terra, reſpectat: is vtique defigit detrahit ve oculos in terram. Oculi ſanè iſti orbicu-
lares capiti inſident in humeros reclinanti. Et ne humeros quidem ingreditur aut init pror ἐνδιδυκῆα.
ſus, vt ne depreſſius ſit atque humile, ſed collo quaſi fido cuipiam fulcimento adnititur ſe ve
acclinat caput in ſublimi confidens. Oculi porrò gemella acie conſtant. Dic tu mihi, non
vnus ſuffeciſſet? Atqui duo ſuccedaneis ac mutuis officiis ſe ſuffulciunt: adeò vt ſi vnum
continget



A continget intercipi ac perire, huic alter ſit ſolatio. Iam verò vis viſiua quæ ab vno proficiſ-
citur, debilior eſt. Sanè aquęductus è duorum in ſeſe concurſu & commiſſura fontium pro-
ſiliens, tantò fortiore ſcatebra profluit. Viſus itidem ab oculo progrediens vbi quidem ad Simile elegans.
naſi interſeptum pertingens conquieſcit, ibi tum vtrinque ſe inflectens in vnum permiſ-
cetur. Quaſi enim elices quidam aquarij, vis hæc viſiua ab vtroque progreditur oculo, hinc
hæc, illinc illa. Vtráque tamen eminus commiſſurâ coit ea vis in vnum: vnita fortius inua-
leſcit. Quo argumento vnionem fieri deprehenditur? Non vides & quæ proxima ſibi aſtant,
ſenes cernere non poſſe? Nam quando vis illorum viſiua debilis eſt diuiſa: ne id quidem vi-
det, quod prope eſt. Verum vbi oculorum conſertio fit, quaſi ſi te cernente quædam contin-
B gat inundatio, ſenſibilium tunc apprehenſio fortior redditur. Quot muniunt oculum cuſto φυλακαὶ hic pro mẽbranulis, pelliculis ſiue tunicis oculi.
diæ? Eſt illi interior tunica, nec abit ea contentus. Non enim vna craſſiuſcula eſſe potuit. A-
lioqui craſſa ſi eſſet, obuelaret oculum. Eam rurſus tranſparentem ſiue pellucidam eſſe o-
portebat ac leuem. Vna igitur eſt oculo tunica & ea pellucida, eſt & altera gracilis. Tertia
quidem cryſtallo aſſimilis, Quarta verò corneam ſpeciem præfert. Quæ extimam oculi κρυσταλλοειδὴς, κερατοειδὴς. Lege Cœl. Rhodi. c. 1. li. 16.
partem protegit, fortior eſt: interior autem quò minus tranſitum abarceat, rarior eſt ſiue gra
cilior. Tertia dein tunica Cryſtalloeides in ſe retinet rei viſæ imaginem ſimul & tralucidam
perſpicuitatem. Iam verò palpebra oculo prætexitur; vt illi quædam ſit protectio tutelaris, ἔμφασιν καὶ διαύγειαν.
velamen & integumentum, quaſique oculi domicilium atque propugnaculum. Manus vti-
que potuiſſet obtegere oculum: atqui priùs affectio quæpiam anteuerteret oculi aciem ob- βλέφαρον.
C tundere, quàm eouſque pertingat manus. Nunc verò illi adiacet palpebra ſupernè impen-
dens, quæ ſimul vt noxiæ aliquid ſenſit, mox oppandit velamen. Quarè & pupilla ſub expaſ κόρη.
ſo velo deſidens difficiliùs inuaditur. Inter membra hoc vnum tangi ſe aut palpari non ſi-
nit, nempe oculus ſub palpebra quaſi velo quopiam deliteſcens. Pilorum aciculæ circumpo-
ſitæ. Quid ita? vt inter ſe conſerantur iuſtiùs & applicentur exactiùs palpebræ, ſuperior ad
inferiorem. Quaſi enim quædam ligamenta ſunt pili palpebrarum inter ſeſe implexi & in-
terſerti. Ad hoc accedit, quòd animantium quæque minutiſſima procul à ſe ſubmouent: nec
puluerulentam vllam materiem aut ſcobinam ſinunt adire propiùs oculi pupillam, quæ a-
lioqui poterat ab omni parte reddi obſcurior & induere caliginem. Per eiuſmodi palpebra-
D rum pilos peculiaris quædam & accommoda munitio nos vndique cingit, ſimul quidem
per eam nobis delineationem, gratuitum decorem indulgens, ſimul etiam non mediocre e-
molumentum ſuppeditans cuſtodiæ tutelaris. Supercilium item quod ſupernè prætexitur ὀφρύς.
prominét ve oculis, eſt ipſis propugnaculum peculiare & penè domeſticum, vt aciem viſi-
uæ potentiæ rectà intendat ac moderetur. Quæ dicti iſtius euidens probatio? Si quid vnquã
collibuerit contemplari longiùs à te diſparatum, manum ſupernè obtendis in concauum cõ
tractam ſuperciliis. Id cur ita fit? Nimirum vt ne digeſtio oculi in ſublime ſpectantis nullo
ſuo fructu ſparſim ſe effundat: quin imò vt manu prætenta dirigatur, & rectà impellatur in
rem ſibi obiectam, ac proinde ipſa oculi acies ad videndum diſponatur pleniùs, cùm ipſa vi
E ſiuæ potentiæ traiectio dirigatur obiectu manus prætẽtæ. Quarè & ſupercilia ſimul quidem
aciem dirigunt oculi, & eadem opera ſudorem ex immodico labore contractum non quidẽ
ſinunt influere oculis, nec illis proinde eſſe impedimento. Hac ſanè gratia quaſi muro quo-
piam communiunt oculos ſupercilia. Quis vſquam vinitor pulchrè adeò & omni ex parte
poſſit ſuam excolere vineam aut ſuperciliosſo colle eam circundare, vt à quoquam haud fa-
cile queat inuadi & neque lædi vlla incurſione torrentium è finitimis locis alluẽtium, per-
inde atque dominus ſepimento ſuperciliorum & quaſi propugnaculo præmuniit oculos?
Quàm iucunda gratáque ſpecie hunc nobis ab vna ſanè commiſſura circunduxit ambitum,
F qui lineariter conſertus naſo conuiſitur vtrinque partitus: ne quid negotij omnino aut mo-
leſtiæ adire cogatur agricola per ſudoris defluuium hac illac decurrentis, neque is interim τῷ γεωργῷ. Perſiſtit in metaphora.
manum amoliatur à vite, detergendo ſudori intentus, ſimul vt ſudor ipſe per ſuos deſtillet
& effluat elices, per quos deriuandum iam olim ſtatuerat opifex, ad partes nimirum quàm
oculi ſunt, tantò minùs vtiles: ſimul etiam vt oculus ſibi congenitæ actionis munus effica-
citer obiret. Quòd ſi de iis modò quæ clementiſſimi dei benignitas nobis indulſit, perge-
mus ediſſerere: totus vtique dies hic nos deficiet. Cæterum ex vno hoc vos reliquorum o-
mnium ipſi tranſſumite intelligentiam. Nos porrò neceſſaria profectione ad iter conten-
dentes comitemini precibus piiſque votis, quò ocyus vobis ſoſpites & integri reddamur, &
eorum quæ reſident explicanda, debitam exoluamus enarrationem, eius comite gratia qui
quæ circa

quæ circa nos ſunt, cuncta diſpenſauit, ſuáque ſolius gratia nos condidit. Ipſi gloria in ſecula, Amen. G

## HOMILIA SANCTI PATRIS BASI- *lij Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi de Paradiſo.*

*Plantauit deus Paradiſum in Eden, ad orientis plagas: & poſuit ibi hominem, quem formauit.)* Ad mentem aduocemus dignam hanc deo plantationem, nempe paradiſum: vt H quæ nihil dedeceat incomparabilem & eximiam pulchritudinem talis ac tanti opificis. Superiore loco dictum eſt: Educat terra herbam fœni, & lignum fructiferum ſeminificans ſemen faciens fructum. Hic paradiſus ſi quidem lignis conſitus eſſet vniuerſo orbi communibus: vtique in primigenia illa generatione contineretur, nec hæ arbores quæ præſenti loco commemorantur à deo in paradiſo plantatæ, opus habuiſſent eximia hac & à cæteris ſelecta plantatione. Iam quidem tanquàm inter vtraſque diſcrimen ſit, præter præinducta plantarum genera, ſcripturæ verbis docetur in paradiſo arbores fuiſſe à deo præcipua quadam & peculiari diligentia conſtitutas. Nam quemadmodum

Collatio.

hominem à cæteris animantibus diſcreta ac ſingulari dignatus eſt formatione: itidem & I homini apparauit ſuáque condidit manu peramœnam ac delitiis omnifariam diffluentem manſionem, locum vtique omnem exuperantem creaturam, viſenda pulchritudine ſuſpiciendum & admirabilem, locum dico, præluſtrem & ſpectatu digniſſimum, & qui ob ſitus celſitudinem nulla ſui parte vllas admittit tenebras, nulla tenebreſcit caligine, quippe quem exorientium ſiderum ſplendor irradiat & vndique ſuo lumine circunfundit. Retinet hic peramœnam ac iucundiſſimam veris temperiem, lucidiſſimo colluſtratus & ſplendifluo

ὡρῶν.

aëre. Illic igitur plantauit deus paradiſum, vbi nulla eſſet vis ventorum, nulla tempeſtatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nullæ procellæ ac turbines, non contorta ac

πρυσῆρεσνῶ ἀρυσῆρες.

violenta fulgura, nulla hyemalis glacies, non veris humiditas, nec æſtatis exæſtuatio, nec autumni ſiccitas, ſed temperata & pacifica inter ſe temporum conſonantia, ſingulo quoque K horum adornato propria amœnitate, cùm nec præcedens à ſequente quicquam inſidiarum metuere poſſet: dum neque verno decori ſubſequens æſtas noceret: neque æſtiui vel autumnales fructus præ ſenio defluerent. Nam ita locum hunc conſtituit, vt ſatis alioqui illum anni ſingulæ tempeſtates circunluſtrarent, imò præcipuis illum ſuis facultatibus ſtipantia ac communientia conferrent ſingula tempora, vernale, quod habet delicatum & iucundum: æſtiuũ eſculenta in alimoniam: autumnale, hilaritatem: hyemale otium & quietem. Deinde vt terra eſſet pinguis, mollis, & verè fluens lacte ac melle, ad fertilitatem frugum accommoda, ac fertiliſſimis aquis irrigua, quæ profectò incredibilem quandam pulchritudinem exhiberent. L Subtiles enim aquæ illæ ac perſpicuæ, & multum quidem iucunditatis ſpectantibus cõferũt, plus tamen vtilitatis. Prius igitur ipſum paradiſi locum condidit capacem plantationũ dei. Deinde plantauit in illo omnifariam arborum pulchritudinem, quæ & gratiſſimæ eſſent aſpectu, & iucundiſſimum ſui exhiberent vſum. Quonam pacto patriam noſtram conſpectui tuo conſpicuè proponere potero, vt te hinc ex iſto reuocet exilio? Quòd ſi florulenta prata iucundiſſimum tibi præbent ſpectaculum: tantò hoc gratius velim animo imagineris. Roſa hic ſpinis eſt coniuncta, externa gratia moleſtiam obtegens, & tantũ non aperta nos voce

παραπήγνυται.

conteſtans ac dicens: Quæ iucunda vobis ſunt ô homines, triſtibus permixta ſunt. Nam verè in humanis bonis ita comparatum eſt, vt nullum eorum ſyncerum ſit, ſed confeſtim læ- M titiæ & hilaritati conglutinetur mœſtitia: coniugio viduitas: puerorum educationi cura & ſolicitudo: fœcunditati aborſus: vitæ ſplendori ignominia, proſperis ſucceſſibus diſpendia, delitiis ſatietas, ſanitati infirmitas. Florida quidem eſt roſa, ſed mihi triſtitiam infligit. Nam quotieſcunque florem hunc videro, peccati mei admoneor, propter quod terra, vt ſpinas ac tribulos proferret, condemnata eſt. Et hic quidem tranſitoria ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc deſiderantes deſtituit. Nondum enim ab illorum collectione domum reuerſi ſumus, & ecce in ipſis adhuc manibus noſtris conſtituti marceſcunt: in paradiſo verò florum ſplendor non eſt momentaneus, ſed conſtantem habent iucunditatem, gratioſum & amabilem aſpectum, nunquam deſiturum oblectamentum, inſatiabilem fragrantiam, & colorum



A colorum elegantiam refulgentem. Non diſſoluunt illos impetus ventorum, non flacceſaciunt neomeniæ, non glacies horrida cõgelat, nec ſolis inflammatio torrefacit, ſed flatus quidam moderatus tenuem & iucundam reſpirationem adfert, leuiter illos ac placidè adflans, ac indomabilem tempori gratiam ipſorum conſtituens & conſeruans. Et ipſarum quoque plantarum venuſtas talis eſt, quæ conditoris opificium & plantationem deceat, ſiue ſint ſarmentitiæ, ſiue fruticoſæ, ſiue vniſtirpes, ſiue multiramæ, ſiue alticomæ, ſiue vtrinque florentes, ſiue foliis deciduæ, ſiue perpetuò foliatæ, ſiue foliis perpetuò deſtitutæ, ſiue ſemper floridæ, vel frugiferæ ſint, vel infrugiferæ, cùm vſui deſtinatæ ac neceſſitati, tum ad oblectamentum conferentes, magnitudine ac venuſtate omnes eximiæ, opacæ ramis, vtrinq; floridæ co- B mis, fœcundæ fructibus, aliam atque aliam vtilitatem & oblectationem exhibentes. Nam quiſque illarum fructus multum quidem habet elegãtiæ & gratiæ: plus verò vtilitatis quàm oblectationis. Quomodo tibi delitiarum illarum excellentiam repræſentabo? Si contulero cum præſentis ſeculi delitiis: contumeliam illis potiùs ex collatione attulero. Aut quam tibi vel ex imagine aliqua energiam ob oculos exponam? Omnia perfecta ſunt, omnia tempeſti-

ἐκ τῆς εἰκόνος.

ua & matura, non paulatim accepto incremento adaucta. Non enim à flore ad abſolutã maturitatẽ creſcũt, ſed proprio vigore naturæ illi effectus exoriuntur, non humanæ induſtriæ. Illic & auicularum omnigenûm ſunt genera, quæ alarum flore, & natiua muſica, admirabilem quandam per ſeipſas oblectationem offerunt ſpectantibus, ita vt per omnes ſenſus iu- C cundè afficiant hominem, alia viſu, alia auditu, alia tactu, quædam olfactu, aliqua guſtu. Sunt illic & variorum animantium ſpectacula, quæ omnia ſunt manſueta, omnia eorundẽ morum, quę omnia & audiunt inter ſe & loquuntur ſenſatè. Serpens tum non erat horrendus, ſed mitis ac manſuetus, nec terribiliter in telluris ſuperficie veluti natans reptabat, ſed ſublimis & erectus pedibus inſiſtens ingrediebatur. Illic poſuit hominẽ, quem formauerat. Alibi finxerat, illuc autem illum introduxit. Quemadmodũ & luminaria fecit deus, & poſtea in firmamento locauit, ita & hominem puluerem quidem finxit è terra, poſuit autem in paradiſum. Notandum verò, quòd non dictum eſt, quem fecerat, ſed quem formauerat. Quem enim fecerat, ſecundum imaginem ſuam fecerat. Is autem corporalis nõ eſt. Et quod

τὸ ἀσώματον τόπῳ οὐ περιγράφεται.

D corporale non eſt, loco non circumſcribitur. Nam comitatur quidem quod factum eſt figmentum, hoc eſt, anima fictum corpus, (Simul enim eſt, quod compoſitum eſt) peculiariter tamen corporum eſt locus. Anima vero comes & conſectatrix corporis in loco eſt, propter habitum quem habet ad corpus, non ſua ipſius natura, locis in corpore circumſcripta. Quid igitur? An exhilaraui te commemorata paradiſi amœnitate, vel triſtem reddidi magis corruptibilium collatione? Nam omnino animus ſublimis & excelſus, ac cœleſtia ſapiens, vtpote conuerſationem habens in cœlis, & ad promiſſorum ſupernam dignitatem ſuſpiciens, cogitauit & cupidè expectauit aliquid vt audiret eorum bonorum quæ nobis ſunt promiſſa, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt. Si oculus E non vidit, quis eſt, qui hæc enarret? Si auris non audiuit, quomodo tua excipiat? Si in cor hominis non aſcenderunt, quomodo illa mens noſtra capiet? Neque corporalia abiicimus & ſpiritualia requirimus. Quemadmodum enim in lege & ſenſibilia erant: ſed exemplaria illa eſſe fecit ſpiritalium: ita & paradiſum corporaliter quidem conſideramus, per allegorias verò ſpiritaliter interpretamur. Plantauit igitur deus paradiſum in Eden verſus Orientis pla-

Accedit ad allegoriam.

gas. Nomina plantarum ſuppreſſa ſilentio ſunt. Proditum verò memoriæ eſt quo ſit loco plantata. In Eden inquit plantauit, hoc eſt, in delitiis. Nam Eden delicias ſignificat. Num vocat delitias eas, quæ per os ingrediuntur & ventri traditæ ſunt, & quarum finis ſeceſſus eſt? An eas quæ pereunt, delitias tradidit? An hæc eſt gratia illa à deo nobis data, ſaturitas ven- F tris, & corporis lautitia, & animi diffuſio voluptatem efficiens? Aut hoc vel dicere quidem

γνώμη.

pium eſt? Corpus enim abundè ſaginatum & anima illi immerſa & ad peccandum procliuis facta compendium quoddam eſt ad laſciuiam & procacitatem, ac ſimul omnia ea quæ vetita ſunt. Intelligemus igitur de delitiis deo dignis, vt & plantationem agriculturæ diuinæ competentem diſcamus. Quænam ergo delitiæ ſanctis congruere poterunt? Delectare, inquit, in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quoniam infinita eſt virtutis pulchritudo, à multiformi ſapientia initium ducens, propterea ſcriptum eſt, quòd plantauerit deus paradiſum, non ad Orientem, ſed ad plagas orientis. Nam vnaquæque planta à domino ſata, propria luce ornata fulguris inſtar reſplenduit. Illic ſunt fluminis impetus, exhilarantis ciuitatem dei. Alibi torrens voluptatum nominatur, nutriens & prouehens ſpiritualium plantarum

tarum venuſtatem,qui in ſequentibus dicitur fluuius egrediens ex Eden ad irrigandam pa- G
radiſum.Suprà dictum eſt quòd creaturas reliquas priùs abſoluerit , ac tum demum homi-
nem in principatum ac dominatum introduxerit.Hic verò per contrariū priùs formauit ho
minē,deinde plantauit paradiſum.Huius ſanè cauſa eſt illic quidem , vt in plenam domum
induceret patremfamiliâs,quem non inopem & indigum condiderat, poſtremò rerum lar-
giretur copiam,hic verò profectus ac felicitatis abſolutionem largitus,alibi creatum primū,
tandem paradiſi habitatorem conſtituit, vt cognita inter extrariam vitam & paradiſi con-
uerſationem,ex vtriuſque collatione , differentia, cognoſcas quidem pulchritudinis excel-
lentiam,metuas vero & ruinæ iacturam.Vt verò intelligas plantationem manui dei compe
tentem,recordare eorum quæ in euangelio diſcipulis à domino ſunt dicta.Videlicet: vos e- H
ſtis palmites & pater meus agricola eſt, vtpote ab illo plantati . Ex illa plantatione ſunt,qui
in domo domini plantati ſunt,& in atriis domini florent.Et iterum in propheta: Ego plan-
taui vineam fructiferam,totam veram.Et imitator Chriſti audet ac dicit: Cooperarij dei ſu
mus. Dei agricultura eſtis. Ego plantaui , Apollo rigauit , deus autem incrementum dedit.
Et iuſtus aſſimilatur arbori plantatæ ſecus decurſus aquarum, quæ fructum ſuum dabit in tē
pore ſuo,& foliū eius non defluet.Et iuſtus ſicut palma florebit. Et, Vineam ex Aegypto trā
ſtuliſti, eieciſti gentes , & plantaſti eam . Conare ergo per huiuſmodi dogmata paradiſi ac-
ἐπίλογος. quirere intellectum, vt aſſequare diuinæ lucis auroram, in qua lux ſcientiæ oritur, vt intel-
ligas,quomodo plantata ſit paradiſus delitiarum . Quòd ſi locum aliquem cogitaueris ſan- I
ctorum capacem,in quo omnes,qui in terra bonis operibus reſplenduerunt, gratia dei fru-
antur,& in vera ac ſpiritali iucunditate viuant, non aberraueris à decenti de paradiſo ſimi-
litudine . Illic itaque bonæ quædam virtutes radicatæ ac ſolidè confirmatæ ſunt,miniſtræ
ἀγαθαὶ δυνάμεις. ſanctorum , quibus homo recens natus plurimòque ad perfectionem adiumento opus ha-
bēs,traditus eſt.In quo loco cœtus ſunt ſanctorum,in quo lucis ortus,in quo animæ delitiæ,
illic poſuit deus hominem. Si carnalis es , habes deſcriptionem corporalis paradiſi, & deli-
συγγυμνασίας. catiſſimam ſaturitatem.Si plurimi facis ſenſibilium rerum oblectationem, accelera ad illā,
in qua delitiæ indeſinentes ſubminiſtrantur. Si ſpiritalis es , & ſublimiora corporalibus de-
lectationibus expetis:aſcende animo ad pulchritudinem angelorum,cognoſce in illis iuſti- K
tiæ fructus, contemplare fluuium aquis dei refertum, cuius impetus ciuitatem dei lętificāt,
cuius artifex ac conditor deus eſt. Ciuitatem illam præterfluit fluuius ille dei , qui ex Eden
originem trahit,& paradiſum irrigat.His omnibus mente cognitis,glorifica deum, quoniā
illum decet omnis gloria patrem ſcilicet, & filium & ſpiritum ſanctum in ſeculorum ſecu-
la,Amen.

# Sancti patris noſtri Baſilij Cæſa- L
## REAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI
*Homilia in pſalmum primum , uerìus procœmium in pſalmos omnes Dauidicos,Godefrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho,interprete.*

Præfatio in omnes pſalmos.
Collatio.
Ecclēs.10.a.

SCriptura omnis diuinitus inſpirata , & vtilis, hac vna ratione à ſpiritu
ſancto conſcripta aſtruitur:Vt ex ea haud ſecus atque è communi qua- M
piam curandarum animarum officina,medelam ſuo quiſque morbo ſa-
lutarem & accommodam queat ſeligere . Medicina enim iuxta Eccle-
ſiaſten,ſedabit magna delicta . Alia proinde nos ipſi prophetæ erudiunt,
Hiſtorici perdocent alia , alia item inſtruit lex.Rurſus alia commonen-
dæ eccleſiæ ſpecies ex opere Prouerbiorum eruitur. At hic vnus pſalmo-
rum liber quiduis ex omnibus in ſe complectitur, quod vſui ſit omnibus , futura certiſſimis
Dauidici pſalterij laus. præcinit oraculis,Hiſtoricam continet narrationem,leges ſancit vitæ ſanctiùs inſtituendæ,
cuiq; agēda præſcribit & ſubmonet. Vtq; ſemel omnia, liber hic bonæ omnis doctrinę vber-
Metaphoræ rimum quoddam eſt & commune promptuarium , ſua vnius prouida ac ſolerti cura veluti
comminiſcens



A comminiſcens & excogitans,quid cuiuſque noſtrum ſaluti maximopere conducat. Vulne-
ra etenim animarum perſanat,quantalibet vetuſtate occalluerint:vulneri recèns inflicto ce-
lerem citámque adfert emendationem.Diutino item morbo affectum priſtinæ aſſerit ſoſpi-
tati,quod verò incolume eſt & integrum,tuetur interim ac ſeruat:denique omnem prorſus
vitioſæ affectionis intemperiem quoad eius fieri poteſt,ab animis noſtris reuellit ac ſubmo
uet,quantiſcunque modis per vitæ iſtius corruptam conſuetudinem inualuerint,idque cum
peramœna quadam deductione ac moderata iucunditate animorum , quæ & menti hone-
ſtas inſerat cogitationes.Nam quando ſpiritus ſanctus nos vidit ægrè perſuaderi ad comple Spiritus ſancti inuētum eſt melodia.
xum virtutis , ac proinde ad ineundam vitæ rectitudinem per hoc lenteſcere , quòd toti ad
B conſectandam voluptatem propenderemus , quid fecit ? Nimirum ſcripturæ ſuæ dogmatis Cur inuēta ſit & quàm efficax.
miſtim inſperſit concinnam iſtam numerorum modulationem , vt auribus permulctis ac
delinitis melico vocum concentu, clàm ac velut aliud agētes ſineremus in animos noſtros
irrepere eloquiorum vtilitatem , idq; pro more ſapientis medici. Is enim pharmacum obla- ὁμοίως τοῖς κακοσίτοις.
turus auſteriuſculum quidem auerſanti cibos nec probè concoquenti , ſubinde oras calicis
prælinit melle . In hoc ſanè excogitati ſunt concinni iſti concentus pſalmorum , vt qui per
ætatem pueri etiamdum ſunt , aut certè morum maturitate nondum incanuerunt , dum in
ſpeciem concinunt ac modulantur, re ipſa animas erudiant ſuas. Neque enim è promiſcua τῇ ἀληθείᾳ
plebe & iis qui ad ſcripturarum indaginem toti deſident, vnus aliquis vnquàm facilè com-
perietur,qui hinc à nobis abiens præceptum vllum apoſtolicum aut propheticum memorię
C mandarit:pſalmorum verò eloquia & domi cantillant omnes, & medio in foro ſecum cir-
cumferunt.Vt vnus aliquis feræ in morem peracri ira incanduerit:ſimul atque pſalmus cœ-
perit illius auribus incini,mox ex animo diſcuſſa feritate abit ſerenior. Pſalmus, animarum
eſt tranquillitas:arbiter ineundæ pacis, cuius annutu exundantes ac tumultuariæ cogitatio-
nes ſe contrahunt & conquieſcunt . Animæ ſiquidem vim ad iram propendentem edulcat
ac præmollit pſalmus:cum contrà, freno temperantiæ coërceat eam,quæ ad effrenem laſci-
uiam deuergit.Pſalmus amicitiæ eſt conciliator,vnio diſſidentium, pacis inter hoſtes con-
ſtabiliendæ ſequeſter eſt pſalmus.Quis enim inimicum deinceps cenſere eum poſſit, quo cū
vel vnicam ad deum vocem ſemel emiſerit?Id itaque quod in bonis numeratur præſtantiſ-
D ſimum,pſalmodia ſuppeditat,nempe charitatem:quæ quaſi nodus quidam coüniendis & in
vnum aſtringendis omnibus concordem hanc vocum excogitauit harmoniam , ad conſo-
num chori vnius concentum populum coaptans . Pſalmus eſt profligandis dæmonibus ac
depellendis quoddam amuletum, Angelicæ tutelæ conciliator, ſcutum ſecuritatis inter ti-
mores nocturnos,diurnorum requies laborum,infantium tutelaris protectio, conſiſtētium
in ætatis flore decus & ornamentum,ſenum ſolamen,denique mundus eſt mulieribus exor-
nandis appoſitiſſimus.Pſalmo ſequeſtri & velut parario ipſæ incoluntur ſolitudines.Foren-
ſes ſtrepitus moderatur pſalmus ac temperat.Incipientibus erudiri primùm, elementaris eſt
inſtitutio pſalmus,proficientibus augmentum,perfectis denique ſuffulciendis ſtabile firma-
E mentum . Vox eſt eccleſiæ pſalmus . Hic dies feſtos illuſtriores reddit ac perfundit gaudio,
quum triſtitiam alioquin operetur , ſed quæ ſecundum deum eſt è corde enim lapideo ciet
lachrymas. Pſalmus opus eſt angelorum, cœleſtis illius Reipublicæ in commune propoſita
functio , ſpirituale thymiama . O inuentum ſanequàm admirabile ac ſapiens doctoris qui
excogitauit,quo pacto vna eademque opera ipſi melicos cantus emodularemur & doctrinā
animæ ſalutarem condiſceremus.Quæ enim numeroſis modulis comprehenſa ediſcitur,fi-
xiùs imprimitur animo.Ita enim natura comparatum videmus,vt vix tantillū duret, quod γνώμη.
inuitus didiceris : cum contrà id neſcio quo pacto memoriæ inſideat tenaciùs , quod cum
F peramœna quadam oblectatione & gratia irrepit atque illabitur animo . Quid porrò non
hinc poſſis edoceri?non fortitudinis magnificentiam?non exactam ſeueritatem iuſtitiæ? nō
temperantiam vel ipſo aſpectu venerabilem ? non abſolutam perfectionem prudentiæ? non
pœnitentiæ formulam?non modum patientię?non denique quicquid dicere poſſis de gene-
re bonorum?In hoc ſanè reconditus eſt perfectæ theologiæ theſaurus.Hic reperias de Chri-
ſti in carnem aduētu oraculum,comminationem iudicij,reſurrectionis ſpem, terrorem in-
tentati ſupplicij, gloriæ promiſſionē,reuelationem myſteriorum. In pſalmorum libro perin ἐπιφώνημα
de ac in ampliſſimo quopiam & communi promptuario nihil non bonorum reconditū eſt. Liber cur pſalterium.
Proinde quum non vna ſit ſpecies muſicorum inſtrumētorum, ad id maluit propheta librū
hunc ſuum accommodare, quod pſalterium dicitur: ob id (ita equidem arbitror) vt vel ipſo
nomine

nomine gratiam in eo perſpicuè reſonantem ſubindicaret è ſupernis profluere à ſpiritu ſan- G
cto:quòd inter cætera ſolum hoc cauſas ducit ſonoris edendi è ſupernis.Nam in cithara ly-
raq; æs ab inferiore plectro pulſatum ſonum reddit. E diuerſo pſalterium ſupernè attactum
cauſas ſortitur concinnæ illius ſuæ modulationis : vt hoc documento permoti tota animi
contemplatione diſcamus quæ ſurſum ſunt,quærere, non item præcipites deuergere ac rapi
ad obſcœnos carnis affectus per illicem voluptatem ſuauè ſonantis melodiæ.His adde & il-
lud : Equidem reor altiſſima quadam & ſapienti ratione prophetam nobis ſubindicare vo-
luiſſe per inſtrumenti iſtius ſtructuram,quòd quiſquis exactiore ſtudio & ad virtutis cōple-
xum commodiore animam ſuam compoſuerit : is tantò ſe eriget faciliùs ad cœleſtium me-
ditationem bonorum.Reliquum proinde fuerit,vt quod ſit pſalmorum initium videamus. H

*Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum.)*

Primi pſalmi interpretationem aggreditur à collatione. ὁλκάδα μυριοφόρον.

SAnè qui architectonicæ artis ſunt periti, fundamenta ſubſternunt primùm futuræ
moli ædificiorum in ſublime ſurrigendæ correſpondentia. Nec ſecus onerariam
nauem & hanc numeroſæ multitudinis capacem facturi, carinam priùs compin-
gunt & agglutinant tantam,quæ ſatis ſit tranſmittendo mercium vectorúmq; one
ri. Quin & in animantium generatione cor quod natura præmolitur ac vice fundamenti
præſtruit,ipſo etiamnum naturæ ductu conſtitutionem accipit æquabili proportione reſpō I
dentem ac futuro congruam animali:quò fit, vt corpore ſuis ipſius principiis omni ex parte
attemperato,ad ſuam quęq; animantium differentiæ promoueantur & emergant magnitu-
dinem. Quod itaque ad domus molitionem eſt fundamentum , ad compingendam nauim
carina,quod cor in conſtituendo animantis corpore eſt: vim nihilo diſparem meo quidem
arbitratu obtinet circuncisum hoc ac breue procœmium ad vniuerſam ſupellectilem atque

Beatus vir.

apparatum pſalmorum.Nam quando Dauid per operis totius progreſſum fuerat tam multa
admoniturus,quibus obeundis operoſiſſimi quique labores, ſudoreſq; innumeri impendé-
rent iis qui deſudaturi erant in legitimo pietatis agone, hæc præuertēs,lucidiſſimis rationi-
bus probat horum exitum fœlicem ac beatum fore:vt bonorum nobis repoſitorum ſpe inui K
tati nihil grauatim aut moleſtè quicquid occurret doloris aut triſtitiæ,perferamus.Sic enim
& iter facientibus per aſperrima quæq; ac penè inacceſſa loca, tædiū releuat laboris ſpes cer-
tò propoſita commodioris hoſpitij: vtq; maris periculo auſint ſe committere mercatores, fa
cit cupiditas parandarum mercium:& agricolis imminuit ac ſuffuratur labores ſpes ſecutu-
ræ fertilitatis. Eam ob rem qui noſtram omnium vitam in commune diſpenſat ac modera-
tur eximius doctor ſpiritus ille veritatis ſolerti ſapientia & artifici cōſilio initio ſtatim mer-
cedem ob oculos ponit:vt laboribus dum in manibus ſunt veluti iam tranſmiſſis,tota men
te ad bona quę in cœlis repoſita nobis ſunt auidiùs properemus. *Beatus uir qui non abiit in con-*
*ſilio impiorum.)* Eſt ſanè quiddam,quod peculiari ac primaria acceptione beatitudinis prædi L
cari debeat beatum,quod verè bonum eſt, hoc ipſum eſt deus. Quarè & Paulus memoriam
facturus Chriſti,ait: Secundum manifeſtationem beati dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Aduentum.

Reuera id denique beatum quod per ſe bonum eſt, ad quod reſpiciunt omnia,quod vniuer
ſa cupidè expetunt,natura immutabilis, Dominica dignitas, vita nulli òbnoxia perturba-
tioni,temperies totius expers mœroris ac triſtitiæ circa quam nulla conſpicitur vicaria alie-
natio, nulla eam attingit loci permutatio,fons ſcaturiēs,luculenta & exundans charitas,the
ſaurus nunquàm exhauriendus:cuius rudes & amantiores mundi dum boni iſtius ignorant
naturam,ſæpe quæ nullius ſunt momenti admirantur , & beatitudinis habent loco,vt diui-
tias,ſanitatem,vitæ ſplendorem,quorum nullum ipſa ſui natura æſtimandum eſt bonū,non
ſolùm quòd facilem habeant ad res contrarias conuerſionē, ſed & quòd poſſeſſores ſuos ni- M
hilo meliores reddere valeant. Quis enim ob pecuniam iuſtus?quis ob corporis proſperā va
letudinem prudēs?† Contrà,hæc aſpicimus nec raro abutentibus cedere in fomitem & mi-

† Tēperās.

niſterium peccati,Beatus igitur ille qui quæ plurimi ſunt habenda,poſſidet, quíve eorū par-
ticeps eſt quę nullis queunt modis cōuelli & auferri.Sed hunc quomodo cognoſcemus?Qui
non abiit in conſilio impiorum.Ego vero priuſquam exponam,quid ſit,non abiiſſe in con-
ſilio impiorum,quæſtionem vobis huius loci ſoluam.Cur propheta,inquis,virum duntaxat
ſelegit,quem beatum prędicaret?num fœminas ab hac beatitudine excludit?Abſit.Nam vna
virtus viri & fœminæ eſt , quando par vtrique creatio , honórque ſimilis . Audi Geneſin:
Fiat ( inquit deus ) homo : ad imaginem dei fecit illum : maſculum & fœminam fecit eos.

Vir nū beatus & nō fœmina.

Quorum



A Quorum itaque natura vna,horum & actiōes eædem.Quorum æquale opus,horum & mer
ces eadem.Cur ergo viri facta mentione,mulierem tacuit?Quoniam ſatis eſſe exiſtimauit,
quando eſt vna vtrique natura præcipuo ſexu vtrunque hominem ſignificare.Beatus igitur
vir qui non abiit in conſilio impiorum.Conſidera verborum quæ ſit exacta comprehenſio,
quonam modo quælibet dictio ſententiis ſcatet & exuberat.Non dixit,qui non abit, ſed nō
abiit in conſilio impiorum.Nondum enim ille qui in vita eſt,beatus eſt prędicandus ob exi
tum incertum : ſed qui vices ſuæ functionis & vocationis ſemel abſoluerit , vitámque fine
certo clauſerit,hic iam beatus tutò dici poterit . Cur igitur beati immaculati qui. ambulant
in lege domini?Non enim ibi dicitur,qui ambulauerunt,ſed qui adhuc ambulant,beatos il

τὸ ἀκριβὲς καὶ ἀκρίβεια, ἀκριβὴς κατάληψις.

diciq; beat? Ante obitū nemo,ſupremáque funera debet.

B la ſcriptura pronuntiat , quoniam qui benefaciunt in ipſa laudantur actione:qui verò pec-
catum fugerunt,ſi ſemel atque iterum à malo fortè declinauerunt,non propterea laudandi
ſunt,ſed qui omnino omni tempore vitare prorſus potuerint malitiæ experientiam. Ex qua
ſanè ſerie ſermonis, altera nobis emerſit dubitatio: Cur eum qui ex virtute viuit non dicat
beatum,ſed qui nihil mali admiſerit.Hac enim ratione,equus,bos,lapis,beati poterunt ap-
pellari.Quod enim inanimatum in via peccatorum ſtetit?aut quod expers rationis ſedit ſu-
pra cathedram peſtilentiæ?Aliquantum ſi perſtiteris , ſolutionis medelam inuenies . Infert
enim: *Sed in lege domini uoluntas eius.)* Diuinæ autem legis meditatio ei tantum qui par-
ticeps rationis eſt,conuenit.Nos verò & illud dicimus , quòd principium ad bonorum ap-
C prehenſionem ſeu emendationem vitæ,eſt à malis abſceſſio.Declina à malo (inquit) & fac
bonum.Sapienter itaque & ſolerti conſilio nos ad virtutem introducere cupiens,fugam vi-
tiorum initium fecit bonorum.Si enim ſtatim ea quæ ſunt perfecta tibi propoſuiſſet : ad ea
fortè obeunda,fuiſſes cunctatior.Nunc verò ad faciliora captu te aſſuefacit,vt ad ea quæ ſe-
quuntur,animo ſis præſentiore.Ego quippe pietatis exercitationem,ſcalæ à Iacob viſæ rectè
comparauerim:cuius pars terram attingebat,pars altera ipſi ſupereminens in cœlum vſque
porrigebatur.Ex quo eos admonere opus eſt qui ad virtutem inſtituuntur primùm,vt pri-
mis admoueant gradibus veſtigium , & inde paulatim aſcendendo progrediendóque , ad
comprehenſibilem humanæ naturæ altitudinem ſenſim ac paulatim promouentes perue-
D niant. Quemadmodum igitur in gradu ſcalari , prima eſt aſcenſio ab humo receſſus : ſic in
exercitatione diuinæ conuerſationis principium profectus eſt diſceſſus à malo. Omnino au
tem facilius longè eſt otiari ac quieſcere,quàm qualecunque opus facere . Verbi gratia:non
occides,non mœchaberis,non furaberis.His omnibus otio tantum & immobilitate eſt o-
pus.Atqui,diliges proximum tuum,ſicut teipſum:Et, vende ſubſtantiam tuam,& da paupe-
ribus,Et ſi quis te adegerit ad miliare vnum,vade cum illo duo,actiones ſunt athletis com-
petentes,ſtrenuo ac forti animo ad præſtandum opus habentes . Ex quo illius admirare ſa-
pientiam,qui nos ad perfectionem per res faciliores & comprehenſu aptiores deducit.Tria
verò nobis digna obſeruatione proponit:Nequando abierimus in conſilio impiorum: Non
E conſiſtendum in via peccatorum:Non ſedendum in cathedra peſtilentiæ. Rerum naturam
ſecutus hunc dictis ordinem impoſuit.Primum enim conſilium inimus.Deinde conſilium
firmamus. Poſtremò in iis quæ conſuluimus, permanemus . Ante omnia igitur ipſa puritas
in mente noſtra conſiſtens prædicanda venit beata , quoniam radix earum quæ per corpus
fiunt actionum,cogitatio ipſa ſiue conſultatio eſt in corde conquieſcens. Adulterium enim
in anima voluptatum aſſectatoris primis accenditur flammis,atque ita corporis corruptio-
nem operatur,vnde & dominus ait: Intus ſunt quæ coinquinant homines . Quoniam au-
tem impietas propriè dicitur in deum peccatum,abſit vt de deo quicquam per incredulita-
tem dubitemus.Hoc nanque eſt abiiſſe in conſilio impiorum.Si in corde tecum dixeris:éſt
F ne deus,qui vniuerſa móderetur & gubernet ? eſt ne deus ſingula diſpenſans ? eſt ne iudici-
um?eſt ne retributio expectanda vnicuique,ſecundum quod geſſit?Cur ergo iuſti egent,pec
catores in copia ſunt rerum:hi imbelli valetudine, illi firma ac forti:hi ignobiles , illi illu-
ſtres ac celebres gloria?Quid enim?Num fortuito caſu fertur hic mundus,& vniuſcuiuſque
vita euentuum caſibus temerè ſubiecta eſt . Quòd ſi iſta cogitaueris, iam in conſilium im-
piorum abiiſti.Beatus igitur qui nullam in animum induxit de deo ambiguitatem, qui cir-
ca præſentia non eſt lapſus in puſillanimitatem , ſed & futura expectat , qui nullam habuit
incredulam ſuſpicionem de eo qui nos condidit . Beatus & ille qui in via peccatorum non
ſtetit.Via enim vita dicitur , per quam quilibet natus properat ad finem . Quemadmodum
qui in nauigiis dormiunt,ſponte à vento in portum deducuntur , & ſi ne ſentiant quidem,

Pietas.

Collatio.

Ad perfectionem cōtēdēti,ppo-nūtur tria.

Via,vita eſſe probatur ſimili.

f perpellente

perpellente eos ac perurgente nauis curſu ad finem optati portus:ſic & nos vitæ noſtræ tem G
pore prætereunte, veluti quodam motu continuo & irrequieto, ad proprium quilibet ter-
minum occulto vitæ noſtræ curſu properamus. Verbi gratia:Dormis? tempus prætercurrit
& elabitur:vigilas,& mente aliquid agis? vita etiam ſi non ſentiamus,abſumitur.Omnes e-
nim vnum currimus curriculum,ad propriam quiſque metam tendentes. Quamobrem o-
mnes in via ſumus? Atque ad hunc modum ſi de via hac ſenſeris, viator eris in hac vita,
tranſibunt omnia,poſt tergum relinquentur omnia.Vidiſti de via plantam,herbam,aquam
aut aliud quiduis non indignum ſpectatu?Nonnihil hinc decerpſiſti oblectationis?Hæc in-
terim abs te defluxerunt.Rurſus in lapides incidiſti.In conualles,præcipitia,ſcopulos, ligná
ve acuminata,aut fortè in feras incurriſti,reptilia,ſpinas,alia item permoleſta? Hinc non- H
nihil contraxiſti mœroris?Mox iſta reliquiſti.Talis eſt vita,quæ nec delectabilia, nec rurſus
acerba & triſtia diu retinet.Sed nec via hæc tua eſt,neque præſentia tua ſunt. In viatoribus
primus veſtigium mouit,& poſt eum alius,item alius inſequitur.Conſidera parumper,num
res humanæ ſint conſimiles.Hodie terram coluiſti?cras alter colet,& poſt eum alius. Vides
agros hos & domos ſumptuoſas?quot nomina iam vnumquodque horum permutauit?Di-
cebantur alicuius eſſe,& poſtea in alterius denominationem tranſierunt,& poſt illum rur-
ſum ad alium,nunc quoque alterius eſſe dicuntur.Cur vita noſtra non dicetur via:quæ mo-
dò hunc,modò alium ſortitur continuò ſtatum?Beatus ergo qui in via peccatorum non ſte
tit.Hoc autem,non ſtetit,quid ſibi vult? Quum in primæua adhuc conſiſtimus ætate, non I
iam dicimur in malitia eſſe aut virtute. Ea enim ætas habitus vtriuſque minimè eſt capax.
Poſtquàm autem ratio ad perfectum venit,tunc fit quod ſcriptum eſt:Adueniente manda-
to,peccatum reuixit,ego verò mortuus ſum. Oriuntur enim prauæ ex carnis affectibus co-
gitationes animis noſtris ingenitæ.Reuera nanque vbi mandatum venit, hoc eſt, cognitio
bonorum,ſi prauæ cogitationi non fueris dominatus, ſed rationem permiſeris ab affectio-
nibus captiuari, reuixit quidem peccatum: at mens morti ſuccumbit, delictis mortificata.
Beatus igitur qui non ſtetit,hoc eſt,diu non eſt immoratus in via peccatorum,ſed ſuperio-
re ratione ad Rempublicam ſiue ſodalitatem ſtudioſam pietatis ſe recepit.Duę nanque ſunt
inter ſe contrariæ viæ:vna quidem lata & ampla ſiue ſpatioſa,altera anguſta & arcta. Toti- K

Vię duæ ac duo duces.

dem etiam duces,quorum vterque ad ſe viatorem arripere conatur. Via nanque illa facilis
& lata pronóque curſu decliuis ducem habet decipientem dæmonem malum,qui per volu
ptatem ſe ſequentes ad perditionem trahit.Aſperæ verò, accliui & arduæ angelus præſidet
bonus, qui per ſtrenuos pro paranda virtute labores ad finem beatum ſequaces ſuos dedu-
cit.Donec enim quilibet noſtrum puer eſt in hac vita voluptatem perſequens, nullam vitæ
futuræ rationem aut curam habet.Vir autem factus,poſt intelligentiæ perfectionem, quaſi
diuiſam ſibi in vitium & virtutem vitam videt,& accuratè animæ oculos vtrinque voluen-
do,quæ ad amborum pertinent proprietatem, diiudicat. Nam & peccatorum vita omnia

ὑπισχνεῖται ὑπίσχεσι. γνώμη.

præſentis ſæculi iucunda eſſe declarat.At iuſtorum ſola futuræ vitæ bona oſtendit,& ſaluan L
dorum via quantò pulchriora profitetur eſſe & promittit futura:tantò laborioſiora præſen-
tia exhibet.At voluptatum ſectatrix & intemperans vita,non eam quæ in futurum expecta
ri debeat,offert,ſed præſentium rerum iucundã fruitionem.Anima igitur omnis quaſi ver-
tigine ratiocinationum laborans & claudicans malè afficitur:dum electura virtutem, cogi
tat ſecularia,& ad præſentia reſpiciens, voluptatem virtuti præfert. Hic carnis oblectatio-

ϑυλαγωγίαμ.

nem aſpicit,ibi diſciplinam: hic ebrietatem,ibi ieiunium: Hic intemperantiores riſus, illic
vberem lachrymarum copiam:hic ſaltationem,ibi preces ad deum ac vota:hic tibias & mu
ſicam,ibi luctus:hic libidines & amores,ibi virginitatem.Quoniam autem verè bonum ra-
tione cogitationéque comprehendi per fidem poteſt (procul enim ſemotum eſt boni illius M
domicilium,& oculus non vidit, & auris non audiuit.) Peccati verò oblectatio promptam
habet & per omnes fluentem ſenſus voluptatem: beatus proinde qui ab eius abſtinens ille-
cebris,ad exitium minimè ſiuit ſe reuolui,ſed per patientiam,ſalutis ſpem retinens: in am-

Cathedra peſtilentiæ. ὁ μὴ πιεῖσεα πεῖς.

barum viarum electione non ea ingreditur, quæ ad peiora contendit. *Et in cathedra peſti-
lentiæ non ſedit.)* An dicit cathedras, in quibus noſtra conquieſcere facimus corpora?Quæ-
nam eſt ligni ad peccatum collatio,vt ipſe cathedram à peccatore præoccupatam, ceu exi-
tialem & noxiam debeam fugere?An putare debemus cathedram dici ſtabilem ac firmam
in iudicio prauo conuerſationem?quæ nobis prorſus vitanda eſt,quòd diuturna exercitatio
peccatorum,præſertim ſtudiò ſi fit & certa deſtinatione,animabus ſolet habitum ingignere
vix



A vix vnquam deſiturum & egerrimè mobilem. Animæ enim morbus vbi vetuſtuit iam,ma-
li item exercitatio ſimul atque occalluit diuturnitate:vix vllam admittit medelam, aut cer-
tè immedicabilis fit prorſus:quum in his,vt in pleriſque aliis conſuetudo mutetur & abeat
in naturam.Optandum igitur fuerit,vt ne attingamus quidem malum. Secundus proinde
erit noſtræ nauigationis curſus,ſi à prima mox qualicunque experientia mali, quaſi à beſtia
intentante plagam peſtilentem ac virulentam refugerimus,iuxta quod à Salomone de leui
& improba muliere ſcriptum eſt:Ne applices oculum tuum ad eam,ſed reſilito: neu morê-
ris.Iam enim ipſe quoſdam noui,qui per ætatis teneræ florem ad obſcœnas carnis affectio-
nes delapſi,per conſuetudinem quoque mali iſtis immortui ſunt peccatis. Quemadmodum

Non immorandum peccatis docet à ſimili.

B enim ſues qui in cœno ſeſe obuoluunt,continuò ſibi lutum augent,ſic hi fœditatem ex volu
ptate ſingulis diebus affricant ſibi & aſpergunt. Beatitudinis igitur eſt nihil cogitaſſe, aut
propoſito deſtinaſſe exequi,quod ſit malum.Si autem per inimici inſidias impietatis conſi-
lia inieris,in peccato noli perſiſtere.Id demum ſi accidit,caue inſideas malo.Ne igitur ſe-
deto in cathedra peſtilentiæ.Sed quando intellexiſti cathedram hic, diuturnam in peccatis

διαρκῆ πε-ρεδρίαμ. Collatio.

ſignificari moram:deinceps exquirendum tibi,quam nominatim dicat peſtilentiam. Dicũt
rerum huiuſmodi periti peſtem ea eſſe natura,vt ſi vnius hominis vel iumenti corpus attin
gat,ad quoſque proximos quaſi partitò ſerpit:vt vno contaminato,mox ad alium vis mor-
bi perueniat.Tales itaque ſunt operarij iniquitatis: alius in alium ſuum tranſmittit morbũ,
proinde coægrotant,ſimul etiam pereunt.An non vides libidini meretriciæ addictos, quo-

κατὰ διάδοσιμ.

C modo in foro ſedentes, ac eos qui ſobriè caſtéque degunt,ſugillantes, ſuæ ipſorum turpi-
tudinis facta adnumerant, ſtudia quæque tenebrarum & ignominiæ dedecora: perinde ac
ſtrenuè ea facinora & fortiter geſſerint, commemorant? Hi demum peſtilentiæ vocantur,
qui dum proprium morbum in omnes tranſfundere contendunt,multos gloriantur ac ge-
ſtiunt reddere ſibi ſimiles:vt per malorum communionem multorúmque ſocietatem,pro-
priam diffugiant infamiam.Nam neque ignis arentem & ſuſcipiendæ flammę idoneam na

πνεύματος ἐπιφόρου. Simile.

ctus materiam cohiberi poteſt, quo minùs vniuerſam corripiat, maximè ſi contigerit vis
venti flammam prouehentis,neque poſſibile,peccatum quod in vno fuerit,ad vicinos om-
neis non tranſire,ſi ſpiritus ac ventus iniquitatis eum accenderit.Fornicationis enim ſpiri-
D tus non in vno tantum coërceri ſe patitur aut ſiſti:ſed coæui ſtatim eodem comprenduntur
morbo:Ganeæ, ebrietates, narrationes laſciuæ & obſcœnæ turpitudinis, amica inſuper vnà
potans huic arridet,illum iritat ac prouocat ad libidinem.Denique omnes ad idem incen-
dit peccatum.Num parua hæc peſtilentia,aut modica eſt iſta peccati diffuſio? Quid autem,
ſi quis auarum imitatur, aut eum, qui potentia quadam politica & honoris ſpecie fucatus
populis imperet, dux ſit exercitus, deinde turpiſſimis affectibus contaminatus inueniatur:
nónne is peſtem animo ſuo accepit,alterius malum quem imitatorem habet, proprium con
ſtituens?Res enim in vita magnæ atque illuſtres, vitas clarorum hominum ad ſe reducunt

A ſimili mores accipiũtur hero.

atque referunt: & milites plerumque ducibus aſſimilari ſolent: & in ciuitatibus populi eos
E imitantur qui potentia pollent.Prorſúſque poſtquam vnius morbus imitatione dignus mul
titudini exiſtimatus fuerit, propriè & conſentaneè peſtilentia quædam animarum dicetur
in vita dominari.Vitæ namque ſplendor per nobilitatem malitiæ quæſitus,multos ad æmu-
lationem ſimilem eorum qui proni ac lubrici ſunt ad peccandum,trahit. Quoniam itaque
alius alium complet morum corruptela,iure tales animarum peſtilentiæ in terris dicantur.
Ne igitur in cathedra peſtilentiæ ſederis,neu particeps conſilij eorum fueris,qui ſuam cæte-
ris affricant corruptelam aut contagem peſtilentem: vel ſaltem in malis non diu manſeris
cõſiliis.Atqui ſermo hic meus in ipſis adhuc verſatur procœmiis,ſed & multitudinem video
F modum excedere:adeò vt iam vobis promptum non ſit plura excipere, nec item mihi di-
ctandi facultas ſuppetat,ob innatam vocis me deſtituentis debilitatem. Si autem quæ cœpi
dicere de vitandis ante omnia malis, déque perfectione per bona opera conſequenda, hoc
ſermone non abſolui:attamen hæc pauca benignis veſtris nec ingratis auribus commendã-
tes,pollicemur deo ſuggerente nos reliqua completuros,modò ne vocis organo deſtitutus
ſilentium prorſus cogar ſubire.Dominus autem det nobis eorum quæ diximus mercedem:
vobis verò eorum quæ audiſtis fructum, per gratiam Chriſti ipſius,cui gloria,in ſecula ſe-
culorum, Amen.

# HOMILIA IN PSALMVM SEPTIMVM, DOMINE *deus meus in te ſperaui.* G

Pro eo quod Hebræi proferunt כוש בן ימיני Chus ben Iemini, Græci habent, χουσὶ ὑιοῦ ἰεμενεί. ad eũ modũ noĩa Hebraica ferè ĩtertunt.

*Pſalmus ipſi Dauid, quem cecinit domino, pro uerbis Chuſi filij Iemini.*

EA quæ in huius pſalmi titulo inſcribuntur, cum hiſtoria Regum, vbi de Dauide
narratur, quadantenus non conuenire videntur. Illic enim Chuſi princeps qui-
dem ſociorum Dauid, filius verò Arachi memoratur. Hic autem filius Hieme-
nei. Eſt enim nec hic neque alius aliquis filius Hiemenei ex his qui ibi apparent. H
Num fortè igitur quoniam per ſimulationem amicitiæ, vt transfuga is partes ſequutus Ab-
ſalonis, ac proinde conſilia alioqui commodiſſima Achitophelis viri vtique acerrimi & pe-
ritiſſimi ductandi exercitus, in iritando, ita ſtrenuam ac fortem operam nauauit Dauidi:
idcirco filius Hiemenei eſt hic appellatus, id eſt filius dextræ? Illum enim cum conſuluiſ-
ſet nullum tempus intermittendum, ſed imparatum patrem ſtatim & ex inſidiis inuaden-
dum, admitti non permiſit: vt induceret, inquit hiſtoria, dominus in Abſalonem omnia ma
la. Nam viſus eſt inferre Abſaloni cauſas, quàm Achitophel probabiliores diſtrahendæ pu-
gnæ ac nectendæ moræ, eo ſanè animo, vt Dauidi tempus colligendi exercitus tribueret.
Ex quo receptus gratúſque apud Abſalonem fuit dicentem: Bonum conſilium dedit Chu- I
ſi filius Arachi, longéque melius conſilio Achitophel. Dauidi amico intereà per ſacerdotes
Sadoch & Abiathar quæ inſtituta eſſent vt fierent, oſtendit, ac præcepit ne in Araboth de-
ſerti caſtrametaretur, ſed vt tranſire maturaret. Quoniam itaque ob bonum conſilium
dexter & accommodus eſt factus Dauidi, à præclaro eiuſmodi ac virili opere hoc indeptus
eſt cognomentum. Hac itaque de cauſa filius Hiemenei, hoc eſt, filius dextræ eſt appella-
tus. Ipſa namque ſcripturæ conſuetudo, peiores à peccato magis cenſere, quàm à patribus
ſolet: meliores verò filios ex aliqua inſigni & eis conueniente virtute. Quamobrem diabo-
lum apoſtolus perditionis filium appellat. Niſi enim, inquit, reuelatus fuerit iniquus ille
filius perditionis. Et Iudam dominus in euangelio filium perditionis vocauit: Nullus (in- K
quit) periit niſi perditionis filius. Filios autem ſapientiæ eos vocat, qui in dei cognitione
ſunt inſtituti & conformati: Iuſtificata eſt, inquit, ſapientia à filiis ſuis. Et ſi fuerit, inquit,
ibi filius pacis. Non igitur mirum videri debet, ſi nunc corporalem eius tacendo patrem,
dextræ filium potiſſimum ſocium Dauidis nominet, accepta decenti appellatione, ex ra-
tione illuſtris ac præclari operis. *Domine deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac.)* Putatur vul
gare quid eſſe, & quòd à quouis poſſit ſanè ac verè proferri illud, Domine deus meus in te
ſperaui, ſaluum me fac: Profectò non ſe ſic habet res. Qui namque in homine ſperat, aut ob
aliud quiduis eorum quæ vitam hanc concernunt, animi pendet ac diſtrahitur, (verbi gra-
tia: dum ſpem collocat in magiſtratu, in diuitiis & aliis quibuſlibet quæ apud plæroſque pu L
tantur clara eſſe ac ſplendida) is neutiquam legitimè dicere poteſt: Domine deus meus in
te ſperaui. Præceptum eſt enim non oportere in principibus ſperare. Et rurſus: Maledictus
homo, qui confidit in homine. Quemadmodum nec quicquam aliud, præter deum co-
lere oportet: ſic nec in alio ſperare, quàm in deo omnium domino fas eſt. Spes mea, inquit
Dauid, & † cantatio mea dominus. Sed quomodo primum ſeruari à perſequentibus, dein-
de liberari rogat? Puncti enim diſtinctio claram hic reddit orationem. *Saluum me fac,* in-
quit, *ex omnibus perſequentibus me.)* Deinde ſequitur: *Libera me nequando rapiat ut leo a-
nimam meam.)* Quæ igitur differentia inter ſeruari & liberari? Seruantur propriè debiles,
liberantur vero ij qui in cuſtodia captiui retinentur. Propterea eum qui per ſe debilis eſt, M
alioqui in ſe retinet fidem: propria ad hoc moderatur ac dirigit fides, vt demum con-
ſequatur ſalutem. Fides enim tua, inquit dominus, te ſaluam fecit. Et rurſus: Fiat ti-
bi ſicuti credidiſti. Qui verò libertate donandus eſt, pretium aliunde pro ſe dependi
expectat: Qui itaque ſub mortis pendet articulo, cognoſcens quemadmodum vnus eſt
ſaluator, vnus item liberator ſiue redemptor, ait: In te ſperaui, ſaluum me fac ex debi-
litate: libera me item ex captiuitate. Exiſtimo autem quòd generoſi dei athletæ per
omnem ſuam vitam cum inimicis inuiſibilibus, cùm colluctati ſatis ſuperque fuerint,
poſtquàm omnes eorum ſubterfugerint inſectationes, prope vitæ finem conſtituti, à prin-
cipe ſeculi huius examinãtur: vt ſi qua comperiantur retinere ex initis certaminibus vulne-
ra, aut

ἐν ταῖς βασιλείαις in regnorum libris, ita enim & Græci, pro quo Hebræi Malachim regũ non malachot regnorum. ימיני dexter ſiue dextra.

Memorabilis γνώμη.

Aggreditur ſuſcepti pſalmi interpretationem.

aliàs, Laudatio.

Saluum me fac, dein libera.

γνώμη memorabilis.



A ra, aut ſi quas diſcolores notas ſiue impreſſiones peccati in his deprehenderint, diſtineantur.
Quòd ſi nullo ſaucij vulnere, nec vlla aſperſi decolore macula peccati perinde ac inexpugna
biles ac liberi à Chriſto inuenientur, interquieturi ſuſcipiantur, aç refoueantur. Orat itaque
de vita præſenti & futura. Serua me, inquit, hìc à perſequentibus me: libera verò me, tempo-
re reddendæ rationis, nequãdo rapiat vt leo animam meam. Et hæc ex ipſo domino diſcere
vtiq; poſſis circa paſſionis ſuæ horã dicente: Nunc princeps mundi huius venit, & in me non
habebit quicquam. Sed is quidem qui nihil vnquam admiſit peccati, rectè dicit: In me non
habebit quicquam. Homini autem abunde fuerit, ſi auſit dicere: Venit princeps mundi hu-
ius, & in me habet pauca & modica. Periculum itaque hæc pati fuerit, niſi nobiſcum liberan
B tem nóſque ex his malis redimentem ac ſeruantem habeamus. Duobus autem propoſitis to
tidem ſequentia reſpondent. *Serua me ex multitudine perſequentium me & libera me, nequando ra-
piat, ac ſi non ſit qui liberet aut redimat. Domine deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi red-
didi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam & com-
prehendat.)* Mos eſt ſcripturæ, retributionis nomen non ſolùm in præmium aliquod boni &
mali accipere, ſed in actionum principio, vt, Retribue ſeruo tuo, pro tribue. Dare nanq; ini-
tium benefaciendi eſt. Reddere verò, menſuram iis quæ ſunt tributa æqualem circumſcribe-
re. Retributio autem, alterum ferè dandi principium ac bonorum ſeu malorum in quoſdam
cumulus quidam ac periodus collatorum. Arbitror autem, quando pro petitione quaſi re-
C petitionem ponens oratio, retributionem requirit, quod talem demonſtret ſenſum: Proui-
dentię ac curæ debitum, quod ex natura parentes neceſſariò debent liberis, hoc mihi exhi-
beas peto. Debetur nanque liberis à parente ſecundum naturalis amoris affectum ſuſtentan-
dæ vitę prouidentia ſiue prouentus. Parentum enim eſt, inquit, colligere ſiue theſaurum re-
condere liberis, vt præter hoc quod ad vitam illos genuerunt, etiam viuendi ſubſidia ſubmi
niſtrent. Ad hunc modum in ſcriptura, in primariis actionibus noſtris, redditionis ſeu vica-
riæ retributionis dictio vſurpari ſolet. Hìc verò videtur confidenter dicere, quoniam non
reddidi retribuentibus mihi mala, non reddidi ſimilia. Itaque ſi feci hoc, & ſi reddidi retri-
buentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Inanis autem ab inimicis ille
D decidit, qui ex gratiæ Chriſti plenitudine excidit. *Perſequatur* itaque *inimicus animam meam.
Comprehendat & conculcet in terram uitam meam.)* Anima iuſti à conſenſu & affectione corporis
diſparata, vitam habet cum Chriſto abſconditam in deo, vt dicere cum Apoſtolo valeat: Vi
uo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Item, Quòd nunc viuo in carne, in fide
viuo. Peccatoris autem & eius qui ſecundum carnem viuit anima, & corporeis voluptati-
bus inquinatur, in vitioſis carnis affectibus, perinde ac in luto quodam continuè volutatur:
quam cõculcans inimicus magnopere commaculare, & veluti in puluerem redigere ac ob-
ruere contendit, irruens in iacentem, ac pedibus illum in terram proterens. Conculcet in
terram, hoc eſt, in corpus, vitam videlicet prolapſi, & gloriam meam in puluerem deducat.
E Sanctorum enim, qui cum ſuperis conuerſantur, & ſibi theſauri ſempiterni bona theſauri-
ſant, gloria in cœlo eſt. Terrenorum verò & ſecundum carnem viuentium gloria, in pulue-
rẽ deduci dicitur. Qui enim ob terrenas diuitias gloriatur, & ab hominib⁹ captat ac venatur
honorem breui tempore duraturũ, quiq; in exuberanti copia rerum corporaliũ ſpem habet,
is profectò gloriam ſibi conciliat, non quæ ad cœlum aſpiret, ſed in puluere permanentem.
*Exurge domine in ira tua.)* Myſterium reſurrectionis iam impleri Propheta orat, in peccati
eorum condemnationem, vel in cruce exaltationem, quæ futura erat, poſtquàm prouecta ad
vltimum terminum creuerit inimicorum malitia. Aut certè: *Exaltare in finibus inimicorum
meorum.)* eiuſmodi ſenſum præfert: Quantũlibet in ſublime ſuccreuerit malitia, etiamſi per
F exuberantem copiam aut facultatem potentiæ in immenſum & infinitum ſe effuderit: potes
quemadmodum bonus medicus depaſcentis vlceris terminos præoccupans, ſiſtere morbum
latè vagantem ac ſerpentem, & eius continentem contagionem plagis tuæ diſciplinæ inci-
dere. *Et exurge domine deus meus in præcepto, quod mandaſti.)* Poteſt item hic ſermo ad reſurre-
ctionis myſterium referri: vt hortetur Propheta & obſecret iudicem, quatinus is exurgat
in peccati omnis vltionem, & ad mandata perficienda quæ nobis pridem conſtituit. Poteſt
etiam vſurpari ad rerum prophetæ, quæ tunc contingebant, conditionem ſtatúmve: & ita
deum rogat, vt ad vindictam præcepti neglecti quod mandauit, exurgat. Præceptum autem
erat hoc à deo præſcriptũ: Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã, quod filius ipſius trãſgreſſus erat.
Ideo rogat, vt & eum ipſum corrigat atq; caſtiget, & exẽplũ multis ſit, quo admoniti reſipi-
piſcant,

καινῶν ſcripturæ ſolennis.

δόσις, ἀπόδοσις, ἀνταπόδοσις.

τοῖς τέκνοις θησαυρίζειν. τὸ ἀπόδομα, ἢ τὸ ἀνταπόδομα.

κενὸς ἀποπίπτει.

Attẽde quo differat ſanctorum & iniquorum gloria.

ſcant,neu cunctetur longanimiter ferendo:ſed exurgat in ira,& exurgens proprium vindi- G
cet mandatum. Non enim, inquit, tam me vlciſceris, quàm præceptum tuum neglectum,
quod ipſe mandaſti. *Et ſynagoga populorum circundabit te.*) Liquet enim, quòd caſtigato v-
no improbo, multi conuertentur. Itaque malitiam iſtius puni, vt multa populorum ſyna-
goga te circundet,& propter hanc in altum regredere. Pro circundante te ac venerante ſy-
nagoga,quam poſſediſti per gratiæ condeſcenſionem in carnem,& legis nouæ diſpenſatio-
nem, regredere in altum gloriæ quam habuiſti ante mundi conſtitutionem. *Dominus iudi-
cat populos.*) Multis in locis ſcripturæ ſermo de iudicio interſperſus eſt, vt neceſſarius maxi-
mè & ad conſeruandam pietatis doctrinam opportuniſſimus apud eos qui in deum per Ie- H
ſum Chriſtum crediderunt. Quoniam tamen variis modis de iudicio ſermo inſcriptus eſt,
confuſionem his inſerere videbitur,qui minùs exactè varias iudicij acceptiones diſtinguunt.
Qui enim credit in me non iudicatur: qui non credit iam iudicatus eſt. Si vero qui non cre
dit,ſimilis eſt impio, quomodo dictum eſt: Non reſurrecturos eſſe impios in iudicio? Et ſi
credentes,filij dei ob fidem facti ſunt, ac propterea digni facti ſunt, qui & ipſi dij vocentur,
quomodo deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diiudicat? Sed videtur ali
quando iudicare pro,probare,in ſacris voluminibus accipi: quandoque vero pro condem-
nare.Quando probare ſignificat ait: Iudica me domine, quoniam ego in innocẽtia mea in-
greſſus ſum.Ibi enim ſubiungit,Proba me domine & tenta me. Quando verò condemnare
ſignificat:Si nos,inquit,ipſos iudicaremus,non vtique iudicaremur. Si enim nos ipſos per- I
ſcrutaremur,vtique condemnationi non ſubiiceremur. Rurſus dicit. Iudicio contendet do
minus aduerſus omnem carnem:hoc eſt,in exquirenda ratione eorum quę cuique dum vi-
ueret,acta ſunt, vniuſcuiuſque iudicio ſe ipſum ſubiiciet,& ſua præcepta peccatorum factis
opponet lucida vi demonſtrationum velut excuſans,& quòd in ſalutem iudicandorum quę
ſe decebant,cuncta fecerit: vt certò ſibi perſuadeant peccatores, quòd rei & obnoxij crimi-
nibus diuinum ſuſtineant iudicium,meritam pœnam ſponte ſubeant. Eſt & alia ſignificatio
ex hac voce iudicare,vt ait dominus:Regina auſtri exurget & condẽnabit generationẽ hãc.
Eos enim qui doctrinam diuinam auerſantur,quiq; à ſe amoliuntur ſtudia honeſti ac virtu-
tis & ſapientiæ dogmata plena bonæ eruditionis faſtidienter à ſe prorſus ablegarunt, eo- K
rum comparatione ſimul & collatione qui in generatione ſuorum Gentilium rerum bona-
rum ſtudio excelluerunt, grauiorem aſtruit daturos eſſe pœnam, corũ gratia quę neglectim
tranſmiſerunt.Credo equidem non omnes ſimilem relaturos eſſe ſententiam ab æquiſſimo
illo iudice, quotquot hoc terreſtre corpus receperint: quòd externi iſti caſus qui cuique no-
ſtrum contingunt,non paruo diſcrimine à ſe diſſideant, quo fit, vt diſſimilem quiſque ſen-
tentiam ſit relaturus.Qui enim concurrunt caſus non à nobis quidem profecti, ſed vel inui
tos circunſtant,aut peccata noſtra degrauant,aut leuiora efficiunt.Fac ex ſuppoſitione ſcor-
tationem vocari in iudicium. Eſto vnus aliquis id peccati admiſerit, initio ætatis improbis
moribus innutritus. Sit item parẽtibus omni genere intemperantiæ contaminatis progna-
tus:ſit idem educatus in improba cõſuetudine flagitiorum,in ebrietate & comeſſatione,in- L
ter obſcœna & auditu fœda colloquia. Contrà alius aliquis aliquammulta nactus, quæ ip-
ſum inuitent ad quæq; longè optima conſectanda,vt ſunt,liberalis educatio,doctores, diui-
norum eloquiorum ſubinde repetita auditio, crebræ lectiones rerum ſalutarium, admoni-
tio parentum, enarrationes quæ ipſum forment & inſtituant ad componendam morũ gra-
uitatem & tuendam mordicus pudicitiam, ad moderatam ſumendæ alimoniæ temperiem.
Talis denique in ſimile quo alter deliquit, ſi delapſus fuerit peccatum: quonam pacto hic
poſita ratione vitæ prioris, non maiores longè, quam ille pœnas merito dare oportere exi-
ſtimabitur? Ille enim ob id ſolum culpabilis erit, quòd inditis & inſperſis menti ſalutaribus
occaſionibus non rectè vſus eſt: poſterior verò præter hoc etiam cum magnum ad ſalutem M
adiumentum habuerit,propter intemperantiam ac breuiſſimi temporis negligentiam & in-
curiam, ſeſe prodidit. Similiter autem & is qui in pietate mox à cunis educatus,& inter di-
uina dogmata conuerſatus omnem erroris vitauit peruerſitatem, inq; lege dei enutritus,
quæ omne peccatum traducit, & ad contraria prouocat: non ſimilem habebit idololatriæ
excuſationem,quam ille qui ex parentibus prophanis natus & exlegibus & à gentibus initio
idololatris edoctus eſt. *Dominus iudicat populos.*) aliter Iudæũ & aliter Scytham. Ille enim ac-
quieſcit legi & in deo gloriatur, & probat meliora. Inſtructus igitur per legem,& præter cõ-
mune donum intelligentiæ quum audiat ſuis auribus incini, & continenter erudiatur pro-
pheticis

γνώμη. Nã pœna vnius metus multorum eſt.

ἀναγκαιότατος καὶ συνεκτικώτατος.

Iudicium varie ſumit.

Pſalm. 1.

ἑκόντες πρόσοιντο.

καὶ πᾶσαν διαστροφὴν ἐκφυγών.



A pheticis & legalibus ſcriptis,ſi deprehendetur quidpiam præter æquum admiſiſſe: longè gra-
uioribus erit obnoxius peccatis. Scythæ autem Nomades agreſtibus & inhumanis educati
moribus,rapinis ac prædis inter ſe aſſueti, iræ nulla temperantia indulgentes, lites denique
omnes ferro dirimere prompti,& contentiones per ſanguinem ſoluere edocti, ſi quid fortè
inter ſe humanitatis aut bonitatis communicauerint, nobis ob propriam virtutis & legis
inſtitutionem, ſi quid fortè defecerimus, longè grauiorem præparant mulctam. *Iudica
me domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me.*) Videbitur hic ſer-
mo aliquid fortè iactabundum, & glorioſum, & ſimile aliquid orationi phariſæi ſeſe
extollentis habere. Candidè tamen perſpicienti rem propheta noſter ab hoc vitioſo affectu
B procul omnino eſſe iudicabitur. *Iudica me domine*(inquit)*ſecundum iuſtitiam meam.*) Multa, in-
quit, de iuſtitia dicuntur, & perfectæ iuſtitiæ fines comprehenſu ſunt difficiles. Eſt enim &
angelorum iuſtitia quædam quæ humanam ſuperat: ſi qua virtus eſt ſupra angelos, correſpõ
dentem habet magnitudini iuſtitiæ præſtantiam. Poſtremò ipſius dei iuſtitia omnem exce-
dit intellectum,cùm ſit omni genitæ naturæ incomprehenſibilis atque inenarrabilis. Me igi
tur iudica domine ſecundum iuſtitiam meam: hoc eſt, hominibus tantum comprehen-
ſibilem & poſſibilem his qui in carne viuunt. *Et ſecundum innocentiam meam ſuper me.*) Sic enim
maximè conſtat dicentis affectus longiſſimè à phariſæi arrogantia diſtare. Innocentiam e-
nim ſuam nominat, perinde ac ſimplicitatem inexperientiamq; eorum quæ vtilia ſunt co-
C gnitu. Sicut in prouerbiis dicitur: innocens omni verbo credit. Quoniam itaque nos homi
nes in multa delabimur incommoda ob inconſiderãtiam & inexperientiam, ſe apud deum
excuſat,veniãq; orat vt aſſequatur ſuper innocentia. Ex hoc aũt palàm eſt, quòd ea quę dicta
ſunt,humilitatem prophetæ magis quàm ſuperbiam præ ſe ferre vidẽtur. Iudica me (inquit)
ſecundum iuſtitiam meam,& Iudica me ſecundum innocentiam meam in me exiſtentem,
id eſt ad librilem humanæ fragilitatis iuſtitiam meam appendens,ita me iudices. Simplici-
tatem enim cùm probè noueris morum meorum, non me vt verſatilem, neque vt circun-
ſpectum in mundi negotiis, ſic peccantem me iudices. *Conſummetur nequitia peccatorum.*)
His verbis orans verum ſe præcepti euangelici diſcipulum palàm oſtendit. Orat enim pro
D perſequentibus ſe:& ita orat, vt fine quopiam ac termino peccantium eorũ circumſcribatur
iniquitas. Quemadmodum ſi quis oret pro iis qui corpore laborant, ac dicat: conſummetur
obſecro laborantium morbus. Etenim ne inſtar cancri vicina quæq; depaſcentis, latiùs ſerpat
peccatum,orat vt ſiſtatur ac finem capiat, non item ſe latiùs effundat, hoc modo inimicos
diligens ac benigne facere iis qui ſe oderunt, cupiens eoq; precatur pro ſe perſequentibus. *Et
diriges iuſtum.*) Rectus, iuſtus nominatur,& rectum cor quod bene facit. Quid igitur vult hic
orando propheta? Orat enim vt qui iam rectus eſt dirigatur. Nihil dicet aliquis, obliquum
aut obtortum,ſeu tranſuerſum,in recto erit. Sed profectò neceſſaria hæc pro iuſto petitio, vt
rectum eius mentis propoſitum per directionem & manuductum dei regatur, ne præ fragi-
E litate quandoque veluti à canone veritatis nutando declinet,neque à veritatis inimico, per-
uerſis lædatur dogmatis. *Scrutans corda & renes deus iuſtè.*) Scriptura quandoquidem non
raro cor accipit pro mẽte,& renes pro parte animæ concupiſcibili: & hic idipſum ſignificat,
quaſi dicat, Iudica me deus cùm ob dogmata, quæ de pietate retineo, tum ob motus affectuũ
animi. Tu nanque corda & renes perſcrutaris. Scrutatio proprie eſt cum omnibus torturis
& argumentis inquiſitio, quæ à iudicibus adhibetur torturæ admotis, vt ſi cõſcij rerum ſunt
arcanarum quæ in quæſtionem poſitæ ſunt, vi tormentorum adacti eas priùs deliteſcẽtes in
apertum conſtituant. Et quidem inquiretur in cogitationes noſtras, æquiſſimi iudicis exami
ne prorſus infallibili. Ipſæ rurſus actiones in quæſtionem venient & expendentur. Nemo igi
tur huius veriſſimi iudicis præuertat ſibi ſumere vices, neque ante tempus iudicet, donec ve
F niat ipſe dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium.
Dum deus corda & renes ſcrutatur, ſuam oſtendit iuſtitiam. Tentatum eſt cor Abrahæ, an
deum ex tota anima & ex toto corde diligeret, quando Iſaac filium iuſſus eſt in holocau-
ſtum offerre: vt plenè oſtenderet, quàm filium ſupra deum non amaret. Probatus eſt & Ia-
cob fratris inſidias paſſus: vt luce ipſa eniteſceret clarius ipſius fraternam charitatem nihilo
imbecilliorem factam per tot tantáque Eſau peccata. Horum itaque corda ſcrutatione qua-
dam ſunt examinata. Renes vero Ioſephi probati ſunt, quando inſaniente erga ſe laſciua
domina, libidini turpiſſimæq; voluptati honeſtatem continentiæ prætulit. Ad hoc autem
probatus eſt, vt ſpectatores diuini iudicij animaduerterẽt iure illi honorem maximum ex-

Innocentia Dauidiſquę

παρεξεταζων.

Collatio. Metaphora

δικαίως.

Cor pro mẽte, renes pro cõcupiſcentia.

ἐτασμὸς Scrutatio quid.

hibitum, quòd illius iam multis ſpectata documentis inuicta caſtitas præluxiſſet. *Auxilium* G
*meum à deo.*) Propriè in bellis ij qui eruptionem inimicorum ſuſtinent, auxilium quærunt.
Hìc verò inuiſibiles Propheta ſentiens inimicos, & inſtans ſibi periculum ex inimicis vndique totius exercitus impreſſione in ſe irruentibus animaduertens, ait: Auxilium meum, non ex diuitiis, non ex vllo corporali ſubſidio, non item ex facultate quauis aut fortitudine qualicunque mea, at neque ex cognatione quantalibet humana, ſed auxilium meum à deo. Quale autem mittat auxilium timentibus ſe dominus, alibi à pſalmo didicimus dicente, Caſtrametabitur† angelus domini in circuitu timẽtium ipſum, & eripiet eos. Et alibi: Angelus eruit me. *Qui ſaluos facit rectos corde.*) Rectus corde is eſt, qui animum retinet neutrobi vergentem, ſic vt ne excedat, neque deſit ſibi: ſed ad medium dirigitur virtutis. Nam quiſquis à H
fortitudine deflectit, in timiditatẽ deuoluitur: contrà qui iuſto plus ſe extẽdit, ad audaciam temeritatémque declinat. Quamobrem huiuſcemodi homines ſcriptura obliquos & obtortos nominat, qui à virtutis medio ad exceſſum ſeu defectum tendunt. Quemadmodum enim obliqua linea fit, ſi nunc in curuum, nunc in conuexum eius rectitudo diffringatur ſiue obliquetur: ſic item cor obliquum eſt, quod nunc per iactantiam arrogantiámque effertur, nunc per calamitates & dolores deiicitur. Ideo Eccleſiaſtes ait: Obliquum non dirigetur.

† al. Immittet ſe & medium interponet.

Cordis rectitudo in quo cõſiſtat

*Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, non iraſcetur per ſingulos dies.*) Hoc videtur propheta inferre aduerſum eos inuectus qui tum ob rerum euentus turbabantur, quaſi ſuorum perturbationem cohibens, ne diffidant vniuerſorum prouidentiæ, videntes inultum patrem ſuper filij rebel- I
lione & Abſalonis flagitium quod moliebatur, proſperos habere ſucceſſus. Eorum itaque in cogitationibus ſtupiditatem & inconſiderantiam corrigens, ad hunc modum illos conteſtatus eſt, dicens: Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, non iraſcetur per ſingulos dies. Nihil temerè fit, eorum quæ geruntur, ſed cuilibet pro mẽſuræ ſuæ portione deus reddet, ad quam in hac vita actus ſuos præmenſurauit. Quoniam igitur peccatum ego admiſi, ex eo meritam recipio mercedem. Nolite itaque loqui aduerſum deum iniuſtitiã, Deus enim iudex iuſtus. Neque tam abiectè de deo cogitate, vt exiſtimetis ipſum ad vltionem ſumendam impotentem eſſe. Nam fortis & potens eſt: Quę ergo cauſa, quòd non ſtatim peccantibus pœnam infligit? Quoniã patiẽs eſt. Nõ iraſcitur per ſingulos dies. *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum uibra-* K
*bit.*) Comminatorius ſermo ad conuerſionem inducens eos qui tardi ſunt ad pœnitentiam. Non ſtatim minatur vulnera, plagas, mortes, ſed armorum vibrationem, veluti præparationem quandam ad vltionem intentat. Quemadmodum enim qui arma abſtergunt ac poliunt, pugnæ mox ineundæ acrem affectum & alacritatem per hoc ſignificant: ſic & ſermo hic dei motum ad vltionem oſtendere volens, gladium illum vibrare dixit. *Arcum ſuum tetendit.*) Non aliquis neruus arcum dei tendit, ſed potentia puniendi quandoque intenſa, interdum verò remiſſa. Peccanti itaque minatur ſententia hæc parata eſſe, quæ illi irrogatura ſint pœnam, ſi à peccato non deſiſtat. *Parata ſunt enim in arcu uaſa mortis.*) Vaſa vero mor- L
tis, potentiæ ſunt internecioni tradentes inimicos dei. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.*) Quemadmodum enim ignem dominus non adamanti qui non liqueſcit igne, ſed ardenti materię ceu ſunt ligna, creauit: ſic & ſagittæ dei in animas quæ multum aridæ materiæ & ad intericum aptæ collegerunt, ſunt effectæ. Illi itaque qui ignitas diaboli ſagittas priùs receptas in ſe retinent, hi ſunt qui demum dei ſagittas excipiunt. Ideo dicit ſagittas ipſius iam ardentibus effectas. Incendunt planè animam carnis amores, pecuniarum cupiditas, inflammata ira, exurens animam triſtitia & tabefaciens, timores item alieni à dei timore. Qui verò nullis eſt eiuſmodi inimicorum ſagittis ſauciatus, ſed dei armaturam ſe induit: nullas hic vnquàm experietur aduerſum ſe intendi lætales ſagittas. *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, &*
*peperit iniquitatem.*) Et quidem quod ad huius ſententiæ ordinem attinet, confuſaneus videtur M
eſſe dictionum contextus. Quoniam grauidę primùm quidem concipiunt, deinde parturiunt, poſtremò pariunt. Hìc parturigo primum ſortitur locum, dein conceptio, demũ partus. Cæterùm ordo hic ſignificantiſſimè explicat cordis conceptionem. Incontinentium enim appetitiones nullo coërcitæ freno rationis, & inſanæ prorſus concupiſcentiæ hominem veluti œſtro quopiam extimulantes dictæ parturigines quędam ſunt, quòd acrimoniam vehementiſſimi doloris in anima parere ſoleant. Secundum hunc ad malum prægeſtientem impetum quiſquis non euadit ſuperior malignis & ad malum perſuadentibus conſiliis, is iam concepit dolorem. idem vbi ſiuerit in corde conceptam malitiam in flammam erumpere per improbas & flagitioſas actiones, tum demum peperit iniquitatem. Videtur enim

Arg. à ſimili

μὴ ὀργὴν ἐπάγων.

γνώμη. τοῖς ἑκάστου μέτροις ἀντιμετρεῖ θεός.

βεβαίωσις à ſimili ducta

In arcu dei vaſa mortis.

ὁμοίωσις ex cõparatiõe. πρὸς ἀφανισμόν.

παροιστρῶσαι ἐπιθυμίαι.



A enim hæc dicere, quodammodo erubeſcens pater iniqui filij appellari: Non meus, inquit, filius hic, ſed eius eſt patris, cui ſe per peccatum iure adoptionis contradidit, eóque ſecundum Ioannem: Qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt. Ergo, Ecce parturiit ipſum per iniuſtitiam diabolus, & concepit ipſum: hoc eſt in penitiſſimos receſſus ſub inteſtina ſuæ affectionis viſcera pertraxit, ipſúmque geſtauit diabolus in vtero. Denique eundem peperit, ipſius iniquitate palam traducta. Nam omnibus quidem Abſalonis aduerſus patrem rebellio manifeſta fuit. *Lacum aperuit & effodit eum.*) Lacus nomen apud ſcripturam non admodum in bonam partem plerunque reperitur: ſicut nec puteus in malam. Lacus enim eſt in quem Ioſeph deiectus eſt à fratribus ſuis. Et cum cædes facta eſt à primogenito Pharaonis,
B vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in lacu. Et in pſalmis: Deputatus ſum cum deſcẽdentibus in lacum. Et in Hieremia: Me fontem aquæ viuæ reliquerunt, & effoderunt ſibi lacus pertuſos & confractos, qui non poterunt aquam continere. Et in Daniele lacus leonum deſcribitur, in quem ipſe coniectus eſt Daniel. Puteum autem effoderunt Abraham & pueri ſiue ſerui Iſaac: & ad puteum profectus refocillatus eſt Moſes. Et mandatum à Solomone accipimus, vt aquam bibamus ex vaſis noſtris, & ex fonte puteorum noſtrorum. Deniq; ſeruator noſter apud puteum cum Samaritana de diuinis myſteriis eſt locutus. Cauſam verò cùr lacus ad peiora, puteus verò ad meliora vſurpatur, hanc eſſe exiſtimamus: quòd aqua in lacu extranea quodammodo, cadénſque è cœlo eſt: in puteis verò aquarum venæ velut ag-
C geſtitia terra obrutæ ſeſe produnt, priuſquàm loca effodiantur, ſublato vndique terræ cumulo qui aquas occulebat, aut quacunque tandem illis incumbente ſubſtantia ſubmota, quæ aliud nihil eſt quàm terra. Et in animabus quoque foſſa quędam eſt, in quam cadunt quę meliora ſunt, ac deinde mutantur, & peruertuntur, quando quis honeſtarum rerum cogitationes incidentes ad peiora peruertit & ad ea quæ veritati ſunt contraria nihil omnino curans habere honeſtè. At contrà puteos in anima inuenias, quum vitiis quæ integebant, vndique ſubmotis affulget lux, fonsq; aquæ potabilis in ſermone & doctrina. Idcirco cuilibet ſibi puteum effodere neceſſarium eſt, vt mandatum ſupradictum cõſeruet. Bibe aquam ex tuis vaſis, & è fonte puteorum tuorum. Sic itaque nos filij cenſebimur effodientium puteos Abra-
D hæ & Iſaac & Iacob. Lacus minimè faciendus, ne in foſſam incidamus, quemadmodum hic dicitur, néve audiamus ea quæ ab Hieremia ſcripta ſunt in peccatorum probrum ac vituperationem: deo de ipſis dicente quorum pauloantè meminimus: Me fontem aquæ viuæ reliquerunt: & lacus pertuſos ſibi effoderunt, qui aquas continere non poterunt.

In Abſalonẽ impium intendit.

Lacus & putei acceptio

Aqua lacuſtris quo differat à puteana.

## IN PSALMVM DECIMVMQVARTVM,

*Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo.*

E SErmone hoc volens propheta, perfectum virum nobis deſcribere, eum qui ſit beatitudinem aſſecuturus: ordine quodam & via meditationum ſuarum vtitur, & ab his quæ prima & magis attendenda videntur, principium orditur, *Domine quis incolet tabernaculum tuum.*) Incolatus enim diuerſorium eſt hoc breue & habitatio temporaria, vitam nobis re ipſa ſubindicans minus conſtabilitam, ſed deciduam ac trãſitoriam, ob ſpem hinc ad alteram tantò meliorem emigrandi. Sancti autem viri eſt, hanc vitam more hoſpitis tranſire, ac ad alteram properare. Ideo & Dauid de ipſa loquitur: Incola ego ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Incola item fuit Abraham, qui ne terræ quidem veſtigium propriè poſſedit: ſed vbi opus ei ſepulchro fuit, id argento mercatus eſt.
F Ex quo ſanè ſcriptura demonſtrat: quemadmodum in carne viuentem, incolam eſſe oporteat: migrantémque ex hac vita in locis propriis requieſcere: quoniam in hac vita alienigenis cohabitat: terram verò corpus in ſepulchro recipientem mercatus eſt. Beatus planè, qui iis quæ in terra ſunt, non vt propriis ſe addixit, neque iſti ſeculo tanquam naturali ſuæ patriæ acquieuit: quin potiùs grauatur, quòd incolatum hunc caſum nouit eſſe à rebus potioribus, & quaſi proſcriptionis domicilium, vitam hanc incolit, perinde atque illi qui ob quępiam delicta coguntur iudicum calculis ſolum vertere relegati in exilium. Rarus inuentu eſt talis, qui præſentibus, non vt propriis vacet: diuitiarum vſum fluxum atque fragilem ſciat: corporis valetudinem proſperam breui tempore duraturam, poſtremò humanæ gloriæ floridam fœlicitatem minimè firmam ac ſtabilem eſſe cognoſcat. Quis ergo incolet tabernaculum

παροικία.

πάροικος καὶ παρεπίδημος.

παράδειγμα.

Tabernaculum dei corpus humanũ βεβαίωσις ex collatiõe

culum tuum? Tabernaculum dei, hominis caro dicitur ad animæ habitationem à deo data. G
Quis carni huic vt alienæ attenderit? Quemadmodum incolæ alienam terram mercede cõ-
ductam, ad voluntatem eius qui elocauit agrum, colunt: ita & nobis carnis cura iuxta con-
dictum ac præſcriptum traditur: vt eam demum decenter & officioſè excultam ſuo redda-
mus elocatori frugiferam. Si verò deo digna fuerit caro, reuera dei tabernaculum efficitur,
iuxta eam manſionem, qua inhabitat ſanctos. Talis enim eſt eius, qui tabernaculum dei in-
colit: proptereà dicit, Domine quis tuum tabernaculum incolet? Deinde profectus quidam
& progreſſio ſequitur ad id tendens quod perfectius eſt. *Et quis requieſcet in monte ſancto*
*tuo?)* Iudæus quidem vt qui terreſtria ſapit, quando montem audit, ad Sion ſtatim recurrit.
Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Ille qui carnem incoluit, in monte ſancto tuo requieſ- H
cet. Mons ille locum cœleſtem illuſtrem atque ſplendiflua luce conſpicuum ſignificat: de
quo apoſtolus ait: Appropinquaſtis ad montem Sion, ciuitatem dei viuentis, Hieruſalem
cœleſtem: in qua feſtum ac celebritas angelorum eccleſia primogenitorum deſcriptorum in
cœlis exiſtit. Poſtquàm pertranſiit hanc carnem aliquis, quam citra vitioſam vllam affectio
nem, & vt alienam incoluit, neque vt propriæ illi ſe admodum addixit: is tãdem quòd pro-
pria membra mortificauerit ſuper terram, & ſanctimoniam perfecerit, dignus eſt in monte
ſancto requieſcere: quam vtique requiem pſalmiſta exoptans alibi ait: Pertranſibo in locum
tabernaculi admirabilis. Et rurſus: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum? Illic
nos erga proximos dilectio pro ratione illius quæ in monte eſt quietis, ea item charitas quę I
reſilit ex mammona iniquitatis, nos faciet interquieſcere. Facite, inquit, vobis amicos de
mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. De hac com
moratione dominus etiam per modum precandi ait: Pater ſancte, da vt vbi ego ſum, & illi
ſint. Rarus profectò, qui in corpore tantiſper dum eſt incola, in monte requieſcere merea-
tur. Proptereà vt dubitans ait: Quis incolet? & quis requieſcet? Quemadmodum illud: Quis
nouit ſenſum domini? Item illud: Quis annuntiabit vobis ignem illum ardentem? Quis an
nuntiabit vobis locum illum æternum? Rurſus illud: Quiſnam fidelis & prudens? Et Inter-
rogatorium forte eſt illud quis, reſponſum exquirentis à domino ſancto, quo cum loquitur.
Ad quem contrà diuina vox propoſitam diſſoluens quæſtionem, quid ait? *Qui ambulat ſine* K
*macula & operatur iuſtitiam.)* Si immaculatus eſt, & nullo bonorum operum deficiens, ſu-
ámque attemperans vitam procul omni peccato, quo differt diſcerniculo ab eo qui facit iu-
ſtitiam? An eundem ſenſum duplicibus verbis enuntiat cum dicit, Ambulans immaculatus
& faciens iuſtitiam? Aut certè propriam quandam ſententiam vtrunque hoc dictum con-
tinet: vt ſit immaculatus ſecundum interiorem & arcanum hominem, in omni virtutis ge-
nere perfectè præparatus atque inſtructus: faciens autem iuſtitiam, qui ea quæ circa corporis
agibilia verſantur, in actiuo genere vitæ, rectè abſoluerit? Oportet enim non ſolùm ea quæ
ſunt recta iuſtáque facere: ſed etiam iuſto rectóque animo facere, ſecundum illud: Rem iu-
ſtam iuſtè proſequere, hoc eſt, cum ratione iuſtitiæ rem iuſtam abſolue. Idiotam contingit L
apparare aliquam medicinam aut curam, quæ opem ferat ægrotanti, non tamen hoc facit vt
medicus, cum artem non calleat, atque ideò artis finem minimè conſequitur. Ambulans
itaque immaculatus, mente perfectus erit. Faciens autem iuſtitiam is eſt, qui ſecundum a-
poſtoli vocem, inconfuſibilis eſt domini operarius. Attende exactam dictionis vim. Non
dixit, qui ambulauit, ſed qui ambulat: neque qui fecit iuſtitiam, ſed qui facit. Nõ enim vnus
actus perficit ſtudioſum virtutis operatorem, ſed per omnem vitam prorogari & exten-
di conuenit virtutis actiones. *Qui loquitur ueritatem in corde ſuo, & non egit dolum in lingua ſua.)*
Rurſus & hæc ſimilitudinem quandam & ſocietatem inter ſe habere videntur: Loqui veri-
tatem in corde, & non agere dolum in lingua ſua, qualem habent illa: Eſſe immaculatum & M
facere iuſtitiam. Quemadmodum enim ibi & interioris hominis perfectionem, & in rebus
agendis dexteritatem ſignificari oſtendimus: ſic & in hoc loco, quomodo id quod loqui-
mur, ex cordis abundantia loquimur, velut ex emanante fonte intimi affectus. Priùs dixit:
In corde veritatem, deinde in verbo ſimplicitatem quæ per linguam depromitur, ſignifica-
uit. Duo autem veritatis ſignificata inuenimus: Vnum quidem, earum rerum comprehen-
ſionem, quæ beatam omnino vitam ſpectant. Alterum, cuiuſcunque tandem rei ad inſtitu-
endam hanc vitam pertinentis ſanam cognitionem. Illam igitur veritatem ſalutis coope-
ratricem in corde exiſtentem hominis perfecti, oportet ſine dolo in omnibus proximo ex-
hibere. In huius autem vitæ negotiis ſi forſan à veritate intercipietur virtutis ſtudioſus aut
excidet,

Quis & hæſitantis eſt, & interrogãtis.

Quo differat ingrediens immaculatus à faciẽte iuſtitiam.

Argum. à ſimili.
Deute. 16. d

γνώμη.

Veritatis acceptio duplex.
εἴδησιν ὑγιῆ



A excidet, nihil illi ad ea quæ hìc dicuntur atque promittuntur erit impedimento. Quot enim
ſtadia ſint terræ vel maris, quót ve in cœlo aſtra moueantur, & quantum alterum alteri ce-
leritate præſtet: in his & ſimilibus veritatem ignorare, nihil profectò ad beatitudinem à deo
pormiſſam conſequendam impedimenti adfert. Forſan ſententiola hæc, & tale aliquid no-
bis repræſentat, quod ea quæ de veritate ſunt, hoc eſt myſtica, loqui conuenit, non cum quo-
libet, ſed cum proximo, hoc eſt, non prodenda illa eſſe vulgo, ſed narranda iis qui myſteriis
ſeu ſacramentis communicauerint. Si verò veritas eſt dominus noſter, impreſſam & quo-
dammodo ſignatam hanc quiſque in corde ſuo veritatem retineamus: de qua loquentes in
cordibus nobis ipſis, dolo ſermonem euangelij, dum illum proximo annuntiamus, ne in-
B uertamus. *Qui dolum non egit in lingua ſua.)* Multis adeò locis ſcripturæ dolus traducitur ve
lut inimicus dei. Diſperdet (inquit) dominus omnia labia doloſa. Item dolus in corde ope-
rantium mala. Quandocunque enim quod bonum eſt, peioris commixtione adulteratur, do
lus dicitur. Vt vinum dolum ſuſtinet, dum ei admiſcetur peius, vt ſi aqua illi pręter modum
temperiemque infundatur. Item aurum falſatur, dum cum argento & ære coit. Sic & veri-
tas dolum patitur, quando qui malè audiunt ſermones ac reprobi inſerti fuerint & implexi
ſanctis ſcripturæ eloquiis. *Nec fecit proximo ſuo malum.)* Quem hæc pſalmi particula pro-
ximum appellet, nemo dubitat eorum, qui audierunt euangelium, interrogante quodam ac
dicente: Quiſnam eſt meus proximus? Cui dominus dixit parabolam illius, qui deſcendit ab
Hieruſalem in Hierico: quem & interrogauit, quis horum tibi videtur fuiſſe proximus? &
C ille, qui fecit, inquit, miſericordiam cum illo. Docuit enim per hæc omnem hominem pu-
tandum eſſe proximum. Hoc autem mandatum obſeruatu difficile, multámque requirit di-
ligentiam, vt nulla in re ſiue modica, ſiue maiori noceas proximo: vt ne verbo lædas, non
quicquam auferas eorum quæ illius ſunt, neu vel optes illi malum, vt non denique om-
nino inuideas rebus eius lætis ac proſperis. *Et opprobrium non accepit aduerſus proximos*
*ſuos.)* Dubia eſt dictio, vtrum ipſe nulla admiſerit quæ mereantur à proximis ſuis expro-
brari, & hac de cauſa non acceperit ab ipſis opprobrium: an potiùs nullum proximorum
ipſe vituperauerit, aut opprobrio affecerit eorum qui in vnum aliquod delictum prolapſi
ſunt, aut corpore colluxati & mutili, aut in alio quopiam deprehenſi defectu carnis. Neque
D enim is qui peccat, probris venit inſectandus, vt ſcriptum eſt: Ne exprobres homini auer-
tenti ſe à peccato. Nunquàm enim ad delinquentium vtilitatem nouimus eſſe à quopiam
aſſumptum, Nam cùm apoſtolus in ſuis ad Timotheum diſcipulum inſtitutionibus permi-
ſerit redargutionem ſiue reprehenſionem, obſecrationem ſimul & increpationem: nuſquàm
tamen aſſumit opprobrium, quod fraternæ correctioni aduerſetur. Sanè reprehenſio ſiue co
argutio videtur ſibi ſcopum aut finem præſtituere emendationem peccantis: contrà, oppro-
brium eius magis qui peccauit, ſpectat confuſionem. Paupertatem porrò, ignobilitatem ge-
neris, indocilitatem, aut certè corporis infirmam conditionem cuiquam dare probro, ho-
minis eſt rationis gratia abutentis & à virtutis ſtudio longiſſimè abhorrentis. Quæ enim
E nobis contingunt præter animi deſtinationem, hæc cenſentur inuoluntaria. Ob eiuſmodi
proinde deminutiones ſiue defectus præter omnem noſtram voluntatem contingentes, cõ-
uenit miſereri potiùs miſerè afflictorum, quàm vlla eos aſpergere contumelia. *Ad nihilum*
*deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.)* Magno prorſus ac præ-
ſtanti animo opus eſt, & qui in nullam ſe ſinat deflecti partem humanarũ rerum, quíque vi-
rili fortitudine præditus ad ſummum iam peruaſerit iuſtitiæ habitum, ſuum ius vt cuique
pro dignitate diſpertiatur ac diſtribuat, & malignè agentes nouerit ad nihilum deducere,
quantolibet magiſtratu iſti polleant, quantiſlibet differti opibus ſe venditent, ſint licet ge-
neris claritudine conſpicui atque illuſtres, quanlibet ſui nominis ſplendorem ſuſtollant ac
F celebrent, tantùm ſi in his deprehendatur vlla vitæ malignitas, hos inquam ad nihilum de-
ducere, hoc eſt, ne tantilli quidem æſtimare, excelſi eſt prorſus ac præſtantis animi. Contrà
verò, timentes dominum, vt hi pauperes ſint, ignobiles, idiotę ſermone, corpore debiles, hos
gloria laudibúſque attollere & beatos exiſtimare addecet eum qui ſpirituali doctrina erudi-
tus tales didicerit planè eſſe beatos. Beati enim, ait, omnes, qui timent dominum. Eiuſdem
nanque bene inſtitutæ mentis fuerit, & agentem iniqua, quamuis clarum ac potentem ni-
hilipendere, & timentem dominum glorificare, quamuis tenuem ac pauperis & deſpicabi-
lis vitæ, nec quicquam externorum poſſidentem quæ nos inuitent ad illius commendatio-
nem. *Qui iurat proximo ſuo & non decipit.)* Quid hoc tandem eſt? Hìc iuramentum homi-
ni perfecto

De hac myſtica veritate habes nõ pauca apud Dionyſ. Areop. in my. theologia.

Attendite hæc prædicãtes lutherani, qui vinũ verbi diuini vertitis in abſinthiũ & fel amaricans.

Dolus quid ſit, finitur.

Proximur.

Argue, ait, obſecra, increpa.

γνῶμαι.

γνώμη.

ni perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent, concedi videtur: in euangelio verò prorſus G
prohibetur. Quis incolet tabernaculum tuum, & quis requieſcet in monte ſancto tuo. Qui
iurat proximo ſuo, & non decipit. Illic vero: Ego autem dico vobis, ne iuretis omnino. Quid
igitur dicemus? Quod vbique dominus tam in veteri, quàm in noua lege eandem habet
præceptionis conſiderationem. Cupit enim peccatorum effectibus occurrere, & à primis
ἀξίωμα. Collatio præceptorũ vtriuſque legis.
initiis malignitatem exſcindere. Vt enim vetus lex ait: Non mœchaberis. Dominus vero:
Non concupiſces. Illa item: Non occides. Dominus perfectiora inſtituens: Non iraſcaris.
Sic itaque in hoc loco contentus abit propheta iuramento quod iuſtum ſit ac rectum. Do-
minus verò vel occaſionem ipſam reſecat periurij. Qui enim vel rectè iurat, fortè & is poſ-
ſit interdum falli: qui verò non iurat, periculum vitauit periurij. Nominat item propheta H
multis adeò locis iuramentum immutabilem firmámque rei ac propoſiti cuiuſlibet confir-
mationem, vt eſt illud: Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Item, Iurauit dominus
& non pœnitebit eum. Non quòd deum ad teſtimonium dictorum fidémque dubietati fa-
ciendam induxerit, ſed quòd is immutabili ac firmo decreto gratiam promiſſionis Dauidi
Qui iurat, promittit ſtabiliter proximo ſuo.
confirmauit. Sic & hìc dictum eſſe poteſt, illud, Qui iurat, proximo & non decipit, hoc eſt,
qui promiſſa affirmat proximo & non decipit, vt cum ſeruatoris dicto conueniat: Sit ſer-
mo veſter eſt eſt, non non. De eiuſmodi rebus dum aſtruis & affirmas, annue: de his verò
quæ non ita ſe habent, & ſi omnes homines adhortarentur & obſecrarent, nunquam vllo
pacto inducaris, vt contra naturæ veritatem affirmes. Non facta eſt res? negatio ſequatur: I
facta eſt? conſenſu firmetur. Citra vllam verborum implicationem ad aliud reſpiciens
ipſam per ſe veritatem ſtudeto exprimere ſimplici ac nuda vſus aſſenſione. Qui vero ſic af-
firmanti minimè crediderit, ipſe viderit: damnum ſentiet incredulitatis. Turpe enim & o-
γνώμη. Sermones figurati ſpeciẽ iuramenti præferũt, non tamen iuramenta.
mnino ſtultum, ſeſe vt fide indignum accuſare, & ad iuramenti ſecuritatem confugere.
Sunt autem quidam ſermones, iuramentorum quidem figuras habentes, non tamen iura-
menta omnino exiſtentes, ſed remedia potiùs perſuadendi, vt Ioſeph Aegyptium familia-
rem ſibi reddere cupiens, per ſanitatem iurauit Pharaonis. Et apoſtolus charitatem ſuam
erga Corinthios oſtendere volens, ait: Per gloriam veſtri quam habeo in Chriſto Ieſu do-
ὀυ παρήκουσε
mino noſtro. Non enim euangelicæ doctrinæ immoriger fuit & inobediens is cui concre- K
ditum erat euangelium, ſed ſimplici ſermone ſub forma iuramenti reddito, gloriationem
quam in ipſis habebat, omnium ſibi pretioſiſſimam eſſe hoc verborum tropo vſus oſten-
dit. *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram.)* Ad communionem & mutuam charita-
Deſit hic textus. Homo finitur.
tem, & quod naturæ eſt conſentaneum ac familiare ſententia hæc nos exhortatur & inui-
tat. Homo enim animal politicum eſt & ſociale. In communi verò conuictu & mutua
conuerſatione, ad ſubleuandam alienam inopiam opus ſit in alios liberali rerum largitio-
ne. Petenti nanque te, da. Vult te omnino erga petentes ob fraternam charitatem eſſe fa-
cilem, in ſimplicitate ad rationis tamen libellam, vt petentis te, appendas neceſſitatem.
Idque quo pacto ſcitè ac prudenter ab iſtis perfici debeat, qui ſibi explendum pietatis ſco- L
pum propoſuerunt: didicimus ex apoſtolicorum actuum lectione. Quotquot enim, ait,
poſſeſſores agrorum & domorum erant: vendentes ea, ponebant pretia eorum quæ ven-
diderant, ad pedes Apoſtolorum. Diſtribuebatur autem vnicuique, prout opus erat.
Iam quando plerique horum vſum neceſſariorum prætergredientes rem emendicando par-
tam vertebant in occaſionem mercimonij ac negotiationis, materiám ve fruendi obſcœ-
nis & impuris deliciis: apud eos quibus pauperum cura erat concredita, fiebat pecunia-
rum collectio, vt illinc depromptæ in communes vſus pro cuiuſque neceſſitate prudenter
ac ſcitè diſpenſarentur. Quemadmodum enim in morbo aliquo conſtitutis plerumque eſt
neceſſarius vini vſus, nec tamen eſt cuiuſuis decernere poſſe & internoſſe exhibendi vini M
tempus, menſuram qualitatèm ve, ad eam enim rem opus ſit medici conſilio: ſic & cir-
ca neceſſariorum curam diſpenſatio non ab omnibus vtiliter tractari poterit. Multi e-
Collatio.
nim miſerabilia membra ſibi ſponte componunt ad muliercularum deceptionem: vn-
de & mutilata corporis membra ac vlcera ad mercaturæ cuiuſdam materiam, & oc-
caſionem oſtentant, quibus iſta liberalitas inutilis eſt prorſus. Nam illis ea in occaſio-
τὸ συμπαθὲς ϗ φιλάδελφον.
nem maliciæ vertitur & quæſtum. Quamobrem horum latratum repellere oportet, pau-
cáque his dare. Eis verò qui miſericordiam, & fraternam charitatem erga illos maximè oſtẽ
dunt, qui patienter tribulationem ferre didicerunt, ſanè illa à domino verba ad poſtremum
dicentur: Eſuriui, & dediſtis mihi bibere, & reliqua quæ ſequuntur. Et, Qui vult abs te mu-
tuum



A tuum accipere, ne auerſeris. Quod præceptum pendet ex priùs dictis. Nam & pauper qui hìc
ἔχει τῶν προτέρων.
te petit: vtique mutuum ex te petit, illum tibi oſtendens diuitem, qui in cœlis eſt, qui & tibi
pro eo exoluet debitum. Qui enim pauperis miſeretur, deo fœnerat. Fœnoris verò cer-
ta fidéque digna ſponſio regnum eſt cœlorum.

## SERMO IN RELIQVA QVAE SVPER *eodem Pſalmo dicenda reſtant, contra fœneratores.*

HEſterna die ſuper pſalmo decimoquarto ſermonem apud vos habuimus, quem ſub
ἠδυνήθημεν πρὸς τὸ πέρας οὐκ ἐπετράπημεν.
B horæ ſpatio permiſſi non ſumus abſoluere: nunc autem vt certi debitores, reliqua
quæ reſtabant libenter exoluturi venimus. Eſt enim reliquum breue quidem audi-
tu, ſic vt videri poſſit, & forte multos veſtrum latuit, adeò vt putarint nihil de eo
pſalmo eſſe relictum. Scientes itaque vim magnam ad vitæ negotia breue hoc quod reſtat,
habere: vtilitatem illius, quam adferet, ſi excutiatur, non eſſe prętereundam putauimus. Pro-
pheta enim perfectum planè hominem, eum qui ad vitam illam aſcẽſurus ſit nulla vnquàm
exagitandam intemperie deſcribens, inter eius præclarè ac fortiter facta, illud quoque annu
merauit, vt argentum ſine fœnore daret. Quod vtique vitium in plurimis ſcripturæ locis vi
Vſurę malũ quantũ ſit.
tuperari videtur. Nam Ezechiel in maximis ponit malis fœnus, & plus, quàm ſortem acci-
pere: & lex illud luculenter prohibet dicens: Non fœnerabis fratri tuo & proximo tuo. Et rur
εὐθυνομένης πόλεως.
C ſus ait: Fœnus ſuper fœnus, & dolus ſuper dolum, & de ciuitate in multitudine malorum de-
prehenſa quid ait pſalmus? Et non defecit de plateis eius vſura & dolus. Idem quoque nunc
tanquam characterem ac certam notam hominis perfecti propheta noſter vſurpauit, dicẽs:
Siue pecuniam ἀργύριον.
Qui argentum ſuum non dedit ad vſuram. Enimuero inhumanitas eſt maxima, ſi is qui e-
geſtate premitur, mutuum ad vitæ ſubſidium quærat, dans verò minimè ſorte contentus,
ex miſeri calamitate prouentus & opes ſibi excogitet. Dominus enim palàm nobis præcepit:
Fœneratoris verſutiæ.
Ne vultum auertas ab eo, qui abs te mutuum petit. Auarus autem videns inopem neceſſita-
te coactum ad genua ſua ſupplicem procumbentem, ecquid non facientem quod abiectum
ſit ac vile? quid non loquentem? non miſeretur illius vtvt præter decorum ſe ſupplicem ex-
ἀκαμπτος ϗ ἀμείλικτος, ἢ ἀμείλιχος.
D hibeat, communem non cogitat naturam, humilibus ſupplicationibus nihil cedit: ſed flecti
neſcius perſtat & implacabilis, & nec precibus vincitur, nec lachrymis mollitur, ſed negan-
do perſeuerat. Iurat inſuper atque proteſtatur ſeſe omninò carere pecunia, & quærere ſi quẽ
ipſe fœneratorem inueniat, ac mendacio fidem per iuramentum faciens, iniquę & inhuma-
næ mercaturæ impudens periurium addit. Poſtquàm verò conſpicit miſerum illum memi-
niſſe fœnoris fœturámque ſortis vltrò offerentem, ſupercilium remittere ac ſubridere inci-
pit: tunc demum amicitiæ paternæ memoriam illi refricat, & familiarem & amicum appel-
lat. Videamus, inquit, ſicubi relictum eſt nonnihil depoſiti argenti. Eſt enim amici hominis
ἐπ' ἐργασίᾳ
E depoſitum quoddam apud nos, vnde quæſtum ille facit, grauéque fœnus nobis impoſuit, &
præſcripſit. Nos verò ex hoc detrahemus, longéque minore tibi dabimus. Hac itaque com-
mentitia ſimulatione ac blandis demulcendo verbis vbi ineſcauit miſerum, vbi etiam ſibi
eum obſtrinxit literis ſuper eo fœnore confectis, ad cumulum vrgentis inopiæ addit. Quid?
Detracta viro libertate, illinc ſe proripit. Ille demum ſimul atque ſeſe obnoxium reddidit fœ
nori, cui ſoluendo minimè ſit idoneus: voluntariam ſeruitutem per omne vitæ tempus ſu-
δῆγμα acre in auarum. πόρους ἐπιζητεῖς παρὰ τ ἀπόρους
ſcepit. Pecunias dic mihi, & quæſtum quæris ex inope? & ſi ille ditiorem te reddere potuiſ-
ſet, quid apud tuas ianuas quæſiuiſſet? ad auxilium cum aduenerit, reperit hoſtem: auxiliare
antidotum cùm quæſierit diligenter, in exitiale venenum incidit. Officium tuum fuerat, ho
A ſimili βεβαίωσις.
F minis depreſſi egeſtatem conſolari ac leniorem reddere. Tu contrà potiùs adauges, fructum
ex homine deſtituto: veluti ſi quis medicus ad ægrotantes introgreſſus, loco reddendæ ſani-
tatis, id quod eis virium reſtabat, auferret. Et tu inopum calamitates materiam tibi conſti-
tuis augendi prouentus? vtq; coloni ad ſatorum augmentum imbres exoptant: ſic tu inopi-
am & publicam egeſtatem hominum, vt pecunia tibi ſuccreſcat, & fiat lucroſior, exquiris?
An ignoras quòd maior tibi peccatorum exurgat aceruus, quàm ſit acceſſus opum quem
ex vſuris venaris? Nam qui mutuum quærit, grauatus rerum anguſtia quando reſpicit ad
paupertatem, deſperat de ſolutione: quando verò præſentem conſiderat egeſtatem, vſuræ ſe
committit. Deinde hic quidem victus eſt, vt qui neceſſitati ſuccubuit, Vſurarius verò illinc
abit libellis ac vadibus communitus. Qui pecunias quidem accepit, primum ſplendidus &
totus

totus prægeſtiens conſpicitur ac ſolito illuſtrior,idq; commoditate interim ſuffultus æris a- G
lieni,ac immutationem vitæ declarans. Menſa indulgentior, veſtis pretioſior , famuli illu-
ſtriore habitu immutati,Adulatores, conuiuæ veluti veſpæ ac fuci ędium innumeri concur
runt . Quando autem pecunia quidem decreſcit , tempus verò progrediens ſecum adducit
auctam pecuniam fœneratitiam :nec iam illi affert noctes quietas,nec dies ſerenos,nõ ſolem
iucundum, ſed execratur vitam , odit luces quę ad tempus conſtitutum tendunt,expaueſcit
menſes tanquam vſurarum parentes: & ſi dormit, per inſomnium fœneratorem videt ma-
lum capiti intentantem:& ſi vigilat , de fœnore continuò cogitat . Creditore ſimul & debi-
tore inter ſe congredientibus,vtrunque conſiderat dominus.Ille quidem vt canis prędæ in-
hians incurſionem facit : hìc contrà velut præda hianti expoſita , illius exhorret occurſum. H
Nam huic adimit paupertas loquendi fiduciam . Vtrique in digitis ſummæ debitæ calculus
eſt,Huius in fœnoris fœtura gaudentis,alterius æris alieni continuò augeſcentis , calamita-
tem ſuſpirantis.Bibe igitur miſer ex tuis vaſis aquam,vt ait Salomon,hoc eſt, proprias con-
ſidera facultates ac ſubſidia vitæ . Non ad alienos fontes propera , ſed ex proprij fontis ſca-
turigine tibi vitæ ſolatia collige.Habes vaſa ærea, veſtes , iumenta , diuerſi generis ſupelle-
ctilem,hæc vende:omnia denique perdere ac proiicere præſtat,quàm libertatem.Sed me pu
det,inquit,hæc publicare.Quid ergo,vt paulò pòſt alius abs te eadem in mediũ efferat, tuo-
rúmque bonorum auctionem faciat præconis voce publica,& in oculis tuis vili pretio ven-
dat?Ne ad alienas fores accedas.Reuera enim puteus alienus anguſtus.Melius eſt longè pau I
latim ſtudio & exercitatione egeſtatem conſolari,quàm vno ſimul tempore geſtientem at-
que elatum alienis facultatibus paulò poſt omnibus ſimul apud te exiſtentibus priuari.Si ha
bes vnde reddas,cur præſentem neceſſitatem eorum quæ habes,ſubſidiis non releuas? Si ve-
rò cunctaris exoluere & hæres dubius, malum malo curas. Ne recipias euertentem te fœne-
ratorem,neu te veluti prædam quandam exquiri ac veſtigari patiare . Sumere mutuò initiũ
mendacij,ingratitudinis occaſio, perfidiæ & periurij . Alia verba ſunt quando ſumis, & alia
quando vt reddas exigeris. Vtinam,inquis,hic primum te non acceſſiſſem:alioqui enim re-
periſſem quibus ſubſidiis neceſſitati meæ conſuluiſſem. An non pecuniam ne volenti quidẽ
mihi mutuò in ipſas manus obtruſiſti ? Aurum erat ſubæratum & numiſma adulterinum. K
Siue igitur amicus eſt,à quo vis mutuum accipere , caue ne amicitiam lædas:ſiue inimicus,
ne fias aduerſario, & maleuolo ſubditus . Breui admodum tempore ex alienis honeſtatus &
gaudens,paulò poſt patrimonio euertêris.Pauper es nunc, ſed liber:ſi acceperis ad vſurã mu
tuum,primum quidem per hoc neque diteſces,ſed & amittes libertatẽ.Autoratus enim fœ-
neratori & quodam modo ſtipendiarius ſeruus eris,ineuitabile ferens ſeruitium.Canes ac-
cipientes manſueſcunt: fœnerator verò accipiens iritatur. Non enim conquieſcit allatrans,
ſed plura expetit.Si iuraueris,non credet: quæ in ædibus habes diligentiùs perſcrutatur , tua
cõmercia negotiáque curioſiùs veſtigat.Si quopiam è domuncula progrediêre, ad ſe te tra-
het,denique & euertet . Quòd ſi introcluſeris te:en domui inſiſtet tuæ,fores pulſitans.Quin L
vel vxore pręſente,pudore te aſperget,afficiet contumeliis vel coram amicis.In ipſo foro gu
lã obtorto collo præfocabit.In feſto,iſtius occurſus inauſpicatus eſt & malus.Adornat enim
tibi vitam,ne vita quidem ipſa viuibilem . Dixeris tu mihi, Vrget nec mediocris neceſſitas,
ſpe interim nulla alicunde affulgente prouentus pecuniarum. Quæ quæſo vtilitas ex hodier
na dilatione?Rurſus ad te paupertas vt velox curſor recurret,& ipſa neceſſitas cum auctario
aderit. Fœnus enim non omnimodam liberationem, ſed paruam difficultati morã præbet.
Hodie patiamur ex egeſtate dura,& ne cunctemur in craſtinum. Nam ſi nunc minimè acce
peris,ſimili modo fueris hodie,& reliquo deinceps tempore pauper.Si autem acceperis, lon
gè plus affligeris, fœnore paupertatem augente. Et nunc quidem nullus tibi probro dat pau M
pertatem,quum malum ſit minimè volũtarium:ſi autem fœnori fueris obnoxius, nemo erit
qui te non ſtoliditatis condemnet. Non itaque malis noſtris minimè voluntariis, vltroneũ
malum nobis accerſamus ex noſtra ſtultitia.Stultę nanque mentis eſt ſeſe ex rebus præſen-
tibus nolle cohibere, ſed incertæ ſpei ſe committendo, ea quæ ſunt manifeſtum incommo-
dum & ineuitabile præbitura,tentare.Iam conſilio inito cogita,vnde exolues iis à quibus ſu
mis mutuo:an res vſui & exolutioni ſufficiat,& ſi vſuras reputaueris,vnde ad tantã ſummã
pecunia multiplex colligetur, vt partim curare neceſſitatem,partim explere ſortem , præter
hæc fœnori ſuppeditare valeat.Sed non ex his quæ accipis totum reddes mutuum,reddes au
tem aliunde?Illas igitur expectemus ſpes , ne vti piſces ad eſcam properantes , qui cum cibo
hamum

A fœnore dando dehortatur.

Quot mala in ſumenda mutua pecunia.

γνώμη à diſſimili petita ὁ δανειστὴς λαμβάνων.

φανερᾶς βλάβης καὶ ἀναντιῤῥήτου.



A hamum vorant,ſic & nos cum pecunia vndique transfigamur à fœnore . Nullam paupertas
conciliat homini turpitudinem aut dedecus . Quid ergo nobiſipſis opprobria ex ære alieno
comparamus ? Nemo vulnere vulnus curat . Nemo malis malo medetur,nec paupertas fœ-
nore corrigitur.Diues es?noli mutuò ſumere.Pauper es?noli item ſumere.Nam ſi nullius rei
es indigus,quid tibi cum fœnore?Si verò nihil habes,non iam mutuum repẽdes. Noli tuam
ipſius vitam ſeræ pœnitentiæ tradere,ne quando beatos exiſtimes dies,qui fœnus præceſſerũt.
Hoc enim vno pauperes à diuitibus differimus,quòd ſecuri ſumus,atque eos vigilantes con
tinuo,nos dormientes ridemus:prætereà in magna quiete agentes,eos in magna rerum per-
turbatione conſtitutos ipſi aſpicimus.Qui autem debet,& pauper eſt & curis anxius, ne no-
B ctu quidem indulget ſomno, interdiu quoq; in ſomnis,ſecum omni tempore cogitat, quo-
nam modo ſeſe his liberet curis, nunc quidem ſua quanti ſint, æſtimando, nunc verò ſum-
ptuoſas domos,agróſue diuitum,ſeu veſtes ſplendidas eorum quibus occurrit , vaſa quoque
diſcumbentium pretioſa, ſecum admurmurat:Hęc ſi mea eſſent,diuenderem tanti & tanti,
méque à fœnoris iugo quo obſtringor,extricarem.Hæc ipſius cordi noctu inſident,& inter-
diu illius mentem nihil diſſimilia occupant.Si quis ianuam pulſauerit,ſtatim debitor ſub le
ctica latitat.Si velociter aliquis ad eum accurrit,huius cor perculit . Canis latrat?hic ſudore
perfluit,& anxietate corripitur,conſpicítque quo fugiat.Vbi verò tempus exolutioni præſcri
ptum inſtat, ſecum reputat quo illum eludat mendacio , quo conficto prætextu depellat à
C ſe & ableget creditorem. Non ſolum autem te accipere cogita , ſed & breui quod acceperis,
exigendum.Quid te iſti tam fœcundæ beſtiæ adiungis?Lepores aiunt eius eſſe naturæ, vt ſi-
mul & pariant & nutriant, & ſuperfœtent : *Sic* & fœneratoribus pecuniæ ſimul tempore &
dantur ad vſuram,& gignunt & ſuperfœtant.Nondum enim in manus accepiſti, & præſen-
tis menſis lucrum quæſtúmve expoſtularis.Hęc rurſus pecunia data fœnori alterum malum
eduxit,illud rurſus aliud,denique malum hoc in infinitum ſerpit. Quamobrẽ genus hoc a-
uaritiæ hac appellatione τόκος,id eſt partus(vt exiſtimo)ob multiplex mali germen,ſiue fœ
cunditatem nominatur.Vnde enim aliunde? aut fortè ob parturiginem ac mœrores anxios
qui in eorum mentibus gignuntur, qui grauati ſunt fœnore?Sicut enim dolores parienti,ſic
D tẽpus ſtatutum debitori exiſtit fœnus ſupra fœnus, malorum parẽtum mala ſoboles.Hi ſanè
fœtus vſurarum rectè genimina viperarum dicantur . Viperas enim dicunt ventrem matris
perrodendo naſci.Sic item fœnora debitorum domos abſumẽdo naſcuntur. Semina omnia
ſuo tempore naſcuntur,animalia quoque tempore præſtituto ſuos edunt fœtus. Fœnus verò
hodie naſcitur?hodie parere incipit.Animalia item quæ cito pariunt, cito etiam à partu deſi
ſtunt. Pecuniæ verò cum ab auiditate plus æquo habendi volucrem trahant originem, infi-
nitam acceſſionem tantò progredientem vlteriùs recipiunt. Vnumquodq; creſcentium,vbi
ad iuſtæ ſibiq; conuenientis ſtaturæ magnitudinem peruênit, deſinit augeri : argentum verò
auari omni tempore augeſcit.Animalia vbi ſuæ ſoboli ceſſerunt pariendi vices, non iam im
E prægnantur:fœnori tradentiũ pecuniæ aduentitias vndecunde alias pariunt & ſuccedaneas,
veterêſque nouant.Ne tu mihi velis experiri,quid iſthęc virium habeat prodigioſa beſtia.Li
ber vides Solem ? Quid miſer vitæ tibi libertatem inuides?nullus pugil ſic aduerſarij plagas
ſubterfugit,vt debitor creditoris occurſum,ad columnas ac parietes caput occultãdo.Quo-
modo,inquis,nutriar?Habes manus,habes artem,fac aliquid vnde mercedem capias, mini-
ſterium vnicuipiam exhibeto ſtipis emerendæ gratia.Multæ ſunt excogitatæ parãdo victui
exercitationes,occaſiones multę.Atqui vires non ſuppetunt ferendo labori idoneę?Ne cor-
rogare ac petere pigeat te ab opulentis poſſeſſoribus. Verũ turpe,inquis,rogare?Turpius ve-
rò accepto fœnore omnibus ſpoliari.Non omnino dando leges,hoc ego dico:ſed oſtendens
F omnia tibi tolerabiliora eſſe,quàm fœnore inuolui . Formica poteſt neq; rogans neq; mutuò
accipiens,nutriri, & apes proprij nutrimenti reliquias regibus gratuitò cõdonãt, quibus nec
manus nec artes natura dedit:tu autem induſtrium animal,homo,vnam tãtũ ad vitæ vſum
viam reperire neſcis? Quanquam videmus ſæpe homines ad fœnus & mutuum confugien-
tes,non gratia vſus neceſſarij,cum pauperes minime fidẽ inueniant: ſed vt ſe elocent ac tra
dant totos laxioribus impenſis & profuſioni opum prorſus infructuoſæ , vt ſeruiliter ſe ad-
dicant muliebrium voluptatum illecebris.Et hæc quidem dixerit : Mihi opus eſt veſte ſum-
ptuoſa & aurata,filiis paruis ornatu decenti ſeruis item floridis & variegatis veſtibus,menſæ
denique lauticia ſplendidiore.Qui talia vxori adminiſtrat,ad trapezitam venit: & hos quos
accipit nummos priuſquàm vtatur alij reddit creditori , alium ex alio aſſumens dominum,
& ſemper

ὁμοίωσις. γνώμη.

ἀξίωμα.

πολυπλόκῳ legendum putem πολυτόκῳ.

Vt τόκος à partu & vſura,ita fœnus à fœtu.

Vſura, fœtus viperinus.

εἰκών.

τραπεζίτης menſarius. ὁμοίωσις elegans.

& ſemper continuatione ſeſe iugiter obligando probrum paupertatis fugit.Et quemadmo- G
dum hydropici ſuſpecti habentur de carnulenta obeſitate, ita & iſte diuitem ſe imaginatur
ſemper accipiens, ac ſemper reddens & ex poſterioribus priora ſoluens, denique fidem ſibi
ex continua verſura conſeruans. Et quemadmodum qui vtroque excernunt ventre id ſem-
per quod priùs inſederat eiicientes ſi nondum perfecta purgatione cibum ſumpſerint alte-
rum,rurſus hunc vomere coguntur cum dolore & inteſtinorum lancinatione.Sic hi fœnus
ex fœnore ſumentes,priuſquam priora purgentur ſecundum addentes, vbi aliquantum tem
poris fuerint in alienis deliciati,ad extremum rem domeſticam amiſſam lugent. O quantos
aliena bona perdiderunt?Quanti veluti in ſomno ditati,in ęrumnas pœnáſque maximas ſe-
ſe coniecerunt?Sed multi ex ſumpto fœnore,inquis,diuites ſunt facti. Plures ob hoc magis H
puto ſe laqueis implicuerunt. Tu diuites factos reſpicis: eos verò qui ſibi præfocarunt gulã,
non numeras:qui mendicitatis probrum dedecúſve non ferentes, prius mortem adire im-
plicito ſibi laqueo præëlegerunt,quàm probroſè viuere.Vidi ego miſerabile ſpectaculũ,pue-

ὑπολύπωσις commiſeratione digna.

ros ingenuos ob debita patris in forum pertrahi venui exponendos. Non habes pecuniam
quam relinquas filiis,ne ſaltem eis generoſitatem auferas:vnam hanc ipſis conſerua liberta-
tis poſſeſſionem,veluti depoſitum,quod ipſe à parentibus accepiſti. Nemini aliquando pa-
terna egeſtas probroſa fuit.Paternum verò debitum in carcerem ducit. Ne relinquas debi-
torum tabulas, vt execrationem paternam in filios & nepotes deſcendẽtem.Audite diuites, I
qualia pauperibus ob veſtram inhumanitatem conſulamus: videlicet, vt malint conſtanter
grauiſſima quæq; ferre,quàm calamitates quæ ex fœnore proueniunt,ſubire. Quòd ſi domi-
no fide cohæreretis,quid his eſſet verbis opus?Quod autẽ domini conſilium eſt?Mutuò da-

Conſilium domini de dando mutuo.

te iis, à quibus accipere minimè ſperatis. Et quale, inquis,hoc mutuum,cui non reddendi
ſpes coniuncta eſt?Intellige dicti efficacem vim,& legiſlatoris humanitatem admiraberis.
Quando pauperi daturus es in domini gratiam,idem ipſum & donum & fœnus eſt.Donum
quidem,quòd à paupere non ſperes te recepturum:mutuum verò ſiue fœnus ob domini mu
nificam liberalitatem pro illo reddentis,qui parua quidem per pauperem cum acceperit,ma
xima pro ipſis retribuet.Qui enim pauperis miſeretur,deo fœnerat. Non vis vniuerſorũ do- K
minum tibi ad exolutionem autoratum habere? Si quis in ciuitate diues tibi pro aliis ſpon-

ἐκπότηρ ὑπεύθυνομ.

deat,fideiuſſionem illius accipis:deum verò non admittis tanto ſe plura perſoluturũ paupe-
rum cauſa pollicentem? Da argẽtum domi nullo tuo vſu conditum,nulla ipſum grauando
acceſſione,cuius vnius gratia vtriq; bene conſultum fuerit: tibi in primis ſecuritas aderit cu

Pro ἰκῆ Volat. legit ὄικοι ſiue ὄικοθι.

ſtodiæ,accipienti verò ex vſu lucrum.Si autem & acceſſorium quęris, iis quæ à domino tibi
tradentur,contentus eſto. Ipſe enim pro pauperibus fœnoris abs te commodati auctariũ red
det:ab eo qui verè in nos benignus eſt,benignitatem expecta. Quod enim accipis ex paupe-
re,omne ſuperat odij in homines exemplum.Ex calamitatibus pauperum quæſtum facis,ex
lachrymis argentũ tibi corradis,nudum ſtrangulas,famelicũ cędis,miſericordia nulla,nulla L
cogitatio ſubit mentẽ cognationis quę tibi intercedit cũ eo qui miſerè affligitur,& quę hinc
accreſcunt lucra,benignitatem vocas?Væh dicentibus amarum dulce, & inhumanitatẽ hu-

μισανθρωπίαμ, φιλανθρωπίαμ.

manitatem appellantibus.Ne Samſonis quidem ænigmata talia erant,quæ conuiuis propo-
ſuit.A comedẽte exiit cibus, & à forti egreſſa eſt dulcedo,& ab inhumano exiit benignitas.
Non colligunt è ſpinis vuas,nec à tribulis ficus,neque item à fœnore benignitatem.Omnis
enim arbor marcida malos facit fructus. Parumper cõſidera. Hecatoſtologi & decatelogi,†
nomina,vel ipſo auditu incutientia horrorem,menſtrui repetitores,veluti dęmones qui epi

ἄνδροιμ σαπρόμ.

†Publicani erant partẽ fœneratitiæ centeſimam decimámve colligentes ſingulo quoque menſe.

lepticos faciunt, ac pauperes circa lunæ periodos inuadũt, iniqua prorſus mutui datio vtriq;
dãti pariter & accipienti,huic quidem in pecunias, illi verò in ipſam animam damnum pœ
namq; afferẽs. Agricola†enim accepta ſpica,ſemen rurſus ſub radice non ſcrutatur:Tu verò M
fructus habes,nec deſinis ipſam redituum ſortem requirere. Sine terra plantas, ſine ſatione
metis, cum incertum ſit cui congreges.Palàm is ſcitur qui ob vſuras extortas,ſe rigat lachry
mis:at incertus,qui ex earum opulentia fructum ſit decerpturus.Incertum enim, aliis ne ſis
relicturus iſtiuſmodi opes,qui eis perfruantur,malo interim quod tibiipſi ex iniquitate col-

†Auaritiam reuincit τῇ ἀνομοιώσει.

legiſti,penes te vice theſauri depoſito. Igitur à volente accipere mutuò ne vultum auertas,
nec pecuniam tuam dederis ad vſuram, vt tam ex veteri, quàm noua lege quæ conducibilia
ſunt edoctus bona cum ſpe ad dominum hinc emigres bonorum factorum vſuras receptu-
rus,In Chriſto Ieſu domino, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSAL-



A

# IN PSALMVM VICESIMVMOCTAVVM,

*Afferte domino filij dei: In exitu ſeu conſummatione tabernaculi*, *Pſalmus* Dauid.

PSalmus viceſimus octauus communem quidem inſcriptionem habet. Pſalmus e-
nim inquit,Dauidi:habet proinde quiddam proprium. Additur enim ei: Exitus
tabernaculi.Quid autem hoc eſt?Conſideremus quis ſit ille exitus, & quod taber-
naculum,vt in ſenſu pſalmi conſiſtere valeamus. Quo ad hiſtoriam igitur, vide-
B tur ſacerdotibus & leuitis ab opere ſe relaxãtibus hoc datum eſſe præceptum, vt eorum re-
miniſcantur,quæ ad cultum dei præparare oportet.Exeuntes enim è tabernaculo,Pſalmi i-
ſtius verba proteſtantur & admonent quæcunque conueniat præparaſſe,quæ quidem habẽ-
tes ad diem ſequentem conuenirent:nimirum filios arietum.Item gloriã & honorem,glo-
riam nomini domini.Item quòd nuſquam,nec alio quouis loco quàm in aula domini & in
loco ſanctificationis diuinum exercere cultum conueniat. Noſtræ autem menti ſublimiora
contemplanti per magnificum & conuenientem diuinæ ſcripturę ſenſum familiarem nobis
legem reddentem,illa ſuccurrunt:vt hìc nec aries ouium maritus accipi debet, neque item
tabernaculum ex hac materia inanimata compactum habitaculum, neque exitus taberna-
C culi diſceſſus à templo,ſed tabernaculum quidem corpus hoc noſtrum intelligatur, vt nos
docuit Apoſtolus,dicens:Exiſtentes in hoc tabernaculo ingemiſcimus. Et rurſus Pſalmus:

Tabernaculum pro corpore.

Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Exitus verò tabernaculi, diſceſſus ab hac
vita eſt,ad quem hic nos ſermo præparari iubet,vt hæc quædam & alia rurſus ad dominum

Exitus tabernaculi, exitus vitæ.

afferamus,quando labor hic & quæſtus pręſens viaticum quoddam ſunt ad futuram vitam.
Quicunque hic gloriam & honorem domino per bona opera affert, is demum gloriam &
honorem ſibi ex iuſti iudicis retributione theſaurizat. In multis tamen exemplaribus addi-
tum eſſe reperimus hoc,Afferte domino filij dei: Et quoniam non cuiuſuis donum eſt do-
mino deo acceptum,ſed eius tantum,qui corde puro offert illud.Non enim caſtæ ſunt pre-
D ces,nec acceptã oblatio ex meretricis mercede. Et rurſus Hieremias: Num vota, inquit, &

γνώμη. μὴ εὐχαί nũ vota ſiue preces.

ſanctæ carnes auferent malitias tuas,aut per hæc purus eris?Ideo pſalmus prius nos vult eſ-
ſe filios dei,deinde vltroneos accedere ad offerenda deo dona,non quælibet, ſed quæ ſint ab
eo ordinata.Ante omnia dicito:Pater,deinde petes ea quæ ordine ſequuntur.Scrutare verò

Pater noſter qui.

teipſum ex cuiuſmodi conuerſatione ad deum accedas: expende,num dignus ſis,qui deum
ſanctum voces patrem. Per vitæ enim ſanctimoniam nobis peruius eſt ad eum ſanctum ac
familiaris aditus.Si ſancti filius cupis eſſe,ſanctitas te in filium adoptet. Afferte itaque do-
mino,non omnes,neque ex omnibus,ſed filij dei. Eximia quædam dona quæſiturus eſt, &
hac gratia eximios eligit qui offerant.Etenim ne cogitationes tuas deiiciat in humum, neu
E te arietem faciat,nimirum quadrupes ratiõis expers ac balatile animal inquirere, quaſi ſpe-
res iſtius animalis victimatione deum placatum iri,ait: Afferte domino filij dei. Neque e-
nim opus iam filio:vt filium offeras:ſed ſi magnum quid eſt filius, & magnum quid & di-
gnum filij charitate & paterna dignitate,illud quod offertur addecet eſſe. Filios itaque, di-
cit,arietum afferte,vt ipſi qui à vobis offeruntur,vbi filij ſunt arietum, in filios dei muten-
tur.Aries enim animal imperium retinens,ac princeps viam præit ouibus ad edulem & paſ
cuam pabulationem,ad aquarum peramœnam refocillationem,ad ſtabulum inſuper & cau
las.Tales enim quidam ouilis Chriſti præſides ſunt,præitantes gregi dominico ſe conferen
ti ad carpenda ſpiritualis doctrinæ florulenta & odoratiſſima pabula, qui ſibi creditas oues
F rigent ſuppeditãte illis aquam viuam ſpiritu ſancto & eas adoleſcere faciant,atque ad pro-
ferendos ex ſe fructus enutriant,qui viam præmonſtrent ad requiem perennem contenden
tibus,eaſdémque ab inſidiantium impoſturis præmuniant ac tueantur.Horum igitur filios
à dei filiis adduci vult domino ſermo hic.Quòd ſi arietes hi ſunt,qui reliquo gregi præmu-
niunt rectitudinis viam:vtique horum filij erunt,qui propenſiore bonorum operum ſtudio
& exercitatione fuerint per præſulum doctrinam formati & inſtructi ad vitam ſecundum
virtutem inſtituendam. *Afferte* igitur *domino filij dei,afferte domino filios arietum.*) Didiciſti,

Nõ legitur in exẽplari.

quo cum ediſſerit hæc & loquitur propheta?Didiciſti de quibus?Nunc docet quid. *Affer-
te domino*,inquit,*gloriam & honorem.*) Quomodò autem nos qui terra & cinis exiſtimus,ma
gno domino gloriam afferimus?quomodò & honorem?Gloriam quidem, per bona opera,

g quum

quum opera noſtra ſplendore probitatis irradiarint hominum oculis,ſic vt perſpectis ope- G
ribus noſtris homines glorificent patrem noſtrum , qui in cœlis eſt . Sanè per ſobrietatem,
pérque ſanctimoniam eos peculiariter contingentem , qui ſe ex profeſſo obſtrinxerunt tu-
endæ religioni,poteſt quis afferre gloriam deo,iuxta Pauli admonitionem dicentis:Glori-
ficate deum in membris veſtris . Hanc item gloriam dominus requirit ab iis qui in ſe cre-
dunt, & adoptionis gratia ſunt dignati . Filius enim, inquit, glorificat patrem. Et:Si pater
ſum ego,vbi eſt gloria mea?Honorem affert deo is,qui ſecundum prouerbium, ex iuſtis la-
boribus & primitiis ſuæ iuſtitię eum honorat.Omnis item qui de diuinis pro decoro ediſſe-
rit,ſic vt nuſquàm deerret aut excidat à recta notione,quæ de patre tenenda eſt,de diuinita-
te vnigeniti,& de ſpiritus ſancti maieſtate:ſanè hic affert domino gloriã & honorem. Glo- H
riam verò hanc intendit & auget qui rationes aſſignare poteſt,quarum gratia omnia creata
ſunt,& per quas continentur omnia & conſeruantur ab ipſius prouidentia ad quæque mi-
nutiſſima pertingente,iuxta quas etiam rationes iudicio eius ſiſtentur omnia , exacta eiuſ-
modi diſpenſatione.Qui inſuper dilucidis rationibus , citráque confuſionem vllam per ſe
poteſt contemplari ſingula:nec id ſolùm,ſed & quæ fuerit contemplatus,eadem quoque po
teſt & aliis exprimere,putà de dei bonitate,déque eius iuſto iudicio:hic ille eſt,qui affert do
mino gloriam & honorem,nimirum vita vſus quæ huic ſuæ contemplatiom concinnè reſ-
pondeat.Iſtiuſmodi enim viri lux coram hominibus verbo iuxtà ac opere eluceſcit, pérque
eam omnigenûm præclarè actorum celebritatem pater qui in cœlis eſt,glorificatur . Non is I
porrò affert domino gloriam & honorem,qui humanam hanc gloriam attonitus miratur:
non item qui argentum in pretio habet, non qui corporis voluptates magni æſtimat , non
quiſquis abhorrentia à pietate & dei cultu demiratur dogmata. Quemadmodum enim per
bona opera domino afferimus gloriam:itidem ex contrario eam ipſam auferimus per mali-
gnitatis & nequitiæ opera.Quid enim dicit peccantibus?Nomen meum per vos blaſphema
tur inter gentes.Et rurſus apoſtolus:per præuaricationem legis deum inhonoras.Legiſlato-
ri ſiquidem contumelia eſt deſpectio legum atque contemptus.Domus ni ritè gubernetur,
nimirum in qua indignatio & clamor ſint,cõtumelia item,riſus,voluptas,prodigus ac pro-
fuſior luxus,immundicia & ex conſuetudine flagitioſa ſcortatio:eorum quæ fiunt ignomi- K
nia atque turpitudo in eum regeruntur ac reſiliunt,qui domui præſidet.Conſentaneum igi
tur fuerit,ipſi vt intelligamus,quoniam deus quemadmodum per efficacem & bonam ope-
rationem glorificatur:ſic & per malignam & flagitioſam inimicus . Quando enim ſumens
membra Chriſti,facio membra meretricis,tunc gloriam ab eo qui me ſeruat,ad eum tranſ-
fero qui me perdit.Nam quicunque Chriſto non credit,gloriam incorruptibilis dei in ima-
ginem corruptibilis hominis,& volucrum,& ſerpentum,& quadrupedum,quæ ſunt in ter-
ra,commutat,vt ait apoſtolus.Quiſquis colit creaturam ac veneratur præter creatorem:nõ
deo,ſed creaturis affert gloriam.Itaque creaturam dicens aliquid eſſe,dein procidit illi & a-
dorat:ſuam ipſe nouerit ſortem cum qua ordinabitur.Cum timore igitur prouideamus, ne L
dum gloriam & exultationem afferimus diabolo per peccatum:ipſi cum eodem æternæ ad-
dicamur confuſioni.Quòd enim peccatum in illius cedat gloriam,qui ad peccandum effi-
caciter nos promouet:per ſimilitudinem hanc,quid mihi dicatur,expende:Duo inter ſe du-
ces conſerant pugnam ſeque adoriantur,vt quidem primùm agmen hoc ex altero retulerit
victoriam , qui victori exercitui præeſt , nullo controuertente is ex hoſte palmarem repor-
tat gloriam.Siquando contraria acies præualuerit,ad illius quoque ordinis ducem victoriæ
honos transfertur ac recidit.Sic & in tuis benefactis dominus eſt,qui laudatur.In his autem
quæ perperam agis,aduerſarius eſt.Nolim longiùs abs te cogites conſiſtere hoſtes tuos, ne-
que eminus oculos in duces quaſi in ſcopum quendam intendito : tibiipſi tantùm attende, M
& omnem ſimilitudinis veritatem inuenies.Quando enim mens cum affectu vitioſo lucta-
tur,ſi quidem intentis viribus & attentione ſolerti vicerit:de huiuſmodi animi intemperie
refert victricem palmam , Deúmque velut inſigni corona redimit & condecorat . Contrà,
ſiquando ſiueris te per lenteſcentem animi molliciem ſubſterni voluptatum illecebris, iam
in ſeruitutem abriperis & captiuitatem peccatorum,gloriam per hoc addens inimico , ela-
tionem,& ſuperbiæ occaſionem. *Adorate dominum in aula ſancta eius.)* Poſt oblationem fru
ctuum eorum quæ requiruntur,neceſſaria adoratio:quæ quidem non extra eccleſiam,ſed in
aula dei perficitur.Ne mihi priuatas iſtas aulas,neu ſynagogas excogitetis.Vna eſt aula ſan-
cta dei,in qua priùs Iudæorum ſynagoga conſtitit,ſed poſtquam ſcelus in Chriſtum admi-
ſerunt,

Huc adeſte, qui excuſſa cuculla virgines Chriſto ſacras retrahitis ſub iugũ nuptiale, ô planè inceſtos & ſacrilegos.

γνώμη ex cõtrariorum collatione.

εἰκὼν elegãs

In aula ſancta eius. Legant hæc hæreticorũ ſynagogæ.



A ſerunt,facta eſt illa eorum ſtatio deſolata.Idcirco dominus,& alias oues,inquit,habeo,quæ
non ſunt ex hoc ouili,de illis loquens,qui ex gentibus prædeſtinati ſunt in ſalutem , præter
Iudæorum aulam proprium ouile propriámque aulam oſtendit . Non itaque extra ſanctam
hanc aulam,ſed in ipſa adorare deum licet.Quòd ſi quis ab iis qui ab ea alieni ſunt , tractus
atque illectus fuerit,intra hanc aulam deſinet eſſe . Plures enim ſpeciem orationis præferre
videntur,qui tamen in hac aula non ſunt propter mẽtis euagationem & diſtractionem quæ
ſit per inanes curas.Potes & aulam quoque cœleſtem illam intelligere vitam.Idcirco plan-
tati hic in domo domini, quæ eſt eccleſia dei viuentis , ibi in aulis domini dei noſtri flore-
bunt.Qui autem ventrem mundi gloriam ſeu argentum,vel aliud quod ex omnibus magis
B honorat,deum fecerit:non adorat dominum,neque in aula eſt ſancta,& ſi dignus videatur
qui intra ſenſiles iſtos aliorum conuentus admittatur. *Vox domini ſuper aquas.)* Multis in
locis nomen vocis poſitum liceat inuenire.Itaque vt intelligamus quæ ſit vox domini,ope-
ræpretium fuerit pro viribus,ex ſacra ſcriptura colligere, quæ de voce ſcripta ſunt , vt illud
eſt in oraculo Abrahæ reddito,ſtatim facta eſt vox,dicẽs:Non erit hic hæres tuus.Et in Mo-
ſe:Omnis populus videbat vocem & lampadas.Et apud Eſaiam rurſus:Vox dicentis,clama.
Vox quidem apud nos eſt,vel aër percuſſus,aut certè quæ circa aërem fit , ſenſilis repręſen-
tatio quædam,quam vult ille repræſentare & exprimere,qui pronuntiat.Quid igitur eſt vox
domini?An percuſſio circa aërem intelligi debeat,vel aër ipſe percuſſus ad aures eius pene-
C trans,ad quem fit vox?aut neutrum iſtorum eſt, ſed alterius generis quædam concepta ap-
prehenſione eorum hominum,quos vult deus ſuam vocem audire, ita vt eiuſmodi imagi-
natio iis ſeruet proportionem quæ ſępenumero cõtingunt per inſomnia. Quemadmodum
enim non percuſſo aëre,quandam verborum & ſonorum memoriam in phantaſia per ſom-
num accipimus,dum vocem non per auditum,ſed per ipſum cor noſtrum formatam hau-
rimus,talem quandam oportet ex deo vocem putare ineſſe prophetis. *Vox domini ſuper a-
quas.)* Quatenus quidem ad ſenſibile attinet,nubes ſimul atque differtæ aquis fuerint:inter
ſeſe colliduntur ſonumque ædunt & ſtrepitum ingentem. Vox domini,inquit, ſuper aquas.
Sicubi etiam ſonitus aquarum diruptarum quibuſdam obuerſantibus & contranitentibus
D fit,& ſi mare ventis turbatum exæſtuet,violentumq; murmur emittat:inanimata illa elemẽ
ta vocem habent à domino,oſtendente ſcriptura,quòd vniuerſa creatura tantumnon cla-
mans creatorem ſuum deprædicet.Et cùm tonitrus ex nubibus obſtrepit,nihil eſt aliud pu
tandum,quàm quòd deus maieſtatis intonuit,& quòd dominus eſt is qui per ſeipſum humi
dam continet naturam. *Dominus ſuper aquas multas.)* Didicimus enim in mundi creatio-
ne aquam eſſe ſuper cœlos.Aquam rurſus abyſſi,aliam rurſus aquam , nempe congregatio-
nes maris.Quis igitur alius eſt,qui hæc continet,nec ſinit ea iuxta ſuæ inclinationem natu
ræ ſidere ac ferri deorſum:quàm dominus,qui nihil non pertingit, qui aquarum habet im-
perium?Forſan & ſecretiore modo vox domini ſuper aquas erat, quando baptizato filio fa
E cta eſt ſupernè vox:Hic eſt filius meus dilectus.Tunc enim dominus ſuper aquas erat mul-
tas,eas per baptiſmum ſanctificans . Deus autem maieſtatis & gloriæ magna teſtimonij ſui
voce ſupernè intonuit.Et ſuper eos qui baptizantur,hæc à domino vox relicti elogij editur:
Euntes in mundum vniuerſum baptizate in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. *Vox
domini ſuper aquas.)* Fit autem tonitrus quando ſpiritus ſiccus & violentus in nubis conca-
uitate relictus vehementi ac peracri impetu per concaua nubium impulſus circumuolui-
tur,exitum & eruptionem quærens.Nubes autem reſiſtentes ex vehementi conſtrictione aſ
perum illum ſonitum ex incluſi ſpiritus vehemẽti affrictione ſiue colliſione emittunt.Quo-
niam verò veluti bullæ tumefactæ ac vento explicatæ atque reſeratæ amplius reſiſtere ac re-
tinere nequeunt,tunc violenter diſruptæ ventumq; expirantes ad externam reſpirationem
F edunt tonitruum ſtrepitus . Hoc ipſum aſſolet efficere & fulgur . Dominus itaque ſuper a-
quas exiſtens,& magnos ſtrepitus tonitru faciens , in molli aëris natura tantam vocis ma-
gnitudinem parit . Poteſt etiam & eccleſiaſtico ſermone tonitru ea doctrinæ traditio dici,
quæ poſt baptiſma intonante euangelij voce in eas transfunditur animas , quæ aſpirant ad
perfectionem.Quod autem tonitrus ſit euangelium,oſtendunt diſcipuli à domino per me-
taphoram , filij tonitrui appellati . Quamobrem non cuilibet vox tonitrui talis competit,
ſed ſi quis dignus fuerit rota nominari ei conueniet.Ait enim: Vox tonitrui in rota, ſi quis
fuerit ad anteriora contendens veluti rota , modica ſui parte terram attingens : & omninò
talis,qualis erat ea de qua rota dixit Ezechiel : Vidi, & ecce rota ſequens animalia quatuor,

 & aſpectus

προσευχῆς forſan προσκυνήσεως adorationis.

Vox domini.

Super aquas

ἐν τῇ κοσμογενείᾳ, nimirum Homilia.4.in Hexaemeron.

Quomodo fit tonitrus.

Vox tonitr' in rota.

& aſpectus rotarum & factura earum quaſi ſpecies Tharſis. *Deus ergo maieſtatis intonuit,* G
*dominus ſuper aquas multas.)* Aquæ item ſancti ſunt, quoniam & ex eorum ventre flumina
fluunt, hoc eſt, ſpiritualis doctrina animas irrigans audientium. Et rurſus accipiunt aquam
ſalientem in vitam æternam, quæ & in his qui eam rite acceperint, efficitur fons aquæ ſa-
lientis in vitam æternam. Super iſtiuſmodi ergo dominus aquas eſt. Reminiſcere item
Heliæ hiſtoriæ quando tribus annis & ſex menſibus clauſum eſt cœlum, & ſerenitate exi-
ſtente ſuper verticem Carmeli, audiit Helias vocem aquarum multarum, paulò pôſt to-
nitrus ſimul & aquæ inſecutæ, ex nubibus fluentes. *Dominus ergo ſuper aquas multas, uox do-*
*mini in uirtute.)* Sicut in rota vox fit, ſic in virtute vox domini conſiſtit. Qui enim cuncta H
facere, ac tolerare pręualet in eo qui ipſum confortat, Chriſto: is eſt qui domini audit facitq;
mandata. Vox igitur domini non in debili diſſolutáque ac molli anima, ſed in ea quæ
ſtrenuè & viriliter quod bonum eſt, perficit. *Vox domini in magnificentia.)* Magnificen-
tia virtus eſt, quæ circa res magnas decorè verſatur. Qui igitur ſeruato decoro res ma-
gnas obit & conficit, talis magnifici nomenclaturam promeretur audire. Sanè anima
cum à ſeruili prudentia carnis ſe aſſeruerit in libertatem, magnitudinémque ac dignita-
tem ſibi conuenientem ex deo acceperit (modò quæ ſibi ſuppetunt, conſentiant) in hac fit
vox domini. Qui igitur magnificas de deo cogitationes habent, ſublimes item de rerum
creatione rationes ſpeculantur, huc etiam quatenus potuerunt, incubuere, vt bonitatem di
uinæ prouidentiæ qualicunque intelligentia conſequerentur: ad hoc, in faciendo ſumptu I
minimè illiberales aut ſordidi & in alleuanda fratrum neceſſitate munifici: ij demum ſunt
magnifici, in quibus vox domini ſibi legit domicilium. Verè etenim magnificus, iſthæc
corporalia omnia nihili ducit, ne tantilli quidem ea faciens, collatione inuiſibilium. Vi-
rum decenter magnificum nulla rerum fortuitarum circunſtantia mœrore conficiet, con-
ſtantiam ex eius animo calamitas prorſus nulla decutiet, nullá ve exturbabit intemperies.
Non homunculorum improborum & deſpiciendorum peccata commouebunt. Non car-
nis impuritas humilem, & abiecto animo efficiet, cùm humilibus affectibus ac ſordidis
qui locum apud eum ob mentis ſublimitatem non habent, minimè ſit obnoxius. Dicitur
& quædam dei magnificentia, quemadmodum illud: Eleuata eſt magnificentia tua ſuper
cœlos. Qui igitur magnificè de deo ſentientes, ipſius deprædicant gloriam: hi ſunt qui & K
magnificentiam domini ſubuehunt laudibus. *Vox domini confringentis cedros.)* Cedrus e-
nim quandoque, vt reliquis quidem arboribus longęuitate præſtantior & putrilagine ſu-
perior, & odorata, & obumbrans tectorium præbere apta, apud ſacra volumina laudatur.
Quandoque verò vt infructuoſa & flecti neſcia, ſicque impij, adimplens ſimilitudinem in
malam traducitur partem. Vidi impium (inquit propheta) exaltatum & eleuatum ſicut ce-
dros Libani: veluti & nunc accipitur, Vox domini confringentis cedros. Sicut enim in
magnifica anima fit vox domini, ſic etiam temere inflatos ſuperbia tumidóſque ob ea quæ
in hac vita ſublimia altá ve exiſtimantur, vt ſunt gloria, imperium, elegans corporis for-
ma, vires ac robur, confringere deus dicitur. *Et confringet dominus cedros Libani.)* Qui e- L
nim ſe rebus ingerunt alienis, & per ea ſibi conciliant & adſciſcunt ſuperbiendi occaſionē,
hi ſunt Libani cedri. Sicut enim cedri per ſe altæ cum ſint, per hoc quoque quòd in ſu-
blimi quopiam monte prognatæ ſunt, ob montanæ altitudinis acceſſionem tantò efficiun-
tur ſplendidiores & eminus ſpectandæ: ſic qui iſtius mundi rebus planè deciduis & corru-
ptiuis nituntur, cedri quidem ſunt per mentis elationem ac faſtum. Quin iidem appellari
promerentur cedri Libani, quòd aliena ſubnixi altitudine intempeſtiuo gaudio diffundun
tur, & à terra terreniſque rebus, quaſi à vertice Libani ſubuecti in ſublime, in ſuperbiam
eriguntur & inſoleſcunt. Non autem omnes cedros confringit dominus, ſed Libani tan-
tum: quoniam Libanus eſt idololatriæ locus. Quæcunque igitur animæ aduerſus dei ſci- M
entiam extolluntur, ipſæ Libani cedri ſunt, & dignæ quæ conterantur. Sunt autem quę-
dam cedri dei, quas arbuſtiuæ vites tranſlatæ ex Aegypto operiunt, ſicut in pſalmis didi-
cimus: Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Quoniam verò vnà cum
aliis de Chriſto tranſlationibus & vitis dominus noſter dicitur: Ego ſum (inquit) vitis, &
vos palmites. Cedri dei ſunt illi, qui hactenus quidem ſteriles & apti ad comburendum
fuerunt, vbi verò ſub velamen & integumentum Chriſti venerunt, illumq; veluti induti
ſunt, per ipſius gratiam, propriæ vitæ ſterilitatem contegunt. Cedros ergo dei arbu-
ſta fructuoſa circumplexa cuſtodiunt. *Cedros autem Libani conteret dominus, & comminu-*
*et*

Domin⁹ ſu-
per aquas.

Aquæ ſpiri-
tuales, ſācti
doctores.

In magnifi-
centia.

Vox domi-
ni confrin-
gētis cedros

Collatio ele
gans.

Cedri Liba
ni.

Collatio.

Chriſt⁹ trāſ
latiuè vitis.



A *& tanquam uitulum Libanum.)* Reminiſcere vituli apud Exodum, quem ad ſectandam ido-
lolatriam efformarant, quem & comminutum dedit Moſes potandum populo. Vituli itaq;
illius modò totum Libanum & in ipſo conſuetudinem omnem idololatriæ inualeſcentem
exterminabit. *Dilectus ut filius unicornium.)* Vnigenitus filius dans mundo vitam, quandoqui-
dem ſacrificium & oblationem ſeſe pro noſtris peccatis deo offert, etiam agnus dei nomi-
natur, & ouis: Ecce agnus dei. Et rurſus: Vt ouis ad occiſionem ductus eſt. Quando verò pu-
nire vitia & potentiam generi humano incumbentem, efferatam illam, & exaſperatam euer
tere oportet, tunc filius vnicornium nominatur. Vt in Iob didicimus, vnicornis, eſt animal
inſuperabili virtute, hominibus minimè ſubiectum aut obtemperans. Nō enim loro ipſum
B aut vinculo ligabis, neque dormiet ad præſepe, & multa alia de ipſius animalis libertate &
indocilitate ad parandum hominibus, in ea prophetiæ parte dicūtur. Obſeruatum eſt autem
quod in vtranque partem ſimilitudine vnicornis ſcriptura vtitur: quandoq; enim laudatur,
interdum verò vituperatur: Libera, inquit, ex gladio animam meam & à cornibus vnicor-
nium humilitatem meam. Populum ſeditioſum & bella promouentē deteſtans hoc dixit,
qui paſſionis tempore domino rebellauit. Rurſus: Exaltabitur (inquit) ſicut vnicornis cornu
meum. Videtur itaque propter vlciſcendi alacritatem quæ iſti ineſt animali, ſubinde trahi
ſimilitudo peiorem in partem. Ob ſublimitatem verò cornu, & libertatem eius in bonā acci
pi partem: & demum Cornu multis in locis ſacri eloquij, pro gloria vſurpatum inuenimus,
vt eſt illud: Exaltabit cornu populi ſui. Et, Cornu eius exaltabitur in gloria. Vel pro virtute
C & fortitudine, vt, Protector meus & cornu ſalutis meæ. Chriſtus verò virtus eſt dei: ideoque
tanquam vnum habens cornu, videlicet vnam cum patre communem virtutem, vnicornis
appellatur. *Vox domini intercidentis flammam ignis.)* Intercîdit enim ignis flammam, ſecun-
dum hiſtoriam trium puerorum apud Babylonem, quando caminus ſupra cubitos xlix. ſeſe
effuderat, eosq; qui circunſtabant, ambuſſit omnes. E diuerſo eadem flamma dei præcepto
interciſa in ſe recepit ſpirantem auram, nempe perquàm ſuauem ac iucundiſſimam reſpira-
tionem atque refrigerationem pueris tribuens veluti ſub vnius alicuius arboris peramabili
vmbra, tranquillo ac requieto in ſtatu conſtitutis. Facta eſt (inquit) flamma, veluti ſpiritus
roris ſuaui ſpirans ſibilo. Longè eſt admirabilius ignis naturam intercidi, quàm mare rubrū
D in partes diuidi. Attamen domini vox ignis continenter ſibi cohęreſcentē atq; vnitā naturā
intercîdit. Quanquā igitur indiuiſibilis & inſecabilis humanis ſenſibus videatur ignis, verū-
tamen ad præceptum domini interciditur ac diuiditur. Exiſtimo autem quòd ignis ad ſup-
plicium diabolo & angelis eius paratus domini voce interciditur. Quoniā duo ſunt in igne
potiſſima, vſtiua vis & illuſtratoria. Vis prior ignis acerrima quidem ad pœnas irrogandas,
repoſita eſt his qui vſtione ſunt digni. Altera nempe ſplendiflui ſui luminis diffuſiua velut
ſortitò ſuccedet iis, qui claritate perfruituri ſunt gaudij perennis. Vox itaque domini inter-
cidentis flammam ignis ac diuidentis, ita vt obſcurus quidem ſit ignis ſupplicij, vi verò cō-
burendi careat lux illa refocillationis. *Vox domini concutientis deſertum.)* Beneficij loco ita
E diſpenſatur deſerto concuſſio illa à domino, vt permutata ſolitudine ea tellus inhabitetur,
& poſito ſterilitatis probro, laudem multos pariendi filios recipiat. Multi enim filij ſunt de-
ſertę magis, quàm illius quæ virum habet: & illa quæ aquarum ſpiritu referta eſt, quæ olim
erat deſolata, in ſtagna aquarum mutatur. *Et commouebit dominus deſertum Cades.)* Non igitur
omne deſertum commouet, ſed tantum Cades, hoc eſt ſanctificationis. Cades enim ſancti-
ficatio interpretatur. *Vox domini præparans & perficiens ceruos.)* Pari ratione cum prioribus
æſtimanda ſunt etiam iſta de ceruorum abſolutione dicta, quæ vox domini operatur. Quo-
niam talem hoc animal naturæ conditionem ſortitum eſt, vt nullo veneno ſerpentis lædi
F queat: cui remedio eſt ſiue purgationi ſi forte in id inciderit (quemadmodum aiunt qui ta-
lia obſeruauerunt) vipera deuorata. Omnia verò venenum eiaculantia iniquis & aduerſis vir
tutibus in ſacro eloquio comparantur, dicente domino: Dedi vobis poteſtatem conculcan-
di ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici. Quin & Pſalmus promittit
prophetæ, quia Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Neceſſarium eſt, vt ſi quādo audia-
mus nomen cerui in diuinis libris, id verbi in optimam trahamus ſimilitudinem. Nam &,
Montes excelſi ceruis. Et, Deſiderat ceruus ad fontes aquarum: quando & iuſtus omnis in
altiſſimis ſibi deligit conuerſationem, deſtinatum ſiue ſcopum perſequens ad brauium ſu-
pernæ vocationis, & ad potabiles fontes recurrit, prima Theologiæ principia requirens. Tra
hit itē ceruus oris reſpiratione è cauis animalia venenata latentia, quæ vi ſpiritus ſui ex ipſis

 quoque

Vnicorniū
filius.

ἐπιφυομένην
μονόκερως.

Vnicornis
acceptio an
ceps.

Cornu vt
accipitur in
ſacris.

ὑπερασπι-
στής μου.
Χριστὸς μο-
νόκερως.

ἀλαμπὲς
πῦρ κολά-
σεως ἄκαυ-
στον φῶς ἀ-
ναπαύσεως.

Eſa. 54.a.

קדש San-
ctitas. dici-
tur & deſer-
tum Pharā
Numero.13.
idem & de-
ſertum Sin
per ש.

καταρτιζο-
μένη ἐλά-
φους.
ἡ ἔλαφος.

ἔλαφος ἀ-
πὸ τοῦ ἐλαύ-
νειν ἢ τοῦ ἕλ-
κειν τοὺς
ὄφεις.

Collatiões.

quoque lustris extrahit. Quemadmodum ſanè & aquila dicitur ſanctus, quod arrecto ince- G
dat ac ſublimi animo & à terra longiùs diſtante. Sic & ouis dicitur ſanctus, quia mãſuetus,
ac ſua diſpertit in commune. Dicitur aries, quòd cæteris præſit: Columba, propter innocen-
tiam. Itidem ſanctus ceruus ob id dicitur, quòd aduerſetur improbitati & nequitiæ: ideo Sa-
lomon ait: Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum tecum verſetur, docens planè nos,
prædictos hoſce ceruos aptos ad theologiæ doctrinam eſſe. *Vox domini præparans ac perficiens
ceruos.)* Quando igitur aliquem dei hominem perfectum & abſolutum viderimus, vtilitatẽ
ex eius congreſſu & conuerſatione ſectemur. Nam vbi cerui præſentia eſt, omnium ibi ſer-
pentium malitia fugatur. Odorem cerui nulla ferunt animalia venenata, quando vel ad ſuf-
fitum cornu ceruini ſecedunt reptilia. *Et reuelabit condenſa.)* Primùm vox domini omnibus H
concinnat & abſoluit numeris ceruos, deinde reuelat condenſa: hoc eſt, locos ſyluoſos, &
agreſti ac infrugifera lignorum materia differtos & conſpiſſatos, ad quos plerunque vene-
nata animantia confugere ſolent. Quoniam igitur perfectus iam eſt ceruus per eam perfe-
ctionẽ quæ eſt à domino, iuſtus, qui illi aſſimilatur, reuelat condenſa, vt nudi & omniũ ocu-
lis expoſiti prodantur, qui vitam noſtram ſuis lædebant corruptelis. Et quoniam omne li-
gnum non faciens fructum bonum inciditur à ſecuri, & in ignem mittitur: neceſſe eſt, vt
inhorreſcentes & condenſæ ſyluæ, animæ videlicet ſylueſcentes, in quibus quaſi feræ quędã,
affectiones multiuariæ peccatorum illatebrant, à verbo dei, quod omni gladio ancipiti cæ-
ſim penetrat acutiùs, purgentur. Quoniam autem plures homines curis humanis aggrauati, I
veluti quandam terram ſpinis opertam, ſuas gerunt animas oneratas, vnde nec ſinunt eas
enutriri ad proferendam diuini verbi frugem: reuelat dominus condenſa: hoc eſt, curarum
exiſtentium in vita deformitatem & fœditatem & incommodum aperit, vt loco qui de bo-
nis ac malis eſt, veluti ſyluoſis arboribus elucato & aperto non habeant homines, quo de a-
gendis iudicia per inſcitiam peruertant. Multi nanque bona vbi laborioſa vident, mala exi-
ſtimant. Mala è diuerſo ob inſitam voluptatem, vt bona perſequuntur. Ex quo infinitus oc-
cupat mortales error. Referũt enim naturam bonorum ligna fructifera, & omnes cedri quæ
ad laudem accipiuntur. Malorum verò condenſa, ne decipiantur qui aliquem in eis fructũ
inuenire ſe putant, reuelat ac manifeſtat dei vox. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.)* Au- K

In templo nõ inaniter fabulãdum.

diant hæc pſalmi verba & confuſi ſuppudeſcãt ij, qui in tẽplo prolixiſſima intertexunt col-
loquia. Quid dicit pſalmus? Qui in templo dei eſt, non maledicentiam, non vanitatem, ac
ne obſcœnis rebus differtos ſermones pronuntiet, ſed in templo eius quiſque dicet gloriam.
Aſſiſtunt verba deſcribentes angeli, adeſt & dominus affectus intrantium conſiderans. Pre-
ces cuiuſlibet deo manifeſtæ ſunt. Alius ex affectu tantum orat, alius ſcitè ac prudenter cœ-
leſtia quærit: quidam perfunctoriè nec acri attentione ſummis labris verba loquitur: cor au-
tem eius procul à deo eſt, & ſi etiam orat, carnis tamen proſperam valetudinem, corporis
bona, inſuper diuitias & gloriam quærit humanam. Oportet autem nihil horum commit-
tere in templo, vt ſermo dei docet: ſed in templo eius quiſq; dicet gloriam. Cœli enarrãt glo L

Laus dei, opus angelorum.

riam dei. Angelorum opus laudare deum: omnibus denique cœleſtibus exercitibus vna hæc
cura, gloriam tranſſcribere creatori. †Reliquæ item creaturæ omnes, ſiue cœleſtes, ſiue terre-
ſtres, ſeu rationales, ſiue rationis expertes, demúmque inanimatæ, ſeu voce ſiue geſtis aut ali-
qua ſignificatione ſummum omnium conditorem deum extollere ac prædicare videntur.

ἀφοσιουμένως.

†Non habẽtur hæc in exemplari Græco. Locus ſanè intelligẽd⁹.

Homines verò miſerabiles relictis ędibus ſuis ad templum concurrunt, quaſi emolumenti
quicquam inde laturi, cum tamen nec accommodent aures verbis dei, nec ſuæ intelligant
conditionem naturæ, nec peccato quopiam præoccupati mœrore afficiuntur, ac ne tum qui-
dem contriſtantur, quum ad memoriam quæ admiſerunt, recurrunt. Nullo corripiuntur di-
uini iudicij metu: adeò vt ſibi arridentes, ſuáſque prenſantes dextras, domum orationis in lo- M
cum vertant effuſiſſimæ loquacitatis, minùs obtemperantes Pſalmo huic conteſtanti ac di-
centi: In templo eius omnes dicent gloriã. Tu autẽ non ſolùm non dicis, ſed alteri cuipiam
impedimento es: eúmque tibi vni reddis attentum, dum obſtrepero tuo clamore obtundis
& exuperas perſonantem ſpiritus ſancti doctrinam. Vide ne quũ hinc emigraris, loco mer-
cedis recipiendæ pro diuinis laudibus: vnà cum iis qui nomen dei execrantur & blaſphemis
vocibus inceſſunt, condemneris. Pſalmum habes, Prophetas, Euangelica præcepta, Apoſto-
lorum prædicationes. Lingua pſallat, mens ſenſum eorum quæ dicta ſunt, ſcrutetur: vt pſal-
las ſpiritu, pſallas item & mente. Non enim gloria deus indiget, ſed vult te dignum reddi,
qui olim laudem & gloriam promerearis. Quod enim ſeminat homo, hoc & metet. Semina
diuinæ



A diuinæ laudis & gloriæ ſementem: vt coronas, honores laudéſque in regno cœlorum metas.
Hæc itaque per digreſſionẽ à nobis non quidem ab re neque inutiliter ſint dicta de eo quod

ἐν παρεκβάσει.

hic dictum eſt: In templo eius quiſque dicat gloriam, ob hoc, quòd quidam in templo dei
nullo vnquàm fine ſe totos effundunt in futiles & aniles nugas ac proinde nullo ſuo fructu
illud ingrediuntur, atque adeo vtinam fruſtra tãtùm ſubirent templum, non etiam magno
ſuo incommodo. *Dominus diluuium inhabitare faciat.)* Diluuium aquæ inundatio, omne
ſubiectum delentis, omne item quod prius ſordium colluuie ſqualebat, repurgantis. Baptiſ-
mi itaque gratiam diluuium nominat, quo fit vt anima peccatis abluta & purgata excuſſo à
ſe veteri homine, domicilium deinceps fiat accommodum deo in ſpiritu. Meæ huic expoſi-
B tioni concinnunt ea quæ in pſalmo triceſimoprimo conſcripta ſunt. Poſtquam enim dixit.
Delictum meum cognitum tibi feci, & peccatum ſiue iniuſtitiam meam non abſcondi. &

τὴν ἀνομίαν ἐγνώρισα.

item hoc: Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: ſequitur: Veruntamen in diluuio aquarum
multarũ ad eum non appropinquabunt. Non enim deinceps peccata appropinquant ei, qui
iam accepit baptiſma in remiſſionem peccatorum, per aquam & ſpiritum ſanctum. Huic
ſententiæ cognatum & affine quiddam in Micheæ prophetia inuenitur: Quia volens miſe-
ricordiam eſt. Conuertet ſe, & miſerebitur noſtri. Demerget peccata noſtra, & proiicientur
in profundum maris, & ſedebit dominus rex in æternum. Splendenti nanque animæ ſtatim
poſt diluuium baptiſmi deus inſidens, veluti thronum eam ſibi conſtituit & efficit.
*Dominus fortitudinem populo ſuo dabit, dominus benedicet populo ſuo in pace.)* A peccatore populo do-

Enantioſis ex collatiõe

C minus robuſtum auferet & robuſtam: è diuerſo populo iuſtitiam ſedulò operanti ſuggerit vi-
res & robur. Ideo dicitur: Omni habenti dabitur. Iam quiſquis animum confirmauit ad effi-
cacem perfectionem bonorum operum, is vtique dei benedictione efficitur dignus. Inter
porrò benedictionis diuinæ ſpecies pax perfectiſſima eſſe videtur, quum ſtatus ſit mentem
procul intemperie omni conſtabiliens: adeò vt pacificus vir hoc inſigni tanquam propriis
notis internoſci poſſit, ſi quidem ſedatis eſt & peramœnis moribus: contrà, qui adhuc com-
pugnantium affectionum fatigatur intemperie, is nondum effectus particeps eſt diuinæ il-
lius pacis, quam dominus ſuis dedit diſcipulis, quæ cum omnem exuperet ſenſum, vtique il-
lorum præmuniet & tuebitur animas qui ſe ea præſtiterint dignos. Hanc denique Apoſto-
D lus apprecatur eccleſiis, dicens: Gratia vobis & pax adimpleatur. Sanè optandum ſit, vt poſt
exantlatum & legitimè toleratum vitæ iſtius agonem, poſt prudentiam carnis in ſeruitutem
redactam, quæ aduerſus deum inimicitias exercet, anima in tranquillam & ab omni turbe-
la diſſitam ſtationem recepta, promereamur appellari filij pacis, ac diuinæ illius benedictio-
nis effici participes, In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium, nunc & ſemper,
& in ſecula ſeculorum, Amen.

## DIVI BASILII HOMILIA IN EVNDEM *pſalmum: Adorate dominum in aula ſancta eius.*

E

EVm addecet adorare dominum, non qui extra ſanctam eius aulam, ſed qui intra
eam ſit cõſtitutus: Hoc eſt, quiſquis debet deo offerre ſyncerae adorationis cultum,
ne egrediatur aut abalienet ſe ab eccleſiæ cœtu, ne ſit autor nouandæ vllius peruer-
ſæ congregationis aut ſchiſmatis aduerſus eccleſiam concitandi. Neque enim con

Audi Luthere cum tuis aſſeclis.

uenit. Quemadmodum autem ſe adornat quis & inſtruit domum domini, dei templum vt
ſit: ita & aulam eius ſiue atrium vndique poteſt cingere, ſeipſum quaſi muro quopiam com-
muniens vita, ſermone, diuinis cogitationibus, in ſeipſo adorans deum, ſufficientem in ſe cũ

Anima & tẽplũ eſt dei & aula eius.

F habeat & idoneam occaſionem exhibendæ ei culturæ, cùm ex ſtructura corporis, tum ex
moderanda diſpoſitione virium animæ. Iam verò & dominus de Iudæorum atrio & ouili
loquutus, dixit, Et alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili, oſtendens nimirum & aliud
quoddam ouile, verè ſanctum eſſe, in quod congregandæ ſint oues Chriſti, ij videlicet, qui
ex gentibus ad ſalutem ſunt prædeſtinati, hoc eſt, Eccleſiam hanc, in qua veri adoratores a-
dorant in ſpiritu & veritate. Nemo verò eorum, qui aliud quid præter deum, honore diuino

ἀξίωμα.

colit, deum adorare poteſt in atrio ſancto eius. Deos autem conſtituunt, alij ventrem, Quo-
rum, inquit, deus venter eſt, ălij argentum, qui videlicet auaritiæ, quæ idolorum ſeruitus eſt,
addicti ſunt. Et quiſque ſanè, quod omnium potiſſimum colit, illi gloriam aſſignat diuinã.

 Talis

Talis autem non eſt in atrio ſancto,neque adorat deum,etiã ſi à ſenſibili conuentu videatur G
Vox domini. ſeparari non poſſe. *Vox domini ſuper aquas.*) Operæpretium eſt, vt intelligamus quid ſit vox
domini quoad fieri poteſt,adducere ex diuina ſcriptura quæ de voce ſunt ſcripta. In Geneſi
itaque verbum domini ad Abraham conſcriptum inuenimus. Ego, inquit, protector tuus
ſum,merces tua multa.Et reſpondit Abraham,Domine quid dabis mihi? Ego verò morior
ſine liberis:Et poſt pauca.Et ſtatim facta eſt vox ad ipſum. Rurſus in Exodo,Stent parati in
tertium diem.Et quando cœperint audiri voces,& tubæ,& nubes,aſcendent illi in montem.
Et poſt decalogum,Omnis verò populus videbat vocem ac lampadas,& vocem tubæ.In E-
Vox finitur ſaia quoque ſcriptum eſt, Vox dicentis, clama. Eſt itaque vox percuſſio aëris, aut ſpecies
illa circa aërem,quam exprimere vult qui vocem emittit. Qui per carnis organa inter ſe ſer H
mocinantur,verberantes aërem,& velut impreſſionem quandam ac ſpeciem imprimentes
aëri,vocem vi ſpiritus ad aures vſque illius impellunt,ad quem loquuntur.Vox verò domi-
ni alterius eſt generis, propterea quòd imaginatione cum illis agit quos vult audire vocem
ſuam, ita vt analogiam imaginatio iſta habeat cum ea quæ in ſomnis accidit. Illic nanque
ſenſus eorum quæ dicuntur non per aures verberato extrinſecus aëre apprehenditur, ſed
mens ipſa intellecta excepit,quæ in memoria eorum quæ conſiderata ſunt,permanere ſolet.
Facta eſt itaque vox ad Abraham, quoniam aures habebat, quibus præcepta dei audire po-
terat,arcano modo inſonante illi voluntate diuina.Vox verò illa,quæ ad populum facta eſt,
viſio erat,hoc eſt, cognoſcibilis & omnibus intellectu comprehenſibilis. Non enim colore I
aliquo colorata erat & circunſcripta erat vox iſta, vt ore prolata vox percipi poſſet oculis,
ſed videbat populus vocem:propterea quòd præceptum domini lucidum eſt illuminans ocu
los,neque vlla ineſt iis quæ dicuntur obſcuritas.Et Eſaiæ quoque facta eſt vox dei, præcipiẽs
ac dicens,clama,quod idem eſt atque,mẽs prophetæ à potentia,quæ illi indita eſt à deo, in-
ſtruebatur. *Vox domini ſuper aquas.*) Quæ vox?Super quas aquas?Dictum hoc vt propheticũ
ſumendum eſt.Memor eſto Ioannis,qui cum interrogatus eſſet à Iudæis,Tu quis es? Quod
reſponſum dabimus his,qui miſerunt nos?reſpondit,Ego vox clamantis in deſerto.Eſt ergo
Ioannes vox domini,Angelus à deo miſſus ante faciem domini,ad parandum domino po-
pulũ perfectum. Ipſa itaque vox dei erat ſuper aquas in Iordane,in quo baptizabat Ioannes K
prædicans baptiſma pœnitẽtiæ.Et non in Iordane tantum,ſed & in Enon prope Salem.Mul
tum enim illic aquarum erat.Vox igitur domini ſuper aquas,Ioannes eſt baptizans.Illic &
deus maieſtatis intonuit.Venit enim vox è cœlo dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo
mihi bene complacui.Tunc & dominus ſuper aquas multas erat,cum ad Ioannis vſque ba-
ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος. ptiſma ſeſe demittere dignabatur,vt vniuerſam legis iuſtitiam adimpleret. *Vox domini in
uirtute.*) Aufert enim infirmitates populi per baptiſmum pœnitentiæ, per ipſum in aqua ba-
ptizans ad pœnitentiam.Illud in virtute,vox eſt dicens, Pœnitemini: appropinquauit enim
regnum cœlorum. Et facite fructus dignos pœnitentiæ. Aut fortè vox in virtute erat, qua
domino verè potenti ac forti Ioannes teſtimonium dabat dicens, Ego baptizo in aqua:qui L
verò poſt me venit,fortior me eſt.Ipſa itaque vox virtuti teſtimonium dabat. *Vox domini
in magnificentia.*) Quando magnifica myſteria Ioannes de Ieſu prædicabat dicens,Vidi ſpi-
ritum ſanctum ſicut columbam deſcendentem ac manentem ſuper eum.Et iterum,Quoniã
de plenitudine ipſius omnes accepimus gratiam pro gratia.Sublimes nanque ſunt iſtę aquę,
& magnitudinem gloriæ vnigeniti exprimentes. Eoq; vox domini erat in magnificentia.
Magnificum verò & illud erat quod dicebat Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Vni-
genitus filius, qui eſt in ſinu patris, ille enarrauit. Multa & alia magnificè de domi-
no loquutus deprehenditur, vtpote, Non poteſt homo accipere quicquam: niſi ſit illi
datum è cœlo. Magnificum & hoc erat quod dicebat, Qui è ſupernis venit, ſuper o- M
mnes eſt. Et illud, Qui teſtimonium ipſius accepit, is ſignauit, quòd deus verax ſit.
Quem enim deus miſit, is verba dei loquitur. Et illud, Qui credit in filium, habet
vitam æternam. Et quæcunque ſunt alia huiuſmodi. Nihil igitur humile, aut quod abſit
à decoro, ſed omnia magnificè, cum excellenti amplitudine de domino dicta ſunt, quæ
decenter à Ioanne illi ſunt adſcripta. Hac ratione dictum eſt, Vox domini in magni-
ficentia. Vox domini confringentis cedros. Poteſt hoc de eo exponi, quòd parans domi-
no populum perfectum, impietatéſque illas, quæ contra cognitionem dei eriguntur
& in ſublime extolluntur, conterens & demolitus, obliqua redegit in viam rectam.
Qui nanque omnem collem,& quemuis mõtem humiliabat,is certè, & cedros confringe-
bat,



A bat, & omnia ad aduentum domini complanans exæquabat, dum ſublime,exaltatum, &
neſciens humiliari cor populi ad pœnitentiam deducebat. Quam præparationem populi
aduentu ſuo dominus excipiens,aduerſarias poteſtates,cedros libani tropicè dictas,confre-
git.Oportet nanque regnare dominum, donec ponat inimicos ſub pedes ſuos,& cedros i-
ſtas,comminuat,& tanquam vitulum Libanum.Quid eſt autem vitulus?de Libano dicunt ὡς τὸν μόσχον λίβανον
quod ſimulacrorum cultores,vitulorum imagunculas,quas ſibi in libano fingunt,ſicque eas
admouebant igni. Itaque hoc ſenſu aduerſarias poteſtates propheta meritò ad internecio-
nem vſque delendas eſſe dicit.Aut vitulus eſt,qui in monte Libano per ignem liquefit, ſe-
cundum quod dictum eſt,Sicut liquefit cera à facie ignis,ſic peribunt peccatores.Atque ita
B intelligere poſſumus, quid ſit confringi cedros illas, & quid comminui Libanum, ducem
hunc ſublimium cedrorum. Comminutus aliquando eſt & vitulus ille in Exodo, per Aa-
ronem factus, quem olim effinxit populus cùm deſerto deo ad idololatriam ſe auertiſſet,
quem correptum Moſes minutatim confregit,& in aquas coniecit.Ad hunc modum domi
nus totum Libanum,hoc eſt,primarium malitiæ principatum,comminuit,ſicut vitulus ille
per Moſen comminutus eſt.Et comminuit eas velut vitulum,Libanum. *Et dilectus ſicut fi-
lius unicornium.*) Poſt ſublatas aduerſarias poteſtates, declarabitur & conſpicua demum e-
rit dilectio erga dominum, & potentia ipſius illuſtris erit, nemine aduerſariorum amplius
exiſtente,qui illam obſcuret.Propterea dicit,poſt iſtam comminutionem,dilectus erit ſicut
C filius vnicornium.Eſt autem vnicornis,animal imperioſum,homini non ſubditum, nullis
viribus domabile,perpetuò in ſolitudinibus agens,vno cornu ſecurum.Quapropter & inſu
perabilis domini natura vnicorni aſſimilata eſt,cum propterea quòd omnibus dominatur,
tum quòd vnum habeat ſuiipſius principium, nempe patrem. Caput nanque Chriſti deus
eſt. *Vox domini intercidentis flammam ignis.*) Peccatum quod ignis inſtar Iſraëlem deua-
ſtabat, Ioannes intercidebat dicens, Pœnitemini, appropinquauit enim regnum cœlorum.
Flammam itaque affectionum quæ ex peccato animabus mortalium innaſcitur, intercidit,
dum Iudæis de ſempiterno igne diſſeruit,iudiciiq; diuini vehementiam expoſuit dicens,Cu
ius ventilabrum in manu domini,& repurgabit aream ſuam,& triticum quidem reponet in
D horrea,paleas autem comburet igni inextinguibili.Flammam itaq; illam intercidit,vbi ter-
ribilia iſta populo ob oculos expoſuit. *Et concutiet dominus deſertum Cades.*) Erat enim Io-
annes,baptizans in deſerto.Deſertum igitur illud concuſſit,per accurſum vndique adfluen
tium populorum,quod quidem deſertum propter eorum qui illuc veniebant pœnitentiam,
ſanctum eſt appellatum.Cades enim, ſi interpreteris,ſanctum dicitur. Vox iſta domini ab-
ſoluit ceruas,animas videlicet ſanctas,quæ ſublimia ſunt quærentes,quæ & ſerpentes abſu-
munt,& in ſublimibus montibus commorantur. Iſtæ itaque nobis ſint animæ magnificæ,
ad faſtigium cœleſtis conuerſationis ex imo fundo leues & erectæ contendẽtes,quibus cum
aduerſariis poteſtatibus,quemadmodum ceruis cum ſerpentibus,bellum eſt. Quin *Et reue-
E lat condenſa.*) Vt in apertum prodeant & fiant manifeſti ſerpentes qui ſub inumbratione dẽ
ſarum & ſyluestrium arborum delitescebant:quò ad lucem educti minore negotio à ceruis
conſumantur.Fortaſſe quiſquis arcana quępiam vitia coarguit,is reuelat condenſa.Hoc eſt,
in apertum producit latentia in ſylueſtri hac natura peccata, quæ ſerpentes dicuntur, pro-
pter voluptatis picturatam varietatem.Reuelabit autem ea in illa die, in quo manifeſta fa-
ciet,abſcondita tenebrarum,& conſilia cordium ipſorum.Forſan & de Ioanne poteſt intel-
ligi,qui cum eſſet vox domini,per ænigma Iſraëli ad hunc modum loquutus eſt, Iam enim
ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis itaque arbor, non faciens fructum bonum,
exciditur& in ignem coniicitur,atque ita & ipſe reuelabat condenſa,hoc eſt,fructuum inu-
F tilitatem eorum manifeſtabat.Eſt enim condenſum, ſylua infrugifera.Huius declarata no
xia ſterilitate,ad competentem illos fertilitatem prouocabat dicens, Facite dignos fructus
pœnitẽtiæ,ex quibus omnibus vnus eſt effectus,vt templum domini ædificetur,in quo quiſ-
quis conſtitutus fuerit, verè poteſt gloriam afferre domino. Sed *Et diluuium inhabitat do-
minus.*) Per baptiſmum nanque in animabus ſanctificatorum habitatio domino paratur. A-
blutam igitur à peccatorum ſorde animam inhabitat deus. Quapropter dicitur inhabitare
diluuium. Quod enim remiſſionem peccatorum,quæ ex baptiſmate eſt diluuium vocaue-
rit,ex triceſimo primo quoque pſalmo didicimus, vbi dicit, Veruntamen in diluuio aqua-
rum multarum ad ipſum non appropinquabunt.Peccatorum nanque delicta,in redemptio-
ne ea quæ per baptiſmum fit, appropinquare amplius non permittentur. *Et ſedebit domi-
nus,*

*nus, rex in æternum.)* Præter hæc omnia ſuppetet nobis & concedetur hoc, vt agnoſcamus G
domini principatum ſuper omnem creaturam, qui dat virtutem populo ſuo, vt deuicto ma
ligno, benedictionem accipiamus quæ datur à domino in pace, iis qui ſe illo dignos præſti-
terint. Ipſi ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

## IN PSALMVM VIGESIMVMNONVM PSAL-
*mus Cantici in dedicatione innouatæ domus Dauid,*
*Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me.*

H

Pſalterium. Pſalmus.

PSalterium quidem inſtrumentum cùm ſit muſicum ad concinendos deo noſtro
hymnos concinnatum, figuratè tamen ſtructura eſt corporis. Pſalmus verò ipſæ a-
ctiones ſunt corporis, quas veluti debitas exoluimus in gloriam dei, quum ſic de-
corè ad præſcriptum verbi dei nos ipſos componimus, vt nihil conficiamus quod

Canticum.

in ipſo corporis motu appareat inconcinnum. Canticum eſt, quodcunque contemplatione
ſimplici theologicáque comprenditur. Pſalmus itaque, ſermo eſt muſicus, quando concin-
nè aptéque ſecundum harmoniæ rationem ad organum pulſatur. Canticum verò vox eſt
concinna quæ cum harmonica modulatione redditur ſine organi ſono & concentu. Itaque
quoniam hic inſcriptio talis eſt, Pſalmus cantici, putamus ſignificari, quod contemplationẽ I
ordine ſequatur actio. Hic igitur pſalmus cantici, vt inſcriptus eſt, dedicatæ aut innouatæ
domus rationes continet aliquot. Et videtur, quod ad hiſtoricum ſiue corporalem attinet
ſenſum, temporibus Salomonis erecto iam perquàm celebri templo fuiſſe ad melicam pſal
terij modulationem accommodatus & decantatus. Senſus vero ſpiritualis humanitatem à
deo verbo aſſumptam ſignificat, & dedicationem domus ipſius recens & mirabili modo cõ
ſtructæ, indicat inſcriptio. Multa enim inuenimus in hoc pſalmo ex perſona domini pro-
nuntiata. Aut forte domum intelligere conuenit ædificatam à Chriſto eccleſiam, vt & Pau
lus ad Timotheum ſcribit. Vt ſcias quomodo oporteat in domo dei conuerſari, quæ eſt ec-
cleſia dei viuentis. Dedicatio verò eccleſiæ, exiſtimanda eſt renouatio mentis per ſpiritum K

Dedicatio ſiue innouatio eccleſię.

ſanctum facta, ſingulis quibuſque corpus eccleſiæ Chriſti complentibus. Eſt autem diuina
& muſica harmonia, comprendens aliquos ſermones non qui aures demulceant, ſed mali-
gnos ſpiritus qui animas noxæ & læſioni vndelibet expoſitas perturbant, cohibentes atque
mitigantes. *Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, & non lætificaſti inimicos meos ſuper me.)*

Aggreſſio enarratiõis. καὶ ὀυκ ἔυφρανας. Quî poſſit deus ab homine exaltari.

Quomodo is qui in altiſſimis habitat, exaltatur ab iis qui humilem ſortiti locum ſunt? Si e-
nim deus in cœlo ſurſum, & tu in terra deorſum, quonam pacto deum queas exaltare? Quid
igitur hiſce verbis pollicetur propheta? An quòd fortè ab his dicitur exaltari, qui magna, &
quæ deum nihil dedeceant, intellectu & cogitatione apprehendunt? & vitam omnem ad
vnius gloriam dei componunt? Qui igitur ad beatitudinem cum ſcientia properat, deum L
exaltat: qui viam ingreditur huic oppoſitam, quod nefas quidem ſit dicere, quantum hic
deum in ſeipſo humiliet. Omnem autem rebus noſtris conuenientem ſtatum, deo tribuere

Deo etiam humana quadantenꝰ aſſignãt ſcripturæ.

quodammodo videmur. Idcirco dormitantibus nobis & pigrè agentibus dormire dicitur
deus, ſuis nos vigiliis ſuáve inſpectione indignos iudicans. Si quando autem ex ſomno de-
trimẽtum ſentimus, dicimus: Surge, quare obdormis domine? Item non dormitabit, neque
dormiet, qui cuſtodit Iſraël. Et quidam alij veluti dei oculos à ſe auocant per eorum quæ
gerunt, turpitudinem obſcœnam. Indigna enim dei oculis ſunt. Iidem mox vbi per pœni-
tentiam reſipuerint, dicũt: Cur faciem tuam auertis? Hos præter, ſunt & alij, qui expuncta è
mente & excluſa dei memoria, deum reddunt velut obliuiſcentem ſuiipſorum, qui & di- M
cunt: Quarè obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? In ſumma: qualia iuxta ho-
minum affectus de deo dicuntur, illa faciunt ipſi homines, talem ſibi conſtituentes deum,

ἀνθρωποπάθως.

qualem quiſque ſeipſum priùs adornat & inſtituit. *Exaltabo te* itaque *domine, quoniam ſu-*
*ſcepiſti me, & non delectaſti inimicos meos ſuper me.)* Nihil humile, nihil terrenum mihi in vi-
ta feciſti. Et vnde facultas mihi ſuppetet te exaltandi? Quoniam tu me præueniens ſuſce-
piſti. Signatè dixit ſuſcepiſti me, hoc eſt, ſubleuaſti me & extuliſti, ſuperiorémque me reddi
diſti his qui in me cooriuntur & inſurgunt: veluti ſi quis puerum quendam imperitum na-
tandi, manu ſublimem ſupra aquas ducat. Qui igitur dei auxilio in ſublime tollit oculos à
ruina, is demũ per animi gratitudinẽ deum ſe pollicetur exaltaturum bonis actionibus. Aut
velut



A velut ſi quis quendam paleſtritem debilem à ruinæ periculo liberet, ac ſuperiorem collucta-
tore conſtituat: huic quidem inſperatæ victoriæ occaſionem præbet, illi vero ſperatæ palmæ
lætitiã aufert. Non enim quæ ſanctis infligũtur tribulationes probationis gratia, noſtris inui
ſibilibus inimicis lætitiam pariunt: ſed quando feſſi deſperamus, & noſtræ cogitationes in
anguſtiam rediguntur, delaſſatis nobis propter adflictionum aſſiduitatem, tunc demum ex-
hilareſcunt lætanturq;, plaudunt & inſultant miſeris: velut cum Iob actum eſt, amiſit poſſeſ-
ſiones, filiis eſt orbatus, tabo & vermibus eius caro ſcaturiebat. Nondum hæc aduerſario lę-
titiam generabãt. Si verò per animi mollitiem ad hæc tot laborioſa execrabile aliquod ver-
bum, vt vxor incitauerat, dixiſſet: tunc ſuper eum inimici gauiſi eſſent. Idcirco nec in Paulo
B ſitiente, eſuriente nudo, colaphis cæſo, laborante, quoquo verſus peregrinante, aduerſarius
eſt lætatus. Res potiùs in diuerſum abibat, nam conterebatur, cum eum videret tam hilari-
ter atque conſtanter hæc perpeti certamina, vt idem quoq; cõtemptim diceret: Quis nos ſe-
parabit à charitate Chriſti? *Domine deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.)* Beatus qui pro-
priam plagam quam internè habet, nouit: vt medico accedenti dicere valeat: Sana me domi
ne, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. Et, Ego dixi, domine miſerere mei, ſana ani-
mam meam, quia peccaui tibi. Hìc quidem gratias reddit ob illatam ſibi medicinam: Domi
ne, inquit, deus meus. Non omnium deus eſt deus, ſed eorum propriè qui charitate ſunt ei
coniuncti, vt deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob. Si enim omnium eſſet deus, non vtique
C ſeiunctim illis teſtimonium reddidiſſet quaſi aliquid eximium. Et Iacob dicebat, Auxilia-
tus eſt tibi deus meus. Et Thomas rurſus vbi certò didicit reſurrectionem, dominum com-
plexus ait: Dominus meus & deus meus. Eſt itaque vox iſta, domine deus meus plena affe-
ctu fiduciæ, & conueniens ſtatui prophetico. *Clamaui ad te & ſanaſti me.)* Nihil medium, nul
lumq; interuallum fuit, inter meam vocem & tuam gratiam: ſed ſimul atque clamaui & ſa-
nitas prodiit. Etiam te adhuc loquente dicam: Ecce adſum. Magna itaque loqui oportet ad
deum orantem, vt vel ocyùs exoriatur ſanitas. *Domine eduxiſti ab inferno animam meam.)*
De hac ſanitate deo gratias agit, Nam quando morbo affectus ad infernum deſcendit: inde
per illius virtutem qui pro nobis pugnauit, contra eum qui imperium ſupra mortem habuit
D eſt reductus. *Saluaſti me à deſcendentibus in lacum.)* Sæpenumero laci nominantur ſubter-
raneę foſſæ cuſtodię captiuorum ſiue vinctorum accommodatę: ſic in Exodo dicitur: A pri-
mogenito Pharaonis vſque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in lacu. Sed & Hieremiam
in lacum iniecerunt. Et Ioſeph fratres præ inuidia in lacum aqua carẽtem miſerunt, aut cer
tè concluſerunt. Vna quælibet igitur actio aut ad inferiora nos per peccatum grauando de-
ducit, vel habiles ad deum accedendi, ad ſuperiora tollit. Seruaſti itaque me priùs in vita exi
ſtentem iniqua: à deſcendentibus in tenebroſum & frigore perſtrictum locum ſeparando.
Ideo ait: Suſcepiſti me: hoc eſt, me ne deorſum abriperer, ad vitã reduxiſti, ne qua inimicis
daretur occaſio lætitiæ aduerſum me. Quod igitur alibi ait, Qui perficit pedes meos tan-
quàm cerui, & ſuper excelſa ſtatuens me: hic reditum ad excelſa, liberationem à lacu ſuſce-
E ptionémque appellat. *Pſallite domino ſancti eius.)* Non ſi quis pſalmi verba ore proferat, hic
mox domino pſallit: ſed quicunque corde puro enuntiat pſalmodiam, & quicunq; ſunt ſan-
cti erga deum, iuſtitiam ſeruantes, hi demum domino pſallere rhythmis ſpiritualibus cõcin
no & conſentaneo ordine poterunt. Quotquot verò in fornicationis cogitatione perſtant,
qui furtum, qui dolum & mendacium in corde occulunt, pſallere quidem putãtur, re autem
vera non pſallunt. Sanctum enim ad pſalmos concinendos ſermo hic inuitat. Nõ poteſt ar-
bor mala bonos edere fructus, neque item cor malum vitæ verba rectè proferre. Facite itaq;
arborem bonam, & fructus ex ea bonos. Repurgate corda vt in ſpiritu fructificetis, & poſſi-
tis ſanctificati prudenter pſallere domino. *Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.)* Non di-
F xit, confitemini ſanctitati eius, ſed memoriæ ſanctitatis eius: hoc eſt, gratias agite. Confeſſio
nanq; in hoc loco pro gratiarum actione accipitur. Gratias itaque agite, quoniam in memo-
ria ſanctitatis eius eſtis: qui quum priùs fuiſſetis in profundo malitię, & carnis impuritate cõ
taminati, veneratis tum in obliuionem ſanctitatis eius qui vos creauit. In propitiationem er
go remiſſionem ve eorũ quæ admiſiſtis, confitemini de his quæ à vobis non rectè priùs nec
ſobriè facta ſunt. *Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius.)* Priùs triſte quid
dixit, nempe iram in indignatione dei. Deinde rem lætiorẽ, vitam ſcilicet in voluntate eius.
Videtur tautologia eſſe, hoc eſt idem dicere apud eos, qui non queunt eorum quæ indican-
tur, attingere exactam intelligentiam. Quod propheta iram in indignatione dei eſſe dicit,
quaſi

βεβαίωσις à ſimili. Collatio altera.

παράδειγμα.

γνώμη.

Domine deus meus.

Lacus.

Actio omnis aut degrauat, aut alleuat ad deum.

Attende qui ſynceriter pſallant domino.

γνώμη.

γνώμη.

Confeſſio gratiarum actio.

Aſſerit peccatorum cõfeſſionem.

*θυμὸς & ὀργὴ quo differant.*
*παράδειγμα.*

quaſi ira & indignatio idem ſint,cum tamen plurimum differant. Thymos enim iudicium G
eſt ad infligendum talia & talia commerito.Ira verò labor ſuppliciumq; quod cuiq; pro mo
do menſura ve iniuſtitię imponitur à iudice iuſto.Quod dico,exemplo colliqueſcet magis.
Medicus vbi ſigno quopiam deprehendit partem corporis aliquam inflammatione affectam
& ſanie refertam,iudicat inciſionem neceſſariam eſſe faciendam malè affecto, hoc itaque,
thymon ſacrum nominat eloquium.Poſt verò medici iudicium ac ſententiam afferendi re
medij,venitur ad rem,& ea exequenda quæ ſunt viſa & iudicata:hoc eſt,ad ferrum incîdēs,
& dolorem ei qui inciditur inferens, hæc demum ira dei dicta eſt. Venito igitur ad pſalmi
propoſitum,& facilè ſententiæ conſequentiam inuenies. *Quoniam ira in indignatione eius.)*

Ira in indignatione eius,pœna ꝑ iuſto dei iudicio.
*ἐνεργεῖται. καὶ δικαιοκρισίας.*
*κανὼν ſcripturæ.*

Pœna ſecundum iuſtum dei iudicium,vita verò in voluntate eius. Quid ergo dicit? Quòd H
hoc vult deus:hoc eſt,vt omnes eius vitæ participes ſint.Circunſtantiæ verò pœnarum non
ipſiusvoluntate fiunt,ſed pro merito eorum qui peccauerunt,inferuntur.Vitam itaque deus
cuique propria voluntate tribuit.Iram vero ſibi quiſque theſaurizat in die iræ & reuelatio-
nis & iuſti iudicij dei.Mos eſt ſacri eloquij, ſi quando triſtia lætáque commemorat, triſtia
lætis in ordine præponere:fruitio enim boni efficitur iucundior,triſtibus iam exactis.Bene-
ficium pœna eſt poſterius.Percutiam & ego ſanabo. Ego,inquit,occidam,& ego viuere fa-
ciam.Ipſe dolorem inuehit,& idem rurſus in gradum reſtituit.Percuſſit,& manus eius ſana
uerunt. Quæ nos affligant, præcurrunt, quò maiore cum conſtantia multiplicem gratiam I
nobis collatam conſeruemus, quòd inflicta nobis mala preſſius tueantur conſecutam gra-
tiam. *Ad ueſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.)* Reminiſcere temporis do-
minicæ paſſionis,& ſermonis ſignificationem qui ponitur hic,facilè reperies. Ad veſperum
demoratus eſt fletus diſcipulis domini,quando in cruce pendentem conſpexerunt:& ad ma
tutinum lætitia,quando poſt reſurrectionem cum gaudio cucurrerunt,inter ſe bonos afferē
tes nuntios,quemadmodum viderint dominum. Vel fortè in vniuerſum, Veſpera ſeculum

*μακαρίως κλαύσαντες δόγμα* catholicum.

hoc dicitur,in quo qui ad ſuam beatitudinem plorauerint,adueniente poſteà matutino cō-
ſolabuntur.Beati,inquit,qui lugent,quoniam conſolationem accipient:beati qui flent,quo-
niam ipſi ridebunt.Quicunque igitur dies ſeculi huius in conſummatione iam exiſtentis &
ad occaſum tendentis,in plorandis peccatis exegerint,hi demum verè illo matutino adue- K
niente gaudebunt.Qui enim ſeminant in lachrymis,in exultatione metent nimirum in ſe-

Confirmat inductione ſcripturæ.
*βεβαίωσις* itē à ſimili.

culo illo futuro. *Ego autem dixi, in abundantia mea non mouebor in æternum.)* Quemadmodum
ciuitatis eſt abundantia, vænalium rerum in foro copia:itémque regionem abundare dici-
mus quæ multis referta fructibus exiſtit: ſic & animæ quædam eſt abundantia, quæ omni-
gena ſpecie bonorum operum eſt referta, quæ primùm quidem induſtrio ac ſolerti labore
percolitur, poſteà verò cœleſtium imbrium frequenti irrigatione ſaginata fructum tri-
ceſimum, ſexageſimum, centeſimum reddere, ac benedictionem aſſequi valet dicentem,
Benedicta horrea tua & reliquiæ tuæ. Qui enim ſuam intelligit conſtantiam, multa cum
confidentia dicet & affirmabit ſe non paſſurum, Vt ab aduerſario in errorem mittatur, L

Decor& fortitudo.
Virtutes. 4. in quib' cōſiſtant.

quaſi ager plenus cui benedixit dominus. *Domine in uoluntate tua præſtitiſti decori meo uirtu-
tem.)* Qui tempus in inquirenda virtutum ratione conſumpſerunt, quaſdam dixere virtu-
tes ipſa ſua contemplatione conſiſtere, quaſdam verò ſine contemplatione: vtpotè pru-
dentiam quidem ex contemplationibus in cognitione bonorum ac malorum: Temperan-
tiam vero, eſſe eligibilium & fugiendorum, Iuſtitiam eorum quæ diſtribuenda ſint, quæ
non ſint, Fortitudinem, eorum quæ grauia ſunt, quæ non ſunt: Pulchritudinem verò &
fortitudinem non eſſe contemplatrices virtutes, poſteriores illis quæ ſunt ex contempla-
tione. Nam ſecundum commenſurationem & harmoniam earum contemplationum
quæ ſunt animæ, quidam ſapientum intellexerunt pulchritudinem: fortitudinem ve- M
ro ſecundum efficaciam earum virtutum, quæ ex contemplationibus ſuggeruntur. Ve-
rum vt decor animæ accedat, & efficaciter perfectiua eorum quæ neceſſaria ſunt, poten-
tia, diuina eſt opus gratia. Vt igitur ſuprà dixit: Quoniam vita in voluntate eius:ſic nunc
deum in reddendis gratiis exaltat dicens, In voluntate tua præſtitiſti decori meo vir-
tutem. Pulcher quidem eram ſecundum naturam: debilis autem factus, ob peccatum
per inſidias ſerpentis admiſſum, perij. Pulchritudini ergo meæ, quam ex te in pri-
ma creatione accepi, addidiſti virtutem eorum quæ me addecent effectiuam. Pulchra

Pulchritudo animę & naturæ.

nanque omnis eſt anima, quæ in ſymmetria propriarum virtutum conſpicitur. Pul-
chritudo autem vera, ac proinde amabiliſſima, quam ſola mens omni contagione expur-
gata



A gata poſſit contemplari,circa diuinam ac beatam conſiſtit naturam. Sanè qui in eius mican
tiſſimum fulgorem & inexhauſtam gratiam,mentem preſſius intenderit,nonnihil hinc be-
neficij in ſe deriuat & tranſſumit,quaſi ſi à quapiam tinctura, florulentum ſplendorem illi-
nendæ faciei ſuæ deſumpſerit. Vnde & Moſes ſimul atque particeps factus eſt eximiæ illius
pulchritudinis ex familiari cum deo congreſſu, glorificatam habuit faciem. Qui igitur intel
ligit hanc ſibi ſuppetere virtutem, in iſtiuſmodi vocem erumpit minimè ingratam collato-
ri:Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Quemadmodum vero decor
atque fortitudo contemplationis expertes, poſteriores ac ſequaces ſunt illis virtutibus quæ
ex contemplatione ſunt: ſic contraria quædam vitia citra contemplationem, turpitudo &
B debilitas apparent.Quid enim turpius aut intempeſtiuius anima perturbationibus obnoxia?
Vide,quæſo,parumper iratum,eiúſque ferociam & acerbitatem. Conſidera mœſtum atque *ὑποτύπωσις*
triſtem, quanta ſit in eo humilitas deiectióque animi. Præterea eum qui à libidine aut gula
ſuperatur,vel terroribus conſternatur:quiſnam vel ſuſtineat aſpicere? cum palàm ſit, animi
affectus corporis ſtatum atque aſpectum penetrare ſolere.Velut itaque veſtigia quædam pul
chritudinis animæ in ſancti hominis ſtatu apparent: ſic contrà in reliquis fœditas quædam. *ἀνομοίωσις.*
Prouidendum itaque nobis omni ſtudio vt hanc habeamus pulchritudinem,vt ſponſus dei
verbum nos excipiens dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Auertiſti
autem faciem tuam, & factus ſum conturbatus.)* Donec enim, inquit, contemplationis tuæ ra-
C dij mihi affulſerunt,in ſtatu firmo atque tranquillo egi.Poſtquàm verò auertiſti faciem tuā,
in multa pertubatione & tumultu deprenſa eſt anima mea: Auertere autem faciem ſuam di
citur deus,quum tempore afflictionis tentationibus expoſitos videtur deſeruiſſe, vt fortitu-
do certantis cognoſcatur.Si igitur pax ea quæ ſuperat omnem ſenſum,cuſtodierit corda no
ſtra, facilè cōfuſaneam omnem affectum intemperiem ac turbelam effugere poſſumus. Iam
quando diuinæ voluntati auerſio opponitur,pulchritudini verò & decori & virtuti pertur-
batio:animæ contingent perturbatio,deformitas,ſimul & infirma conditio.Et hæc vtiq; in-
firmitas ex eo contingit animæ,quòd ſe à deo abalienarit. Oremus itaque ſemper, nobis vt
affulgeat facies dei,quatinus in ſancto ac decenti ſtatu perſiſtamus,requieti, mites, modiſq;
D omnibus tranquilli & exprompti ad omne opus bonum. Paratus ſum, inquit, & non ſum
turbatus: *Ad te domine clamabo, & ad deum meum precabor.)* Sæpe de clamore ad dominum di-
ctum eſt,quòd clamor ſit eius tantum qui magna & cœleſtia deſiderat. Si quis autem parua
& terrena à deo petierit, parua is & humili comperietur vſus voce, non ad ſublime, nec ad
ipſius dei aures perueniente. *Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Cur, in-
quit,clamaui,& quæ te dominum ac deum meum rogaui? Quid mihi opus, inquit, carnis
oblectatione, aut ſanguinis multitudine, quum ſim eas amiſſurus in communi corporis
reſolutione?ſed potiùs meum corpus caſtigo, & in ſeruitutem redigo: ne fortè ex valetudi-
ne nimis proſpera,& ſanguinis copioſi feruore,occaſio peccati mihi corpulentia exiſtat. Ne
E igitur tuę carni obſequare indulgentiùs aut colas eā geniali balneo, ſomno, plumis ac mol-
libus cubilibus,ſemper hoc verbum quaſi elogium quoddā repetēs: Quæ vtilitas in ſangui-
ne meo dum deſcendo in corruptionem? Quid quæſo tantopere adornas fouéſque, quod
paulopòſt eſt interiturum?Quid teipſum ſaginas & carnibus grauas?An ignoras,quantò pin *γνώμη* cum eleganti metaphora.
guius tuum tibi corpus, tanto grauiorem animæ tuæ carcerem conſtituis? *Nunquid confitebi-
tur tibi puluis, aut annuntiabit ueritatem tuam?)* Quomodo terreſtris homo ac carneus confitebi-
tur tibi deo? Quomodo item annūtiabit veritatem is,qui diſciplinis nullam dedit operam,
& in tanta carnis mole ſuam ipſius mentem oppreſſam tenet? Iure itaque meam extenuo ac
macero carnem,nec meo ſanguini parco,qui in carnem coagulari ſolet,ne mihi vel ad con-
feſſionem vel ad veritatis cognitionem ſit impedimento. *Audiuit dominus & miſertus eſt mei.)*
F Poſtquam narrauit quæ fuerint quę ipſe ad dominum clamauit,ſtatim diuinum ſentiens au
xilium, nos ad petenda ſimilia prouocat: Audiuit, inquit, dominus & miſertus eſt mei.
*Dominus factus eſt adiutor meus.)* Oremus ergo & nos,clamemúſque clamore ſpirituali petē-
tes magna,non carnis ſtudio addicti. (Qui enim in carne ſunt,deo placere nō poſſunt)vt &
nos exaudiat deus, noſtram debilitatem miſeratus: & nos diuino freti auxilio, dicamus,
*Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.)* Non enim cuilibet animæ gaudiū à deo ingigni- *γνώμη.*
tur:ſed ei, quæ peccatum ſuum vehementi luctu & aſſidua lamentatione plorauerit, veluti
ſi ſeipſum mortuum lugeat, qui ſanè fletus poſtremò in gaudium reuertitur. Quòd autem
ſit laudabilis quidam luctus,oſtendunt pueri, vt ait euangelium, in foro ſedentes atque di- Laudabilis luctus.
centes:

centes:Lamentati ſumus vobis, & non ploraſtis: tibia cecinimus vobis & non ſaltaſtis. Eſt G
autem tibia inſtrumentum muſicum, quo vtimur ad melodiam reddendam flatu cooperan
te:ex quo exiſtimo quemuis ſanctum prophetam figuratè, tibiam nominari, ob motum à
ſancto prouenientem ſpiritu. Ideo dicit: Inflauimus tibiam, & non ſaltaſtis. Prophetici enim
ſermones nos ad actionem ſanctæ prophetiæ conſentaneam & concinentem adhortantur,
quæ hic dicitur ſaltatio quædam. Sed & lamentantur nobis prophetæ, ad luctum nos prouo-
cantes, vt ſimul ad conſenſionem & cognitionem peccatorum noſtrorum delati ex prophe-
ticis ſermonibus, noſtrum lugeamus exitium, laboribus multis & ęrumnis noſtram carnem
affligendo. Ei ſanè qui talis eſt, lugubris veſtis diſrumpitur, quam ſibi circumpoſuerat ſuum
lugens peccatum. Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ & pallium ſalutis, ſplendida H
hæc & nuptialia indumenta, quibus ſi quis fuerit ornatus, non excludetur aditu nuptia-
lis thalami. *Scidiſti ſaccum meum, ac circundediſti me lætitia.*) Saccus ad pœnitentiam facit,
quum ſit humilitatis ſignum. Olim nanque patres in ſacco & cinere ſedentes, pœnitentiam
egerunt. Quoniam Apoſtolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur à gloria
in gloriam: datam ſibi à domino gratiam, propriam dicit gloriam. *Vt cantet tibi gloria mea.*)
Gloria iuſti, ſpiritus qui in eo eſt. Quicunque ſpiritu pſallit, dicat: Vt cantet tibi gloria mea,
*Et non compungar.*) Non amplius, inquit, faciam digna compũctione, vt iam non compun-
gatur cor per dimiſſi peccati memoriam. *Domine deus meus in æternum confitebor tibi.*) hoc eſt,
gratias agam: quoniamquidem ex pœnitentia mihi veniam dediſti, & ad gloriam me redu- I
xiſti ſubmoto peccatorum probro. Ideo in perpetuum confitebor tibi. Quod enim tantum
eſſe poſſit temporis interuallum, quo me tantorum beneficiorum tuorum obliuio capiat?

Propheta quiuis ſctũs τροπικῶς tibia, eſt.

Pro σάκκου lego σωτηρίας.
Saccus, pœnitẽtię ſymbolum.
In ſacco & cinere.

## IN PSALMVM XXXII. EXVLTATE *iuſti in domino, rectos decet laudatio.*

EXultationis vox ſolenni conſuetudine ſcripturæ exprimit animæ ſtatum apprimè
quàm alacrem ac feſtiuum, & ingenti circunfuſum gaudio, ob ea quæ lætitia ac iu- K
cunditate digna ſunt. *Exultate* itaq; *iuſti in domino.*) Non quando rem proſperam
domi habetis, non item quando corpori bene fuerit, non cum ager fructibus om-
nigenis refertus eſt: ſed quòd dominum habetis, tali inſignem pulchritudine, tali præditum
bonitate, tali denique ſapientia præcellentem. Sufficiat vobis ea lętitia, quę in ipſo eſt. Vide-
tur autem propheta hic ob aliquam rẽ maximè gratam quam aſſecutus ſit, in domino exul-
tare. Ideo iuſtos adhortatur iſtam ſentire dignitatem, quòd talis domini ſerui eſſe merue-
rint, & exultare in illius famulitio ac ſeruitute cum gaudio inenarrabili & tripudiis cordis,
velut per numinis aſpirationem ſubſilientis ac ſenſum diuinæ dilectionis. Si quando tuo
cordi quaſi lux quædam illapſa multam de ſe deus cogitationem atque intelligentiam pepe L
rit, tuámque mirum in modum illuſtrauit animam, vt in eius amorem magnopere venias:
res verò mundi iſtius & corporis vt vilia deſpicias ex illa breui & obſcura ſimilitudine, om-
nem iuſtorum ſtatum facilè noſſe poteris, quo illi æquabiliter nec interciſe in deo lętitiam
ſunt aſſequuti. Tibi autem diuina diſpenſatione quandoque, nec admodum ſæpe contingit
gaudium, vt per breuem deguſtationem admonearis, quibus bonis ſis priuatus. Iuſto autem
quòd in ipſo inſideat inhabitétque ſpiritus perpes ſuppetit ei diuina cœleſtisq; lætitia. Inter
pręcipuos verè ſpiritus fructus charitas, gaudiũ, pax numerãtur. *Exultate* igitur *iuſti in domino.*)
Quaſi locus quidam iuſtorum capax eſt dominus: in quo qui eſt, neceſſe ſit prorſus, vt læte-
tur & gaudeat. Fit viciſſim & iuſtus domino locus, cũ illum in ſeſe recipit. Nam & qui pec-
cat, locum dat diabolo, vt qui non obtemperat dicenti: Nolite locum dare diabolo. Itémque M
Eccleſiaſtici: Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcendat, ne locum tuum dimiſeris. In
ipſo itaque domino cum ſimus, quoad licet, ipſius mirabilia ſpeculemur, atque ita ex eorum
contemplatione lætitiam noſtris cordibus comparemus. *Rectos decet collaudatio.*) Quemad-
modum enim pedi obtorto atque obliquo, calceus rectus non admodum probè aptatur: ſic
obtortis cordibus diuina laus minimè cõuenit. Quamobrem exiſtimo dæmonum ori vt de
ſeruatore indignè loquenti, ad eum manifeſtandum ablatam fuiſſe poteſtatem: Et Pythonẽ
increpat Paulus, vt ne ab impuro ſanctus commendetur. Tale quid & peccatori dicit deus:
Quare tu enarras iuſtitias meas? Conemur igitur omni ſtudio, opus omne obliquum, ac de-
tortum

ὁμοίωσις.
Rectos decet collau.

σκολιὸν καὶ στραγγαλιῶδες.



A tortum à rectitudine vitare: mentémque noſtram vt rectam regulam & animæ iudicium
corrigamus: vt nobis exiſtentibus rectis, dei laus concredatur deo ipſi offerenda. Quemad-
modum enim ſerpens qui ad peccatum nobis incentor fuit, obliquus dicitur, & in ſerpentem
draconem obliquum, dei enſis inducitur, propterea quòd multas ſpiras ac inuolucra in iti-
nere facit. Serpentis nanque tractus inæqualiter per humum ſerpit: prioribus partibus aliter
ac illis quæ ſequuntur motis, & rurſus poſtremis aduerſus priores procedere conantibus. Ita-
que qui ſerpentem imitatur, obliquam, inæqualem, & contrarietate refertam ſuam re ip-
ſa exprimet vitam. Qui è diuerſo domini dei veſtigia ſequitur, rectas ſemitas, recta item pe-
dum veſtigia faciet: quoniam rectus dominus deus noſter, & rectitudinem ſiue æquitatem
B vidit vultus eius. Si duæ regulæ, altera alteri admoueatur, pulchrè conueniet vtriuſque re-
ctitudini. Si verò obtortum iuxta regulam rectam ponatur lignum, incongruum & procul
à proportione recti reperitur. Quoniam itaque recta eſt dei laus, recto opus eſt corde, vt ei
laus dei congruat atque conueniat. Quod ſi nemo dominum Ieſum niſi in ſpirituſancto di-
cere valet, quomodo laudem referes, ſpiritum in tuis viſceribus rectum renouatúmque non
habens? *Confitemini domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi.*) In cithara primùm
confiteri domino oportet, hoc eſt, actiones corporales congruè reddere. Quoniam enim in
corpore peccauimus, quando membra noſtra ſerua peccati ad iniquitatem præbuimus: cor-
pore item confitebimur, eodem in peccati diſſolutionem vtentes organo. Maledixiſti? bene-
dicas. Circumueniſti proximum in negotio? redde. In ebrietatem incidiſti? ieiuna. Arrogan-
C ter & ſuperbè egiſti? humiliare. Inuidiſti? obſecra. Occidiſti? tu teſtimonio tuomet profitere
te reum, aut certè per confeſſionem, tuum ipſius corpus affligito quaſi contra te redditurus
teſtimonium. Tunc demum poſt confeſſionem dignus fueris qui deo pſallas, in decachordo
pſalterio. Priùs enim corporis actiones corrigere oportet, vt decenter ac congruè eas perfi-
cere poſſis iuxta præſcriptum diuini verbi, ac ſic tandem ad intelligibilium contemplatio-
nem aſcendere. Pſalterium fortaſſe mens ipſa dicta eſt, quæ ſuperna quærit, ex eo, quòd ſtru-
ctura organi huius à parte ſuperiore ſonandi potentiam accepit. Opera igitur corporis, velu
ti infernè deo confitentur: quę verò per mentem annuntiantur myſteria, è ſupernis occaſio-
nem habent, propterea quòd mens per ſpiritum ſanctum ſonandi accipit facultatem. Qui
D enim omnia mandata reſpicit, ac veluti concentum & ſymphoniam quandam peregerit: is
demum in decachordo pſalterio deo pſallit. Decachordum appellat, quo decem mandata
generatim in prima legis promulgatione ſunt conſcripta. *Cantate domino canticum nouum.*)
hoc eſt non in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus deum adorate. Qui legem non iam
interpretatur iuxta literę corpus, ſed eam iuxta ſenſum ſpiritualem cæteris facit innoteſcere:
hic canticum nouum cantat. Veteris enim illius teſtamenti litera quaſi ſenio confecta exo-
leuit & pertranſiit: nouum verò & veluti renouatum dominicæ doctrinæ canticum nos ex-
cepit, quæ quaſi Aquilę iuuentutem noſtram renouat, vbi hunc externum hominem corru-
perimus, & iidem de die in diem innouamur. Sanè quiſquis ad anteriora ſe extendit, ſeipſo
E iunior perpetuò redditur. Atque ita qui ſeipſo ſemper iunior fit, recentiùs quoque canticum
deo canit. Recentius aũt eò dicitur, vel quòd ſit præter conſuetudinem admirabile, nec priùs
auditum, vel certè quòd nunc primum in lucem prodierit. Siue igitur admirabilem & om-
nem excedentem naturam incarnationem domini narraueris, recentius vtique ac nouum
concinis canticum, ſiue regenerationem quoque ac renouationem vniuerſi orbis per pecca-
tum antiquati, poſtremò reſurrectionis myſteria mundo nuntiaueris, ſic quoq; canis recens
ac nouũ canticũ. *Bene pſallite ei in uociferatione.*) Audite mandatũ. Bene pſallite, hoc eſt, mente
indiuulſa nec aliò quoquàm diſtracta, ſed affectu ſyncero. *In uociferatione pſallite.*) Quaſi enim
boni quidam milites parta iam de hoſtibus victoria, victoriæ autori referte hymnos. Confi-
F dite, inquit, ego vici mundum. Quiſnam hominum aduerſus diabolum bellum gerere poſ-
ſit, niſi ad imperatoris noſtri protectionem ſimul & virtutem confugientes, illinc in hoſtem
noſtrum petita à fide quæ in Chriſtum eſt, iacula contorqueamus, & ſagittis configamus?
*Bene pſallite in uociferatione.*) Eſt autem vociferatio vox quædam inarticulata, quum in bello
addenſati milites & inter ſe conſtipati conſonè ſibi acclamant. In vno igitur concentu,
eadémque animorum conſpiratione & vnione charitatis pſallite. Quid demũ oportet pſal-
lentes dicere? *Quia rectum eſt uerbum domini.*) Hac de cauſa priùs rectos corde ad laudem
euocat: quoniam hoc quod eſt laudandum dei verbum, in principio erat apud deũ exiſtens
deus. Rectus itaque pater, rectus filius. *Et omnia opera eius in fide* Quid eſt quod dicit? Opus cœ-
lum,

ἑλικώσεις καὶ ἐκτροπάς.

In cithara confitendũ domino: deĩ in pſalterio.
Contraria contrariis curantur.

Pſallere.

Decachordum.
Cantate cãticũ nouum

Vociferatio

Opera omnia in fide.

lũ,opus terra,opus mare & aër,denique animata & inanimata,rationis participantia & eius G
expertia omnia.Quomodo autem in fide omnia?Quænam in inanimatis fides?quæ itẽ bru-
tis,quæ fides in lapide,quæ in cane?Nec inanimatũ,neq; brutũ aliquod in fide.Hic autẽ nihil
excipit,omnia cõprehendit,dicens:Cũcta opera eius in fide. Quod ergo opus dicit?Si cœlũ,
inquit,contẽplêre,ipſiusq; ordinẽ conſideraueris,fidei tibi dux eſt.Per id nanque artifex tibi
oſtẽdit.Si terræ ornatus & diſtinctionẽ variã inſpexeris,rurſus per hãc tibi erga deũ augeſcit

δόγμα catholicum.

fides.Nõ enim carneis iſtis oculis edocti deum, in ipſum credidimus: ſed diſcurſiua vi men
tis per hæc quæ videmus,inuiſibilem conſpicimus.Omnia ergo opera eius in fide : & ſi lapi-
dem didiceris , quandam habet demonſtrationem virtutis eius qui ſe lapidem creauit : & ſi
formicã, & ſi culicem, & ſi apem dixeris. Sæpe nanque in minimis conditoris ſapiẽtia ſolet H

γνώμη.

apparere. Nam qui cœlũ expãdit,& immenſa pelagi ſpatia diffudit,is eſt qui tenuiſſimũ apis
aculeum veluti fiſtulam quandam excauauit,vt per illam venenum effundat . Omnia igitur
opera eius in fide. Nihil tibi omnino ſit infidelitatis occaſio. Caue dicas , temere factum eſt

Fortuitum nihil.
In Genethliacos.

hoc,& ſponte hoc prouenit.Nihil enim inordinatũ,nihil non præfinitum, nihil accidit fru-
ſtra, nihil temerè fertur. Nec malum vllum euentum, aut malam dixeris horam.Hæ nanq;
ineruditorum ac diſciplinam chriſtianam ignorantium voces ſunt.Nonne duo paſſeres aſſe
væneunt,& vnus ex eis abſque dei voluntate non cadet?Quot capilli capitis ? & vnus ex eis
non eſt apud deum obliuioni . Vides igitur diuinum oculum , quomodo neque minutiſſi-
marum rerum quicquam conſiderationem ipſius effugiat? *Diligit miſericordiam & iudicium.Mi* I

Miſericordia & iudicium.

*ſericordia domini plena eſt terra.)* Si per ſe iudicium dei ſatis eſſet, ac ſeuerè & præciſè pro meri
tis eorum quæ geſſimus,nobis rependeret,quæ nobis ſpes reliqua eſſet? quis ex omnibus ſal-
uus fieret ? Nunc autem diligit miſericordiam & iudicium velut aſſiſtrice conſtituta ſibi
miſericordia,& regio iudicij prælata throno.Sic quemlibet in iudicium adducit, Si iniqui-
tates obſeruaueris domine,domine quis ſuſtinebit ? Neque enim miſericordia ſine iudicio,

γνώμη memorabilis.

neque iudicium ſine miſericordia. Ante iudicium miſericordiam diligit , & poſt eam præ-
rogatam ad iudicium venit . Hæc enim inter ſe coniuncta ſunt , miſericordia cum iudicio:
ne miſericordia ſola ſupinitatem & lentorẽ animabus ingeneret: neu iudicium ſi per ſe con
ſideretur,in eiſdem deſperationem operetur.Vult tui miſereri iudex , tẽque miſerationibus K

Aſtruit confeſſionem auricularẽ.

ſuis complecti, ſi modò poſt admiſſa humilem te factum & contritum , & malefacta pluri-
mùm deplorantem inueniet. Inſuper ſi quæ clam cæteris & in arcano deſignaſti , prodideris
& euulgaris fratri citra pudorem vllum.Si fratrem oraueris , vt laboranti tibi auxilietur ad

Simile.

procurandam medelam.Si demum miſerabilem prorſus te viderit , abundè tibi miſericor-
diam ſuam impendet.Contrà,ſi cor tuum impœnitens,ſenſu ſuperbum,diſcredentem futu-
ro ſeculo,nullóque iudicij timore correptum conſpexerit,tunc in te iudicium diligit,perin-
de atque medicus placidus & amans hominum priùs fomentitiis infuſionibus & mollifi-
catiuis delinimentis tumores ac tubera exiccare contendit: vbi autem viderit extuberaſcen
tem eam molem,nec quicquam remittere ex tnmore,ſed reiecta miſericordia & cura mol- L
liore,vſum deligit ferri.Diligit igitur miſericordiam in iis,quos præteritorum pœnitet: Di-
ligit item iudicium in iis,qui duro ſunt corde.Tale eſt quod etiam Eſaias ad deũ dicit : Mi-
ſericordia tua ad menſuram.Nam & ille miſericordiam cum iudicio exhibet,qui in ponde-
re,numero & mẽſura admetitur cuiuſq; merita & appendit. *Miſericordia domini plena eſt terra.)*

Miſericordia in pondere.
Tempus miſerendi.

In hoc loco miſericordia à iudicio diſiungitur. Nam terram tantum dei miſericordia refer-
tam dicit,iudicio in tempus definitũ reſeruato. Hic profecto miſericordia ſine iudicio præ-
rogatur : non enim venit vt mundum iudicet,ſed vt ſeruet. Illic verò non eſt iudicium ſine
miſericordia,quoniam nequit homo mũdo corde ac liber omninò à ſorde peccati reperiri,
etiam ſi vnius diei tempore ſupra terram vixerit. Quãobrem ſi quis videat quotidie malitiã M
inualeſcentem ac depaſcentẽ homines,& fragile genus hominum mille mortibus delicto-
rum gratia dignum,tantò admirabitur magis diuitias bonitatis diuinæ, tolerãtiæ & lõgani-
mitatis.Nos igitur dum in terra ſumus,dei miſericordia opus habemus. Qui autem in cœlo
ſunt,digni potiùs qui beati prædicentur quàm miſerabiles. Vel fortè nos terrã appellat pro-
pter condemnationem peccati,quod illud audimus à domino: Terra es & in terram reuer-
têris.Referti ſumus miſerationibus dei . Cum enim nos mortui eſſemus peccatis & delictis,
miſertus deus , conuiuificauit nos Chriſto. *Verbo domini cœli firmati ſunt , & ſpiritu oris eius*

Verbo domini cœli firmati.

*omnis uirtus eorum .)* Vbi ſunt qui ſpiritum floccifaciunt ? vbi qui illum ſeparant à
creatrice dei potentia ? vbi qui à patris ac filij coniunctione illum dirimunt & exſecant?
Audiant



A Audiant pſalmum dicentem:Verbo domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis vir
tus eorum.Non enim hic verbum ſimplex , aut communis hæc loquutio ex nominibus &
dictionibus conſiſtens exiſtimãda eſt.Neque item hic ſpiritus eſt vapor in aëra diffuſus:ſed
& verbum in principio conſiſtens apud deum,& Spiritus ſanctus , qui hanc propriè ſorti-
tus eſt appellationẽ.Vt igitur verbum opifex cœlum firmauit,ſic & ſpiritus ſanctus ex deo,
qui ex patre procedit:hoc eſt, qui ex ore ipſius eſt , ne externum aliquid & creaturam eſſe i-
pſum iudices,ſed tanquam ex deo ſubſiſtentem glorifices,vniuerſas ſemel in illum contulit
virtutes.Spiritu itaque ſancto firmata eſt omnis virtus cœleſtis,hoc eſt, firmitatem, ſolidi-
tatem ac confirmationem in ſanctitate & omni virtute,quæ ſacras deceat poteſtates,ex Spi

Idẽ Auguſt. in illud: In principio erat verbum fuſius.
Spiritus oris dei,deus.
Pro ſpiritu ſãcto aduerſus Ariũ,Macedonium & cęt.

B ritus ſancti auxilio habent.Hic itaque ſpiritus quidem oris ſui ſcribitur . Inueniemus autem
alibi verbum quoque oris eius dictum,vt intelligatur ſaluator noſter, & Spiritus ſanctus e-
ius ex patre.Quoniam igitur verbum quidem domini ipſe quidem ſaluator, & ſpiritus oris
eius Spiritus ſanctus eſt,vterque cœlum ac terram & omnes virtutes in eis concreauit.Hac
igitur de cauſa dictum eſt,verbo domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis virtus
eorum.Nihil enim ſanctum eſt citra Spiritus ſancti præſentiam.Angelos nanque initio vt
eſſent,verbum opifex omnium condidit:ſanctificationem verò ſimul impendit ipſis Spiri-
tus ſanctus. Non enim in infantili ſtatura ſunt creati,deinde paulatim exercitati atque per-
fecti,ſic ſpiritus ſuſceptione digni ſunt habiti, ſed in prima conſtitutione , & quaſi quadam
conſperſione ſuæ ſubſtantiæ ſimul infuſam habuere ſanctitatem . Quapropter & ad malitiã
C difficilè ſe poterant tranſmouere nimirum in ſibi indulta ſanctitate quaſi tinctura quadam
confirmati penè momento,ſtabilitatémque ad virtutem dono ſpiritus ſancti adepti. *Con*
*gregans ſicut utrem aquas maris,ponens in theſauris abyſſos.)* Non dixit,congregans ſicut in vtre,
ſed ſicut vtrem.Vtris naturam mihi vel nunc expẽde.Nunc pellis illa coriacea inflatur qui-
dem,quum diſtenta fuerit ſpiritus introcluſi agitatione:nunc verò contrahitur,mox vbi fla

συνάγων. ὡς ἐν ἀσκῷ, ἀλλ᾽ ὡς ἀσκόν.

tus quo turgeſcebat diſtentus, abierit in auram . Sic item mare quando turget ac feruet, &

Collatio.

ſpiritibus inſurgit efferatum atque tumens,quandoque verò dum eſt tranquillum,in humi-
litatem ſe contrahit.Quemadmodum igitur vtrem contrahit,ſic aquas maris humiles red-
dit dominus. Reperitur & in quibuſdam exemplaribus,in vtre.Quo fermè modo ad an-
D tiquam nos remittit hiſtoriam,quando mare rubrum nullo ipſum diducente aut retinente,
intra ſeſe retraxit & conſtitit:& quaſi in vtre quodam,diuino iuſſu ligatum fluere ac diffun
di illud non ſinente. *Ponens*,inquit,*in theſauris abyſſos.)* Communi ſententiæ congruere ma

Abyſſi.

gis videbatur ſi dixiſſet:Ponens in abyſſis theſauros:hoc eſt,in myſterio & arcano ſuas diui
tias continens.Nunc autem quaſi quædam pretioſa,digna diuinis theſauris abyſſos dicit eſ-
ſe.Nõ ſatis ſcio,an ipſæ rationes quæ de diuino ſunt iudicio arcanæ quidem illæ,nec vlli hu
manæ menti comprehenſibiles hic vocentur abyſſi:propterea quòd rationes hæ diuinæ tan
tum cognitioni reſeruatæ ſunt, quibus ſingula diſpenſantur . Quòd enim iudicia ſingulo-
rum abyſſus vocata ſint,in alio pſalmo didicimus,qui dicit:Iudicia tua abyſſus multa.Si igi

κρίματά σου.

E tur quæris cur peccatoris vita prorogetur,iuſti verò incolatus huius dies abbreuientur:qua-
re iniuſtus proſperetur,iuſtus affligatur:cur vnus aliquis puſio ante ætatis perfectionẽ hinc
auferatur:vnde ſint bella , vnde naufragia , vnde terræmotus, ſiccitates, imbres immodici,
cur quæ hominibus ſunt exitialia,deus creauit , cur hic ſeruus , ille liber:cur hic diteſcit , il-
le paupereſcit ? Deinde multa eſt in peccatis , multa etiam in rectè factis differentia . Et
hæc quidem fœmina lenoni vendita , per vim quodammodo in peccato retinetur : illa
autem quæ abinitio heram nacta eſt bonam , in virginitate nutrita eſt , cur hæc bene-
ficio affecta eſt , illa verò condemnata . Et quæ ſit in ſingulos quoſque à iudice retri-
butio . Hæc ſanè omnia , vbi inciderint menti tuæ, fac memineris , quia iudicia dei ſunt
F abyſſus . Et , quòd in diuinis recondita ſunt & incluſa theſauris , nec quibuſuis facilè
comprehenſibilia . Et credenti quidem ex deo promiſſio eſt: Dabo tibi theſauros abſcon-
ditos & inuiſibiles.Nos vbi habebimur digni cognitione ea , qua perſpicitur deus facie ad
faciem:tunc in theſauris dei eas abyſſos contemplabimur. De vtribus verò ſi quæ in ſacris
voluminibus dicuntur,collegeris:propiùs pertinges ad propheticæ ſententiæ intelligẽtiam.
Vtres noui in euangelio nominantur,qui de die in diem vitæ genus renouant,& vinum no

Vtres noui.

uum de vera vite capiunt.Qui verò veterem hominem nondum depoſuerunt,vtres ſunt ve
teres,quibus neutiquàm commodè credi poſſit infuſio vini noui. Nemo enim mittit vinũ
nouum in vtres veteres,ne vinum effundatur,& illi vtres prorſus diſpereãt:nulla iam venia
h digni,ſi

digni,ſi bonum ac nouum effundant merum.Igitur in vtres nouos vinum nouum eſt mit- G
tendum.Nouum inſuper & ſpirituale vinum, vt quod Spiritu ſancto efferueſcit, nimirum
veritatis intelligentiam nondum exoleſcentem vetuſtate erroris mittere conuenit in homi
nem nouum, qui quod perpetuò domini noſtri Ieſu Chriſti mortificationem in corpore
fert ſuo,iure nouus dici poſſit vter. *Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur o-*
*mnes inhabitantes orbem.)* Iam quando timor domini initium eſt ſapientiæ, qui terrena ſapi-

Timor domini.

unt,per timorem erudiantur.Timor enim quaſi quidam introductorius neceſſariò ad pie-

ἀρχὴ αἰσθήσεως principium ſenſus

tatem condiſcendam aſſumitur. Charitas verò à timore inſtructiuo exercitatos ſuſcipiens
perficere ſolet.Terræ igitur vniuerſæ timorem præcipit hic ſermo.Commoueantur autem,
inquit,omnes inhabitantes orbem: hoc eſt, omnis motus ſiue ex mente ſiue ex corpore a- H
ctum perficiens, ab hominibus perficiatur iuxta præſcriptum diuinæ voluntatis. Sic enim
intelligo illud,Commoueantur ab eo:videlicet vt nec oculus,nec manus præter dei volun-
tatem moueantur.Sed ne cor quidem ea quæ deo diſplicent,excogitet. Nec ab vlla prorſus
alia cauſa moueantur:neque ipſos quiduis aliud moueat,niſi dei timor. *Quoniam ipſe dixit*
*& facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.)* Ad duo præcedentia duo alia ſubiecit:Timeat o-
mnis terra,& commoueantur omnes inhabitantes orbem.Hæc præmiſſa ſunt.Illis iſta ſub-
iecit.Ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mandauit & creata ſunt.Quandoquidem homo ex terreno
corpore & anima corpus inhabitante compoſitus eſt,terra quidem iure dicitur,ex terra for-
matus.Inhabitans autem orbem anima vocabitur,diuerſorium & habitationem in corpore I
ſortita.Concinnè igitur ad terram illud retulit,ipſe dixit & facta ſunt.Ad figmentum qui-
dem noſtrum terreſtre pertinet quod dicit,& facta ſunt:ad imaginem verò dei illud & crea
ta ſunt.Quoniam verò in ſacris voluminibus creatio pro tranſmutatione in potiorem ſo-

Creatio ſiue creatura.

let accipi partem,vt eſt illud:Si qua in Chriſto noua creatura.Item illud:Vt duos crearet in
vnum nouum hominem:Forſan illud quidem,facta ſunt,dicitur de prima hominis produ-

Differentia inter creare & facere.

ctione ad eſſentiam:hoc verò,Creata ſunt, de ſecunda per Chriſti gratiam regeneratione.
Quantum itaque dei mandatum à ſimplici differt verbo,tantum creatio à generatione di-
ſtat. *Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia*
*principum.Conſilium autem domini in æternum manet.)* Expoſitio eſt hæc præcedentis, quomodo K
deus in ſe credentes creauerit ex eo quòd populorum ſtulta diſſipat conſilia,quæ circa ido-
lolatriam & vniuerſam vanitatem habuerunt. Et reprobat conſilia principum. Poſſunt &
ad dominicæ crucis referri tempus, quando illi quidem regem gloriæ ſupplicio ſe afficere
putarunt:ille contrà,per crucis diſpenſationem humanum genus renouauit.In reſurrectio-
ne nanque conſilium gentium diſſipatum,Pilati & militum & reliquorum, quotquot circa
crucem talia peregerunt. Improbata ſunt autem conſilia principum, pontificum videlicet
& ſcribarum,& regum populi. Reſurrectio nanque omne malignitatis iſtorum artificium
diſſoluit.Si verò ſingulas ſcripturæ hiſtorias relegeris,quæ deus aduerſus.Gentes à fide alie- L
nas peregit,facilè inuenies etiam iuxta corporalis literæ ſenſum,quod iam dictum eſt,mul-
tam habere vim.Quando enim Ioram filius Achab regnauit apud Iſraël,tunc rex Syriæ fi-
lius Ader multa virtute & graui manu inſtructo exercitu Samariam obſedit,ad eámque cô-

τέταρτον κάβου.

pulit famem,vt aſini caput,tunc quinquaginta ſiclis argenti,& quarta pars ſextarij fimi co-
lumbini quinque argenti drachmis emerentur.Itaque vt Eliſſęi promiſſio impleretur, diſſi-
pata ſunt conſilia Syriæ,vt illi relictis tentoriis ſuis & omni opulenta admodum ſupellecti-
le,fugerint tantam relinquentes copiam Samariæ obſeſſæ, vt menſura ſimilæ ſiclo, & duæ
menſuræ hordei ſiclo vno venirent. Sic igitur dominus nouit gentium conſilia diſſipare.
Quomodo autem improbet conſilia ſiue ratiocinationes principum,in hiſtoria Achitophel
didicimus, quando id in votis habens Dauid dominum orauit: Diſſipa obſecro conſilium M

δόγμα Catholicum.

Achitophel.Quando itaque aliquem arrogantius magna minantem audiueris, & omnige-
nûm afflictionum incommoda impacturum ſe tibi promittentem:reſpice continuò in do-
minum diſſipantem conſilia gentium,& populorum cogitationes improbantem. *Conſiliũ*
*verò domini in æternum permanet, cogitationes cordis eius in generationẽ & generationem.)* Nonne
vides gentium dogmata,vanam hanc philoſophiam,quàm ſubtiles & ingenio eximij circa
adinuentiones dogmatum, cùm in rationalibus ſpeculationibus, tum in moralibus præce-
ptionibus ac phyſiologiis quibuſdam,& dogmatis aliis,quæ epoptica myſteria appellantur?
Quomodò diſſipata ſunt & caſſa omnia,& ſola nunc euangelij veritas omnem orbis rem-
publicam occupauit? Multa nanque in hominum cordibus conſilia, ſed domini conſilium
præualuit.



A præualuit.Et neceſſarium eſt,ſi conſilium dei ſtabile ac firmum conſiſtere in animis noſtris
debeat, vt primùm humanæ cogitationes in nobis diſſipentur. Quemadmodum enim, in

βεβαίωσις à ſimili.

cera ſcripturus quidlibet,eam priùs interlinit inductis literis, dein quas vult imprimit for-
mas:ſic item cor noſtrum quod diuina ſit lucidè & perſpicuè ſuſcepturum eloquia, purum
priùs liberúmque omnis contrariæ cogitationis reddi oportebit. *Cogitationes cordis eius*
*in generationem & generationem.)* Sanè populi electi duo quum ſint,duóque ipſis contradita
teſtamenta per illud, Cogitationes cordis eius in generationem & generationem, poſſunt
vtique per bis nominatam generationem intelligi & duæ dei cogitationes. Vna quidem,
per quam prius accepimus teſtamentum:altera verò,quæ nouam ſalutarémque Chriſti no-
B bis gratuitò contulit doctrinam. *Beata gens cuius eſt dominus deus eius, populus quem ele-*
*git in hæreditatem ſibi.)* Nemo beatum dicit Iudæorum populum, ſed eum populum qui
ex omnibus melior electus eſt. Nos autem ſumus gens cuius eſt dominus deus noſter, nos
item populus quem elegit in hæreditatem ſibi.Gens quidem,quia ex multis congregati ſu-
mus nationibus:populus verò,quia in locum abiecti populi vocati ſumus. Et quoniam mul
ti vocati, pauci verò electi: beatum dicit, non vocatum, ſed electum. Beatus igitur quem
elegit. Quæ autem beatitudinis cauſa? Nimirum expectata bonorum æternorum hæredi-
tas: Aut fortè quia iuxta apoſtolum, poſtquàm plenitudo gentium ingredietur, tunc o-
mnis Iſraël ſeruabitur. Primùm multitudinem gentium beatam dicit: Deinde Iſraëlem,
C qui poſtremò ſeruabitur. Seruabitur autem non omnis, ſed ſolùm reliquiæ, quæ erunt ſe-
cundum electionem gratiæ. Ideo dicit: Populus quem elegit in hæreditatem ſibi. *De cæ-*
*lo proſpexit dominus, uidit omnes filios hominum de præparato habitaculo ſuo.)* Eos qui in propria

Proſpicere dei & deſcẽdere de cœlo.

manent animæ dignitate, & naturæ congruentia faciunt, cœlitus, hoc eſt, ſupernè aſpi-
cit deus. Eos verò qui ad extremum flagitiorum prolapſi ſunt, ſecus inuiſit, nempe deſ-
cendendo. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccata eo-
rum magna nimis. Deſcendam itaque & videbo, an ſecundum clamorem qui ad me ve-
nit, perfecerint. Et rurſus: Deſcendit videre ciuitatem, quam ædificauerunt filij homi-
num. Hic autem ait: De cœlo proſpexit dominus, vidit omnes filios hominum. Conſi-
D dera è ſublimi deſpectantem. Conſidera è cœlo res mortalium introſpicientem. Quocun-
que tandem perges, quodcunque demum efficies opus, ſiue in tenebris ſiue in diei luce dei
oculum ſuperintendentem habes. *Ex præparato habitaculo ſuo.)* Non aperiuntur portæ,
non contrahuntur cortinæ. Paratum eſt continuò ad quiduis ſpectandum dei habitacu-
lum, omnes aſpicit filios hominum, ne vnus quidem ipſius fugere conſpectum poſſit,non
tenebræ,non parietes, quemquàm poſſint occulere, oculis dei nihil obſtaculi, nullum op-
panditur velamen. Tantûmque abeſt vt vnumquenque non videat, vt etiam corda con-
templetur & introſpiciat, quæ ipſe finxit citra vllam admiſtionem ad malitiam inclinan-
tem. Cor enim finxit opifex hominum deus ad ſuam ipſius imaginem, ſimplex quidem il-
E lud. Ipſi demum id reddidimus multiuarium & ad omne genus vitiorum verſatile, ipſum
permiſcendo affectibus carnis, corrupta in illo imagine dei, & quam habebat ſimplicitate
& ſynceritate ſibi vbique ſimili. Quoniam igitur cordium eſt conditor deus, propterea o-
mnia noſtra opera intelligit, opera quidem dicimus etiam & verba & cogitationes, vtque
ſemel, vniuerſam motionem hominis: quali item affectu, quo ve propoſito mouemur:an
hominibus magis quam dei mandatis placere ſtudeamus & obſequi, ſolus videt, qui in-
telligit omnia opera noſtra. Quapropter & de quouis verbo otioſo rationem dabimus. Et
ne poculi quidem aquæ frigidæ mercedem perdemus, quando opera noſtra dominus in-
telligit. *Non ſeruatur rex per multam uirtutem.)* Non exercitus militaris, quantauis mu-
F nitio,non ciuitatum mœnia, non peditum phalanx, non equeſtris turma, non naualis mu
niminis præparatio regi ſalutem parit.Dominus enim reges conſtituit & deſtituit ſiue tranſ

κύριος καθιστᾷ καὶ μεθιστᾷ βασιλεῖς ὁμοίωσις.

fert: & nulla eſt poteſtas niſi à deo conſtituta. Seruatur ergo rex non per multam virtu-
tem, ſed per diuinam gratiam, vt & hic verus ſit ille apoſtolicus ſermo: Gratia eſtis ſalua-
ti. Sicut nec villicus tantum ob diligentiam agriculturæ prouentus ex agricolatione:quan
tum ob augentem terræ fructus deum aſſequitur. Neque enim qui plantat eſt aliquid: nec
qui irrigat, ſed deus qui incrementum præſtat. Si ergo cor regis in manu dei: non per ar-
matam militarem potentiam, ſed deo ſuppeditante præſidium & velut manum protenden
te ſeruatur. In manu autem dei non quilibet, ſed qui regis appellatione dignus fuerit.
Quidam autem regnum definierunt legitimam eſſe præfecturam, vel ſupra omnes princi-

Legitima finitio regni.

 patum

† Nam qui, ne verbum quidem in exemplari.

patum peccato minimè obnoxium. † Nam qui ſui compos imperioſúſque eſt, rectè vocari G
rex poterit. *Et gigas non ſeruabitur in multitudine uirtutis ſuæ.)* Gigantem dicit eum quiſ-
quis natura compos eſt virium, ac robore corporis præſtanti vtitur. Neque igitur rex ex ar-
mis auxilium habet, quod ad ſalutem tuendam ſufficiat: neque item fortis ſibi ad omnia
ſufficere idoneus eſt. Infirma nanque & inualida ſunt cuncta humana, vni dei potentiæ
comparata. Quocirca mundi infirma elegit deus, vt fortia confundat & ſuppudefaciat.
Et, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, vt deſtruas inimicum & vltorem.
Dei nanque gratia in pueris & rerum humanarum rudibúsdum ipſo opere maxime elu-
ceſcit. *Fallax equus ad ſalutem: in multitudine autem uirtutis ſuæ non ſeruabitur.)* Eiectus eſt &

γνώμη. Equus ſanctis nō fuit in vſu. Iſrael nō legitur vſus equeſtri exercitu. Confirmat τῷ παραδείγματι. γνώμη.

excluſus ab vſu ſanctorum equus. Sed neque Iſraël in obeundis bellis quanlibet proſperè ſe H
geſſerit, videtur vſus aliquando equeſtri potentatu. Nec ſanctorum aliquis priuatim equo
vti pulchrum exiſtimauit. Pharao equeſtri vſus exercitu, & Sennacherib ſuperbus equo-
rum multitudine narrantur. Quamobrem Pharaonis equum & aſcenſorem deus deiecit in
mare, & Sennacherib milites dormitauerunt qui aſcenderunt equos. Et lex per Moſen pro-
mulgata de regibus hæc ſancit: Non multiplicabit ſibi equum. *In multitudine uirtutis ſuæ nō
ſeruabitur.)* Quando enim infirmor, ait Paulus, tunc potens ſum. Virium nanque corpo-
ris multitudo ſaluti ſpiritus eſt impedimento. *Ecce oculi domini ſuper metuentes eum.)* Et ali-
bi dictum eſt: Oculi domini ſuper iuſtos: hic verò ſuper metuentes eum. Quando nos ad
dominum reſpexerimus inque ipſum oculi noſtri rectà collinearint, vt dicere poſſimus il- I
lud: Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ſic oculi noſtri ad domi-
num deum noſtrum. Tunc videlicet ad noſtri curam & conſiderationem oculum domini
trahimus. *Et in eos qui ſperant ſuper miſericordia eius.)* Humilitatem eorum qui domino ſer

Quis in miſericordia domini ſperare dicitur

uiunt exprimit. Quomodò, inquit, aliquis ſuper eius miſericordia ſperat? Is videlicet qui
non his nititur quæ preclarè ac fortiter geſſit, neque item ſe ſperat ex operibus iuſtificatum
iri: ſed tantùm in dei miſericordia ſpem collocat. Quum enim illud ſecum reputarit: Ecce
dominus, & merces eius parata reddere vnicuique ſecundum opera eius: & ſecum recogi-
tauerit opera ſua mala, adeóque & ſupplicium timet, & minas dei perhorreſcit. Ad hoc ve
rò, ne abſorbeatur à triſtitia, ſpe bona ſubnixus, ad miſerationes & benignitatem dei reſ- K
picit, ſperátque liberandam animam ſuam à morte atque paſcendam à deo in fame. Anima
noſtra ſuſtinet dominũ, quoniã adiutor & protector noſter eſt. Exhortationem habet ad
patientiam hic ſermo, vt ſi quando contingat ab vno aliquo tribulantium nos diuexari, per
hoc interim ne ſinamus nos diuelli, neu ſecedamus à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu:
ſed collectis animæ viribus obuia quęq; aduerſa perpetiamur credentes non defuturũ à deo
auxilium. *Quoniam in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus.)* Hoc ſanè
concinit iis, quæ in pſalmi principio dicit: Exultate iuſti in domino. Et, in ipſo lætabitur cor
noſtrum. In eandem quoque ſententiam mihi videtur Apoſtolus dixiſſe hoc: In his omni-
bus ſuperamus per eum qui nos dilexit. Item illud, Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in
tribulationibus. Quum enim dixiſſet hic pſalmiſta: Anima noſtra ſuſtinet dominum: vt L
declararet ſe nulla vi adactum aut oppreſſum afflictionibus ſuam oſtentare velle patientiã,
ſed cum omni gaudio ſuſcipere erumnas & incommoda pro nomine domini: Non ſolùm
inquit, ſuſtinemus, ſed in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus.
Nobis ſatis eſt quòd Chriſtiani vocamur, vt inimicorum omnem impreſſionem inſultus o-
mnes effugiamus. Dei ſanctum dicitur eſſe nomen, non eò prorſus quòd in ſyllabis vim ha-

Nomen dei quomodo ſanctum.

beat ſanctificatiuam, ſed quòd omnis dei proprietas & eorum intelligentia quæ ipſi eminẽ-
tiſſimè adeſſe contemplamur, ſancta eſt & ab omni impuritate ſeiuncta. *Fiat domine miſeri-
cordia tua ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.)* Vides, quàm ſcitè ac prudenter orauerit? M
proprium affectum admenſus eſt adminiſtrationi miſerationum dei. Tantum, inquit, fiat
miſericordia tua ſuper nos, quantam in te coniecimus ſpem pręueniendo. Spes enim noſtra
omnis huc reſpicit, nempe in requiem tuam: vt transformato corpore humilitatis noſtræ,
hoc ipſum cognoſcamus conforme factum corpori claritatis & gloriæ, in Chriſto Ieſu do-
mino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.



## A IN PSALMVM XXXIII. BENEDICAM *dominum, Pſalmus Dauid quando immutauit faciem ſuam coram Abimelech, qui dimiſit ipſum & abiit.*

PSalmi huius intelligentia ad duo argumenta nos trahit. Quæ enim in Nobe ciui-
tate ſacerdotũ geſſit Dauid, videntur affinia eſſe & cognata huic inſcriptioni. Rur-
ſus & quæ in Geth apud Achis regem alienigenarum. Nam mutauit faciem ſuam
tunc, cum Abimelech ſacerdoti loqueretur, celans quidem fugam ſuam, regio au-
B tẽ ſe inſeruire mandato ſimulans eiúſque ſedulò implendi ſatagere, quando & panes propo-
ſitionis accepit, & gladium Goliath. Rurſus faciem immutauit ſuam in medio deprehenſus
hoſtium, ſentirétque illos inter ſe vindictæ inhiantes dicere (Nam ſerui Achis, inquit, inter ſe
dicebant): Nonne hic eſt Dauid rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes: Saul
percuſſit mille, & Dauid decem milia? Timuit autem Dauid, inquit, mutauítque faciem ſuã

אבימש ſic eſt, pro quo Græci corruptè ἀγχοὺς. Abimelech nomen generale regũ alienigenarum. אב־מלך pater meus, rex.

ante illorum oculos. Quo igitur pacto titulus Abimelech nominat, cum hiſtoria Achis re-
gem Gethęorum dicat, talem nos varietatis rationem, quę per traditiones ad nos vſq; per-
uénit, tenemus: Reges alienigenarum communi nomine Abimelech vocabantur, proprium
verò quilibet habebat quo appellabatur, ſicuti & in Romano imperio liceat intueri, Cæſares
C in commune dici palàm eſt & Auguſtos, alia verò habuiſſe etiam hos liquet nomina ſanè
propria. Talis fuit & apud Aegyptios Pharaonum nomenclatura. Nam & ætate Ioſeph, rex
Pharao dicebatur, quíque ſecundum hunc, ad regnum ſublimatus eſt generatione quarta,
tempore Moſis itidem Pharao. Sed & Salomonis tẽpore Pharao dicebatur. Accepit, inquit,
filiam Pharaonis & Hieremię prophetæ tempore ſimiliter alius: ſic & Abimelech tempori-
bus Abraham legitur fuiſſe: rurſus tempore Iſaac, & nunc demum ſub Dauid Abimelech

אחות poſſeſſio viſio. † λέγων dicẽs tantũ in exemplari. כל־פי os omnium.

memoratur. De temporibus nanque Abrahæ legitur, quòd Abimelech & Ochozath pronu-
bus eius & Phicol princeps militiæ eius, ad Abraham † dixerint: Ini fœdus nobiſcũ. Et iterũ
de Iſaac. Erat autem multum temporis ibi. Quum autem proſpexiſſet Abimelech rex Phili-
D ſtinorum per feneſtram, vidit ludentem Iſaac cum Rebecca. Ita & hìc temporibus Dauid
in ſuperſcriptione pſalmi Abimelech tanquam commune regni nomen dictum eſt. Achis
vero propriè illi additum ab ipſius natiuitate eſt nomen, vt traditum eſt in hiſtoria. Coram
illo igitur faciem ſuam Dauid mutauit manibus ſeruorum, delatus velut mente motus &
interſtrepens ad ciuitatis portas. Defluebant, inquit, ſaliuæ eius in barbã: ita vt diceret Achis

ἐπίληπτος comitiali morbo laborans.

ad ſeruos ſuos: Quare adduxiſtis eum ad me? Opúſne habeo iſtis Epilepticis, vt introduce-
retis eum & coram me comitiali morbo corriperetur? Atque ita dimiſſus abiit inde, & ſer-
uatus eſt in ſpeluncam Odollam. Igitur tanquam ex magno periculo liberatus hanc gratia-
rum actionem refert ſuo liberatori deo dicens: *Benedicam dominum in omni tempore.)* Ereptus
ex morte ſibi veluti terminos vitæ præſcribit, ſuámque ipſius animam inſtruit ac format ad
E exactiorem viuendi formulam, vt nullum ei tempus prętereat, quin deum laudet, ac ma-
gnarum iuxtà ac minimarum rerum initia cauſáſque in eum referat. Non exiſtimabo, in-
quit, mea quicquam fieri diligentia, nec caſu id contingere, ſed in omni tempore benedicã
dominum, non ſolùm in rebus vitæ ſecundis, ſed etiam aduerſis. Hinc edoctus Paulus ait:
Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Viden' quanta fuerit vi-
ri iſtius charitas. Ad hanc malorum continentem & ſuccedaneam ſeriem, nihilo ſe habebat
moroſius. Quum patriæ finibus exul vertere ſolum cogeretur, neque hoc modò, ſed & co-
gnatis ac domeſticè notis opibúſque ſemel ſpoliatus. His adde per neceſſitatem in manus
hoſtiles contraditus, vt parum abfuerit, quin minutim & in fruſta ab his conciſus ſit, ne ſic
F quidem ſecum dixit: Quouſque tandem continens hæc & ſuccedanea malorum ſeries pro-
gredietur? Nihil per huiuſce afflictionis diuturnam prorogationem faſtidientior fiebat aut
animo deiectior: vt qui probè noſſet, quia tribulatio patientiam operatur, patientia proba-
tionem, probatio ſpem. Reuera enim tribulationes edulia quædam ſunt & exercitatio gym-

ϛροφαὶ lege τροφαί.

nico certamini mirè conducentia, & ad patris gloriam ſuum agoniſten promouentia, is mo
dò ſi legitimè ad omnium tolerantiam. putà, ſiquando incesſimur maledictis, nos contrà be
nedicimus conuiciatori, quum blaſphemantem obſecramus, attriti laboribus ac oppreſſi gra
tias agimus, in afflictione poſiti exultamus quaſi gloria affecti. Nihil minus chriſtianum de-
cet, quàm vt rebus ſuis proſperè cadentibus benedicat deo: contra, triſtiore quapiam cala-

mitate afflictus laudes reticeat dei: quando tunc quoque gratiæ vberiores agendæ veniunt, G
vt qui planè nouerit quia quem diligit, erudit & caſtigat: Flagellat autem omnem filium
quem recipit. *Semper laus eius in ore meo.*) Videtur rem impoſſibilem polliceri propheta: quo-
modo enim ſemper dei laus in ore hominis poteſt eſſe? quando enim ea depromit conſueta
& ad corporis neceſſitatem reſpicientia colloquia, vtique non iam in ore habet dei laudem:
quando item dormit, penitus ſilet. Bibens quoque aut comedens quomodò ore concinit lau

Os arcanum mentis.

dem dei? Ad hoc dicimus os eſſe quoddam ſpirituale & intellectu præditum hominis iſtius
interni, nempe mẽtis, quo nutritur, quiſquis particeps diuini fit verbi, qui panis de cœlo de-
ſcendit. De hoc ore propheta etiam loquitur: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Hoc item
nos dominus adhortatur dilatatum habere oportere, ad luculentam copioſam ciborum ve- H
ritatis ſuſceptionem. Dilata, inquit, os tuum, & implebo illud. Sanè cogitatio quæ de deo eſt
ſemel impreſſa & velut ſigillo obſignata in præcipua animæ parte, nimirum in mente, poteſt
laus dei rectè appellari, ſemper in anima exiſtens. Poteſt item iuxta apoſtolicam adhortatio-
nem vir quiuis bonarum ſtudioſus cuncta facere ad dei gloriam, ita vt facta dictáque ipſius
omnia, omníſque ſpiritualis operatio vim laudis habeant. Siue enim bibat iuſtus, ſiue edat,
omnia ad dei gloriam facit. Talis etiam cum dormit, cor vigilat, Iuxta verbum dicentis in

Iuſti cogitatio & actio omnis, laus dei eſt.

Cantico canticorum: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quaſi enim tenor quidã ſoni ſemel
æditi ac diutius auribus inſonãtis ſunt illæ quæ per ſomnũ recurrunt imaginationes cõceptæ
interdiu cogitatiõis. *In domino laudabitur anima mea.*) Nullꝰ, inquit, meã induſtriã, per quã à peri I

γνώμη.

culis ſim ſeruatus, laudet. Nõ enim in vlla hominis aut potẽtia, aut ſapiẽtia, ſed in gratia dei
cõſiſtit ſalus. Nõ glorieť, inquit, diues in diuitiis ſuis, neq; ſapiẽs in ſapiẽtia ſua, neq; fortis in
fortitudine ſua: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, quòd intelligit & cognoſcit dominũ deũ
ſuum. Vides quomodò Apoſtolus cooperarios euangelij laudet? Qui eſt, inquit, conſeruus
& miniſter veſter in domino. Si quis autem ob corporis elegantiam decúsque aut ob acce-
ptam à parentibus claritatẽ generis laudatur, non in domino laudatur anima eius, ſed quiſ-
quis talis eſt, in magna conſtituitur vanitate. Non enim artes illæ quæ mediæ ſunt & indiffe
rentis naturæ verã habẽt laudẽ. Gubernatores, aut medici, aut oratores, aut architecti ciuita
tes ædificãtes, vel pyramides ſeu labyrinthos, quíq; ſumptu ingenti ſubſtructiones ædificiorũ K
apparant, ædiúmue ſuperbam molem. Nam qui ob eiuſmodi laudantur, non in domino ſu-
am habent animam. Satis eſt nobis ad omnem dignitatem & noſtri exiſtimationem talis
domini ſeruos cenſeri. Etenim qui regi cuipiam ſubſeruit, nonne tandem is ſibi mirè place-

A ſimili.

bit, quòd in ordinem aſcitus ſit tãti iſtius famulitij? Qui verò in ſeruorum dei dignationem
venerit, aliunde laudem exquiret? ac ſi ad omnis excellentiam gloriæ & nobilitatis hæc ap-
pellatio non ſatis eſſet. *In domino laudabitur anima mea, audiant manſueti & lætentur.*) Quoniam
ſine bello, inquit, mea ſalus parta eſt ex ſola oris mutatione, diuino auxilio deceptis inimi-

Audiant mãſueti.

cis: audiant manſueti, quoniam poſſibile & iis eſt qui ſunt quieti, trophæum excitare, & mi-
nimè pugnantes, victores declarari. Lætentur itaque qui meo exemplo ad complexum man L
ſuetudinis ſunt confirmati. Iam quando quæ manſuetudinis ſunt, perfeci: Memento domi-

Manſuetudinis laus.

ne Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Maxima omnium virtutum manſuetudo. eóque in
beatitudinum numerum relata eſt: Beati, inquit, mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Il-
la enim terra cœleſtis Hieruſalem, non eſt bellatorum ſpolium, ſed longanimiter & mãſue-
tè omnia tolerantium ſperata hæreditas. Idem enim valet, audiant manſueti, & audiãt Chri
ſti diſcipuli: Vult forſan miraculum diuinę iſtius erga ſe beneficentiæ in nos morę prophe-
tico deriuari. Audiant, qui multis pòſt generationibus futuri ſunt Chriſti diſcipuli. Hos nan
que mãſuetos nominauit, quibus dominus ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis cor-
de. Qui enim ſedatis ſunt & compoſitis moribus, nempe ab omni affectu vitioſo liberi, adeò M
vt nullum reliquerint in animabus ſuis perturbationi locum, hi demum manſueti appellan
tur, eóque Moſes præter cæteros homines manſuetus fuiſſe probatur ſcripturæ elogio.

Manſuetus vere quis.

*Magnificate dominum mecum.*) Conuenientem chorum propheta in domini laudem ſibi aſſu-
mit. Nemo turbulentus, nemo obſtreperus aut tumultuarius, non qui carnalium affectionũ
œſtro extimulat animam, miſtim ſe mihi adiungat: ſed vos tantum manſueti, qui ſtabilita-
tem firmitatémque animi conſequuti eſtis, ſimúlque torporem & ſomnolentam dormita-
tionem à vobis ipſi excuſſiſtis, quo ſenſus veſtri ad ea quæ addecent, alacriores ſint & eui-
gilent, qui tales eſtis magnificate dominum mecum. Magnificat antem dominum is, qui
magno mentis propoſito celſóque animo & erecto pro pietate tentationes tolerat: deinde
verò



A verò is etiam qui nec mediocri intellectu & ſublimiore animi ſpeculatione rerum condita-
rum multimodam magnitudinem conſiderat, vt ex earum magnitudine iuxtà ac pulchri-
tudine, tantarum rerum opificem contempletur. Quantò enim magis in ſublimitatem ra-
tionum, quibus omnia conſtant & omnia reguntur, ſeſe attollet: tantò magis dei magnificẽ-
tiam conſpiciet, & quantum in ſe virium habet, is magnificat dominum. Quoniam itaque
non vna mens, nec vnius hominis meditatio, neque ad breue tempus ſatis eſt ad miraculo-
rum dei comprehenſionem: omnes ſimul mãſuetos ad huius obeundæ actionis ſocietatem
inuitans aſſumit. Oportet enim otium ab omni tumultu exteriore agere liberrimum pror-
ſus, & intra cordis arcana perinde ac in intimo quopiam ineundæ conſultationis receſſu,
B tranquilla quiete perfrui eum, qui cupiet velut è veſtigiis perſequi contemplationẽ veritatis.
Audiſne prophetam confitentem peccatum? quid ait? Turbatus à furore oculus meus. Non

γνώμη. Collatio.

ſolùm autem furor ſiue ira, ſed concupiſcentia & timor & inuidia oculum animæ contur-
bant. Et in vniuerſum perturbationes omnes, & immoderati motus aciẽ perſpicacitatémque
animi confundunt & exturbant. Et quemadmodum oculis turbidis viſibilia exactè depre-
hendere non valemus, ſic corde turbato nemini conceditur incumbere veritatis cognitioni.
Secedere igitur opus fuerit ab iſtius mundi rebus, & neque per oculos neque per aures aut
alios ſenſus, alienas in animam cogitationes introducere. Quæ enim ex ſuperbia carnis co-
oriuntur aduerſus animam & inſurgunt bella, internum hominem complent obſtrepero
C prorſus & irrequieto tumultu, nec vnquam concilianda ſeditione. *Exquiſiui dominum, & ex-
audiuit me.*) Hæc, inquit, audiant manſueti, quòd ego tempore illo apprimè difficili & per-

Nimirũ cæſo Goliath.

plexo, quando furor Philiſtinorum qui eorum meminerant, quæ illis priùs intuliſſem mala,
aduerſus me motus eſt, omníſque manus contra me armata eſt, cæterum ego nudus & iner
mis, paratus ad omnem ignominiam, & ſupplicium inimicis patebam, tũc nec ob timorem
mentem confudi meam aut conſternatus ſum, non item à me excuſſi de deo cogitationem,
non denique ſalutem propriam deſperaui, ſed exquiſiui dominum. Non enim quęſiui tan-

Emphaſis eſt in ἐξεζήτησα ad ἐζήτησα, vt ἔρευνα & ἐξερεύνησις.

tum ſimplici quadam breuíque ſpe, ſed exquiſiui. Plus enim exprimit exquirendi emphaſis,
quàm quęrendi verbum, quemadmodum amplius quiddam indicat perſcrutatio, quàm ſcru
D tatio. Defecerunt perſcrutãtes perſcrutationes. Multam igitur quietem ac animi tranquilli-
tatem per verbum exquiſitionis nobis ſermo hic repræſentat. *Et ex omnibus tribulationibus meis
eripuit me.*) Omnis iuſti vita in afflictionibus poſita eſt, nempe, anguſta & arcta via. Et, Mul-
tæ tribulationes iuſtorũ. Idcirco & Apoſtolus ait: In oĩbꝰ tribulati. Itẽ: Quia per multas tri-
bulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Liberat aũt ex tribulatione ſanctos ſuos de-
us, quos haud quidẽ citra probationẽ ſinit vitam tranſigere, ſed & idem ipſis largitur pati-
entiæ virtutem. Si enim tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: qui tribula-

Collatio.

tionem detrectat, probatione ſeſe priuat. Quemadmodum nullus ſine aduerſario trium-
phat aut coronatur: ſic neque probatus pronuntiari niſi per adflictiones poteſt. Ex omnibus
ergo tribulationibus liberauit me. Non ſinens me anxietate opprimi, ſed cũ tentatione exi-
E tum præbens, vt valeam ſuſtinere. *Accedite ad deum, & illuminamini, & facies ueſtræ non confun-
dentur.*) Hos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, hortatur ad dominum venire, ac ra-
diis diuinitatis propinquare: vt ex ipſius propinquitate, illuſtrati veritate, in ſeipſos recipiant
per gratiam ipſius dei illuſtrationem. Quemadmodum enim ſenſibile hoc lumen non om-
nibus ſimiliter exoritur: ſed habentibus oculos & vigilantibus, his item qui nullo interſtite
impedimento prohibentur, quin frui poſſint claritate ſolis primùm aduentantis, ſic & iuſti-
tiæ Sol verum lumen, quod illuminat omnem venientem in hunc mundum, non omnibus
ſuum ſplendorem præbet, ſed his qui viuendi formulam nihil ipſo indignam exigunt. Lux,
inquit, orta eſt, non peccatori, ſed iuſto. Vt enim ortus eſt Sol, ſed non veſpertilionibus, nec
F aliis animalibus quæ noctu prodeunt pabulatum: ſic & lux, ſua quidem natura ſplendiflua
eſt ac vi prædita illuminandi, non tamen omnes claritatis participes exiſtunt. Sic & omnis
qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt eius opera non manifeſtentur. Accedi-
te igitur ad ipſum, & illuminemini, & facies veſtræ non confundentur. Beatus, qui in die iu

ἐπιφώνημα Iudicij terror.

ſti iudicij quando venerit dominus ad illuminandum abſcondita tenebrarum, & manife-
ſtandum conſilia cordium, auſus erit ſub luce illa redargutionum conſiſtere, quíque illinc
ſe recipiet nullo dedecore aſperſus, vt qui conſcientiam deprehendetur habere nulla ſorde
contaminatam improbandi operis. Qui verò malè fecerint, in probrum & confuſionem re-
ſurgent: in ſeipſis turpitudinem & formas eorum quæ peccarunt, conſpicientes impreſſas.

Erit certè confuſionis eiuſmodi impreſſio iſtis tanto plus horrori, quàm vel ipſæ tenebræ G aut ignis æternus, quod in ea æternum victuri ſunt peccatores, ſemper ob oculos verſantes veſtigia illa peccati in carne admiſſi, quaſi notæ cuiuſpiam tinctæ nec vlla aſpergine eluibilis, in memoria animæ perpetuò duraturæ. Paucorum enim eſt ad veram lucem accedere & manifeſtari velle, & vultu haud pudefacto ab iſta examinatione diſcedere. *Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.*) Non ſemper laudabilis paupertas, ſed quæ iuxta conſilium euangelicum libera voluntate ſuſcepta perficitur. Quàm multis non ſuppetit oppulentia facultatum, qui animi deſtinatione ac propoſito ſunt auariſſimi? Tales ad ſalutem non inopia rerum prouehit, ſed condemnat voluntas. Non igitur qui eget omnino beatus eſt prædicandus, ſed qui omnibus orbis theſauris mandatũ Chriſti potius exiſtimat. H Hos & dominus beatos dicit. Beati, inquit, pauperes ſpiritu, non qui pauperes ſunt, hoc eſt inopes: ſed qui paupertatem certa animi deſtinatione præelegerunt.

δόγμα.

Nihil enim eorum quæ præter voluntatem contingunt, aſtruẽdum eſt eſſe beatum. eóque virtus omnis internoſci ſolet & diſtingui omnium maximè hæc paupertas velut charactere quopiam, ſi à voluntate proficiſcitur. Hic itaque pauper clamauit, voce demonſtratiua ad pauperem ſecundum deum, eſurientem & ſitientem, & nudum, te inuitat, mentem vt conuertas tuam. Hic, inquit, pauper, quaſi digito oſtendens. Hic diſcipulus Chriſti. Poteſt hic ſermo & ad Chriſtum referri, qui cum natura diues eſſet, propterea quòd omnia quæ patris ſunt, ipſius ſunt: propter nos pauper factus eſt, vt nos eius paupertate diuites eſſemus. I

Arbitror ſuperfluere & hic σχεδὸν.

Omnis enim actionis quę nos ad beatam vitam perducit, autor ipſe primus dñs fuit, ſeſe diſcentibus exemplũ præbens. Ad eas recurre, quas beatitudines nominauit, his ſingulis ſedulò expenſis inuenies ſui ſermonis doctrinam ipſo anteuertiſſe opere.

Beatitudinum exempla in Chriſto.

Beati mites. Quonam igitur modo hanc manſuetudinem didicerimus? Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nobis pacis bonum oſtendet? Ipſe pacificus qui pacem fecit & conciliauit duos in vnum nouum hominem, & pacificauit per ſanguinem crucis ſuæ omnia, ſiue in cœlo ſiue in terris ſunt. Beati pauperes. Ipſe pauper vixit, ſeque aſſumpta ſeruili forma exinaniuit, vt nos omnes ex eius plenitudine gratiam pro gratia accipiamus. Si quis itaque à ſancto ac benigno ſpiritu ductus, nihil de ſe magnum ſentiens, ſed humilians ſeſe, vt alios exaltet: ſpiritu clamet, magna ſibi apprecatus K & orans: nihil quod parum ſit decorum, ſed nec ſordidum quid ore depromat aut vile, nimirum nihil terreſtris aut mundanæ rei reſipiens, huius profecto clamor exaudietur. Auditionis igitur finis quiſnam eſt? Ex omnibus tribulationibus liberari, nec vllo horum ſauciari: ſic vt neutrobi ſinas inflecti te, nec addici miſeræ ſeruituti carnis ſeſe efferentis. Quis igitur modus per quem pauper liberatur? *Immittet ſe ſiue interſeret angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.*) Ipſe quem dicat pauperem, interpretatus eſt, nempe timentem deum. Quoniam qui timet, in ordine adhuc ſerui eſt. Charitate autem perfectus ad filij deinceps dignitatem accedit. Ideo & ſeruus & pauper dicitur is, qui nihil proprium habet, filius autem iam diues eſt ob paternam hæreditatem. L

γνῶμαι.

Caſtrametabitur ergo ſiue immittet ſe medium angelus domini in circuitu timentium eum. Omni nanque in Chriſtum credenti angelus aſſiſtit, niſi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus.

Simile elegans.

Velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: ſic angelum vitæ noſtræ cuſtodem, abigit multa lachrymarum aſpergine dignum ac graueolens peccatum. Si enim in anima tua ea quæ ſunt digna angelica cuſtodia habueris, mens item in te ſibi opulentum fixerit domicilium per multimodam veritatis contemplationem, pérque præclara opera, quæ ſecundum virtutem geſſeris, tibi adfuerit, neceſſe iam ſit, vt te propter, tutores præſidialéſque cuſtodes qui tibi adſiſtant, collocet deus. Conſidera igitur quanta ſit angelorum natura: quoniam vniuerſo exercitui & caſtris numeroſæ hominum multitudinis vnus aſſimilatur angelus. M Ob magnitudinem itaque eius qui te cuſtodit, caſtra tibi munitionéſque præbet deus: propter verò angeli virtutem veluti circumuallat te vndique ſecuritate, quæ eſt per illum. Hoc nanque, in circuitu, ſignificat. Sicut enim muri ciuitatis circumducti omni ex parte abarcent propulſántue hoſtiles inſultus: ſic & angelus te præmunit à fronte & à tergo cuſtodit, & nihil vtrinque incuſtoditum relinquit. Propterea inquit: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dexteris tuis, ad te autem non appropinquabit, neu plaga quidem ab vllo tibi infligetur inimicorum. Quoniam angelis ſuis mandauit de te.

Guſtate & videre. ὁμωνύμως.

Deinde ſequitur: *Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus.*) Multis in locis obſeruauimus, quòd animæ vires iiſdem appellantur nomenclaturis, quibus membra externa vocantur:



ἐγγίνεσθαι, nõ ἐγγίζεσθαι. Simile.

A tur. Quoniam verò dominus noſter verus eſt panis, & eius caro verus cibus: neceſſe vt voluptas lætitiæ panis per guſtum ſpiritualem in nobis gignatur. Sicuti mellis natura vires ſuas haudquaquàm tam adeò exerit ac repræſentat inexpertis ſermone, quàm ipſo ſenſu guſtus: ſic nec verbi cœleſtis ſuauitas humanæ doctrinæ verbis tradi euidenter poteſt. Non enim niſi veritatis dogmata diutino examine probauerimus: poterimus vnquàm noſtrapte experientia domini ſuauitatem intelligere. Guſtate autem dixit, & non ad plenum ſatiemini: quoniam nunc ex parte cognoſcimus, & per ſpeculum & ænigma veritatem videmus. Veniet autem quandoque tempus, quando huiuſcemodi ſuauitatis arrhabo & qualiſcunque guſtus ad perfectam pertinget fruitionem. Quemadmodum enim ij qui affecto ſunt ſtomacho & faſtidienter cibos admittunt, eoſque reſpuunt, à medicis curantur ab eiuſmodi ſtomachi moroſitate, per hoc quòd illi appetentiam iritant & promouent vno aliquo ciborum B apparatu, quaquidem aromatum confectione ſenſus ipſe guſtus ſe ad ampliora ſumenda dilatet & extendat: ſic & in verbo veritatis, ipſa nos experientia ad inſatiabile nullo non tempore prouocauerit deſiderium. Idcirco ait: Guſtate, vt beati ſitis, ſemper eſurientes ſitientéſque iuſtitiam. *Beatus uir qui ſperat in eum.*) Quiſquis continenti deſiderio verbi dei ſe accẽderit, in nulla re alia ſpem collocabit, quàm in domino. *Timete dominũ omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum.*) Niſi timor, inſtituendæ vitæ noſtræ rudimenta iaciat: impoſſibile fuerit caſtitatem ſanctimoniámque legitimè obſeruari.

Timoris laus.

Confige, inquit, timore tuo carnes meas. Nam quemadmodum qui corporis membra habent clauis tranſfixa, ad actio-

ὁμοίωσις.

C nem quanlibet immobilia ea retinent: ſic ij quorum animam occupauit dei timor, omnem prorſus importunam peccati & obſtreperam occaſionem vitant. Timenti itaque non eſt inopia, hoc eſt, nulla ad complectendam virtutem deſit facultas, quum per timorem ab indecora omni & abſurda actione reuocatur & impeditur, ſed perfectus eſt nullo bonorũ quod humanæ conueniat naturæ, deſtitutus. Vt enim perfectus corpore non eſt, qui vna quauis parte ſpoliatur, eorum quæ neceſſaria ſunt, ſed eſt imperfectus ſecundum eam quæ deſit, partem, itidem & qui contemptim & ſupinè afficitur circa vnum aliquod mandatorum, per id quod deſit ei, cenſetur imperfectus.

Pro ἐμ κυρίῳ lego & interpretor, ἐμ σώματι.

Contrà, qui hunc in ſe recepit perfectum timorem, nihilque non veretur, tuendæ pietatis gratia, in nullum prolabetur peccatum, per hoc quod ni D hil contemptim tranſſilit. Nullius rei hic inopiam experietur, quòd ad omnia obeunda ei timor abundè præſto eſt. *Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.*)

Diuites eguerunt.

Hic nos ædificet ſermo ad corporis ſubſtantiam contemnendam, diuitiarum inconſtantiam nos edocens. Opes enim dominos ſæpe mutant, quemadmodum vndæ à vẽtis exagitatę huc illuc perfluunt. Vel diuitem fortè dicit Iſraëlem populum, quorum, & adoptio, & dei cultus, & promiſſiones, ex quibus denique patres. Hi enim ob peccatum in dominum admiſſum eguerunt. Qui autem illorum vice dominum inquiſierunt, non minuentur omni bono. Eguerunt autem & eſurierunt? Poſtquam enim panem vitæ interfecerunt, venit ſuper eos panis fames: & quando fonti aquæ viuæ moliti inſidias ſunt, venit ſuper eos E ſitis, Illos atrox ſitis ſupplicium inuaſit: fames verò non ſenſibilis iſtius panis neque ſitis aquæ, ſed fames audiendi verbum domini. Eguerunt itaque & eſurierunt. Contrà, qui ex gentibus mox vt didicerunt exquirere dominum, non minuentur omni bono. Deus bonum illud eſt ſuis omnibus numeris perfectum, quo non minuentur, quotquot ipſum exquirunt. Ne mihi neſcio quis ineruditus aſſerens pro indifferenti habendam rationem boni & mali, bonum eum nominet, qui hac perfruitur temporaria voluptate, & quæ ſimul cum corporis putrilagine euaneſcit & abit. Qui enim haſce diuitias aut quantęlibet dignitatis prærogatiuas hocce corruptiuum corpus ſpectantes in boni alicuius ordine conſtituit: is venerabile F ac ſanctum & deo ſoli conueniens nomen ad res fragiles & nullius momenti traducit, ſimulque ad extremum reuoluetur & incidet in omnium atrociſſimam & difficillimam contrarietatem. Vel enim apoſtolos dicet, propterea quòd dominum non inquiſierunt, corporalibus bonis deſtitutos eſſe: vel ſcripturam ipſam culpabit, aſtruentem nullo bono deſtitui eos qui dominum exquirunt. Verùm ſancti dominum exquiſiuerũt, & quæſiti domini perceptione non ſunt imminuti, neque repoſitorum in ſempiterna fruitione bonorum theſauro priuati ſunt. De illis enim bonis dici propriè poſſit illud: Omni bono.

γνώμη.

Oblectatio nanque corporeæ voluptatis plus doloris habet, quàm iucunditatis Nuptiæ enim ſæpe ſteriles ſunt, viduitates continent & ſtupra. Agricultura ſterilitatem, mercatura naufragia, diuitiæ inſidias patiuntur. Sed & delitiæ, & ſatietas, & continens voluptatum fruitio multos ac varios ſecum

ſecum trahunt morbos,ac affectionum varia genera . Paulus ſanè & dominum inquirebat, G
& nihil ei bonorum defuit: quanquàm quis corporis ipſius diuexationes ad numerum re-
uocet? Ter flagellis cæſus,ſemel lapidatus,ter naufragium paſſus , nocte & die in profundo
maris fuit,in itineribus ſæpe,in labore & moleſtiſſima defatigatione,in neceſſitatibus ſæpi-
us,vſque ad extremam horam & eſuriens & colaphizatus & ſitiens & nudus. Quonam mo-
do bonis corporis non eſt diminutus? Mihi mentem tuam attolle ad veri illius boni con-
templationem, quò concordem & ſibi concinentem ſcripturæ ſententiam queas agnoſce-
re, vt & ſcripturæ mentem deprehendas, nec te protrudas in vllam ſententiæ iſtius am-
biguitatem.Venite filij,audite me.Timorem domini docebo vos.Vox eſt magiſtri ſuos in- H
timo complectentis affectu,atque ad condiſcendam diſciplinam paterna commiſeratione
eoſdem inuitantis. Etenim qui doctori ſe dedidit in diſcipulum, illius eſt ſpiritualis fi-
lius. Quicunque enim ab aliquo ad excolendam pietatem formulãq; inſtitutionem mu-
tuatur, is velut conformatur, & in lucem educitur, quemadmodum & mulier præ-
gnans, quæ in vtero formatos geſtat infantes. Vnde Paulus omnem Galatarum eccle-
ſiam ex prima collapſam diſciplina,& veluti abortiuam iam rurſus reſumens, atque Chri-
ſtum in illis reformans,filios appellat: & quoniam cum dolore & anxietate illorum lapſus
reſarciebat & ad viæ rectitudinem reuocabat: hos ſe dicebat animo quidem parturire, per
id innuens quem ob miſerè collapſos concepiſſet mœrorem.Filioli mei,quos iterum partu-
rio,donec formetur Chriſtus in vobis.Igitur venite filij,audite me. Quid tandem nos pater I
hic ſpiritualis docturus eſt? Timorem,inquit,domini docebo vos.Quoniam ſuprà iuſſit ti-
mere dominum, & ex timore lucrum proueniens oſtendit, dicendo: Quoniam non eſt
inopia timentibus eum: nunc demum doctrinam aliquam nobis diuini huius tradit timo-
ris.Quòd enim ſanitate opus ſit,cuiuſuis vel idiotæ fuerit dicere: quomodo autem ſanita-
tem illam oporteat indipiſci ſibique eam conciliare,ei propriè competit,qui medicinę peri-
tus eſt? Non enim quiuis timor bonus eſt aut ſalutaris.Eſt enim quidam hoſtilis timor quē
propheta deprecatur ac petit,vt ne animæ inſeratur ſuæ,dicens: A timore inimici eripe ani-
mam meam. Hoſtilis enim hic timor nobis ingignit mortis timorē,atq; vt toti contraha-
mur pauore ad faſtum perſonæ eminentis,perſuadet. Quomodo ergo hæc metuens,marty- K
rij tempore poterit, vſque ad mortem aduerſus peccatum reſiſtere, & domino qui pro no-
bis mortuus eſt & reſurrexit ſatisfacere? Et qui Dæmonum imaginatione facilè conſterna-
tur & expaueſcit,hoſtilem in ſe timorem habet.Omnino autem timor huiuſcemodi pertur
batio nimirū animæ eſſe videtur prognata ex infidelitate.Nam qui deum vt adiutorem for
tiſſimum credit ſibi adeſſe,nullius vim ſe inuadentis pertimeſcit, nec facilè commouetur.
Timor verò ſalutaris & qui ſanctitatis operatorius eſt:timor item qui ſtudio acquiritur, nō
qui per affectionem imprimitur animæ,vis enarrem qualis ſit? Si quando te ſenſeris ad vnū
aliquod cieri ac proſilire peccatum,mihi ad mentem reuoca formidabile illud nec vlli mor
talium tolerabile Chriſti iudicium, in quo quidem præſidet iudex in alto & ſublimi thro-
no. Aſtabit porrò creatura omnis prætrepida & intremiſcens ad ipſius glorioſum & illuſtrē L
aduentum.Eò ſinguli quique ſiſtentur,de his examinandi quæ quiſque geſſit in viuis. Dein
de eos qui multa perperam in vita admiſerunt, horrendi quidam ac triſtes circunſtabunt
angeli,ignem paratum contuentes,ignem exſpirantes,propter propoſiti amarulentiam,vul
tum præferentes nocti aſſimilem,præ mœrore atque hominum odio.Subin conſpicient ba
rathrum in imum patens tenebras impermeabiles quidem illas,ignémque obſcurum, cau-
ſticas quidem vires habentem,luce verò deſtitutum.Inde vermium innumerabilium genus
venenoſum ac carniuorum,eſitans quidem ſemper,nec tamen ſe exatians, intolerabiles do
lores morſibus infligens.Poſtremò omnium duriſſimam pœnam,probrum illud & verecun
diam ſempiternam.Hæc tu time,& eiuſmodi timore eruditus quaſi freno quopiam abarce M
animam & inhibe ad vitioſam cōcupiſcentiam propendentem.Hunc itaque domini timo-
rem nos pater ille ſe recepit eſſe docturum, nec vtcunque aut qualeſcunque docturum, ſed
eos qui deſtinato conſilio conſtituant exaudire docentem, nec ita ſint in peccata prolapſi
longiùs,ſed qui de ſalute propria ſoliciti,ad eius properant doctrinam:non inquam, hoſpi-
tes & peregrinos à fide vtriuſque teſtamenti,ſed qui per baptiſmum & adoptionem dei ſunt
facti domeſtici.Propterea inquit:Venite,hoc eſt,per benefacta mihi vos reddite propinquos
filij,per regenerationem digni habiti, qui filij eſſetis. Audite vos qui aures cordis patentes
habetis,timorem domini docebo vos,hunc quem pauloantè vobis deſcripſi. *Quis eſt ho-
mo qui*

ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ.

Multiplex timor.

Timendi iudicij cōmonitio.

ἐκκάμ.



A *mo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos?)* Si quis, inquit, vult vitam, non communem
hanc quam viuunt & bruta,ſed quæ prorſus vera eſt vita nec vlla interciditur morte.Nunc
enim ait Apoſtolus, mortui eſtis & vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Quum
autem Chriſtus apparuerit,vita veſtra,tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.Igitur ve-
ra vita Chriſtus eſt,& noſtra in ipſo conuerſatio vera eſt vita.Similiter autem & dies qui-
dam ſunt boni quos propheta in hac proponit pollicitatione. *Quis eſt homo qui uult uitam,di
ligit dies uidere bonos?)* Seculi autem huius dies mali ſunt:quoniam & hoc ſeculum, mundi
quum ſit menſura,de quo dictum eſt,quòd mundus totus in maligno ſit poſitus,naturæ aſ-
ſimilatur mundi,quem dimetitur.Partes huius temporis ſunt dies ipſi:propterea dicit apo-
B ſtolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Iacob item: Dies, inquit, annorum
meorum pauci admodum,& mali ſunt.Igitur nunc quidem in vita non ſumus,ſed in mor
tę.Idcirco optabat Paulus dicens:Quis me liberabit à corpore mortis huius? Alia autem eſt
quædam vita, ad quam nos hic pſalmus vocat. Nunc quidam dies noſtri mali ſunt: qui-
dam alij boni, quos nulla intercîdit nox. Erit enim deus ipſorum lux perpetua, ſplendore
inquam eos ſuæ gloriæ illuſtrans.Ne itaque quum bonos audiueris dies, hanc vitam putes
prophetam polliceri. Quos enim Sol hic ſenſibilis peragit,decidui ſunt & diſpereunt. Ni-
hil verò corruptibile illi, qui perpetuus eſt, competens fuerit donum: Nam ſi anima im-
mortalis eſt, immortales item eius gratiæ ſunt.Et præterit figura huius mundi.Si autem ad
C legem te conuertis,& hæc vmbram futurorum habet bonorum: intellige quædam ſabbata
delicata ſanctáque & ex perpetuis diebus, Neomenias, feſta demum ita intellige, vt decet
legem ſpiritalem. *Probibe linguam tuam à malo,& labia tua ne loquantur dolum.)* Si quidem
vis in diebus eſſe bonis, ſi diligis vitam:fac,obſerues mandata vitæ. Qui me diligit,inquit,
mandata mea ſeruabit.Primum autem mandatum eſt, prohibere linguam ſuam à malo, &
cauere ne labia tua loquantur dolum. Peccatum quod per linguam admittitur, omnium
ferè propenſiſſimum, ſed & idem multiforme. Iratus es? mox lingua occurrit. Concupiſ-
cētia teneris? Habes & hic linguam ante omnia quaſi lenam & conciliatricem, quæ coo-
peretur peccato, quæ per ſimulationem proximis imponat. Eſt tibi lingua quoque vice
D ſcuti ad iniquitatem,cum non ex corde loquitur, ſed ea promit quæ ad fraudem & impo-
ſturam faciunt.Denique quid opus commemorare, quæ per linguam peccentur? Vita no-
ſtra referta eſt linguæ delictis:Turpiloquio, vrbanitate, ſtultiloquio & quæ non conueni-
unt,detractione,otioſo ſermone,periurio,falſis teſtimoniis. Hæc mala omnia,& adhuc il-
lis plura ſunt linguæ opera. Qui verò aduerſus dei gloriam os aperiunt, & iniquitatem in
excelſum loquuntur,alió ne aliquo quàm linguę organo impietatem ſuam perficiunt? Quo-
niam igitur ex tuis verbis iuſtificaberis & ex verbis tuis condemnaberis, prohibe linguam
tuam à malo,nec vana mendacíque lingua iram tibi theſaurizabis. Prohibe item labia ne
loquantur dolum,hoc eſt, quæ tibi inſtrumenta ſunt data adminiſtrando ſermoni, fac va-
E care à praua operatione.Eſt autem dolus maleficium occultum proximo oblatum ſub prę-
textu & ſimulatione rei melioris. *Declina à malo & fac bonum. Inquire pacem & perſequere
eam.)* Elementa ſunt hæc monitionum ad pietatem iſagogica:quibus exactiſſimè inſtrui-
mur linguam cohibere, à doloſis conſiliis atque inſidiis clancularijs abſtinere, declinare à
malo. Non enim ad iam perfectum attinet abſtinentia mali, ſed ei qui primis dum erudi-
tur ad virtutem rudimentis conuenit, ſe vt ſubducat à mali occaſione, vtque ab improba
vitæ conſuetudine quaſi à via mala exemptus ita demum aggredi poſſit bonorum operum
actionem.Impoſſibile nanque eum aſſequi & attingere quod bonum eſt, qui non priùs de-
ſciuerit ac prorſus declinarit à malo: ſicuti nec cuiquam poſſibile ſit, ſanitatem vt recupe-
ret,ni prius à ſe depulerit morbum:vel vt quis recaleſcat, ni prorſum excuſſerit perfrigera-
F tionem.Neque enim hæc ſimul conſiſtere poſſunt. Atque adeò quiſquis cupit vitæ probita-
tem complecti,ei conuenit ſe vt liberet ab omni communione malorum. *Inquire pacem &
perſequere eam.)* De hac dixit dominus: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis:
non quomodo mundus dat pacem,ego do vobis.Inquire igitur domini pacem & perſeque-
re eam.Perſequeris autem non aliter,quàm deſtinato ſtudio currens,& enitens ad brauium
ſupernæ vocationis Dei.Illic enim ſupra pax vera eſt. Etenim quandiu huic aſtricti ſumus
carni,multis admodum obnoxij vinculis ſumus, quæ nobis turbas cieant. Inquire pacem,
nimirum ſolutionem à tumultuariis mundi iſtius curis:para tibi mentem tranquillam, ſta-
tumque animæ vnum aliquem inquire,qui ſit ab omni fluctuatione ac turbela curarum ſe-
iunctus,

Dies boni & mali qui ſūt

Lex vet⁹ ſpiritualiter intelligēda.

Primum mādatum cohibere linguā

Dolus quid.

ςοιχειώδεις αἱ παραινέσεις καὶ εἰσαγωγοί.

Pax inquirēda.

iunctus,in quo nulla agitêris vitioſæ affectionis intemperie, à quo nullis ſinas te auelli ac di G
ſtrahi ſectarum opinionibus quanlibet veriſimili ementitis perſuaſione prolicientium te &
inuitantium ad conſenſionem, vt pacem illam dei tibi concilies,omnem prorſus exuperan
tem ſenſum, córque tuum cuſtodientem. Qui pacem quærit, Chriſtum inquirit: quoniam
ipſe eſt pax noſtra,qui duos in vnum hominem nouum conſtituit,faciens pacem,& per ſan
guinem crucis ſuæ,ſiue quæ in cœlo,ſiue quæ in terris ſunt,pacificans. *Oculi domini ſuper iu-*
*ſtos, & aures eius in preces eorum.)* Quemadmodum ſancti corpus ſunt Chriſti, & membra
Oculi domini.
ex membro:& poſuit deus in eccleſia quoſdam vt oculos, quoſdam vt linguas, nonnullos
Collatio elegans.
vt aures,alios item manuum,alios pedum qui rationem obtinerent:ſic & ſanctæ ſpirituales
virtutes circa cœleſtem verſantes locum, aliquæ oculi dicuntur, quòd curam ſuſceperint H
nos interuiſendi, curáque noſtri omnium illis concredita ſit: nonnullæ aures, vt quæ no-
ſtras excipiunt preces. Hic igitur eam virtutem quæ nos contemplatur & explorat oculos
dixit & aures. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Quoniam omnis
iuſti actio,digna eſt quam deus videat ac ſpectet,verbum item omne,quum à iuſto nihil o-
tioſè dicatur,efficax eſt & mirè operatorium:ideo ſemper inſpici iuſtum, ſempérque exau-
Vultus domini.
diri ſermo hic aſtruit. *Vultus autem domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eo-*
*rum.)* Vultum quidem dici exiſtimo domini aduẽtum ad iudicium,qui omni cum liber-
tate continget nulli non horrorem incuſſurus.Ideo oculi quidem domini ac ſi eminus ad-
huc nos inſpectent,dicti hic ſunt iuſtum intueri: ipſius autem vultum ſe demonſtraturum I
eſſe, vt omnem de terra exterminet & intercipiat memoriam improbitatis. Nolim mihi
mente concipias neſcio quem dei vultum corporali ſpecie effigiatum. Abſurdum alioqui
videbitur & abhorrens à ratione quod ſcriptura dixit, ſeorſim quidẽ oculos domini afful-
gentes iuſtis:vultum verò ſeorſim in improbos minaciter intendentem: cum nec oculi ſi-
ne vultu,nec item vultus oculorum ſit expers. Homo igitur non videbit dei faciem & vi-
uet: cum interim angeli eorum, qui ſunt in eccleſia puſilli, continuò faciem patris eorum
qui in cœlis eſt,aſpiciant.Ideo nunc quidem nos capaces eſſe ac idoneos ad ſpeculationem
glorioſæ illius & illuſtriſſimæ apparitionis,ob carnis debilitatem nos circundantem,impoſ
ſibile eſt.Angeli verò quod nullum habeant aſſimile carni noſtræ velamentum, nihil impe K
diuntur,quominùs iugiter ac ſumma cum propenſione faciem contemplentur diuinæ ma-
ieſtatis.Itaque & nobis poſtquam filij reſurrectionis erimus,tunc itidem habebimur digni,
qui deum internoſcamus facie ad faciem. Tunc ſanè iuſti cenſebuntur non indigni qui exul
tent & lætentur in conſpectu diuini vultus:contra, peccatores iudicio illi ſiſtentur, in quo
Clamor iuſtorum.
quidem iuſta dei ſententia peccatum omne exterminabitur. *Clamauerunt iuſti, & dominus*
*exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.)* Iuſtorum clamor ſpiritualis
in occulto & penitiore cordis receſſu deliteſcens, vim obtinet exertæ & altiloquæ vocis, vt
quæ ad ipſas dei aures pertingere poteſt. Qui enim magna petit cœleſtiáque bona ſibi ap-
precatus,hic demum clamat,& perceptibilem ad deum tranſmittit orationem. Clamaue- L
runt itaque iuſti nihil ignobile aut ſordidum,nihil terrenum, nihil humile vel reiectitium
inquiſiuerunt: propterea ipſorum vocem ſuſcepit dominus,& ex omnibus tribulationibus
eorum liberauit eos:non tantùm à rebus moleſtis & interturbantibus eos liberans, quan-
tum victores eorum quæ contingunt conſtituens. *Propè eſt dominus iis qui tribulato ſunt cor-*
Prope eſt dominus.
*de, & humiles ſpiritu ſeruabit.)* Sua ipſius bonitate dominus prope eſt omnibus: contrà,
nos ipſos per peccatum longius auellimus. Ecce, inquit, qui elongant ſe abs te,peribunt.
Propterea Moſes deo propinquare dicitur:& ſiquis alius ei comperitur aſſimilis,hic per for-
tia facta & probas actiones deo ſe proximum facit. Hic ſermo palam aduentus domini ad
iudicium prophetiam complectitur ac proinde concinit præcedenti. Ibi nanque dicebatur: M
Vultus domini ſuper facientes mala: hoc eſt, manifeſtatio ipſius ad iudicium, aduen-
túſque ad demolitionem totius iniquitatis fiet. Hic verò: Propè eſt dominus iis qui
tribulato ſunt corde, Aduentum domini primum quo venit in carnem prænuntiat
Pro tribulato, Aug. cũ aliis legit qui cõtriuerunt cor vel cõtrito ſunt corde, συντετριμμένοις καρδίαν.
propinquantem iam, nec longè remotum. Quod quidem ex ſimili ferè ſententia E-
ſaiæ credibile tibi fiat: Spiritus domini ſuper me, cuius gratia vnxit me: euangelizare
pauperibus miſit me, ſanare tribulatos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæ-
cis viſum. Iam quando medicus mittebatur contritis corde. Propè, inquit, eſt domi-
nus vobis, dico humilibus, & qui per contritionem faſtum & animi elationem expun-
xiſtis à vobis: propè adeſt, iamiam vos adfecturus gaudio & ad longanimitatem de-
ducturus



A ducturus: Contritio cordis demolitio eſt, & ſuppreſſio humanarum cogitationum. Qui-
Contritio cordis quæ. κανώμ.
cunque enim præſentia deſpexerit,ſéque verbo dei addixerit, & ſuam ipſius mentem iis con
tradiderit intelligendis quæ ſupra hominem & longè diuiniora ſunt, hic demum eſt qui tri
Humilitas iuſtorum & peccatorum
bulato ſiue contrito eſt corde.Idq; ſacrificium obtulit,quod minimè cõtemnitur apud eum,
qui cor contritum & humiliatum non deſpiciet. Propè eſt dominus iis qui tribulato ſunt
corde,& humiles ſpiritu ſeruabit.Qui enim nihil habet faſtus, aut elationis,neque ob vllam
rerum humanarum prærogatiuam inſoleſcit aut ſibi placet, hic denique tribulato eſt corde
& humilis ſpiritu: Eſt quidem humilis, & qui ſecus peccati viam ambulat, quòd peccatum
omnium maximè humiliare hominem conſueuerit ac vilem reddere: iuxta quam dicendi
B formulam dicimus eam eſſe humiliatam,quæ corrupta eſt & florem perdidit virginalis ſan
ctimoniæ.Sic Amnon teſte ſcriptura,vi iniecta in Thamar humiliauit eam.Quicunq; igitur
tumorẽ & animi elationem perdiderunt ad terram vſque deiecti, ſuo huc eos adigente pec-
cato,ac propemodum adæquati ſolo,perinde atque ſerpens ſolet erepere, iſti ingrediuntur
oculis in humum depreſſis,quod ſe ſurrigere & attollere in gradum priſtinum nulla iam ex
parte poſſint:tales humiliati quidem ſunt,non tamen ſpiritu. Non enim laudabilis eſt illo-
rum humilitas. Qui vero per ſpiritus ſancti gratiam ſeſe vltronei per humilitatem ſubſter-
nunt & inferioribus ſubiiciunt, cum Apoſtolo dictitantes, omnium ſe ſeruos omniúmque
περίψημα æramẽtum ſcobs,ſterquilinium.
peripſema in hunc vſque diem.& rurſus: Vt mundi purgamenta facti ſumus: qui ſpirituali
vtentes humilitate cunctorum ſe faciunt poſtremos, vt omnium primi in regno cœlorum
C appareant:hos inter beatos ducit dominus dicens:Beati pauperes ſpiritu. *Multæ tribulatio-*
*nes iuſtorum, & ex omnibus his liberauit eos dominus.)* In omnibus, inquit Apoſtolus, tribu-
lati, ſed non anguſtiati. Ideo dominus diſcipulis ſuis dicit, In mundo preſſuram habebi-
tis,ſed confidite,ego vici mundum.Ex quo ſi quandoque in morbis, in corporis mutilatio-
ne,orbitatibus,plagis,ignobilitate,omni denique rerum inopia & egeſtate, iuſtos homines
conſtitutos videris,reminiſcere verbi huius quod Multæ ſint tribulationes iuſtorum, & ex
Tribulatio iuſtũ decet.
omnibus liberet eos dominus. Qui autem dixerit quòd virum planè iuſtum tribulatio non
deceat,nihil aliud dicit, quàm athletæ non conuenire aduerſarium. Athleta enim minimè
certans,quas habebit occaſiones ſibi coronas comparandi? Iam verò quater in hoc Pſalmo
D dicitur,quemadmodum quos liberare voluerit dominus, à tribulatione liberet. Primũ qui-
dẽ:Exquiſiui dominũ & exaudiuit me,& ex omnibus tribulatiõibus meis eripuit me: Secun
dò:Hic pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum,& ex omnibus tribulationibus eius ſer
uauit eum.Tertiò:Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulatio-
Oſſa iuſtorũ
nibus eorum ſeruauit eos.Poſtremò:Multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus his libe-
rabit eos dominus. *Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum,unum ex his non conteretur.)* Nósne oportet
tandem iſtius dictionis natiuæ ſignificationi immanere & intelligẽtia paſſim omnibus ob-
uia eſſe contentos,mox vt ſe auribus noſtris inſinuauit illapſáve eſt, nimirum quòd hæc iu-
ſtorum oſſa quæ fulcimenta quædam ſunt carni conſtabiliendæ nequaquàm conterentur,
E ob indultam illis tuendis à domino cuſtodiam? Vtrum rurſus viuentis iuſti & in vita dun-
taxat conſiſtentis oſſa hęc ab omni illæſa confractione conſeruabuntur: an etiam iuſti cor-
poreis vinculis diſſoluti oſſa nullã ſint habitura confractionis occaſionem? Atqui doctrice
experientia didicimus oſſa iuſtorum, qui pro tuendo reddendóque fidei chriſtianæ elogio
ſeipſos tradiderunt omnigenûm afflictionum ſubeundis ſuppliciis, multimoda colliſione
eſſe confracta.Iam enim ipſorum aliquot perſecutores crura diffregerunt, nec rarò & ma-
nus & capita transfixerunt clauis. At enim quis controuertere auſit non hoſce omnes fuiſſe
iuſtiſſimos,qui inter martyrij agones victrici morte ſunt perfuncti? An fortè vt homo,ani-
ma & mens humana dicitur: ſic & membra ipſius animæ æquiuocè ad ea quæ ſunt carnis
F nominantur. Subinde enim ſic ſacrum eloquium interioris hominis membra memorat,
ὁμωνυμία frequens in ſacris eloquiis.
vt cum dicit: Sapientis oculi in capite ipſius, hoc eſt prouidentia circumſpectióque occulta
ſapientis. Oculos rurſum dicit ſimiliter tam carnis quàm animæ, non ſolum in iam citato
loco,ſed & in eo,quo dicit, Præceptum domini lucidum eſſe & illuminans oculos. Ad eos
item qui aures quas requirebat,non habebant, quid ait? Surdi audite,& cæci aſpicite.Et,Os
meum aperui,& attraxi ſpiritum.Et,Dentes peccatorum contriuiſti.Dicta ſanè ſunt hęc om
nia & ad ea referuntur quæ ſpiritualem ſubminiſtrãt alimoniam,ſermonéue intelligentiæ
ſpiritualis.Tale eſt & illud:Ventrem meum doleo.Et pes iuſti non impinget. Iſtæc enim o-
mnia ad hominem interiorem referuntur. Sed iuxta conſimilem rationem,oſſa quædam di
ci poſſint

ci poſſint eius qui interior eſt & arcanus, hominis, quibus tanquàm ligamentis connexiua G
vis & harmonia concors virium animæ conſeruantur. Et quemadmodum oſſa ingenita ſi-
bi vi præteneram carnis molliciem ſuffulciunt & preſſiùs contrahunt: itidem ſunt in eccle-
ſia quidam, qui poſſint ſua ipſorum conſtanti firmitudine debilium ſuffulcire ac ferre imbe
cillitatem. Et ſicuti oſſa inter ſe connectuntur ſecundum commiſſuras articulorum, & hæ
conſertiones neruis firmantur & ligamentis quæ oſſibus adhæreſcunt. Idem prorſus conti-
gerit, ſi charitatis paciſque colligatio in eccleſia dei veluti cognationem quandam conficiet
ſpiritualium oſſium & in vnum conſpirantem. De eiuſmodi oſſibus à concordi partiũ har-
monia emotis ſolutiſue & quaſi à commiſſuris ſuis & artubus eluxatis propheta inquit: Diſ-
ſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Et quidem oſſa hæc ſi qua interim turbela, ſi qua con H
quaſſatio occupauerit, orans ait: Sana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Vbi
verò propriam ſeruauerint harmoniam à domino cuſtodita, ait: Ne vnum quidem ex his
conteretur. Quum ſanè digna ſunt, quę in deum transſcribant gloriam ac referant, inquit:
Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi? Vidiſti itaque oſſium naturam ratione
prędit orum? Sed & hoc forſan eccleſia dicere poterit, Omnia oſſa mea dicent, ſecundum re-
ſurrectionis myſterium, inquit enim ſcriptura: Hæc dicit dominus oſſibus his. Ecce e-
go fero in vos ſpiritum vitæ, & dabo ſuper vos neruos, & reducam ſuper vos carnes
& viuetis & cognoſcetis quòd ego ſum dominus. Hæc itaque oſſa vbi receperint vi-
tam, gratias ei à quo fuerint excitata, referent ac dicent: Domine, quis ſimilis eſt tui? I
Perſpecta & exquiſita ratione additur & hoc: Mors peccatorum peſſima, quoniam eſt quæ-
dam iuſtorum mors naturâ non mala, ſed bona. Qui enim commortui ſunt Chriſto, in bo-
na ſunt morte. Et qui peccato mortui ſunt, bonam ac ſalutarem mortem ſunt mortui. *Mors
autem peccatorum mala eſt.)* Excipit enim illos ſupplicium, quemadmodum diuitem illum, qui
induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. *Et qui oderunt iuſtum, delin-
quent.)* Qui quòd in delictis viuant, iuſtum habent odio, tanquam qui à regula rectiſſima, à
iuſti moribus ſic iſti redarguuntur comparatione melioris. Ex quo enim in peccatis vitam
tranſmittunt ſuam, veriti ne coarguantur, oderunt iuſtum. Rurſus per id in iuſtos concep-
tum odium, ſe implicant peccatis & obuoluunt. Multæ enim occaſiones ſunt, ob quas iuſtus K
ſoleat odio haberi. Libertas illa dicendi inter coarguendum: Oderunt enim redarguentem
in porta: & ſanctum abominantur ſermonem. Præterea ambitio primas obtinendi partes, &
imperij cupiditas multos mouit, vt meliores ſe inſectentur, odióq; habeant. Vſuuenit etiam
vt propter ignorantiam verborum iuſti, & quod ignoratur quis ſit iuſtus, odio habeantur iu
ſti. Mors peccatorum peſſima: vel omnem vitam mortem appellat, ex Pauli ſententia, qui
carnem hanc, mortem vocat, dicens: Quis me liberabit à corpore mortis huius. Qui autem
hoc corpore abutuntur, & omnium ſcelerum miniſterium atque inſtrumentum id faciunt,
malam omnino ſibi præparant mortem. *Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum, & non de-
linquent omnes qui ſperant in eo.)* Nam quando qui ab inimico premebantur dura captiuita- L
te, hi demum clementer ab ea aſſerti ſunt domino vt ſeruiant, qui & horum animas pre-
tioſo ſuo redimet ſanguine. Quò fit, vt eorum qui in ipſum ſuam ſpem proiiciunt, nemo
ob delicta ſit olim torturis illis ſubiiciendus. Nam ipſi gloria & imperium, cum patre, &
ſanctiſſimo, bono ac viuificante ſpiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

εὐφραινόμενον λαμπρῶς.

Mors peccatorũ peſſima.

Atten. inceſti & obſcœni Lutherani.

## IN PSALMVM XXXVII. DOCTRI-
## *na confeſſionis. Pſalmus Dauid in recordationem, Domine ne in furore tuo arguas me.*

M

VErba ſcripturę diuinitus inſpiratæ ante Chriſti tribunal ſtatuentur. Is enim dixit:
Arguam te, & ſtatuam ante faciem tuam, peccata tua. Itaque his quæ nobis per ſcri-
pturam dicuntur, mente peruigili neceſſe ſit vt intendamus, atque adeò tota animi
contentione enitamur opere ipſo explere domini mandata, quando prorſus nos fu
giat, quo die, quáue hora venturus ſit dominus noſter. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque
in ira tua corripias me.)* His verbis atque ſyllabis ſextus quoque pſalmus conſimiliter huic
orditur. Quin & reliqua pſalmi illius ſexti his ſunt confinia quæ in iam propoſito continen
tur. Siquidem in ſexto dicebat ſua ipſius oſſa eſſe humiliata, inq; gemitu ſuo animam labo-
raſſe:



A raſſe. Adiecit inſuper, dicens: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis
ſtratum meum rigabo, & quæ iſtis ſunt coniuncta. Similia illis & quæ in pręſenti pſalmo ha
bentur, vbi dicitur: Non eſt ſanitas in carne mea, & non eſt pax oſſibus meis à facie pecca-
torum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Et quæ iſtis ſub-
iunguntur per totum pſalmum, quibus ſuam deflet miſeriam. Hac enim locutione idem eſt
vſus, quando dixit: Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem, tota die contriſtatus
ingrediebar: niſi quòd inſcriptio ſexti talis eſt: In finem in hymnis pro octaua pſalmus Da-
uid. In hoc verò nihil horum, ſed hoc tantum dictum eſt: Pſalmus Dauid in recordationem.
Hæc ſanè additio ad recordationem, ad inſcriptionem pſalmo ſexto præſcriptam nos re-
B mittit: adeò vt præſentia intelligamus eſſe quoque in finem & in hymnis ſuper octaua. Illo-
rum enim omnium hæc adiectio: In recordationem, repræſentatiua eſt. Verùm quoniam in
pſalmi ſexti enarratione, quæ ſe obiter offerebant, diximus ad pſalmi inſcriptionem perti-
nentia, vel nunc tandem nos recipiamus ad eorum recordationem. Videtur autem mihi Da
uid inter plures egregios pſalmos, delicta confeſſus, propriè ac deſtinato ſecreuiſſe præſen-
tem. In recordationem, vt ſemper eum in ore ferret: & eodem vteretur qui vicem ſuppleret
cantici ad animæ ſuæ medelam. Supplicationem igitur deo tranſmittit, per quam auertit
quidem iram omnibus peccantibus impendentem. Placat autem bonum dominum his
eminentiſſimæ confeſſionis vocibus, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me. Reprehen
C ſionem quidem non deprecatur: ſed ne cum furore arguatur. Et per illud, Neque in ira tua
corripias me, non detrectat corripi, ſed precatur citra dei iram corripi: Veluti ſi quis medico
qui paratus ſit per ferrum & cauterium & amara remedia auxiliũ ferre, in cura morbi ali-
cuius dicat: Ne quæſo per ignem, neu per ferrum & inciſiones, ſed per lenia ac mitiora phar-
maca curaueris. Talis enim non medelam abnuit omnino, ſed laborem dolorémque reme-
dij detrectat. Sæpe autem dictum eſt, quomodo ira & furor dei, quum in ſcripturis diuinitus
inſpiratis nominantur, non affectus ſignificent, quum diuinitas ab omni prorſus perturba-
tione ſit aliena, ſed metaphoricè, hoc eſt, tranſlatiuè iſtiuſmodi conſuerit vſurpare ſcripturæ
locutio, ſicut & oculos dei, & aures, & manus, & digitos, & pedes, & cætera membra: itaque
D quidem vt cum hominibus loquens, vtiliter accõmodat, vt audientium debilitati obſequũ-
det ſcriptura, ita & peccatoribus pœnas ex dei iudicio illatas, quoniam patientibus durę ſunt
triſtes ac permoleſtæ, velut ex ira & furore inductas figurat. Hoc docet Apoſtolus quoq; di-
cens: Secundum autem duritiem tuam & impœnitẽs cor tuum, theſaurizas tibi iram in die
iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuique iuxta opera ſua. Vt ſi quis impen-
dentes ex legis præſcripto homicidæ pœnas, iram & furorem nominet, non hoc ideo facit
quòd lex iraſcatur & furiat, ſed quòd qui punitur legis ſupplicium, iram eſſe putet. Iam verò
& qui pœnas contra impios adminiſtrant mali dæmones, & famulantes deo virtutes ira fu
rorq; nominatæ ſunt. Sic item dicitur in ſermone decem plagarum contra Aegyptios: Immi
E ſit in eos iram & indignationem, & immiſſionem per angelos malos. Sic dextra dicuntur
dei ea, quæ per dextras & bonas virtutes dignis adminiſtrantur. Supplicat itaque Dauid, ne
per malas virtutes arguatur, néue per immiſſionem malorum angelorum corripiatur: ſed
per ſermones potius ſalutares & diſciplinas vtiles. Alioqui implorat ſupplex, ne in diem iræ
& reuelationis & iuſti iudicij dei reſeruetur: ſeſe paratum dicens, in hac vita ante mortem
pœnas dare peccatorum: quem animi ſui ſcopum attingens aſſequutus eſt. Sanè illũ pœnas
luiſſe palàm eſt, per ea quæ ante obitum legitur paſſus. Quin & ipſe ſibi pœnas infligebat, om
nigenis ſe ſubſternens ſuppliciis, quę his confeſſionis ſuæ modulis complectitur. *Quoniam
ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ
F tuæ. Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.)* Magnus ille athleta Iob, omnis generis
tentationes quum ſuſtinuiſſet, non ignorabat vnde ipſi hæc euenirent. Ideo dicebat: Sagittæ
tuæ domine in corpore meo ſunt, quarum furor meũ exhauſit ſanguinem. Dauid verò non
corpore quemadmodum Iob afflictus, ſed animam habens lethali vulnere transfixam, non
dicit cum Iob, Sagittę tuæ in corpore meo ſunt, ſed, ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Et confir-
maſti ſuper me manum tuam. Iob etiam manus domini meminit dicens: Manus domini
eſt, quæ tetigit me. Et diabolus ait domino: Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet:
& rurſus mitte manum tuam, & tange carnes eius, & oſſa eius. Sed alia quædam erat ma-
nus, & aliæ ſagittæ quæ carnem ipſius corporeámque ſubſtantiam contingebant. Hìc ve-
rò, quoniam Dauid ſecundum animam ægrotabat, alias in ſe ſagittas cecidiſſe ſigni-
ficat

Titulus in recordationem.

Scripſit igitur Baſ. in 6 pſalmũ forſan in totũ pſalterium.

ὁμοίωσις.

Ira & furor dei.

παντὸς πάθους ἀλλότριον τὸ θεῖον

Arg. à ſimili

Dei ira & furor dæmones dicti.

ἀποστολήμ.

Sagittæ.

ficat, & aliam manum ſe attigiſſe: Ego vero has eſſe ſpirituales ſagittas arbitror, magis verò G
ipſa dei verba quæ ipſius animam veluti lancinarent ac vulnus infligerent, conſcientiam
quoque ipſam excruciarent & caſtigarent. Vir enim hic tantus quum eſſet, tótque à deo mu
nera conſequutus. Huic tamen dedecori & obſcœno operi ſe permiſit. Fortè ipſum etiam
diabolum, nequiſſimíve ſagittas ignitas, quæ ad vitioſos animi affectus atque illices amores
ipſum incenderant ad concupiſcendam Vrię vxorem, hìc ſignificat. De quibus Apoſtolus
βέλη λογικά.
docet, dicẽs: Sumite armaturã dei, vt poſſitis omnia tela ignea nequiſſimi extinguere. Quo-
niã verò inermis inuentus Dauid, telis huiuſcemodi ignitis minimè reſtitit, iure in anima
vulneratus, & concupiſcentia veluti clauo quodam confixus eſt. Quemadmodum Iob dia-
boli tela, vlcera corpori inflicta, quoniam ex permiſſione dei factum erat, ſagittas domini no H
minauit, dicẽs: Sagittæ domini in corpore meo, quarum impetus & indignatio meum ebi-
bit ſanguinem. Sic non abſimile vero videtur hìc Dauid ſagittas domini dixiſſe: quoniam
παράδειγμα ex collatiõe
deo permittente vires ſuæ militiæ aduerſarius exacuerat & promouerat, vt diſceret non te-
mere proferre: Non mouebor in ęternum. Quoniam enim gratia domini confortatus & in-
ualeſcẽs plurimũ aliqñ, neſcio quid magnũ de ſeipſo ſentire cœperat: ita vt arrogãtiuſculè lo
queretur ac diceret: Ego aũt dixi in abũdãtia, nõ mouebor in ſeculũ. Huius rei gratia meritò
traditus tẽtatori eſt, qui vbi animã eius attigit, grauiore diſpẽdio affecit eũ q̃ Iob. Sermones
verò qui iuſtũ dei iudiciũ, ſępe cõmemorãt, & irę peccãtib⁹ imminẽtis doctrina (quod vtrũq; I
quibuſuis eſt ſagittis acutius) punctim incidunt, ſauciant & veluti quibuſdam aculeatis ſti-
mulis ipſam interſcindunt conſcientiam. Sanè ad eum modum aſſerere poſſis Dauidem iſtis
quidem ſacris & dei permiſſu immiſſis telis interpunctum, conſentaneè ac merito depreca-
tum eſſe eam coargutionem quæ per furorem, & quæ per iram dei fit correptionem: *Ne in*
*furore tuo* (inquit) *arguas me, neque in ira tua corripias me.* Quãobrẽ? *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt*
*mihi.)* Sagittæ enim abs te venientes, quum præuerterint iram & furorem tuum, ſat torquẽt
me ac puniunt, & ſufficienter caſtigant, quare ſupplex petit, vt ne alteram experiatur iram
aut indignationem. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, vel ſecundum Symmachi ædi-
καθίκετό μου. πό καθικνεῖται attigerunt vel attingunt.
tionem, peruenerunt ad me. *Et confirmaſti ſuper me manum tuam.)* Manum autem domini
ipſum ferientem, eam intellige quæ à Iob declarata eſt. Omnem nanque domum Dauid, è K
fundamentis domini manus concuſſit, quum in irã exarſit aduerſus primogenitum quidem
filiorum eius Amnonem ob obſcœnum amorem quo is ſororem deperibat, Abſalonẽ quo-
que ira incendiſſet aduerſus fratrem vt eum occideret. Deinde & ipſum Abſalonẽ excitauit,
vt aduerſus patrem rebellis cooriretur & inſurgeret. Reliquæ item calamitates per hiſtoriæ
ſeriem expreſſæ eius ſunt manus quæ & hìc declarata eſt. Manus tua tetigit me per calami-
tates alterius ſibi ſuccedẽtes. Supplico igitur, inquit, ne alio furore arguar: nẽue peiori cor-
ripiar ira. Nec ſolùm per hæc, ſed etiam per adiuncta his, quæ deinceps docet, dicens: *Non eſt*
*ſanitas oſſibus meis à facie peccatorum meorum.)* Ego, inquit, quum præuerterim, nec expectaue-
rim, vt vnus aliquis externè quidem hoc meum corpus puniret inflicto quopiam vlcere peſ L
ſimo, ipſe ex me malui pœnam vltricem peccatorum expetere, carnémque meam, per quam
peccatum illud admiſſum eſt, pœnis tradidi, me puniendo, multíſque modis caſtigando.
Quod quidem per alios palàm facit ſermones: Humiliaui in ieiunio animam meam, & caro
mea immutata eſt propter oleum. Item, Oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemi
tus mei adhæſit os meum carni meæ. Et: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachry-
mis meis ſtratũ meum rigabo. Sic itaque & nunc ait: *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.)*
Symmach⁹ & Aquila.
Pro ira autem Aquila & Symmachus concorditer interpretati ſunt. A facie fremitus tui. Suf
ficiebat, inquit, mihi is fremitus qui editur per tuas & quidẽ auguſtiſſimas ſcripturas, & per
prophetam Nathan comminatio. Ideo à facie fremitus tui meipſum ita caſtigaui, vt afflixe- M
rim meam carnem vehementer, & oſſa mea pacem à facie peccatorum meorũ non habeãt,
pro quo Symmachus, propter peccata mea, interpretatur. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ*
*ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices*
*meæ à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſque in finem ualde.)* Quoniam,
ἕως τέλους σφόδρα.
ait, hæc à me perpetrata ſunt, ob hæc miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem,
tota die contriſtatus ingrediebar. Per hæc autem exprimit ea quæ paſſus eſt, & quemad-
modum ipſe ſeſe caſtigauerit, non vnum in ſe tantum accuſans peccatum, ſed aceruа-
tim multa, & tanta, vt ea non ſiuerit in intimo animæ receſſu occuli, neu intra corpus de-
liteſcere, ſed ipſum ſupergreſſa ſint, adeò vt omnibus iam manifeſta ſint. Ipſe igitur ſuiipſius
accuſator



A accuſator primus erat in principio ſermonis, & coram omnibus ſeipſum accuſat, vt & in i-
pſo impleatur illud: Iuſtus accuſator eſt ſui ipſius, præueniens quencunque hominem accu-
ſatorem: ipſe quidem ſeſe condemnauit, ora verò inimicorum omnia ſic oppilauit, vt aliud
nihil reliqui iam haberent, quod aduerſus eum obiicerent. Docet item nos hic ſermo vt ne
Mala nõ eſſe velanda.
noſtra ipſorum mala obtegamus: & ne patiamur vt quaſi quoddam atramentum aut putri-
lago, peccata in imum animæ fundum ſidant & comprimantur, quæ veluti cauterio notam
inurant conſcientiæ, quemadmodum in febre: quæ ſi intro altiús ve ſerpat, morbum longè
validiorem facit: Si verò in apertum ſe promouerit, ſpem remiſſionis veluti indice promit-
tit. Sic & animæ contingit. Et aliud etiam quid Dauid in ſeipſo expertus docet, dum ait: Et
B ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Ipſius enim conſcientiam ea quæ auſus fuerat ad-
mittere, grauabant adeò, vt ob animi generoſitatem & gratitudinem illa ferre non poſſet.
γνῶμαι ex contrariis.
Qui enim inexorabilis & obduratus fuerit, ſecundum duriciam ſuam & impœnitens cor,
theſaurizat ſibi iram in die iræ adiungens peccatum peccato, & propria adaugens mala.
Etenim peccator quum in profundum malorum venerit, contemnit. Contra, qui probæ eſt
mentis, ſi interim vel ſemel per diaboli ſurreptionem offenderit, eius conſcientia maximo-
pere grauatur, vt quod admiſit tacere aut occultare nequeat. Ex abundantia enim cordis os
loquitur. Ex quo minimè ferens propheta ſilentium, quæ ſe premerent mala, euulgauit di-
cens: Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Palam eſt autem, quoniam iniquitates meę,
A facie inſipiẽtiæ meæ. γνώμη.
& rurſus: *Putruerunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.)* Inſipientiam, ſtultum ſuum fa-
C ctum nominat, ab inſipientia procedens. Omne enim peccatum per ſtultitiam fit: virtus au
tem quoniam ipſa prudentia eſt, quæcunque ſecundum ipſam fiunt, laude ac virtute digna
declarat. Sed & ea quæ per prudentiam fiunt, ſanitatem animæ gignunt. Imprudentia verò
& vulnera & cicatrices operatur. Qui igitur in peccatis perſeuerant, ínque eis conſiſtentes
Collatio.
gaudent & ſe oblectant ac deliciantur, nihilo diſſimiles porcis ſunt ſeſe in volutabro luti
prouoluentibus. Qui verò ſemel quidem lapſus, dein ad ſe collectis viribus rediit, eius quod
admiſit immundiciam quaſi rem grauiſſimè olentem atque fœdam abominatur. Tale igitur
quid ſe paſſum eſſe Dauid, conſcientiæ ſanitate reſipiſcens fatetur dicens: Putruerũt & cor-
ruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Quoniam igitur ſupergreſſæ ſunt iniqui-
D tates multiplicatæ, ita vt capite ſuperiores factæ grauatæ ſint ſuper me, & putruerunt & cor-
ruptæ ſunt: huius rei gratia curans meipſum, miſer factus ſum & incuruatus vſque in finem:
& non ad vnum diem, neque ad breuẽ horam, ſed tota die contriſtatus ingrediebar: aut ſe-
cundum Symmachi interpretationem, triſtis ambulabam: non cõtemnens quæ admiſi: ne-
que quaſi rex elati animi, quòd nullius ſubeſſem iudicio, magis verò præ timore ac fremitu
tuo, tota die contriſtatus ingrediebar. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſa-*
*nitas in carne mea. Afflictus ſum & humiliatus ſum ualde, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te*
*omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.)* Pro eo, quod dicitur: Lumbi
λαγόνες.
mei impleti ſunt illuſionibus, Aquila interpretatur: Impleta ſunt latera mea ignominia. Ob
E hæc itaque in memoriam cum veniſſet eius turpiſſimi facti, & pars animæ ſenſitiua dole-
ret, hæc dixit: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Sed cur
putruerint, addit, dicens: *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.)* Vel ſi mauis dicere:
ἀνακτώμενος.
Latera mea ignominia: Innuit ex hoc, turpis facti ſpeciem. Deinde ſuas refocillans ac reſar-
ciens vires, ait: Non eſt ſanitas in carne mea: Quandoquidem lumbi mei impleti ſunt illu-
ſionibus. Ideo ait ad eorum pœnitentiam quæ nequiter geſſi, progreſſus, meam carnem ca-
ſtigo plectóque, eóque dico: Non eſt ſanitas in carne mea, vt poſſit quandoque correctus di-
cere: Etiam ſi exterior homo noſter corrumpatur, interior tamen renouatur de die in diem,
κανών memorabilis.
F vt apoſtolus dicebat. Superiùs dicebat: Non eſt ſanitas in carne mea. Deinde ſubdit: Affli-
ctus ſum & humiliatus ſum valde. Hoc enim paulò antè aliter expreſſit his verbis: Miſer fa-
ctus ſum & curuatus ſum vſque in finem. Proprium eſt hominum prudentium, ob ea quæ
peccando admiſerint præſumpta quapiam cogitatione aut ſurreptione inimici, non ſe effer-
re, ſed pudore aſpergi potiùs & erubeſcere & veluti ſtimulis conſcientiam pertundere, ſéque
gerere ſubmiſſius atque humiliari. Dauid igitur poſt hæc ait: Rugiebam à gemitu cordis
Confeſſio cordis.
mei. Vel ſecundum Aquilam, fremebam à fremitu cordis mei. Non vt multis manifeſtus
fiam, ore tantum fateor, ſed corde ipſo clauſis oculis tibi ſoli reſpicienti arcana, mecum ipſe
rugiens, oſtendo meos gemitus. Non enim multis verbis mihi opus ad confeſſionem, ad
quam & cordis mei ſuſpiria, & ex animæ penetralibus imis ad te deum meum tranſmiſſi

i questus

queſtus ſatis exiſtunt.Sed & deſiderium meum de mea ipſius ſalute coram te deus meus ho G
neſtum ac bonum videri poteſt. Neque enim coram te erat deſiderium meum , tunc quum
eſſem malorum eiuſmodi cupientior. Nunc verò quando cuncta facio humiliatus ac lugẽs
ex gemitu cordis mei,téque deum ſeruatorem ac medicum adipiſci deſidero,ante te eſt de-
ſiderium meum. Et gemituũ meorum cauſam tu minimè ignoras. Nôſti enim quòd ſuſpi-
ria tuam decentia benignitatem ad te emitto:quoniam non mortem ſed pœnitentiam pec-
catoris expetis : eóque dico : *Et gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturba-*
*tum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Amici mei & pro-*
*ximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longè ſteterunt, & uim*
*faciebant qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi:locuti ſunt uanitates, & dolos tota die* H
*meditabantur.)* Quum priùs indicauerit in inſcriptione,quòd vtique ea ſibi fuerit ad recor
dationem,meritò reputat & reuocat ad memoriam quæ multò antè ſibi accidiſſent . Docet
autem in quibus fuerit,cum incideret in peccatum.Cuius gratia omnem quoque hanc con
feſſionem edit,dicens:Miſer factus ſum & curuatus ſum,& contriſtatus ingrediebar,& hu-
miliatus ſum,ac rugiebam à gemitu cordis mei.Ad hæc omnia deueni. Quoniam enim tẽ-
pore aliquo cor meum conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea , & lumen oculorum
meorum & ipſum non eſt mecum.Tempore enim,inquit,peccati,pars animæ rationis par- (διανοητικὸν)
ticeps haud modicam ſuſtinebat perturbationem prauo cõfuſa affectu,& tenebris ab eo qui
peccati fuit impulſor obducta:adeò vt in inſipientiam inciderit.Ideo ſuperiùs dicit,Putrue-
runt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.Conturbatum itaque cor eius: I
quoniam in inſipientia fuerat,& à virtute prudentiæ exciderat. Opera enim inſipientiæ fe-
cit,tunc verò dereliquit eum virtus eius.Non enim id temporis poterat dicere.Omnia poſ
ſum,in eo qui me† potentem facit,⌋ videlicet Chriſto,ab affectu concupiſcentiæ victus vi-
ribuſque animæ deſtitutus.In his enim qui probè & ſecundum virtutem agunt,ſpiritus ad-
modum promptus eſt,caro autem infirma.In his verò qui vincuntur à vitiis caro quidem,
ex contrario ſe effert & inualeſcit viribus , anima infirma eſt & debilis . Tunc igitur (ait)
quum peccaui, cor meum conturbatum eſt, & dereliquit me virtus mea , & aliud quiddam
perplexum & graue circa me euenit . Lumen enim oculorum meorum ( hoc ſanè erat K
propheticus ſpiritus, ipſius animæ aſpectum illuſtrans) & ipſum non erat mecum . Reli-
querat enim eum, & ſe ab ipſo ſubduxerat , quoniam in maleuolam animam non introi-
bit ſapientia , nec habitabit in corpore ſubiecto peccatis. Sanctus enim diſciplinæ, dolum
fugiet ſpiritus,& auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu.Hic igitur ſanctus ſpi-
ritus ſimul vt ab illo ſeceſſerat,reliquit eum deſolatum,poſt eius cordis turbationem & de-
bilitationem virium animæ ipſius . Tunc enim & lumen oculorum ipſum deſolatum or-
búmque reliquit:Quin & illi qui priùs erant amici & proximi eius & omni tempore cum
eo ſimul vixerant ipſo deſerto longiùs ab eo reſtiterunt:non iam cum illo volentes viuere,
deflentes interim,vt par erat,amici calamitatem . Qui autem illi erant,niſi qui in prioribus L
bonis eius gaudebant,angeli videlicet boni & miniſtri dei ſuper hominum ſalute gaudere
aſſueti.Nam & ſuper peccatore pœnitente gaudium in cœlis oritur:& immittet angelus do-
mini in circuitu timentium ipſum.Et hi igitur ſunt omnes Dauidis amici , qui tempore i-
pſius peccati ſeſe auertentes diſceſſerunt,non tamen eum omnino deſeruerunt. Longè verò (ἀπέςιον.)
ſtantes vehementer dolebant:quòd & ipſemet docet,dicens:Amici mei & proximi mei ad-
uerſum me appropinquauerunt & ſteterunt:& qui iuxta me erant,de longè ſteterunt. Qui-
bus procul factis à me quidam alij qui peccato cooperati fuerant,prope me conſtiterunt vim
faciebant,animæ inſuper meæ illudentes.Ideo ſubdit:Et vim faciebant quærentes mala mi-
hi , loquuti ſunt vanitates , & dolos tota die meditati ſunt . Hi enim quum non ita pridem M
ſitiſſent meum ſanguinem, optaſſentque tanto iam tempore meam ſpectare ruinam , velut
occaſionem nacti,cum viderent quod me mea virtus deſeruiſſet,ſeque ſubtraxiſſet à me lu
men oculorum meorum,& quòd amici mei,& qui vicini antea fuerant , à longè ſtetiſſent,
hi facto mox inſultu animæ meæ vim attulerunt:& velut ij qui ſuapte ſponte ad malignita-
tem propendent , vanitates ſunt locuti , ſermone vanos ac futiles animæ meæ ſuggerentes,
ſed & doloſa blandicia demulcentes ac voluptate me decipientes , & quaſi prætenta quadã
illecebra rerum in ſpeciem bonarum ineſcabant prolicientes me ad peccatum . Ideo ſubdit:
*Et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens*
*os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.)* Poſtquam
enim

Margin notes: διανοητικὸν — † ſiue cõfortat. — δόγμα ex contrariis. — ἀπέςιον.



A enim qui meam quærebant animam inuenerunt eam,dein inuentæ illuſerunt,malis inſuper
meis inſultabant ſuis ſubſannantes cachinnis.Adhæc tota die vanitates loquebantur. Inſu-
per cum me deſertum ab amicis conſpicerem,verecundiæ plenus non potui quicquam di-
cere:ideo quaſi ſurdus non audiebam.Sed ille ego qui quondam vir fueram dicendi peritiſ-
ſimus & præſenti ſapientia ſermonis inſtructiſſimus,factus ſum quaſi ſurdus,& ſicut mutus (τῇ παρούσῃ σοφίᾳ σεσοφισμένος.)
non aperiens os ſuum.Nullus,inquit,mihi ſermo ad excuſationem ſuppetebat, quo reſpon-
dere poſſem.Non habebam quæ inimicis depromerem,ſemel ab eis victus : ſed eram veluti
homo non audiens , nec habens in ore ſuo redargutiones . Arguebar ipſe & non redargue-
bam,nec fidutiam loquendi habebam verecundia coopertus. *Quoniam in te domine ſperaui,*
B *tu exaudies me deus meus. Quoniam dixi: Ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei, & dum commo-*
*uentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.)* Quæ verò mihi contigerunt, hæc ſunt,ideo fa-
ctus ſum ſicut ſurdus non audiens,& ſicut mutus non aperiens os ſuum:& ſicut homo non
habens in ore ſuo redargutiones.Idcirco nihil aduerſus inimicos dicebam , vti ab eis ſupe-
ratus:non tamen ob hanc calamitatem,ſpem à me abieci. Quin potiùs meum ipſius collegi
denuo animum,quum à peccato perinde ac à morte deſiliiſſem confeſſionis medicina me-
um ipſe vlcus curans. Iam tandem meas haſce cicatrices quæ per inſipiẽtiam meam ad pu-
trilaginem ſunt promotæ,cupio magnopere curari,ideóque in te domine ſperaui;Non pro-
priæ confiſus virtuti : nec aliam vllam præter te ſpem ante oculos mihi ponens,ea quæ ſunt
C ſanitatis mihi præſcripſi.Quoniam ergo ſperaui domine:ſpes verò non confundit,propte-
rea exaudi.Nam,volens miſericordiam tu es:&,non vis mortem peccatoris, ſed ipſius pœ-
nitentiam:quapropter ſperaui in te:ſupplex oro vt tuum aſſequar auxilium. Nequando ſu-
pergaudeant mihi inimici mei.Nõdum enim omnino gauiſi ſunt. Supergaudebunt autem,
niſi tuam aſſequar miſericordiam. Sed vt ne ſupergaudeãt mihi inimici mei: qui iam priùs
dum commouerentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt, ad te confugi, & dico : Non
confundar in æternum,neque irrideant me inimici mei.Et rurſus dico:Ad te domine cla-
mabo,ne ſileas à me,& aſſimilabor deſcendentibus in lacum:& reliqua quæ in aliis pſalmis
dicta mihi ſunt,præcipuè in ſupplicatione colligens meipſum,peto vt præſens abs te conſe-
D quar auxilium.Etiam ſi maximè commoueri meos contigit pedes quo tempore cor meum
conturbatum eſt,& dereliquit me virtus mea , & lumen oculorum meorum non erat me-
cum:ne ſic tamen in eoſdem errores reuolutus ſum prorſus , nec talem dedi ruinam , qua-
lem deficientes à fide ſolent:quoniam eodem illo tempore quo pedes mei commoti, & ad-
uerſus me magna locuti ſunt inimici mei,vt ne immodica comploſione manuum mihi in-
ſultarent , ad te deum tanquam ad ſalutis portum confugi , quique perturbationes animæ
hominibus alioqui incurabiles poſſis ac ſoleas curare. *Quoniam ego in flagella paratus ſum, &*
*dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.*
Et ab initio quidem dixit : Ne in furore tuo arguas me:nunc ait : Quoniam ego in flagella
E paratus ſum.Iram ergo ac furorẽ quidem deprecatur,paratum verò ad flagella ſe dicit. No-
uit enim , quòd quem diligit deus , caſtigat:Flagellat autem omnem filium , quem recipit.
Quamobrem generoſè tulit flagella,quæ per calamitates alias aliis ſuccedentes poſt pecca-
tum ei euenerunt,quas regnorum complectitur hiſtoria.Et dolor meus contra me eſt ſem-
per.Multi enim priorum peccatorum obliuione capiuntur , nullam eorum habentes ratio-
nem:imo & contemnentes,quaſi nulla de his expetenda olim ſit vltio . Contra,quiſquis ob
oculos habet iugiter illud dei tribunal , ſibique certa fide perſuaſit , quòd coram tribunali
Chriſti omnibus ſit comparendum : vt referat vnuſquiſque,quæ per corpus hoc geſſit, ſiue
bonum,ſiue malum,in anxietate continuò conſiſtebat: & hunc animæ ſuæ dolorem ſanare
meditans,ipſe ſeſe per confeſſionem deo accuſat.Ideo ait:Et dolor meus contra me eſt ſem
F per.Quoniam iniquitatem meam ego annunciabo,& cogitabo pro peccato meo.Sanè vo-
ces iſtiuſmodi animæ ſunt prorſus fidelis,& quæ ſibi certiſſimè perſuaſerit iudicium dei fu-
turum. *Inimici autem mei uiuunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me*
*iniquè. Qui retribuebant mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Ne de-*
*relinquas me domine deus meus, ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum domine deus meus ſalutis*
*meæ.)* Omnium inimicorum ſuorum reminiſcitur , qui ſe ad peccatum traxerunt . Orat,
ſupplicátque domino,ne à ſe diſcedat.Videbat enim aduerſarios etiam nunc ſe circunſtan-
tes,ſeque adorientes,nec priore aduerſus eum audaci congreſſu contentos,eóque prætrepi-
dus,ne iterum in eoſdem relaberetur , prouidè admodum ait : Inimici autem mei viuunt.
i ij Non enim

Non enim ſunt mortui,neque vbi ſemel in me quiduis moliti ſunt, ſic abierunt . Propterea G
ſcriptum eſt: Ne beatum dixeris virum ante ipſius mortem. Viuunt , ſed quotidie inualeſ-
cunt plures contra me exiſtentes:multiplicati ſunt enim qui me oderunt,qui retribuunt ma
la pro bonis , qui nondum deſinunt me calumniari , mihíque detrahere bonam ſalutarém-
que viam perſequenti , animæ meæ ſaluti inuidentes . Huius rei gratia oro obſecróque , ne
derelinquas me domine. Neque enim ſolus poſſim aduerſus tot hoſtes reſiſtere . Tu igitur
deus meus,ne diſceſſeris à me,potiùs mihi ades auxilio,meæque cuſtos ſalutis, Amen.

## IN PSALMVM QVADRAGESIMVMQVAR- H
## *tum,in finem pro iis qui immutabuntur ,filiis Core ad intel-lectum ,Canticum pro dilecto . Eructauit cor meum uerbum bonum.*

VIdetur & hic quidem pſalmus perfectionem quandam humanæ vitæ ſimúlque
vtilitatem iis , qui ad præſtitutum ſibi finem ſecundum virtutem viuere ſtatue-
runt,tribuere . Proficientes enim doctrina opus habent quę illos ad perfectionem
promoueat , quam & hic exhibet pſalmus inſcriptionem habens : In finem pro iis I
qui mutabuntur . Tectè verò dixit,pro hominibus.Nos enim præter omneis creaturas ra-
tionis participes , maximè alterationib⁹ ac mutationibus ſingulis ferè horis obnoxij ſumus.
Neque enim corpore,neque mente iidem continuò ſimiléſque nobis exiſtimus. Sed corpus
quidem noſtrum ſemper fluxum ac deciduum ex aſſidua redditur motione & immutatio-
ne. Aut enim à pumila & exili ſtatura prouehitur ad maiorem, aut à perfecta iam ad mino-
rem contrahitur . Non enim idem eſt puer ad ludum præceptorémque iens, & probè ſe ad
percipiendas artes & diſciplinas habens , ac ille qui nuper eſt natus infans . Alius rurſus ab
hoc irrefragabiliter eſt ephebus puber ſiue adoleſcens , qui iuuenilibus aptari iam poteſt.
Reſpectu item huius alius vir factus, & magnitudine & robore corporis & rationis com-
plemento . Cum verò ad ſummum ætatis vigorem ſtatúmque peruenerit , rurſus paulatim K
incipit ſe ſubtrahere ad id quod eſt minutius , habitu corporis ſenſim clámque nobis deflu-
ente ac eiuſdem neruis ſeſe contrahentibus,donec per ſenectutem incuruatus vltimam vi-
rium ſubtractionem ſuſtineat. Nos ergo ij ſumus qui mutamur . Et profectò ſapienter nos
homines hic pſalmus per hanc vocem inſinuauit . Non enim angeli mutationem patiun-
tur. Nullus enim apud illos puer,neque adoleſcens , neque ſenex, ſed in quo ab initio creati
ſunt ſtatu,in hoc perpetuò remanent,ſeruata ſimplici & eadem immutabili propriæ naturæ
ſubſtantia. Nos autem mutamur , quod quidem ſecundum corpus oſtendimus : ſecundum
verò animam & interiorem hominem continuò etiam, vnà cum accidentariis rerum euen
tibus ſententias mutamus. Alij nanque ſumus , lætitia & gaudio perfuſi,dúmque res cunctæ
ad vitam hanc expetendæ proueniunt ſecundiore flatu. Alij calamitatis tempore,& ſi quid L
contra noſtrum acciderit votum . Mutamur item in iracundia , ſtatum quendam ferinum
ſumentes. Mutamur & in concupiſcentiis inſtar brutorum per vitæ voluptatem effecti . E-
qui inſanientes in fœminas facti ſunt,inquit,erga vxorem proximi inſaniendo . Vir dolo-
ſus vulpeculæ ſimilis redditur,quemadmodum Herodes . Impudens verò canis appellatur,
ſicuti Nabal Carmelius. Viden', quàm variegata ſit ac multiformis noſtra immutatio? Ad-
mirare igitur eum,qui commodè adeò & conuenienter hanc nobis appellationem coapta-
uit . Quarè vnus aliquis interpretum pulchrè ac ſagaci coniectura mihi videtur vſus , dum
ſententiam ſcripturæ eandem ſiue ſenſum aliis verbis expreſſit . Nam pro eo quod eſt, pro M
his qui immutabuntur,dixit pro liliis,florem videlicet præter omnes alios citò pereuntem
dignum putauit,qui naturæ humanæ labili ac deciduæ fragilitati comparetur. Quoniam ve
rò in futurum tempus hæc vox deuergit & inclinatur (dicitur enim pro mutandis , velut
hac mutatione aliquando tandem nobis apparitura) conſideremus, ne fortè reſurrectionis
nobis rationem modúmque innuat , in qua mutatio nobis dabitur, mutatio inquam in
melius , vt quæ ſpiritualis erit . Seminatur , inquit Apoſtolus , in corruptione , ſurget
in incorruptione . Vides immutationem ? Seminatur in infirmitate , ſurget in virtute.
Seminatur corpus animale , ſurget corpus ſpirituale . Vidés ne mutationem hanc ?

παιδίον, παῖς, ἔφηβος, ἀνήρ, γῆρας.

Titulus pſalmi.

Homo, non item angel⁹ mutabilis.

Pro liliis.





A Ea porrò fiet , quum omnis nobiſcum immutabitur corporalis creatura . Etenim cœli
quoque ipſi vt veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabit eos deus, & mutabū-
tur. Tunc & ſol erit ſeptuplo maior, vt ait Eſaias:& Luna tanta erit, qua nunc eſt Sol ampli-
tudine. Quoniam verò non omnibus eloquia dei ſcripta ſunt, ſed habentibus aures ſecundū
interiorem hominē inſcriptionem huic indidit pſalmo:Pro his qui immutabuntur iis vide-
licet(ita enim arbitror)qui ſui ipſorum ſedulò gerunt curam, quíque per exercitia religionis
maiore ſemper incremento virtutum promouent . Hæc ipſa eſt longè optima immutatio,
quam nobis prærogat ac largitur dextera domini , qua beatus quoque Dauid cohoneſtatus
eſt,quando deguſtatis virtutum bonis ad anteriora ſe extendit. Quid enim inquit ? Hæc eſt
B mutatio dextræ altiſſimi. Quare is qui ad virtutis complexum proficit,nunquā non immu-
tatur. Quādo enim,inquit,eram paruulus,loquebar vt paruulus,ſapiebam vt paruulus,cogi-
tabam vt paruulus. Quando autem factus ſum vir,euacuaui quæ erant paruuli. Et iterum cū
vir factus eſſet,non conſtitit in certa aliqua operatione,ſed oblitus eorum quæ à tergo erāt,
& ad anteriora ſe extendens,ad deſtinatum ſcopum perſequutus eſt ad brauium ſupernę vo
cationis dei. Mutatio igitur vera ac propria,interioris eſt hominis,qui de die in diem reno-
uatur . Quoniam verò propheta noſter in hoc pſalmo nuntiaturus erat ea quæ de dilecto
ſunt,qui diſpēſationem incarnationis pro nobis hic videlicet ſuſcepit, pro his qui ſe dignos
tanto hoc beneficio reddiderint,dicit ſe edidiſſe filiis Core hoc Canticum. Canticum enim
C eſt,non pſalmus,quoniam nuda voce ſine aſſonantis muſici inſtrumenti harmonia,cum vo
cis alioqui concinna modulatione emittitur. Sanè Canticum pro dilecto . Tibine hunc ego
enarrem , quem hìc dicat ſcriptura dilectum,an veriùs ipſe ſermoni meo anteuertis probè
conſcius,nempe eius ex euangelio vocis memor? Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.
Dilectus enim patri quaſi vnigenitus, creaturæ autem omni quaſi pater humanus & bonus
præſes. Idem autem natura eſt & dilectum bonum . Ideo rectè quidam bonum eſſe definie-
runt , quod omnia expetunt . Non enim cuiuſuis eſt ad charitatis vſque progredi poſſe ac
prouehi perfectionem & eum quiuiſſe agnoſcere,qui verè eſt dilectus , ſed eius qui veterem
hominem contaminatum concupiſcentiis fallacibus & ſubdolis exutus,nouum fuerit indu
D tus,renouatum ad agnitionem ſecundum creatoris imaginem. Quoniam qui pecuniam a-
mat,& circa corruptiuam ac deciduam corporis pulchritudinem ſtupore corripitur,& præ-
ſentem gloriolā tāti adeò æſtimat, ſimul & potētia dilecti ad ea quę nihil minus conuenie-
bat, inſumpta , is planè cæcutit ad iſtius veriſſimè dilecti contemplationem . Ideo dicitur:
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo , & ex tota anima tua , & ex omni mente
tua. Hoc autem quod Ex omni, dicit, diuiſionem in alia nullam admittit. Quantum enim
dilectionis in hęc inferiora inſumpſeris,tantum neceſſe ſit vt ei adimas quod totum eſt: eó-
que pauci ex omnibus amici dei appellati ſunt , quemadmodum ſcriptum eſt Moſen fuiſſe
amicum. Et, vt Ioannes: Amicus enim ſponſi(inquit)ſtans gaudio gaudet: hoc eſt,qui ſtabi-
E lem atque immobilem in Chriſtum charitatem retinet,hic dignus eſt ipſius amicitia. Idcir-
co diſcipulis iam perfectis dominus ait : Non iam dico vos ſeruos, ſed amicos, quia ſeruus
neſcit quid faciat dominus eius . Viri igitur perfecti eſt eum noſſe , qui verè eſt dilectus. Re
enim vera ſoli amici dei & inter ſe mutuiter ſunt ſancti. Nemo enim improborum aut ſtul-
torum amicus eſt. Nam amicitiæ probitas in prauum nequaquam cadit affectum: quoniam
nihil turpe aut inconcinnum in amicitiæ concordiam venire poteſt . Malum enim non ſo-
lum bono eſt repugnans & contrarium,ſed & ipſum ſibi. Sed iam progrediamur ad excuti-
enda pſalmi huius verba. *Eructauit cor meum uerbum bonum.)* Nonnulli exiſtimauere ex patris
perſona hæc dici,de verbo exiſtente apud eum in principio:quod velut ex bono corde ait,&
F ex ipſis viſceribus proceſſit,& ex bono corde bonum verbū prodiit. Mihi autem ad prophetę
perſonā referēda eſſe videntur. Nam quæ deinceps hanc conſequuntur ſententiam,non iam
ſecundum analogiam eduliorum ſimiliter explanant nobis de patre narrationem . Neque
enim de ſua ipſius lingua diceret pater: Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis: ſpe-
cioſus forma præ filiis hominum . Non enim pulchritudinis excellentiam ex comparatione
ad homines habet. Procedens ait: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ . Non dixit,
vnxi te ego deus,ſed vnxit te deus, vt per hoc declararet aliam à patre eſſe perſonam , quæ
hæc ediſſerit. Quæ porrò alia eſſe poſſit , quàm ipſius prophetæ qui in ſe cùm recepiſſet effi-
cacem vim & operatoriam ſpiritus ſancti,ait: *Eructauit cor meum uerbum bonum.)* Quum eru-
ctatio ſiue ructus flatus ſit arcanus quidem ille & occultus, qui erumpētibus bullulis ſurſum

Sol futurus ſeptuplo maior, & Luna vt nunc eſt Sol.

Cur filius Core inſcriptus Pſalm⁹ canticum ꝑ dilecto.

Amici dei pauci.

γνῶμαι.

Aggreſſio enarratiōis Perſona huius pſalmi..

γαμματέως ὀξυγράφου.

Finitio ructus ſiue eructationis.

verſus difflatur & expirat per ſumpti alimenti feruorem, isq; nutritus viuo illo pane qui de G
cœlo deſcendit, & dat vitam mundo, & plenè exatiatus omni verbo quod procedit ex ore
dei ſecundum conſuetam ſcripturæ tropologiam: anima ſanè ſacris educata diſciplinis con
uenientem & accommodatam ſumptis eduliis emittit eructationem. Quoniam ergo ſpiri-
tualis erat optimáque nutritio, verbum bonum propheta eructauit. Bonus nanque homo ex
bono cordis ſui theſauro bonum profert. Quæramus itaque & nos ex verbo cibum ad exa-
tiandas noſtras animas. Iuſtus enim, inquit, comedens explebit animam ſuam, vt quibus nu
trimur, non quodcunque verbum, ſed bonum remittamus. Improbus verò quum improban
dis dogmatibus ſit enutritus, ex corde eructat improbatę prorſus verbum doctrinæ. Vidéſne H
tu, qualia eructat os impudens hęreticorum? quàm perplexa & graueolentem ſpirantia me-
phitim? Planè non hæc mediocrem arguunt morbum quendam in imo ſeceſſu pectoris de-
liteſcere. Nam malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum. Prouide igitur, te
obſecro, ne ſic tu auribus prurias, vt eos tibiipſi coacerues magiſtros, qui imis viſcerum tuo-
rum fibris morbum inſerant & admoliantur, conciliéntve tibi verba prauam doctrinam e-
ructantia, gratia quorum die illo iudicij ſententiam aduerſum te damnationis merito tuo
excipias. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. *Dico ego opera
mea regi.)* Vt pſalmi huius intelligentiam ad perſonam transſcribamus prophetæ, maximo-
pere inuitat nos ac prolicit verbum hoc: Dico ego opera mea regi: hoc eſt, Confitebor iudi-
ci, accuſatori futuro anteuertens, quæ ipſe admiſerim referens. Ipſi enim mandatum accepi- I
mus, quod habet: Dic tu prim⁹ iniquitates tuas, vt iuſtificeris. *Lingua mea calamus ſcribæ veloci-
ter ſcribentis.)* Sicut enim calamus inſtrumentum eſt delineandæ ſcripturæ accommodum,
ipſum manu viri periti promouente ad eorum quæ ſcribenda ſunt charactéres exprimẽdos:
ſic & lingua iuſti ſpiritu ſancto eam mouente, cordibus credentium verba inſcribit vitæ æ-
ternæ, tincta quidem non atramento, ſed ſpiritu dei viuentis. Scriba igitur ſpiritus ſanctus
quoniã ſapiens eſt, & omnes docens. Velociter ſcribens. Velox enim mẽtis motus eſt. Inſcri-
bit autem nobis ſpiritus ſanctus, non in tabulis lapideis, ſed tabulis cordis noſtri carneis.
Verùm iuxta proportionem latitudinis cordis plura vel pauciora inſcribit cordibus ſanctus
ille ſpiritus, aut manifeſta omnibus, vel certè obſcuriora pro modulo apparatus, quo quiſq; K
expurgauit cordis domicilium. Ob celeritatem verò eorum quæ ſunt ſcripta, denique ple-
nus orbis terrarum euangelio factus eſt. Quæ ſequitur proximè ſententia viſa mihi eſt aliun
de ſumere principium, nec hactenus dictis debere connecti, ſed confœderanda ſequentibus.
Illud enim. Speciosus forma, ad dominum referri dicíve puto, ſecundum perſonæ apoſtro-
phen. *Speciosus forma præ filiis hominum. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.)* Vt ita ſentiamus, nos eò
inuitat tam Aquila quàm Symmachus. Ille quidem, quãdo dixit pulchritudine eximia per-
ornatus es præ filiis hominum. Symmachus verò: Pulchritudine pulcher es præ filiis homi-
num. Speciosum igitur forma dominum appellat, quum aciem mentis preſſiùs intendiſſet
in eius diuinitatem. Non enim carnis pulchritudinem laudat. Nam ſcribitur: Vidimus ip- L
ſum, & non habebat ſpeciem neque formam, ſed eius ſpecies ignominiæ & dedecoris plena
fuit. Palàm itaquę eſt quòd propheta hic inſpecta claritate filij & illinc reſilientis ſplendoris
irradiatione copioſè circunfuſus, animámque habẽs hac tanta pulchritudine perculſam atq;
perſtrictam, ad diuinum amorem ſpiritualis illius pulchritudinis promotus eſt, quæ vbi ſe-
mel humanæ affulſit animæ, cætera omnia quæ eatenus diligebantur, turpia eſſe conſpiciun-
tur & reiectitia. eóque Paulus ſimul vt vidit hunc ſpecioſum forma, omnia duxit ſtercora
eſſe, vt Chriſtum lucrifaceret. Nam qui externi ſunt & alieni à verbo veritatis, nominatim
dicunt ſtultitiam eſſe euangelij prædicationem, humilem & in ſpeciem abiectam ſacri elo-
quij phraſin nihili ducentes. Nos contrà, qui gloriamur in cruce Chriſti, quibus palàm facta M
ſunt per ſpiritum omnia, quæ à deo nobis ſunt data, non quidem in doctis humanæ ſapien-
tię verbis, nouimus diuitem eſſe gratiam, quæ à deo nobis eſt in ſermonibus Chriſti effuſa.
Quamobrem breui tempore in vniuerſum propè terrarum orbem hæc permanauit prædica-
tio: quòd diues admodum, luculenta & confertim locuples gratia in eos effuſa eſt euangelij
præcones, quos ſcriptura nominauit labia Chriſti. Quapropter in contemptibilibus dictiun
culis multam vim perſuadendi, imò & pertrahendi habet euangelij prædicatio, adeò vt eius
dogmatis nulla ratiocinatione conuellendis ſiue mutãdis perdomita ſit anima omnis, & per
gratiam in inconcuſſa Chriſti fide confirmata. Vnde & ait Apoſtolus: Per quem accepimus
gratiam & apoſtolatum ad obediendum fidei. Et rurſus: Abundantius illis laboraui, nõ ego,
ſed

λογικὴ τροφή. Verbum bonum.

Atten. hæc Lutherani.

κατ' ἀποστροφήν. Speciosus forma.



A ſed dei gratia quæ mecum eſt. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, hac de cauſa benedixit te deus in-
æternum.)* Scriptum eſt in euangelio, quia admirabantur ſuper verbis gratiæ, quæ ex eius
ore procedebant. Quamobrem manifeſtè pſalmus multitudinem gratiæ verborum domini
noſtri Ieſu Chriſti oſtendere volens, Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, ait, propter exuberantem
copiam gratiæ, quæ eſt in ſermone. Benedixit te deus in æternum. Manifeſtum quòd ad hu-
manitatem iſta referre oporteat, ſecundum quod & ſapientia, & ætate, & gratia proficiebat.
Secundum hanc etiam num humanitatem liquet intelligi oportere prærogatam ei gratiã,
ceu præmium heroicorum operum. Simile autẽ eſt & huic: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti ini-
quitatem: quapropter vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Cui ſi-
B mile eſt & hoc quod Paulus ſcribit ad Philippenſes: Humiliauit ſeipſum vſque ad mortem,
mortem autem crucis: propter quod deus exaltauit illum. Ex quo palàm eſt quòd hæc de ſer-
uatore vt homine dicuntur, aut quòd eccleſia corpus eſt domini, & ipſe caput eccleſiæ: quẽ-
admodum interpretati ſumus labia eſſe Chriſti eos, qui diuini verbi ſunt miniſtri, ſicut Pau
lus in ſe Chriſtum habens loquentem, & ſi quis illi virtute aſſimilis fuerit. Sic demum reli-
qua corporis Chriſti membra quotquot ad vnum credimus. Si quis ergo datam eccleſiæ be-
nedictionem ad dominum retulerit, is vtique neutiquàm errauerit: Benedixit te deus: hoc
eſt, membra tua & corpus tuum referſit bonis ſuis in ſeculum, hoc eſt in infinitum. *Accinge-
re gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua.)* Putamus ſanè & hoc ad
C dei verbum tropicè referri, vt carni coniũgatur, quod eſt efficax magis & penetrabilius om
ni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoq;
& medullarum, diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Quoniam femur ſignum
eſt eius humanæ genealogiæ, ipſæ (inquit ſcriptura) egredientes animæ ex femore Iacob. Vt
itaque vita, & via, & panis, & vitis, & vera lux, & aliis eiuſmodi ſexcentis dominus noſter
Ieſus Chriſtus nominatur: ſic & gladius diuidens partem animæ affectibus ſeruientem, &
motus concupiſcentiæ mortificans. Deinde quoniam deus verbum carnis debilitati ſeſe cõ-
iuncturus erat, pulchrè additur, potentiſſime: quoniam maximæ potentiæ demõſtrationem
habet, poſſe deum in natura eſſe humana. Nam cœli & terræ conſtitutio, maris & aëris & ma
D ximorum elementorum generatio, & ſi quid ſupra mundum intelligitur, & ſi quid ſubtus
terras vſquam reperitur, non hæc vſqueadeò euidenter exprimunt diuini verbi potentiam
quantum diſpenſatio aſſumptæ carnis, & ad humilitatem vſque debilitatémque noſtram
ſuſcipiendam condeſcenſio. *Specie tua & pulchritudine tua.)* Species à pulchritudine differt.
Id enim ſpecioſum dicitur, quod accommodum & neceſſarium proprio vigori tempus ex-
pleuit, vt frumentum id tandem dicitur ſpecioſum, quod maturum & ad meſſem eſt para-
tum. Speciosus inſuper vitis fructus qui ad ſui perfectionem, per reuolutionem annui tem-
poris maturè concoctus eſt, & eſui accommodus. Pulchritudo autem conſiſtit in concin-
na membrorum compoſitione, ex ſe effloreſcentem gratiam obtinens. Accingere igitur gla
E dio ſuper femur tuum potentiſſime, ſpecie tua, hoc eſt, plenitudine temporis opportuni, &
pulchritudine tua, id eſt, contemplabili tua & intelligibili diuinitate. Illa demum vera pul-
chritudo eſt, quæ cognitionem omnem, omnémque ſupergreditur potentiam, vt quam ſola
poſſis mente contemplari. Nouerunt autem ipſius pulchritudinem eius diſcipuli, quibus ſe-
orſim à turba parabolas ſoluit. Viderunt & huius pulchritudinem Petrus & filij tonitrui, in
monte fulgentem ſupra ſolis ſplendorem, & exordia ipſius glorioſi aduentus oculis comprẽ
dere digni ſunt habiti. *Intende (inquit) & proſpere, procede, & regna.)* Hoc eſt, hominum curã
per carnis diſpenſationem aggreſſus, diligentiam impende conſtantem, perennem nec ali-
quando deſituram. Hæc enim & viam, & curſum prædicationi præbebit, & neminem non
tuo ſubiget imperio. Nec id nouè dictum nobis videri debet, quòd imperatiuè dicit: Proſpe-
F rè procede ſiue proſperè progreditor, ob ſcripturæ conſuetudinem hoc modo figurantis ea
quæ optantur. Nam & imperatiuè dicitur: Fiat voluntas tua, pro vtinam fieret: & Adueniat
regnum tuum, pro vtinam aduen iret. *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & de-
ducet te mirabiliter dextera tua.)* Rurſus hic ſermo figuratus eſt, perinde ac dominus hæc ca-
piat mercedis loco, nempe proſperè procedere, regnare propter veritatem, & manſuetudi-
nem, & iuſtitiam. Oportet enim ſic intelligere, quòd quia res humanæ interuerſæ ſunt men-
dacio, vt feras veritatem, regna in hominibus peccato ſubiectis: vt cum tu ſis ipſa veritas &
manſuetudo, omnes exemplo tuo ad manſuetudinem & bonitatem reducãtur. Ideo domi-
nus dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Quin & iſtius manſuetudinis ar-
i iiij gumentum

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

Accingere gladio. δυνατὲ ὁ potens.

τῆς κατὰ τὴν γένεσιν ἐνεργείας.

τὸ ὡραῖον. τὸ κάλλος.

gumentum re ipſa exhibebat. Nam contumelia laceſſitus tacebat, flagellis cæſus ſuſtinebat. G
*Et deducet te mirabiliter dextera tua.)* Non columna nubis, non ignis illuſtratio, ſed ipſa tua de-
Sagittæ acutæ. xtera. Sagittæ tuæ acutę potētiſſimæ. Sagittæ potentis acutæ ſunt ſermones ſolerter & inge-
nioſe excogitati audientium corda pertingentes, animáſque probè ſenſatas ferientes atque
ſauciantes. Verba nanque ſapientium ſtimuli ſunt boum. Ex quo Pſalmiſta cupiens quando-
que à doloſis hominibus ſuæ ætatis & generationis liberari contra doloſam linguam, ſagit-
Carbones deſolatorij. tas potentis acutas in remedium exquirit. Quærit item carbones ſibi adeſſe deſolatorios, Vt
quorum corda ob duriciem calloſam ſpirituales ſagittę non contingant, his paratum ſit ſup
plicium, quod carbones deſolatorios appellauit. Quicunque enim ſe priuarunt dei prę́ſentia,
his carbonum deſolatoriorum apparatus neceſſarius eſt. Nunc igitur ſagittæ tuæ acutæ. His H
ſagittis quæ fidem amplexatæ ſunt animæ, ſauciantur, & quæ ſumma in deum exarſerunt
charitate, ſimúlque cum ſponſa illa dicunt: Vulnerata charitate ego ſum. Inexplicabilis pro-
fecto ac ineffabilis verbi pulchritudo & ſapientiæ ſpecies & forma dei in ipſius imagine.
Beati, qui contemplatione inardeſcunt veræ illius pulchritudinis. Hi enim quaſi eidem ad-
ſtricti ſint vinculis charitatis, cœleſtem illum & planè beatum amantes amorem, domeſti-
corum obliuiſcuntur & amicorum, imò familię quanlibet opulentæ. His in obliuionem ve-
nit corporis alendi neceſſitas, putà edendi & bibendi, ſolo liqueſcentibus diuino planè &
ſincero amore. Intelligere item poſſis ſagittas acutas eos qui ad ſpargendum per vniuerſum
orbem ſemen euangelij miſſi ſunt. Hi quòd ſe exacuiſſent, fulgebant operibus iuſtitiæ, & I
ſubtiliter in eorum irrepebant animas quos erudiebant ad fidem. Hæ igitur ſagittæ in pri-
mis quaquauerſum emiſſæ populos ſe vt Chriſti iugo ſubſternerent, præparabant. Et qui-
dem meo arbitratu ſermonis iſtius ordo per hyperbaton conſentaneè magis ad præcedentia
reſtituitur, is vt ſit ſenſus: Intende, procede & regna, & deducet te mirabiliter dextera tua,
& populi ſub te cadent, propterea quòd ſagittæ tuæ acutæ ſunt in corde inimicorum regis.
Nullus deo aduerſarius, aut contumax, aut ſuperbus, ſub deo cadit, vel ei ſe ſubigit, niſi illi
qui fidei obedientiam ſuſceperunt. Sagittæ nanque in corda cadentes quandoque inimico-
rum regis, trahunt eos ad veritatis deſiderium, & ad ipſum dominum, vt inimici dei exi-
ſtentes eidem per doctrinam concilientur. *Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga directionis, uirga* K
*regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ parti-*
*cipibus tuis.)* Quoniam verò circa humanitatem multa verſando dixit, nunc ſermonem ad
altitudinem gloriæ vnigeniti conuertit, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: hoc eſt, regnum
tuum vltra ſecula ſe porrigit, éſtque intelligentia omni multò antiquius. Et pulchrè admo-
dum poſt populorum ſubiectionem, regni dei magnificentiam concelebrat. Virga dire-
Virga multiplex. ctionis virga regni tui. Idcirco ei propriam reddidit appellationem, deo luculenter ex-
preſſo. Sedes tua deus. Inſtructiua eſt admodum virga dei, erudiénsq; non obliqua, aut per-
uerſa, ſed recta infert iudicia. Ideo virga directionis, virga regni ipſius nominatur. Si enim
dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: viſitabo in vir- L
ga iniquitates eorum. Vidésne iuſtum dei iudicium, quo non in omnes ſine diſcrimine, ſed
tantum in peccatorem vtitur? Sed & ipſa etiam conſolationis dicitur virga. Virga enim tua
(inquit) & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Eſt & virga contritionis. Reges eos in virga
ferrea, & tanquā vas figuli confringes eos. Conteruntur autem terrea ac lutea ad eorum be-
neficium, quos deus regit ac dirigit ſecundum quod & in carnis perditionem traduntur, vt
Vnctio Christi. ſpiritus ſeruetur. *Propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.)* Quoniam ve-
rò chriſma typicū, hoc eſt vnctionem figuratam, & typicos pontifices ac reges figurare opor
tuit: caro autem domini vero chriſmate vncta eſt, nimirū ſuper eam adueniente ſpiritu ſan-
Oleum exultationis. cto, quod quidem exultationis oleum vocatur. Vnctus eſt autē præ participibus ſuis: hoc eſt, M
ſupra omneis homines Chriſti participes exiſtentes, quoniā illis quidem particularis quædā
tributa eſt ſpiritus communicatio: ſuper verò filium dei ſanctus ſpiritus, vt ait Ioannes, vbi
deſcēdit, manſit ſuper ipſum. Pulchrè autē exultationis oleū ſpiritus appellatur. Nanq; vnus
hic inter fructus numeratur, quos in nobis operatur ac gignit ſpiritus ſanctus, nempe gau-
dium. Quoniam verò mixtus eſt de ſeruatore ſermo, propter & diuinitatis naturam &
incarnationis diſpenſationem, rurſus in humanitatem à deo aſſumptam reſpiciens, ait.
Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, pro eo quod eſt: Reliqui quidem homines labore
& exercitatione, & attentione ſæpenumero aſſequuntur amorem honeſti ac probitatis, &
malitiæ totius deteſtationem: tibi autem naturalis eſt ad boni proſecutionem proprietas, &
ad



A ad iniquitatis fugam perquàm familiaris alienatio. Et quidem nobis non arduum adeò ſit
& difficile amorem recuperaſſe iuſtitiæ, modò id ardenti affectu expetamus, ſimul & odium
iniquitatis. Omnem enim ad vtriuſque conſecutionem, Deus impartiuit vtiliter potētiam
animæ rationali, vt amandi, ita & habendi odio: vt præduce ratione directi virtutem qui-
dem amemus, odio verò habeamus iniquitatem. Licet enim & odio quandoque laudabili-
ter vti. Dicitur enim: Nonne qui oderunt te domine, odi. Et, Perfecto odio oderam illos. Mortis Chriſti & reſurrectionis myſterium.
*Myrrha & gutta & caſia à ueſtimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ re-*
*gum in honore tuo.)* Deſcendens paulatim conſequenter propheticus ſermo ac priùs ea quæ
extrema ſunt diſpenſationis carnis explicans omnia, intento & acri contuitu ſpiritus ſan-
B cti promouentis ipſum & eidem arcana myſteria reuelantis, venit ad paſſionem. Myrrha Myrrha.
(inquit) & gutta, & caſia à veſtimentis tuis. Myrrha quidem quòd ſepulturæ ſignum ſit, E- ςακτὴ.
uangeliſta Ioannes nos quoque docuit, dicens Ioſeph ab Arimathea eum cum myrrha &
aloë tumulaſſe. Gutta verò & ipſa myrrhæ ſpecies eſt tenuiſſima. Ex hoc enim aromate con Gutta.
tuſo atque expreſſo omne quod hæſit liquidum, in guttam ſeparatur: reliquum quod reſtat
craſſius, myrrha appellatur. Itaque Chriſti quidem ſuauè fragrans odor myrrham ob paſ-
ſionem ſpirat: Guttam verò quòd non immobilis nec otioſus aut inefficax in ſepulchro
permanſerit tribus illis diebus ac noctibus: ſed in infernum deſcenderit, gratia diſpenſa-
tionis circa reſurrectionem abſoluendæ, vt quæ de ſeipſo erant oracula prophetarum, vni-
uerſa expleret. Caſiam demum ſpirat, quæ cortex tenuiſſimus eſt & odoratus, ligneum Caſia.
C obtendens calamum. An veriùs paſſionem crucis ſuſceptam in beneficium omnis creaturę,
altius nobis ac ſapienter hic ſermo per caſiæ nomen innuit. Habes ergo myrrham ob ſepul-
turam, guttam ob deſcenſionem ad infernum, quòd omnis gutta ad inferiora delabitur. Ca-
ſiam verò ob carnis circa lignum diſpenſationem. Ex hac denique cauſſa delectauerunt, in-
quit, te filiæ regum in honore tuo. Filiæ quidem regum, quænam aliæ fuerint, quàm ge- Filiæ regū.
neroſæ ac magnæ regiæque animæ, quæ ob hanc ad humanam carnem aſſumendam con-
deſcenſionē, agnito Chriſto, ipſum exhilararūt in honore, in vera fide, ac charitate perfecta,
ipſius diuinitatem gloria & honore proſequentes. Aromata verò hæc non vtique parca ma-
nu aſſerit interſperſa eſſe veſtimentis Chriſti (hæc ſanè eſt horum verborum parabola & ap
D paratus dogmatum) ſed ab vniuerſis ampliſſimarum ædium ſtructuris ipſa eidem offerri.
βάρεις enim, id eſt, domus ſiue ædes ampliſſimæ molis dicuntur, & hæ elephantino, hoc eſt,
eburneo apparatu ſubſtructæ. Per has equidem arbitror delineari prædiuitem illam & mirè
opulentam Chriſti erga mundum charitatem, ídque docente propheta. *Aſtitit regina à dex-* Domus eburnea.
*tris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate.)* De eccleſia iam ediſſerit de qua in Canti-
cis didicimus, quòd vna ſit perfecta Chriſti columba, quæ in dextrum Chriſti locum eos ac
cipit, qui continenti exercitio bonorum operum toti redduntur Eccleſiæ cognobiles. Nam
& hos ab improbis diſparat ac ſecernit eccleſia, perinde vt aſſolet paſtor oues diſpeſcere ab
hœdis. Aſſiſtit itaque regina nempe anima ſponſali verbo cooptata, nullius iam peccati op-
E preſſa tyrannide, ſed in partem admiſſa regni Chriſti, à dextris inquàm, aſtat ſaluatoris, in
veſtitu deaurato, hoc eſt, in dogmatibus ſpirituali intelligentia ſubtextis & variegatis flori-
bus interſtinctis, ſeſe grauiter componens & adornans religioſè. Quòd enim non vnifor-
mia ſunt quæque dogmata, ſed horum ſpecies multiuariæ ac multimodæ ſunt, vt quæ in ſe
recipiunt ſermones & complectuntur morales, & phyſicos, epopticos item qui de ſpectan-
dis ceremonialibus myſteriis ſunt conſcripti, ob hoc veſtem ſponſæ indicat ſcriptura varie-
tate picturatam. *Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum*
*patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum.)*
Inuitat eccleſiam & exhortatur, mandata vt audiat ſimul & obſeruet, ipſáque appellatione Eccleſia filia dei.
F ſibi eam adſciſcit in familiaritatem, dum filiam appellat, ac ſi per charitatem genuiſſet eam.
Audi filia & vide. Docet ipſam ſimplicem nudámque mentem ad contemplationem gerere
ex eo quod ait, vide. Conſydera & perpende (ait) creationem, vt ordine naturæ adiuta, ſic ad
creatoris contemplationem altiùs aſcendas. Deinde flectens collum iactantiæ faſtu ſubla-
tum, inclina, inquit, aurem tuam, ne curras ad externas fabulas. Quin ſuſcipe potiùs vocis
humilitatem, quæ in euangelico conſpicitur eſſe ſermone. Inclina aurem tuam ad hāc præ-
ceptionem, vt planè obliuiſcaris improbatæ illius conſuetudinis, & efficiare particeps ſpi-
ritualis doctrinæ, eóque obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Omnis qui pecca-
tum admittit, ex patre diabolo eſt. Abiice (inquit) dæmonum doctrinam, obliuiſcere impu-
ri illius

ri illius ſacrificij,nocturnæ choreæ,fabularum denique ad libidinem & omne genus incon G
tinentiæ animas incendentium,& hac gratia te meam ipſius filiam appellaui, vt eum odio
proſequare parentem,qui priùs quàm accerſerem te,ad perditionem genuerat. Si enim per
obliuionem maculas veterum præceptorum deleueris,proprium recipies decorem, & dele
ctabilis & ſponſo & regi apparebis. *Quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum.)*
Officium obedientiæ neceſſarium manifeſtat, ex eo quod ait: Ipſe eſt dominus deus tuus.
Adorabit autem ipſum omnis creatura,quoniam in nomine Ieſu Chriſti omne genu flecte
tur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. *Et filiæ Tyri in muneribus uultum tuum depre-
cabuntur, omnes diuites plebis.)* Videtur ſumma idololatria in Chananæa regione perpetra-
ta fuiſſe.Metropolis autem Chanaan Tyrus.Adhortans igitur ſermo hic & erudiens eccle- H
ſiam ad complexum obedientiæ inquit:Filia Tyri cum muneribus aliquando veniet,& vul
tum tuum adorabunt diuites populi,ſupplicabunt tibi cum muneribus. Non dixit, te ado-
rabunt cum muneribus,ſed vultum tuum.Eccleſia nanque non adoratur,ſed Chriſtus eccle
ſiæ caput, quem πρόσωπον perſonam ſiue vultum nominauit ſcriptura. *Omnis gloria fi-
liæ regis abintus in fimbris deauratis circundata uarietate. Adducentur regi uirgines poſt eam.)*

Chriſt᾽ vultus,qui adoratur, nõ eccleſia quæ ſupplicat.

Poſtquam anima improbandis expurgata veteris malitiæ doctrinis obedientiam exhibuit
ſanę & ſalutari doctrinę,vbi oblita iam eſt populi ſui & domus patris ſui,narrat ea quę ſunt
de ipſa ſpiritus ſanctus, & quoniam intimam eius puritatem vidit: Omnis (inquit) gloria
filiæ regis ab intus,hoc eſt,gloria ſponſæ Chriſti quæ deinceps in filiam regis eſt adoptata, I
intus eſt.Hortatur planè hic ſermo ad eccleſiaſticæ gloriæ myſteria intrinſecus prendenda,
quòd decor & pulchritudo ſponſæ introcluſa ſit & recondita. Qui enim ſe probè adornat
ei quidem qui videt in occulto, nempe patri, ſupplέxque eum orat, nihílque non moli-
tur boni operis, non vt ſpectetur ab hominibus, ſed vt ſolius dei oculis mereatur inno-
teſcere: hic gloriam omnem perinde ac filia regis condidit intus. Quin & fimbriæ aureæ,
quibus tota eſt circumamicta anima talis & variegata, vtique in intimis ſunt repoſitæ. Ne
tu quicquàm quæras in externo iſto auro aut variegato corporis amicto,magis cultum quē-
dam mihi hic inſinuari intellige,qui dignus ſit cohoneſtare ac redimire hominem, qui ad
ſui conditoris imaginem creatus eſt, iuxta verbum apoſtoli: Exuti veterem hominem & K
induti nouum,qui renouatur ad agnitionem ſecũdum imaginem ſui conditoris. Et qui in-
duit ſe viſcera miſericordiæ, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, manſuetudinem:
talis interiore amiculo redimitus eſt, & ſecundum interiorem hominem probè adornatus
& excultus.Paulus item monet: Induite dominum Ieſum, non ſecundum exteriorem ho-
minem, ſed mens noſtra dei memoria circũamiciatur. Puto enim ſpiritualem pertexi tunc
veſtem, quum operatio comes attexitur verbo doctrinæ. Quemadmodum enim pallium

ὁμοίωσις.

tegendo corpori tunc detexitur,dum ſubtegmen innectitur ſtamini: ſic vbi verbum primas
in ordiendo obtinuerit,ſi mox actiones verbo conſentaneæ attexentur, tunc exornandæ a-
nimæ decentiſſimus & plurimum habens honeſtatis amictus confici poſſit,animæ inquam, L
ſecundum virtutem & verbo & opere ſuam abſoluenti vitam.Quæ enim à limbo eiuſmodi
dependent fimbriæ,ſpirituales ſunt:eóque aſtruuntur eſſe aureæ. Quoniam ſanè ſermo ve-
ritatis ipſum opus excellit, quaſi fimbria quædam eſt à textura ad actionem ex abundanti
annexa.

Fimbriæ aureæ,

Sequuntur autem ſponſam domini animæ quædam quæ ſemen alienorum dog-
matum minimè ſuſceperunt,& hæ quidem regi adducetur ſponſam ſectantes.Audiant hæc
quæ virginitatẽ domino vouerunt,quòd virgines regi adducentur,virgines planè quæ pro-
ximæ ſunt eccleſiæ,nempe ponè ipſam aſſectantes,nuſquàm aberrantes ab eccleſiaſtica diſ-
ciplina.Hæ porrò virgines in lætitia & exultatione adducentur, ducentur in templum re-
gis.Non quæ virginitatis voto ſe ſubſtrauerunt vi adactæ,non item quæ ex triſtitia aut ne-
ceſſitate vitæ virginalis ſanctimoniam ſuſceperunt:ſed quæ in lætitia & exultatione gaudẽt M
& ſe exhilarant tali officio perficiundæ virtutis addictæ:hæ demum adducentur regi, & ad-
ducentur,non in vnum plebeium & vulgarem locum,ſed in templum regis. Vaſa nanque
ſacerdotalia quæ humanus vſus non commaculauit,in ſancta ſanctorum adducentur, & ad
adyta accedendi poteſtatem habebunt,vbi contaminati pedes non ambulabunt.Quantæ ſit
prærogatiuæ in templum regis adduci,Propheta pro ſeipſo orans oſtendit. Vnam petij à do
mino,hanc requiram: vt habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam
iucunditatem domini,& viſitem templum ſanctum eius. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,
conſtitues eos principes ſuper omnem terram.)* Quoniam verò ſupra præcepit, vt anima populi
ſui &

Adducẽtur regi virgines.
Virginum dona.
Pro patrib᾽ tuis nati filij



A ſui & domus patris obliuiſceretur,vt obedientiæ virtus muneretur:pro patribus filios acci-
pit tanta dignitate pollentes, vt eos principes ſuper omnem terram conſtituat. Qui ſunt
igitur eccleſiæ filij?Hi ſanè qui euangelij ſunt filij qui vniuerſæ terræ imperitarunt. In om-
nem (inquit) terram exiuit ſonus eorum, & conſtituti ſupra duodecim thronos iudicabunt
duodecim tribus Iſraël.Si quis autem ſponſæ patres accipiat patriarchas,ne ſic quidem hæc
de Apoſtolis ſententia propterea reiicitur.Nam pro illis nati ſunt ſponſæ filij per Chriſtum,
opera facientes Abraham:& ideo æquali cum patriarchis honore digni cenſentur, quod hi
quoque eadem geſſerunt,quæ & illi ob quæ patres magno & præcellenti honore digni ſunt
habiti.Principes verò vniuerſæ terræ ſunt ſancti,ob familiarem & propriam ad bonum in-
B clinationem,quando natiua illa naturæ indoles ad bonum propendens, ipſis prærogatiuam
adſciſcit & conciliat principatus,ſicuti præbuit Iacob ſupra Eſau poteſtatem: Eſto (inquit)
dominus fratris tui.Igitur pares honore patribus facti,& per virtutis exercitationem ſupra
omnes prærogatiuam dignitatem adepti: hi demum filij ſponſæ Chriſti ſunt, & à propria
matre principes ſuper omnem terram conſtituuntur. *Memor ero nominis tui in omni genera-
tione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in ſeculum & in ſeculum ſeculi.)* Ad ſupe-
riùs dicta omnia,dictum eſt & hoc velut ex perſona eccleſiæ:Memor ero nominis tui in o-
mni generatione & generatione.Quæ porrò hæc memoria eſt eccleſiæ? vtique populorum
confeſſio.

Principes terræ.
Confirmat τῷ παραδείγματι.

C

## IN PSALMVM QVADRAGESIMVM-
## *quintum, In finem pro filiis Core pro arcanis pſalmus: Deus noſter refugium.*

PRopheticum oraculum hic mihi videtur pſalmus complecti de iis quæ ſunt ad fi-
nem:quem finem cùm vidiſſet Paulus,ait:Deinde finis quando tradiderit regnum
deo & patri. Vel, quoniam actiones noſtræ nunc ad finem nos quælibet ſibi pro-
D prium ducunt. Bona quidem ad beatitudinem, improba verò ad æternam dam-
nationem. Conſilia verò quæ in hoc pſalmo à ſpiritu ſancto traduntur, ad bonum perdu-
cunt finem eos qui facilè ſinunt perſuaderi & obtemperant.Hac itaque de cauſa inſcriptus
eſt:In finem,perinde ac huius pſalmi doctrina omnis ad beatum referatur humanæ vitæ fi-
nem. Pro filiis autem Core hic dictus eſt pſalmus, quos ſpiritus ſanctus non diuidit: quòd
velut vna anima, & vna voce, cum omni inter ſe concordia propheticos deprompſerint
ſermones, ſic vt nihil vnus aliquis eorum præter reliquos prophetarit, ſed gratia prophe-
tiæ vnicuilibet eorum ex æquo diſtributa eſt, quòd ad proſequenda quæ optima ſunt, æ-
quali affectu inter ipſos conueniret.Pro arcanis hic dictus eſt pſalmus, hoc eſt, pro his quæ
E neutiquàm euulganda ſunt & prodenda, quòd rationem contineant ſecretorum in myſte-
rio retinendorum:† ad quæ vbi promoueris,facilè noueris,] non cuiuſuis è vulgo eſſe diui-
na hæc acie mentis introſpicere & contemplari myſteria, ſed eius & ſolius qui ad hæc di-
ſertè enarranda concinnum fieri poſſit organum, adeò vt eius anima vicem ſupplens pſal-
terij à Spiritu ſancto in ea efficaciter operante poſſit moueri. *Deus noſter refugium & uir-
tus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos ualde.)* Homo omnis ob ſibi adiacentem &
inolitam ſuapte natura debilitatem, tot adeò rebus in ſe irruentibus mœroris, periculi &
laboris perquàm plenis non mediocri eget auxilio. Hic tot cinctus ſe circunſtantibus ca-
lamitatum procellis, refugium inquirit, ac veluti in aſylum quoddam & tutiorem ſe re-
F cipiens locum,aut certè ad montis cuiuſpiam præacutum verticem valido ac forti circum-
ſeptum muro,hoſtilem incurſum veritus defugit.Itidem & hic ſuffugit ad deum,ipſum ſi-
bi ducens vnicam eſſe requiem, tantiſper dum in eo permaneat. Nam quòd ad deum re-
fugium verè pateat, in confeſſo eſt omnibus. Inimicus ille noſter plurimum interſperſit
confuſanei erroris circa eius electionem à quo ſperemus ſeruari nos poſſe. Nanque dum
inſidiatur veluti hoſtis, eis rurſum quibus texuit inſidias, ſubdolus imponit, ſuggeres ad
ſe tanquàm ad tutelarem & fidum cuſtodem profugiant, ídque adeò vt duplici malo cir-
cunfundantur, nimirum vt vel vim ſibi inferentes capiantur, vel certè fraude clancularia
circunuenti diſpereant. Idcirco increduli ad dæmones confugiunt, qui diaboli inſtiga-
tione mente confuſi, veri dei notitia ſunt priuati. Imo & qui deum norunt, circa rerum
diſcretionem

Titulus in finem.
Pro arcanis.
† Non habetur in Græco.
Ob diaboli inſidias vnicum refugium deus.

diſcretionem omninò errant, dum quæ per imprudentiam vſui ſibi futura confidunt, po- G
ſtulant, quædam interim petunt veluti bona quæ identidem nihil ſibi allatura commodi
vel tandem experiuntur. Vitant alij quædam vt noxia, quæ fuerant aliquando ſibi non me-
diocriter profutura. Verbi gratia: Aegrotat quis? Is perplexam morbi fugiens moleſtiam,
orat ſibi reſtitui ſanitatem. Amiſit pecunias? ob eam iacturam acerrimo angitur dolore.
Eſt enim morbus ſæpenumerò vtilis vt qui peccantem caſtiget: & rurſus ſanitas noxia, cum
peccati inſtrumentum ſe poſſidenti fuerit. Sic & pecunia iam quibuſdam miniſtra eſt fa-
cta luxuriæ: contrà, paupertas multos eorum qui malè ſunt inſtituti, ad ſobrietatem redu-
xit. Nec itaque fugias quæ non oportet: neque item confugias ad quem non oportet, ſed
vnum tibi tantum vitabile ſit peccatum, & vnum in malis refugium deus. Nolite confi- H
dere in principibus, nec in incerto diuitiarum gloriemini. Nec ſuperbite ob corporis vi-
res, nec denique humanæ gloriæ claritatem ſequamini. Nihil horum ad ſalutem confert.
Temporaria omnia & momento decidua, impoſturæ & fraudis plena omnia: vnum tan-
tum refugium deus. Maledictus enim homo qui confidit in homine, aut in aliquo rerum
humanarum ſperat. Ergo deus noſter refugium & virtus. Illi enim, qui vt Apoſtolus dice-
re valet: omnia poſſum in Chriſto qui me confortat, virtus eſt deus. Multorum igitur eſt
dicere: Deus noſter refugium. Itémque: Domine refugium factus es nobis: Sed eodem
quo propheta noſter teſtatur, affectu præditum eſſe, nimiſquàm paucorum eſt. Pauci ad- I
modum ſunt qui non admirantes humana præſidia, vt qui ex ipſo deo toti pendeant, ad
ipſum reſpirent, ſpem omnem ſuam atque fiduciam in ipſo collocantes. Res quidem iſtæ

Quibus refugium non eſt deus.

accidentariæ nobis ſunt argumento. Etenim quum tribulatione quapiam affligamur, ad
omnia potius, quàm ad ipſum deum noſtrum recurrimus. Vnus tibi puſio ægrotat? qua-
quauerſum circunfers oculos requirens incantatorem, aut certè eum qui ſuperuacaneos va
nóſque characteres ſeu figuras puerorum innocentium collo circunliget, vel ad poſtre-
mum ad medicum venis, & medicinas eo interim contemptim omiſſo qui reſtituere po-
teſt ſoſpitati. Si fortè inſomnium te ſolicitat, ad ſomniorum coniectorem properas. Si
quem timueris inimicum, patronum vnum aliquem tibi ex hominibus deligis. Et vt com K
pendio dicam, in quacunque neceſſitate imminente deprehenderis: verbo tantum te o-
ſtendis deum refugium habere, re autem ipſa ex inutilibus vaniſque rebus auxilium adſciſ-
cere. Eſt autem iuſto verum auxilium deus. Quaſi enim vnus aliquis imperator exercitus

ῥήματι μὲν, καὶ ἔργῳ δὲ.

armis promittentibus generoſitatem animi inſtructus nullo non tempore paratus, auxi-
lium opem ve vt ferat fatiſcēti ac deſtitutæ viribus parti: ſic & deus adiutor noſter & omni
militāti, cōtra omnes diaboli inſidias, miniſtros ſpiritus in ſalutem indigentium emittens.
Apprehendit autem tribulatio iuſtum omnem, ob vitę ſtudium. Quicunque enim per viam
anguſtam & arctam declinata lata & ſpatioſa via, ambulauerit, à tribulationibus inuenitur.
Propheta nāque valde rem ad viuum deſcripſit, inquiens: In tribulationibus quæ inuenerūt L
nos nimis, Quaſi enim animalia viuam animam ſpirantia apprehēdunt nos tribulationes,
exercentes nos ad patientiam, & per patiētiam probationē, & per probationem ſpem, quare

Tribulatio iuſtum inuenit.

ἐμψύχως.

μεταφορά.

(& Apoſtolus ait) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et rur
ſus: Multæ tribulationes iuſtorum. Sed generoſi vir animi qui nihil turbatus tētationem ex
tribulatione prouenientem ſuſtinuit, dicet: In his omnibus ſuperuicimus per eum, qui dile-
xit nos. Ac tantum abeſt vt defatigetur aut mœrore vllo intabeſcat in tribulatione conſtitu
tus, vt occaſionem gloriandi ex malorum multitudine ſumat cum Paulo, dicens: Non ſolū
autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Sequitur deinde: *Ob hoc non timebimus, dum
turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.)* Magnum oſtendit in Chriſto confi-
dentiæ firmamentum propheta noſter. Quoniā & ſi omnia ſurſum deorſum prouoluantur, M
& terra turbata inuertatur, & montes propriam deſerentes ſedem in medium transferantur
mare, non timebimus: quum & deum refugium, & virtutem, & auxilium habeamus in tri-
bulationibus, quæ inuenerunt nos valdè. Cuiuſnam cor impauidum adeò & interritum eſt,
cuius tam quietæ cogitationes, nec quicquam habentes turbelæ, vt in tanta confuſione po-
ſito vacet ſic attentam mentem ad deum ſurrigere, nec interim vllo rerum eiuſmodi e-
uentu ob ſpem in deum ſolidè coniectam percellatur? Nos autem hominis iram non ſu-
ſtinemus, non canem aut aliquam aliam beſtiam incurrentem, non denique in rebus duris
ad deum adiutorem noſtrum reſpicimus, ſed ſtupidi attonitíque ad noſipſos conuertimur.
*Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorum.)* Dixit de telluris conturbatione & montiū tranſlatione.
Dicit



A Dicit etiam de maris commotione & euerſione, déque montibus in medium maris caden-
tibus. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorum, videlicet marium. Montes ipſi in aquis plu-
rimam excitant commotionem, non quidem in mari tanquàm naturali poſitura cōſtituti,
ſed propria agitatione multum violentæ quaſſationis in aquis promouentes. Quum terra
conturbabitur, & aquæ marium ſonabunt & è profundo pelagi ebullient, montes quoque
transferentur, & per exuperantem domini potentiam multā ſuſtinebunt turbationem: tunc
quoque fuerit intrepidum cor noſtrum, quòd ſecuras firmáſque in deum ſpes habeat. *Tur-
bati ſunt montes in fortitudine ipſius.)* Potes & ſenſum huius dicti tropicè interpretari, montes
appellans eos qui ob ſuā potentiam viréſque inſoleſcunt ſibiq; placent, dei magnitudinem
B vimq; ignorantes, ſeſe contra dei ſcientiam extollentes. Deinde ſuperatos ab his qui cū vir-
tute efficaci & ſapientia verbum dei annuntiant, qui mox vt ſuam intelligunt inopiam, ti-
more dei percelluntur, ſeq; humiliter ſubſternunt dei potentiæ. Vel fortè principes ſeculi hu
ius ac patres perditę ſapientiæ montes dicuntur conturbati in Chriſti fortitudine, quam ip-
ſe in agone quo decertauit per crucem contra eum qui poteſtatem mortis habebat, oſtendit,
& veluti generoſus quiſpiam athletes exutus veſtibus, principatus ac poteſtates vicit, oſten-
tuíque illos habuit confidenter, atque in ligno de illis triumphauit. *Fluminis impetus lætificant*
*ciuitatem dei.)* Salſæ enim aquæ vehementer à ventis perturbatæ ac commotæ ſonuerunt,
& conturbatæ ſunt. Fluminis autem impetus ſine ſtrepitu ac leniter procedentes, & illis qui
digni ſunt ipſarum ſuſceptione affluentes, ciuitatem dei lætificant. Et nunc quoque iuſtus

Fluminis impetus.

C viuentem bibit aquam: poſteà verò copioſiùs bibet, municeps factus & adſcriptus ciuitati
dei. Sed nunc per ſpeculum & in ænigmate bibit, ob breuem diuinarum contemplationum
comprehenſionem: tunc autem ſimul inundantem fluuium excepturus eſt, qui quaquauer-
ſum valeat diſtagnare & alluere ciuitatem dei. Quis porrò fuerit fluuius iſte dei alius, quàm
ſpiritus ſanctus, qui cordibus ſe dignis inſerit eorum qui in Chriſtum crediderunt? Qui cre
dit, inquit, in me, fluuij ex eius ventre fluent. Et rurſus: Si quis biberit ex hac aqua quam do,
fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Hic itaque fluuius omnem dei ciuitatem læ
tificat. Vel etiam ſignificat eccleſiam eorum qui cœleſtem ducunt conuerſationem, vel om-
nem creaturam intellectu præditam à cœleſtibus vſque ad animas humanas, ciuitatem in-

Ciuitas dei.

D telligere oportet, ſancti ſpiritus inundatione lętificatam. Definiūt enim quidam ciuitatem,
congregationem conſtabilitam & legibus adminiſtratam. Hæc enim tradita ciuitatis defi-
nitio illi quæ ſurſum eſt Hieruſalem cœleſti ciuitati maximè conuenit. Nam & ibi primo-
genitorum ac deſcriptorum in cœlis congregatio, & ob immutabilem ſanctorum vitam, &
ſecūdum legem cœleſtem gubernatam ſtabilis quidem ac perpetua eſt. Ordinem verò illius
& omnem ornatum perdidiciſſe, naturæ non eſt humanæ. Ibi nanque ſunt quæ oculus non
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ deus præparauit diligentibus
ſe, præterquàm quia & myriades ſunt ibi angelorum, & ſanctorum & conuentus feſtiui, &
primogenitorum eccleſia deſcriptorum in cœlis. De hac itaque Dauid loquitur: Glorioſa di

Ciuitatis finitio.

E cta ſunt de te ciuitas dei. Illi planè ciuitati pollicetur, per Eſaiam deus: Ponam te exultatio-
nem æternam, lætitiam generationum generationibus, & non erit contritio neque miſeria
in terminis tuis, ſed vocabuntur ſalutare muri tui. Oculis igitur animæ in ſublime arrectis
pręut dignum eſt ſupernis rebus intendere, quærę quæ ſunt ciuitatis dei. Quis enim vnus
mortalium dignum aliquid illa beatitudine vnquam mente concipere potuit, quam lætifi-
cat quidem fluuius dei: artifex autem & opifex eſt ipſe deus? *Sanctificauit enim tabernaculum ſuū
altiſſimus.)* Carnem fortè dicit deiferam ſanctificatam per naturæ diuinæ immediatam vnio-
nem. Ex quo intelliges tabernaculum altiſſimi aduentum ſiue manifeſtationem dei, quæ eſt

Tabernaculum dei.

σάρκα θεοφόρον.

F per carnem. *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam deus manè diluculò.)* Et quoniam
deus in medio ſuæ ciuitatis eſt, eam ſtabilitate donauit: auxilium in primo quoq; lucis exor-
tu, præbens. Siue igitur illi quæ ſurſum eſt Hieruſalem, ſiue eccleſiæ quæ infra eſt, ciuitatis
nomen cohæſerit aut conueniet hoc. *Sanctificauit in illa ſibi tabernaculum ſuum altiſſimus.)* Et per
hoc tabernaculum, quod fixit & certè habitauit deus, in medio illius fuit, donans illi tantum
roboris, ne commoueatur: In medio autem ciuitatis eſt deus, æquales vndiquaque emittens
radios, ad fines vſque orbis vniuerſi. Sic enim dei iuſtitia conſeruatur dum is omni-
bus eandem bonitatis ſuæ diſpertit menſuram. *Adiuuabit eam deus manè diluculò.)* Sol e-
nim iſte ſenſilis matutinum tempus apud nos facit, quando ſupra noſtrum horizon-
tem eminuerit illuſtris & conſpicuus. Matutinum autem in anima iuſtitiæ Sol perficit.
in ortu

Diluculum.

in ortu lucis ſpiritalis, edens diem apud eum qui ipſum recepit. In nocte autem nos ho- G
mines ſumus,tantiſper dum ignorantiæ tenebris obuoluimur.Poſtquàm verò exerta mente
& adaperta gloriæ ſplendorẽ excepẽrimus, & luce illa nunquàm occaſura circunfuſi fueri-
mus atque illuſtrati:tunc adiuuabit eam deus mane diluculo. Poſtquam filij lucis facti eri-
mus,& nox à nobis præceſſerit,dies appropinquauerit,tunc demũ dei auxilio digni erimus.
Adiuuabit ergo ciuitatem deus, per proprium ortum & manifeſtationem lucem ipſi indu-
cens matutinam.Ecce enim homo,dicit Propheta,oriens nomen ipſi. Quibus igitur lux o-
ritur ſpiritualis tenebris iniquitatis & ignorantiæ diſcuſſis, matutinum his fit: quoniam lux
in mundum venit,vt in ipſa ambulans non offendat. Auxilium nanque ipſius matutinum
præbet tempus.Vel fortè quoniam diluculo reſurrectio futura erat: Adiuuabit eam deus ma H
ne diluculo,hoc eſt,victoriam contra mortem die tertia matutina confecit. *Conturbatæ ſunt*
ἐπιδαγμαὶ *gentes,inclinata ſunt regna:dedit uocem ſuam altiſsimus,commota eſt terra.)* Cogita aliquam ciuita-
tem ab inimicorum inſidiis appetitam eam oppugnantium, quam eatenus quidem variæ
nationes regesq; permulti qui & ſceptra ſortiti ſint in ſingulas quaſque gentes, obuallent &
circunſideant. Dein fac ducem vnum viribus inexpugnabilem, inopino occurſu conſpici
ſuppetias vrbi circunſeſſæ laturum, qui obſidionem ſoluat, & coactam gentium factionem
diſſipet,in fugam denique reges conuertat: ſola vocis potentia clamoréque exerto eorum
corda perterreat. Quantum igitur par eſt credere excitari tumultuariæ conturbationis per
hoſce populos regéſque profligatos & in fugam dilapſos? Quãtum ſtrepitum ſonúmve red- I
di nec facilè deſiturum ex tumultuaria illorum fuga putãdum eſt? Omnis tum locus iis qui
præ timore in fugam adacti ſunt, completur: adeò vt & non mediocris vbique concitetur
tumultus in ciuitatibus ac vicis,qui fugatos exceperint.Tale itaque auxilium, talémque de-
fenſionem exprimit proueniſſe à ſaluatore ciuitati dei per id quod dicit: *Conturbatæ ſunt gen-*
*tes,inclinata ſunt regna,dedit uocem ſuam altiſsimus,commota eſt terra. Dominus uirtutum nobiſcum,ſuſce-*
*ptor noſter deus Iacob.)* Nouerat carnem deum ſuſcepturum,nouerat ex virgine ſancta eden-
dum Emmanuël:quod nominis ſi interpreteris, ſonat nobiſcum deus: & hac de cauſa pro-
phetice exerta voce clamat: Dominus virtutum nobiſcum: oſtendens planè hunc eſſe qui
ſanctis prophetis ac patriarchis apparuit. Adiutor noſter,inquit:Nõ alius de⁹ præter eũ qui à K
prophetis traditus eſt, ſed deus Iacob qui in oraculo illo ad famulum ſuum reddito, dixit:
Ego ſum deus Abraham,deus Iſaac,deus Iacob. *Venite & uidete opera dei,quæ poſuit prodigia*
ὁμοίωσις. *ſuper terram,auferens bella uſque ad fines terræ.)* Sanè ſermo hic eos qui procul ſunt à verbo ve-
ritatis inuitat, propiùs ſe admoueant agnoſcendę veritati, dicens: Venite & videte. Nam
quemadmodum corporis oculis accidit,ſemotiora interualla eorum quæ ſe conſpicua offe-
runt,apprehenſionem reddunt obſcuram & vix apparentem:contrà, propior acceſſio ſpecu
lantis agnitionem rerum viſibilium exhibet tanto expreſſiorem.Idem contingit & in mul-
timoda mentis contemplatione. Qui per bona opera ſeſe deo familiarem ac propinquum
non reddit, ipſius dei opera puris mentis oculis videre neutiquàm poteſt. Idcirco venite & L
appropinquate prius,dein videte opera domini ſanequàm prodigioſa & admiranda, quorũ
gratia gẽtes terrore priùs & ecſtaſi perculſæ, ex hoſtibus & ſeditioſis ad otium & quietẽ re-
dactæ ſunt. Venite filij audite me.Et, Venite omnes qui laboratis, & onerati eſtis.Patris eſt
hæc vox paſſis vlnis ad ſe inuitantis eatenus rebelles. Qui igitur vocationem audiuerit &
appropinquauerit,& ſe præcipienti coniũxerit,videbit eum qui cuncta per crucem, ſiue quæ
Arcum conteret. in terra,ſiue quæ in cœlo,pacificauit. *Arcum conteret & confringet arma, ſcuta comburet igni.)*
Vides pacificationem domini virtutum? Habet nanque ſecum inuiſibiles illas virtutes nu-
meroſi delectus angelorum. Vides fortitudinem ſimul & humanitatem ſummi ducis vir-
tutum,qui quum dominus ſit omnium,& omneis angelicæ militiæ turmas ſecum habeat, M
nullum tamen inimicorum vulnerare,nullum deiicere attingerévе ſuſtinet:ſed arcus conte
rit,arma & ſcuta comburit igni. Arcum quidem conterit, vt non iam impoſterum ignita
tela per eos excutiantur.Arma verò confringit, quibus cominus pugnamus, vt nequeant ij
qui propè ſunt inſidias patientes vulnera recipere. Et ſcuta comburet igni:aduerſarios nu-
dans ſuis munimentis,& omnia in beneficium inimicorum faciens. *Vacate & uidete, quoni-*
*am ego ſum deus.)* Quatenus enim iis rebus vacamus,quæ alienæ ſunt à deo,dei notitiam re-
cipere nequaquam valemus.Quis enim eorum quæ mundi ſunt,ſolicitus,ſéque immergens
multimodę diſtractioni carnis,attendere poſſit verbis dei, ſatisve facere tot tantarúmque
contemplationum exactæ comprehenſioni?Nónne vides quòd in ſpinas delapſum verbum,
à ſpinis



A à ſpinis ſuffocatur?Spinæ nanque carnis voluptates & diuitiæ & curę ſunt huius ſeculi.Extra
hæc omnia conſtitutum eſſe, opus ſit eum qui cognitionem dei deſiderat,debétque ab om-
nibus perturbationibus atque affectibus vitioſis vacare, ſic demum dei ſcientiam apprende-
re.Quomodo enim animam tot adeò quæ ipſam præoccuparint,diſtractionibus cogitatio-
num oppreſſam,dei cognitio cogitatióque penetrabit?Nouit hoc & Pharao propriũ eſſe hoc
liberiore otio fruentium,vt deum inquirant.Atque ideo opprobrabat Iſraëli,dicẽs,Vacatis,
otioſi eſtis, ac ideo dicitis dominum deum noſtrum adorabimus. Ipſa igitur vacatio, bona
vacanti atque vtilis, quietam ad ſalutarium doctrinarum generãs ſuſceptionem: mala verò
vacatio Athenienſium,qui nulli rei vacabant alij, quàm vt noui quidpiam aut dicerent, aut Athenienſes notati.
B certè audirent,quod genus otij vel hodie imitantur quidam, inerti otio vitam elocãtes ſuã.
Talis enim vacatio immundis ſpiritibus eſt amica.Ait Chriſtus: Quum exierit ſpiritus im-
mundus ab homine.Dein dicit:Reuertar in locum vnde exiui, & reuerſus inuenit domum
illam vacantem & ſcopis mundatam.Abſit igitur fratres, vt nos per huiuſcemodi vacatio-
nem, aditum aduerſario præbeamus: ſed domui mentis noſtræ vacemus,vt in nobis Chri-
ſtum per ſpiritum promereamur habere inhabitantem. Igitur poſtquam nobis agitatis ab
hoſtibus pacem dilargitus eſt,tunc dicit:Vacate à miſerè vos diſtrahentibus inimicis, vt in
quiete & ſilẽtio verba veritatis contẽplari poſſitis.Idcirco dominus aliâs dicit: Qui nõ renũ
tiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vacemus itaque ab opere nup-
C tiali,vt orationi vacemus.Vacemus item à ſtudio diuitiarum,à cupiditate item inanis glo-
riolæ,à voluptatum vſu, ab inuidia & omni demum in proximum noſtrum malignitate,
vt anima noſtra in tranquillo ac requieto ſtatu conſiſtente, nec vlla vitioſæ affectionis tur-
bela eam agitante, in ea tanquam in ſpeculo irradiatio & affulgentia dei pura ſit, nec vlla πάντας ἑλ-
obſcuretur caligine. *Exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.)* Palàm hæc de propria paſſio- κύσω.
ne dicit dominus,vt eſt in euangelio ſcriptum.Et ego quum exaltatus fuero, traham omnia Collatio.
ad me ipſum:& vt Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ſic exaltari oportet filium hominis
ſuper terram.Quoniam igitur humanæ ſalutis gratia ſuſtollendus in crucem erat & exaltan
dus,& pro vniuerſa terra exaltationem erat ſuſcepturus,propterea dicit, *Exaltabor in genti-*
D *bus, exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiſcum,ſuſceptor noſter deus Iacob.)* Præſentia diuini au-
xilij mirè exhilaratus bis eandẽ vocem exclamauit. Dominus virtutum nobiſcũ. Hæc quaſi Pro ἐπαγ-
inſũltãs inimico,& prӕgeſtiens dicit,ob luculentã & abſolutã in ſaluatorẽ animarũ noſtrarũ γελλόμενος lego ἐπα-
fiduciam,vt qui domini præſidio fretus conſideret ſibi nihil mali euenturum. Si enim deus γλαϊζόμενος
pro nobis,quis contra nos? Qui enim Iacob victoriam dedit,& paulopòſt eundem Iſraël vo
citauit,hic demum eſt ſuſceptor noſter & patronus tutelaris,ipſe pro nobis pugnat.Nos ve-
rò quieſcamus,quoniam ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, vt in vnum nouum ho-
minem duos condat.

E

## IN PSALMVM XLVIII. IN FINEM *filiis Core: Audite hæc omnes gentes.*

NOnnulli ex iis qui extra fidem ſunt,de humano fine varia opinati diuerſas inter ſe
ſententias attulerunt.Aliqui enim palàm dixere ſcientiam eſſe finem,quidam ve-
rò actiuæ vitæ efficacem & operatoriam exercitationem, alij in hoc conſtituerunt,
ſi vitã hanc & corpus in varios & differẽtes vſus diſpertiare. Nonnulli beſtiis pro-
piores,voluptatem eſſe dictauerunt.Nobis verò finis cuius gratia cũcta facimus,& ad quem
omni ſtudio properamus,beata eſt in futuro ſeculo vita,quam deo ſeruiendo conſequimur.
F Atque adeò hoc vno fine non queat ne natura quidem rationis particeps comminiſci aut
excogitare præſtantiorem.Ad hunc & apoſtolus excitat, dicens: Deinde in fine,quum tra- Titulus in
diderit regnum deo & patri.Hunc & Sophonias adducit, & ex dei perſona loquens: Quo- finem.
niam iudicium meum eſt in congregationes gentium,vt ſuſcipiam reges,& vt effundam ſu
per ipſos iram meam.In igne enim zeli mei conſumetur omnis terra: quoniam tunc cõuer-
tam ſuper populos multos linguam in ipſius generationem,vt omnes inuocent nomen do-
mini,vt ipſi ſub vno iugo ſeruiant.Ad hunc igitur finem puto referri debere, quicquid com
modæ & vtilis doctrinæ pſalmi continent hanc habentes inſcriptionem.Huic itidem ſenſui
concinunt & aſtipulantur, qui quoſdam inſcripſerunt, Ad victoriam, ſiue epinicium, id
pro parta victoria carmen aut dies celeber,aut victori.Poſtquam enim abſorpta eſt mors in In victoriã.
victoria,

victoria,& ab eo cõſumpta eſt qui dixit:Ego vici mundum,& vbi omnia à Chriſto ſunt vi- G
cta,& in nomine ipſius omne genu flectetur,cœleſtium,terreſtrium & infernorum:iure ſpi-
ritus ſanctus in odis triumphalibus, hæc nobis propoſita præcinet & acclamabit. *Audite*
*hæc omnes gentes,auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique & terrigenæ & filij hominum, ſi-*
*mul in unum diues & pauper.)* Auditorium maximum habet, qui omnes gentes conuocat
ad audiendum pſalmum, & omnes eos qui ſuo complent orbem incolatu. Trahit autem,
vt exiſtimo,terrigenas & filios hominum & diuites & pauperes & ſublimi hac atque exerta
prædicatione quoſuis ad audiendum conuocat.Quæ tandem ſpecula vniuerſæ terrę tantum
ſupereminet, vt ex ea cunctæ videri gentes è ſublimi arce,& vniuerſus orbis oculis luſtrari
poſſit?Quis adeò exerta ac præpotẽti voce præditus pręco,qui inclamare queat, quòd à tam H
multis auribus exaudiatur?Quis locus adeò capax eſt vt recipere queat tantam ad concionẽ
aduentantium turbam?Quantus deniq; & quali præditus ſapientia eſſe debet doctor,vt do-
ctrinam excogitet & inueniat tanto cœtu nihil indignam.Parumper expecta, & diſces quæ
ordine ſequuntur,ex æquo reſpondere promiſſis.Qui enim concionatur, & ad exaudiẽdam
concionem in vnum aduocat omnes,Paracletus eſt nimirum ſpiritus ille veritatis, per pro-
phetas & apoſtolos eos congregans qui ſalutem conſequuturi ſunt,quorum quia in omnem
terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terrę verba eorum.Idcirco audite,inquit,omnes
gentes,& omnes qui habitatis orbem. Quare & eccleſia collectitia quidem eſt, & in vnum
corpus veluti coagmentata è nationibus cuiuſuis tandem inſtituti ac moris, vt nemo extra I
hanc vtilitatem relinquatur.Tria enim ſunt vocatorum coniugata, in quibus omne homi-
num comprenditur genus:Gentes & qui habitant orbem.Deinde terrigenæ & filij hominũ.
Poſtremò diuites & pauperes. Quem ſanè extra hoc auditorium dimiſit?Alieni enim à fide
per gentes vocati ſunt,qui in eccleſia ſunt habitantes orbem.Terrigenæ verò ſunt qui terre-
na ſapiunt, ac voluntatem carnis mordicus retinent & complectuntur.Filij hominũ ſupra-
dictis longe honeſtiores,qui diligentiam quandam & exercitationem rationis habent, pro-
priè enim homini competit,capax vt ſit rationis. Diuites autem ac pauperes ſuam vtrique
illinc ſortiuntur nulli non cognobilem proprietatem, nempe eam, qua alteri quidem ne-
ceſſariarum rerum poſſeſſione ſuperabundent alteri contrà,in earum inopia ſint conſtituti. K
Quoniam autem animarum medicus non venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœniten-
tiam:primum in vocatione ordinauit, quod in qualibet congregatione reprehenſione erat
dignius & damnatione.Omnium qui orbem terræ habitabant,Gentes erant peſſimæ, atta-
men quod ad vocationem attinet, cæteris prælatæ ſunt honore: vt qui malè habebant,præ
aliis vtilitatem à medico promanantem ad ſe tranſſumerent. Rurſus terrigenæ ante filios
hominum in ordinem ſelecti ſunt,& diuites ante pauperes,quòd illi ad damnationem occa
ſionem longè propenſiorem haberent, & ad ſalutem promerendam non mediocrem diffi-
cultatem,eóque ante vocati ſunt, quàm pauperes. Eius moris eſt noſtri medici benignitas,
vt infirmioribus ſuæ medelæ impartiat commoditatem.Simul verò iſtius vocationis contu L
bernium ſociale,conciliat inter tam varios & ſancit pacem,vt quotquot eatenus ſtudiis in-
ter ſe pugnantibus digladiati eſſent, iidem per eccleſiam recõciliati ad mutuam charitatem
aſſuefierent. Noſcat enim diues quia æquali cum paupere vocatus eſt honore ac præconio
inſonante. *Simul in unum,* inquit, *diues & pauper.)* Relicto faſtigio diues, quo pauperes, ex-
cellis,& faſtu illo qui oritur ex diuitiis,ita demũ eccleſiam dei ingreditor. Neque igitur di-
ues pauperem deſpiciat, neque item pauper ſuperciliosam potentiam opulenter agentium
formidet aut vereatur:neu filij hominum terrigenas paruipendant, nec rurſus terrigenæ ab
illis abarceant ſe aut ſeparent. Prætereà gentes ſe mutua conſuetudine iis confœderent, qui
habitant orbem. Et habitantes orbem non dedignentur peregrinos teſtamentorum per cha M
ritatem ſuſcipere. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.)* Quoni-
am,vt ait Apoſtolus,corde creditur ad iuſtitiam,ore autem fit confeſſio ad ſalutem: & am-
borum efficiẽtia perfectionem declarat.Idcirco vtraque hic ſermo in vnum complexus eſt,
cum efficacem oris actionem,tum cordis meditationem. Nam ſi quis bonum priùs non ha
buerit in corde reconditum, quomodò per os theſaurum proferet, quem intus non habet?
Quòd ſi quæ in cordis arcano bona habet,nolit in apertum ſermone expromere, huic illud
dicetur: Sapientia occulta & theſaurus abſconditus, quæ vtilitas in vtroque? Quamobrẽ ad
vtriuſq; vſum os meum loquetur ſapientiam:ad noſtrum verò ipſorum profectum cor me-
ditetur prudentiam. *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.)*
Adhuc

Vocatio miranda.

Pro τελικαὺ τῆς σοφίας. lego τυλικαύτης ἐκκλησίας.

Tria vocatorũ genera

Filij,non habet exẽplar Græcum.

ὧν τῇ ἐκκλησίᾳ. Vocatorum ordo triplex.



A Adhuc propheta perſonam ſuam commendat, ne ſui ſermones facilè in contẽptum veniãt,
quaſi humana inuentione prolati. Quæ,inquit,à ſpiritu ſancto didici,ea vobis nuntio: nihil
meum,nihil humanum dico. Sed poſtquam auditor ſum factus propoſitionum ſpiritus,in
myſterio tradentis nobis dei ſapientiam,aperio vobis & manifeſto propoſitionem. Aperio
autem non aliter quàm per pſalterium. Eſt enim pſalterium inſtrumentum muſicum, cum
harmonia ſonos reddens adaptatos ad vocalem melodiam. Pſalterium itaque† rationale
tunc aperitur maximè, quando actiones humanæ ſermonibus reſpondentes inter ſe con-
cordia quadam & harmonia conueniunt.Ille igitur ſpirituale eſt pſalterium,qui fecit & do
cuit.Hic profectò in pſalmis aperit propoſitionem,propriæ poſſibilitatem doctrinæ propo-
B nens ſuo ipſius exemplo.Igitur qui nullius rei inconcinnè aut quæ ſit diſſentanea rationi ſi-
bi malè conſcius eſt,is confidenter loquetur quæ ſequuntur. *Cur timebo in die mala, iniquitas*
*calcanei mei circundabit me.)* Malã iudicij diẽ dicit,de qua dicitur:Dies domini immedicabilis
in omnes gẽtes:in qua propheta hoc teſte quemlibet propria cõſilia circundabũt. Tunc ita-
que quia nihil iniquum in vitæ huius via admiſi,malam diem non timebo. Non me pecca-
torum quæ admiſerim veſtigia circundabunt, neque me tacita accuſatione aliqua facta re-
prehenſionem afferentia condemnabunt.Nemo quidem alius accuſator ſiſtetur,quam pro-
pria facta qua geſta ſunt forma vnumquodque adſiſtens,ceu ſunt,adulterium,furtum, for-
nicatio:cum ipſa nocte,cum modo,cum propriis notis formam peccati deſignantibus, vtq;
C ſemel finiam,vnum quodque proprio inſignitum charactere producetur, ſui omnibus ex-
preſſam ſuggerens & euidentem memoriam.Me igitur peccatorum veſtigia haud circun-
dabunt.Quoniam inclinaui in parabolam aurem meam, & aperui in pſalterio propoſitio-
nem meam. † Calcaneum in ſacris voluminibus in malam partem pro mente contamina-
ta ac vitioſa capi ſolet.⌋ *Qui confidunt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum glorian*
*tur.)* Prophetæ ſermo ad duas eſt perſonas,& ad terrigenas,& ad diuites.Illos enim allo-
quitur,eorum de ſe ſtultam exiſtimationem demoliri cupiens,quam ob corporis vires con-
ceperant:hos verò ob luculentam poſſeſſionum opulentiã intumeſcentes volens imminue-
re. Vos, inquit, qui de veſtra virtute præſumitis, (hi enim terrigenæ corporis viribus ſupra
modum confidentes,ſatis ſibi eſſe humanam naturam putant ad ea quæ cupiunt perficien-
D da)& vos,inquit,qui etiam in incerto diuitiarum ſpem poſuiſtis,audite:pretio vobis redem
ptionis eſt opus,vt aſſeramini in libertatem, qua inſidiis diaboli ſuperati quondam priuati
fuiſtis:qui captiuos vos retinens non priùs à ſua tyrannide abire liberos ſinet, quàm aliquo
conuenienti perſuaſus redemptionis pretio permutare velit.Pretium autem hoc non ſimi-
lis eſſe generis oportet iis qui detinentur,ſed modo menſurá ve præſtantius,ſiquidem ex iu
go ſeruitutis volet captiuos emittere.Quamobrem frater nos nequaquam redimere valet.
Nullus enim homo perſuadere diabolo poſſit,vt eum miſſum faciat quem ſemel in ſeruitu
tem redegerit.Nam is qui de propriis peccatis nõ eſt idoneus aliquo munere placare deum,
quomodo pro alio id facere tentabit? Quid enim adeò magnum in hoc ſeculo quis poſſi-
E deat,vt dignam habere animæ valeat commutationem?propterea quòd illa ad creatoris eſt
imaginem facta.Quæ autem quamlibet moleſta afflictio & labor præſentis ſeculi ſufficere
poterit ad parandum humanæ animæ futuri illius ſeculi viaticum?Hæc vt ſimpliciter intel
ligimus,ita enarrauimus.Etiam ſi quis in hac vita ſibi potens videatur,ſi poſſeſſionum mul
titudine munitus fuerit,hoc planè ſermone admonetur demittere inaniter de ſe conceptã
exiſtimationem & humiliatum viuere ſub potenti manu dei, non item ſpem ſuam ponere
in opinione de robore corporis præſumpta,neque in multitudine diuitiarum gloriari. Po-
teſt ſanè id ad aliquanto ſublimiorem ſenſum prouehi, vt eos qui de potentia ſua præſu-
F munt,& in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, intelligamus vtrunque de animæ
viribus,quæ ipſæ neutiquàm per ſe ſufficere poſſint ad parandam ſalutem.Nam vt inter fi-
lios hominum quis detur eſſe perfectus, is ſi dei ſapientia deſtituitur: nihili talis æſtiman-
dus venit,quantanlibet ex mundi ſapientia ſibi pepererit ſpeculatiuæ ſcientiæ copiam,& di
uitias quaſdam vndelibet corraſerit cognitionis.Qui talis eſt,audiat rei veritatem,nimirũ
quia anima omnis humana maligno ſeruitutis iugo communis omnium inimici ſuccubuit
& libertate quam à ſuo creatore acceperat, priuata, abducta in captiuitatem eſt per pecca-
tum.Omni autem captiuo,opus pretio ad libertatem recuperandam. Neque igitur fratrem
ſuum alius quiuis frater redimere poterit, neque vnuſquiſpiam ſeipſum: quòd redemptor
tantò eſſe debet captiuo & iam ſeruiente præſtantior. Sed & ne in vniuerſum quidem ho-

 mo erga

† rationale, vel verbale.

Dies mala iudicij.

Sua cuiuſq; conſcientia in iudicio accuſatrix.

Calcaneum &c. Non habentur in Græco.

Humanum genus à puro homine redimi non potuit.

mo erga deum ea præditus facultate eſt, vt ipſum placet pro peccatore, quum & ipſe ſit pec- G
cati reus. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei:iuſtificati gratis ipſius gratia per
redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. *Non dabit ergo deo placationem ſuam,*
*& pretium redemptionis animæ ſuæ.)* Neque enim fratrem in redemptionem quærit, ſed
vnum aliquem qui noſtram exuperet naturam. Non item hominem nudum, ſed hominem
deum Ieſum Chriſtum, qui ſolus pro nobis omnibus, deo propitiationem dare poteſt, quòd
ipſum deus placationem in eius ſanguine per fidem elegerit. Frater erat Iſraël Moſes, non
tamen ipſum redimere valuit. Quomodo ſi tantus vir non potuit, alius è vulgo quiuis po-
terit? Quamobrem illud quidem pronuntiat: Frater non redimet: hoc verò per interroga-
tionem cum grauitate infert: Redimet homo? Moſes enim non à peccato populum libera- H
uit, ſed dei aduerſus peccatum mitigauit promotam indignationem, placationem verò
dare deo ne pro ſeipſo quidem, vt qui ipſe in peccato eſſet, potuit. Nam & ipſe poſt tan-
ta taliáque prodigia & ſigna quæ vidit, illam emiſit vocem per quam certò diſcere vole-
bat, nimirum ſubdubitans. Audite me rebelles & increduli: Num ex hac petra vobis a-
quam educemus? Ob hoc itaque verbum dixit dominus ad Moſen & Aaron: Quia non
credidiſtis mihi, vt me ſanctificaretis coram Iſraël; non introducetis ſynagogam hanc in ter
ram, quam illis dedi. Non dabit ergo deo propiciationem pro ſeipſo. Quid enim vſquàm
tanti eſt momenti quod homo poterit dare pro redemptione animæ ſuæ? Inuentum tamen
vnum eſt pro omnibus ſimul hominibus dignum pretium, nempe ſanctus & omni pretio I
ſuperior pretioſus ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti, quem pro nobis omnibus effudit:
quamobrem pretio ſumus empti. Si igitur frater non redimit, redimet homo? Si enim ho-
mo nos redimere nequit, qui redemit homo non eſt? Noli igitur quia dominus in carnis ſi-
militudine ad nos venit & nobiſcum eſt verſatus, eum tantummodo hominem exiſtimare
illius diuinæ virtutis ac potentiæ ignarus, qui opus non habuit ſeſe ſua cauſa deo offerre,
neque ſuam ipſius animam redimere, cum peccatum nullum admiſerit, nec dolus ſit in eius
ore inuentus. Redimere ſeipſum nullus idoneus, niſi veniat is qui conuertat captiuitatem
populi, non pretio quidem aut donis, vt in Eſaia ſcriptum eſt, ſed ſuo ſanguine, qui non fra-
tres nos exiſtentes, ſed inimicos ob peccatum factos, (neque item homo nudus ſed deus) K
poſt libertatem nobis gratuito conceſſam fratres nos ſuos appellat. Annuntiabo enim (in-
quit Dauid) nomen tuum fratribus meis. Itaque qui nos redemit, ſi eius conſideraris natu-
ram, nec frater eſt, neque homo. Si verò ipſius in nos per gratiam, condeſcenſionem expen
deris, & fratres nos nominat, & ad humanitatem vſque deſcendit: qui pro orbe toto, non
autem pro ſe propitiationem dedit. Non enim opus habet propitiatione, ſed ipſe eſt propi-
tiando patri placatio. Talis enim nobis pontifex conueniebat, ſanctus, innocens, immacu-
latus, ſegregatus à peccatoribus, & ſublimior cœlis factus: qui non haberet quotidie neceſſi-
tatem, ſicut pontifices illi, priùs pro ſuis peccatis ſacrificia offerre, deinde pro populi igno-
rantiis. Poſt hæc dicit: *Et laborauit in æternum & uiuet in finem.)* Nam ille qui vera eſt L
vita, & virtus, nec vllo vnquam labore ea fatiſcit natura, laborauit in hoc ſeculo, quan-
do feſſus ex itinere ad fontem ſedebat. *Qui non uidebit interitum quando uidebit inſipientes mo-*
*rientes.)* Non enim dabit ſanctum ſuum pater videre corruptionem, quum ij qui vanam
iactant ſapientiam, moriantur. Si autem vis & de hominibus iuſtis hæc intelligere, reminiſ-
cere Iob dicentis: Homo natus eſt labori. Item Apoſtoli de ſe teſtantis: Abundantius omni-
bus illis laboraui. Et rurſus: In laboribus abundantius. Qui igitur in hoc mundo laborauit,
Qui viuet in ęternum. hic viuet in finem: Qui verò in deliciis & omni genere vitæ ſolutioris degit, præ teneritudi-
ne ac mollicie purpuram & byſſum induit, ſéque quotidianis epulis lautioribus & ſplendi-
dis oblectat, laborum pro paranda virtute fugitans, nec ſuſtinuit in hoc ſeculo vlla laſſitu- M
dine defetiſci, is nec in futuro illo viuet: ſed ſemotius & ex longiore interuallo vitam vide-
bit in camini flamma cruciatus. Qui verò pro virtute innumeris agonibus deſudarit, & vt
eam aſſequeretur, multis laboribus tortus nimiſquàm eſt & examinatus, hic inquam eſt, qui
viuet in finem. Quàm multa in afflictione paſſus eſt Lazarus pauper? quàm multis labori-
bus attritus Iob contra aduerſarium certando? Qui enim certando delaſſati fuerint, ait, illic
recreabuntur: eóque dominus iſtos ad requiem inuitat, qui labore laſſeſcunt, ſínt ve onera-
πῶς οὖν lege πῶς οὐ. ti. Quomodo qui benefaciendo inſudauerint, non onerati dicent, quum propheta dicat:
Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, Venientes autem veniet cum exultatione tol-
lentes manipulos ſuos, vbere fructu plenos, qui & his rependentur pro proportione eorum
quæ quiſ-



A quæ quiſque ſeuerit. Onerati itaque dicuntur, qui quòd in benedictionibus ſeminarint, &
metent cum lætitia ſempiterna, quos ſpiritualium fructuum manipulos ſibi repoſuerint. Qui
igitur per deum redemptus eſt, qui ſe dedit propitiationem pro eo qui redemptus eſt: is qui-
dem in hoc ſeculo laborauit, at labore perfunctus viuet in finem. Planè hic non videbit in-
teritum, quum viderit ſapientes morientes. Qui anguſtam & ſudoribus plenam viam præ
leni & ſolutiore elegerit, is æternam corruptionem non videbit, nimirum afflictionem il-
lam perpetuò duraturam, die viſitationis dei, quum ad pœnas abripientur qui dei ſermo-
nibus fidem non commodarint, ſed poſt vani cordis ſui deſideria abierint. Sapientes porrò
dicit veteratoria verſutiæ & impoſtura inſignes: de quibus Hieremias ait, Sapientes ſunt,
B vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt. Vel certè ſapiẽtes dicit diſcipulos principum
huius ſeculi qui abolentur, qui dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: quoniam ſapientia
huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Quamobrem quum ſtultos reddat hæc ſapientia, ideo
aſtruit perditurum eſſe ſapientiam ſapientium, & reprobaturum prudentiam prudentum.
Perſuaſiones igitur falſi nominis ſcientiæ qui eas exceperint, occaſionem ſuggerunt mortis,
quam quidem mortem non videbit redemptus ab eo cui placuit vt per ſtultitiam prædica-
tionis ſaluos faciat credentes, vt inquit Paulus. Deinde ait: Simul inſipiens & ſtultus peri-
bunt, & relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra illorum domus eorum in æternum. Ta
bernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina ſua in terris. Supra vno no-
C mine generali ſapientes appellauit, quos nunc ſubdiuidens inſipientes ſiue imprudentes &
item amentes. Liquet ſapientes quidem eos ſecundum ipſorum opinionem, hoc nomine
vſum dixiſſe, quemadmodum deos nominat non natura, ſed eorum conſuetudinem ſecu-
tus qui decepti ſunt: atque ita ſapientes nunc ſtultos & inſipientes dixit. Non multo ſanè ne- Attendite quo differat ἄφρων καὶ ἀνόητος ſiue ἄνους.
gotio poſſis tecum comminiſci, quo diſcerniculo diſtinguatur ἄφρων imprudens ſiue inſipi-
ens, ἀπὸ τοῦ ἀνοήτου ab amente ſeu demente, hoc eſt ἀπὸ τοῦ μωροῦ à ſtulto. Imprudens enim
ſiue inſipiens dicitur is qui priuatus prudentia minus ſolers eſt aut perſpicax ad obeunda cõ
munis vitæ iſtius officia. Itaque eos vocat conſuetudo prudentes ſiue ſapientes qui incom-
moda & noxia ab vtilibus in rebus humanæ vitæ diſcernere nouerint, iuxta id quod eſt in
D euangelio dictum. Quia filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.
Non enim abſolutè prudentiores, ſed ſecundum conuerſationem & conſuetudinem vitæ
huius qua in carne agitur. Hi nanque diſpenſatores aut villici iniquitatis dicũtur, quòd pru-
denter conſulant diſpenſandis ſuæ ipſorum vitæ commodis. Iuxta hanc acceptionem, ſer-
pentes quoq; prudentes ſunt ſiue ſapientes, quòd ſibi adornent & inſtruant cauernoſas late-
bras, atque inter pericula modis omnibus vitant capitis plagam. Atqui ἄνους demens ſiue ſtul
tus dicitur, qui his deſtituitur quorum cognitio mentem hominis pręcipuè adornat, vt ſunt
dei patris notitia, item verbi quod in principio erat apud deum aſſumptio, & à ſancto ſpi-
ritu illuminatio procedens: quam ſanè ſenſatam mentem habent, qui poſſunt cum Paulo di
E cere: Nos mentem ſiue ſenſum Chriſti habemus. Sacri nanque eloquij inualuit conſuetudo, Attendite ſcripturę cõſuetudinem
vt viciſſim ac promiſcuè his vtatur verbis ἄφρων καὶ ἄνους, vt quum ἄθεον impium & qui deũ
eſſe neget, eum dicit ἄφρονα inſipientem in illo: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Et
contrà, quod vitæ nocet ἀνόητον, ſtultum vocat: Quemadmodum Apoſtolus de iis qui in cõ
cupiſcentias incidunt ſtultas & nociuas. Atque adeò inſipiens & ſtultus ad vnum commu-
nem finem, hoc eſt, perditionem deuergunt. E diuerſo poſſit quis ἄφρονα inſipientem eum
dicere ſtultum, vt qui gentiliter viuit: ἄνουν contra pro inſipiente, vt qui Iudaicè, ſecundum ἐπαγωγή.
nudam tantum legis obſeruationem, vitam inſtituit. ἄφρονι nanque ſtulto ſcilicet dixit deus
(quoniam is deum eſſe animo minimè putabat) ἄφρον ſtulte hac nocte animam tuam aufe-
rent. Contra ἄνους inſipiens, qui ſecundum carnem eſt Iſraël nominatus, vt ait propheta: E-
F rat Ephrem ſicut columba inſipiẽs: Aegyptum inuocabat, & ad Aſſyrios ibat. His planè per
ſuam ipſorum inſcientiam eliſis ſimul & confractis, nos alienigenæ diuitias ipſorum hære-
ditate capimus. Noſtra nanque ſunt mandata, noſtri prophetæ, noſtri patriarchæ qui à ſecu-
lo iuſti fuerunt, nobis diuitias ſuas reliquerunt, qui in ſua ſtultitia perierunt. Horum itaque
domus nempe inſipientis ac ſtulti, ſepulchra ſunt in æternum. Quorum enim vita mortuis Sepulchrũ inhabitans.
operibus nimirum omni ex parte peccatis differta eſt, horum ſepulchra ſunt habitationes
in æternum. Mortuus nanque ratione peccati, non in domo ſed in ſepulchro ob animã mor
tuam habitat. Domum verò Iacob habitat atque colit neutiquam ſubdolis moribus deco-
lor ſed ſimplex. De quo ſcribitur: Erat homo minimè fucatus ac bonus, habitans domum.

 Sepulchrum

ἄπλαστος ϗ ἀγαθός. Tranſlatiua γνώμη.

Sepulchrum ergo colit qui eſt omnino iniquus,nec ab operibus mortuis fundamentum pœ G
nitentiæ ſubſternit ſibi,ſed ſimilis ſepulchro dealbato efficitur,quod forinſecus quidem cõ
ſpicuum apparet , Intrinſecus verò mortuorum oſſibus & omni immundicia refertum eſt.
Quamobrem talis loquens non os aperit , verbo dei ſed ſepulchrum habet apertum , ſuum
ipſius guttur.Si quis itaque in Chriſtum credens,non actiones exerit , quæ ſuæ ſint conſen-
taneæ fidei,is quòd improbatis opinionibus intenderit , is quòd ſcripturæ ſenſum interpo-
lans ac torquens accipit,in petra ſibi incîdit monumentum. *Tabernacula eorum in generatio-*
*ne & generatione.)* Hoc eſt,ſepulchra , domus illorum ſunt in ſeculum . Deinde declarans
de quibus intelligat ſepulchris,vt oſtendat,quòd de corporibus dicat,quæ propter iniquita-
tem animæ præmortuæ inhabitant:Addidit ipſis tabernacula eorum in generatione & gene H
ratione, ſecundum conſuetudinem per quam humana corpora dici ſolent tabernacula . Hi
enim vocauerunt nomina ſua in terris.Non enim impij nomen in libro viuentium ſcribi-
tur,neque numeratur cum eccleſia primogenitorum qui in cœlo numerantur , ſed in terra
ipſorum remanent nomina : quoniam hanc perfunctoriam breuíque tempore duraturam

Nomina in terra manẽtia.

æſtimauerunt vitam præ tabernaculis æternis.Nonne vides eos qui fora & gymnaſia in ciui
tatibus ædificarunt,muros excitarunt,aquæductus adornarunt : quo pacto eorum nomina
hiſce ſint indita ædificiis terrenis?Iam verò & ſua ipſorum nomina inuſſerunt equorum ar-
mentis,cõmenti modum quo in longum vitæ ſuæ tempus ſui memoriam nominis proroga
rent.Quin & in ſepulchris inſculpſerunt ſua ipſorum nomina, monumentis ad propriæ o- I
ſtentationem magnificentiæ.Hi ſunt qui terrena,præſentiſque temporis gloriam ſapiunt,ac
per hominum ora volitare tantum ſtudent:atque iſta ſatis eſſe ad felicitatem putant. Quòd
ſi nonnullos videris ob falſi nominis ſcientiam ſibi maximopere placere,ſéque cõſenſu ne-
fario dedere improbatis dogmatibus & pro chriſtianorum nomine,ab vno aliquo qui hære
ſiarchæ fuerunt,ſibi nomenclaturam adſciſcere,puta à Marcione aut Valentino,aut ab vno
aliquo eorum qui hac tempeſtate ex ignotis priùs emerſerunt tandem : velim noueris hos
nomina ſua vocaſſe in terris,vt qui ſeſe addixerint hominibus peſtili corruptelæ expoſitis
nihilque reſipientibus quàm terrena hæc. *Et homo quum in honore eſſet non intellexit , compara-*
*tus eſt iumentis inſipientibus , & ſimilis factus eſt illis . Hæc uia illorum ſcandalum ipſis , poſt ea in ore ſuo* K
*complacebunt.)* Magna res homo , & pretioſum quid vir miſericors ait Salomon . Prorſus

Attende: quàm eximia,quãque excellẽs res ſit homo, ſed ſi ſe hominẽ agnoſcat.

homo ex ſua naturali conſtitutione quiddam ſortitus eſt maximi æſtimandum. Quid enim
eorum quæ in terra conſpiciuntur,aliud ad imaginem creatoris factum eſt?Cuinam alij po
teſtas data eſt,& imperium ſuper omnia terreſtria aquatiliáque & aëria animalia cõceſſum?
Paulominus ab angelis ſubſedit diminutus propter hãc ad terrenum corpus coünitionem.
Sanè hominem fecit ex terra deus:& miniſtros ſuos flammam ignis. Atqui hominibus vis
ineſt,qua creatorem ſuum & opificem agnoſcere poſſint & intelligere . Inſufflauit enim in
faciem:hoc eſt,partem aliquam propriæ gratiæ appoſuit homini, vt per hanc ſibi impreſſam
ſimilitudinem,eum cui ſimilis eſt,agnoſceret.Attamen in tanto quum eſſet honore , vt qui L
ad ſui conditoris imaginem eſſet creatus,honore prælatus cœlo,Soli,& vniuerſo ſtellarum

Hiulca eſt ſentẽtia hęc his expleri poteſt † ne ſic quidem ſibi pręrogatam dignitatem intellexit homo.⅃ vt mox ſequatur: Quod enĩ. εἰκών εἴρηται.

choro: † Quod enim cœlorum dictum eſt imago eſſe dei altiſſimi ? Quamnam imaginem
ſui ſeruat Sol creatoris ? Quid luna ? Quid tandem reliquæ omnes ſtellæ ? Planè inanimata
hæc quidem ac materialia corpora ſortita ſunt,ſanequàm pellucida quidem,at nulla prædi-
ta mente,nullæ inſunt voluntariæ motiones , non libertas arbitrij illis adeſt , ſed neceſſitati
ſibi impoſitæ ſeruiunt,per quam ſemper circa eadem verſantur nuſpiam à præſcripta ſibi le-
ge euariando.Atqui homo eam qua omnibus his prælatus eſt,dignitatem honorém ve non
intellexit , ſed dei quem ſequi debuerat , factus deſertor ac refuga creatoris cui conuenie-
bat aſſimilari , in ſeruitutem prolapſus eſt & concidit affectionum carnis. Compara- M
tus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis:nunc quidem dum perinde ac equus
vſque ad inſaniam deperit fœminas , vxori adhinniens proximi , nunc rurſus quaſi lupus
rapax , ex inſidiis dum appetit aliena , nonnunquàm vulpis malitioſæ aſtutiæ aſſimilatur
per dolum aduerſus fratrem concinnatum . Fuit reuera exuperans quædam magnitu-
do amentiæ iſtius & pecuinæ abſurditatis à ratione prorſus abhorrentis , quòd ne ſenſe-
rit quidem initio ſuæ creationis , ad imaginem ſui conditoris factum ſe eſſe, & neque
cogitarit quot quantáque in ſui vnius gratiam diſpenſata ſint myſteria . Et ſi quidem
horum contemplatione ſuſtinuiſſet ſuam ipſius agnoſcere dignitatem . Atqui horum
adeò immemor omnium fuit , vt ſpoliatus imagine cœleſtis ſibi imaginem hominis
induerit



A induerit terreni . Neu tandem is continenter hæreret peccato, ipſius redimendi cauſa,Ver-
bum caro factum eſt,& habitauit in nobis,ſeque vſque adeò humiliauit,vt factus ſit obedi-
ens vſque ad mortem,mortem autem crucis.Quòd ſi primę illius tuæ generationis es imme
mor,ex depenſo tui redimendi gratia pretio , qualencunque tuæ dignitatis arripe notitiam.
Quanti id ſit pretij,quo permutatus es videto,tuámque adeò agnoſce dignitatem. Pretio ſa
nè haudquaquàm aſpernabili emptus es.Noli proinde ſeruire peccato,tuam potiùs intellige
dignitatem,vt ne aſſimileris iumentis inſipientibus. *Hæc uia eorum,ſcandalum ipſis.)* Qui no-
ſtra omnia moderatur ac diſpenſat deus nobis per malitiæ viam incedentibus occurrit offen
dicula obiiciens quæ nos à peccato remorentur & abarceant,vt à vita pecuina & rationis ex-
B perte auocati,poſteà in ore noſtro complaceamus.Id ſanè fiet,quum corde crediderimus ad
iuſtitiam,ore item confeſſi fuerimus ad ſalutem .Perſecutor erat Paulus , depopulabatur ac
vaſtabat Chriſti eccleſiam,prono ad explendam iniquitatem curſu vires exerebat. Poſteà in
ore ſuo complacuit,dum per ſynagogas annuntiaret,quoniam hic eſt Chriſtus. †Sicut oues
in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos.⅃Beſtiis & iumentis inſipientibus comparatos, ve-
lut oues intellectu ſimul & viribus ad ſe defendendum carentes , rapiens inimicus in ſuam
ipſius munitionem adduxit,ac morti depaſcendos tradidit . Pauit hominem enim mors ab
Adã vſq; ad Moſis politicam adminiſtrationẽ, donec verus paſtor venit qui animam ſuam
pro ouibus poſuit,atque adeo eas ſecum excitatas & ex inferni carcere eductas diluculo ſuæ
C reſurrectionis tradidit iuſtis,hoc eſt, ſanctis angelis eas vt paſcerent & refouerent. *Et do-*
*minabuntur eorum recti in matutino.)* Cuilibet enim fidelium eſt angelus aſſiſtens , & adiunctus
patrem qui eſt in cœlo,videre dignus.Hi nanque videlicet recti dominabuntur eis qui ſunt
ex amariſſima liberati ſeruitute , & dominabuntur in matutino conſtitutis , id eſt ad lucis
exortum ſubtergreſſis. Quàm ſcitè & ſolerter pertexta ſit horum ſeries verborum velim vt
conſideres.Homo cùm in honore eſſet, non intellexit:comparatus eſt iumentis inſipiẽtibus.
Qui ex ſua ipſius primogenia conditione rem obtinuit maximi æſtimandam per peccatum
in ipſo habitans non ſentit aut agnoſcit ſeipſum:is comparatus es iumẽtis.Dein idem quòd
à verbo dei abalienarit ſe, degenerauit in brutum expers rationis, quem perinde ac erraticã
D ouem ſine paſtore abripuit inimicus & in inferni coniecit carcerem,mortíque tradidit depa
ſcendum . Hac ſanè gratia illinc exemptus propheta & ab maligno paſtore liberatus dicit:
Dominus paſcit me,non amplius mors ſed vita , non item ruina ſed reſurrectio,non etiam
mendacium ſed veritas. *Et auxilium eorum ueteraſcet in inferno.)* Aut ſanè dicit hoc de morte
vt quæ cum ſua omni auxiliari copia non potuerit eos ſuſtinere,quos paſcebat,propter eum
qui imperium habens mortis ipſam demoliebatur ac diſſoluebat . Et quidem horum morti
addictorum auxilium omne tam vetuſtate acciſum erat , quàm attritum infirmitate. Iam
tunc deprehendetur & colliqueſcet auxilium hominum,qui cum mentem habeant ſuo me-
rito ſeductam ac deluſam, ob diuitias , gloriam, aut quempiam potentatum tantopere ſibi
E placent & inſoleſcunt.In inferno veteraſcet,nimirum deprehenſa eorum imbecillitate.Aut
fortè iuſtorum auxilium quos redemit dominus,ad infernum vſque protendetur.Nondum
enim acceperant promiſſiones, quòd deus de nobis melius aliquid prouidiſſet:vt ne ſine no
bis conſummarentur,pollicitationibus priùs acceptis. *Veruntamen deus redimet animam meam de*
*manu inferi cum acceperit me.)* Palàm vaticinatur Chriſti ad infernum deſcenſionem, qui vna
cum aliis prophetæ ipſius animam ſit liberaturus , vt ibi nequaquam remaneat . *Ne timueris*
*quum diues factus fuerit homo,uel cum multiplicata fuerit gloria domus eius.)* Neceſſaria eſt & iſta prę-
dicatio iis qui orbem inhabitant,terrigeniſque & filiis hominum, diuitibus ſimul & paupe-
ribus : Ne timueris cum diues factus fuerit homo. Si quando videris,inquit,iniuſtum qui-
F dem opuleſcentem,iuſtum verò paupereſcentem , nihil id tibi terroris incutiat, neu animo
conſternêre quaſi tandem nuſpiam ſit prouidẽtia dei quæ interuiſat noſtra & exploret: ſub-
dubitans nuncubi fortè diuina illa rerum conditarum ac prouida inſpectio haud dum ad-
uſque terræ confinia pertingat , adeò vt noſtra contempletur . Si enim vlla eſſet prouiden-
tia,profectò cuilibet propria traderet,vt iuſti & ij qui diuitiis vti ſciunt opibus affluerent:in
paupertatẽ vero venirent improbi,vt ne ipſis opulentia ſuppeteret, inſtrumentũ ſuæ impro-
bitatis exercẽde accommodũ.Iam quando non pauci gentilium ac terrigenum,qui talia ſa-
piunt , & ob inæqualitatem apparentem diuiſionis rerum quæ in vita verſantur, ſine proui-
dentia mundum eſſe arbitrantur:hos cõpellat hic ſermo, ſiſtens ac mitigans illorum ineru-
ditam commotionem,quos ipſo ſtatim initio inuitarat ad ſuę auſcultationem doctrinæ.An

†hæc deſyderantur in Græco exemplari.

Su' cuique eſt angelus.

ἐκ τῆς πικροτάτης δουλείας. ἀνατολὴν φωτὸς ὑπελθόντων.

ἢ μήποτε.

Heb.11.g.

fortè ad ſolam pauperis perſonam ſe conuertens ait:Noli timere quando diues factus fuerit G
homo. Hi enim maximè conſolatione indigẽt, vt ne vereantur ſe eminẽtiores.Nulla enim,
inquit, vtilitas eſt diuiti morienti quum is non queat ſecum auferre diuitias, qui hoc tantum
ex illarum poſſeſſione lucratur, quòd anima ipſius in vita hac ab adulatoribus prædicatur
beata.Mox vt illi moriendum fuerit, non hanc omnem opulentiam ſumet, ait. Vix veſtem
ſumet, quæ pudenda tegat.Idq; fiet, ſi ſeruis placuerit, qui illum ad ſepeliendum obtegunt &
componunt.Abunde illi ſatisfiet, ſi parum terræ ſortiatur, ſi tamen per eos licebit qui funus
curant:qui hanc illi non tam charitate quàm verecundia quadam communis naturæ permo
ti tribuent:nec ipſi gratificantes, ſed humanitatem verentes. Ne eſto circa præſentia hæc pu-
ſillo aut deiectiore animo, quin potiùs vitã illam mihi opperitor beatã prorſus, nec vllo fine H
claudẽdam. Videbis enim tunc demũ quemadmodum bona de cauſa iuſto paupertas, igno-
bilitas, ablatio delitiarum obueniant. Neque ſuper iis quę bona nunc putantur animo tur-
beris, quaſi non ordine rectéque diuiſa. Audies enim quomodo diuiti dicetur: Recepiſti bo-
na tua in vita tua:& pauperi ſimiliter: Quoniam accepiſti mala in vita tua. Quarè conſen-
taneum rationi eſt, vt hic quidem conſolatione perfruatur: ille verò intabeſcat dolore.
*Confitebitur tibi quum benefeceris ei.)* De terreno loquitur homine, & eo qui tantùm bona eſſe
exiſtimat quæ primas obtinent in dignitate in hac vita, diuitias, ſanitatem, potentiam. De
hoc dicit quoniam confitetur deo, quum beneficio quopiam affectus fuerit: is contrà qua-
piam preſſus calamitate, omne genus blaſphemiæ in deum effundit. Propheta relicto paupe- I
re deum compellat iam & alloquitur, accuſans abuſum diuitiarum, & quòd diues in opu-
lentia ſua tantum deo gratias agit, ſi qua interim inamœna ac parum lęta ingruerint, non
iam idem perſeuerat. Tale enim eſt illud quod à diabolo obiicitur, aduerſum Iob, quia neu-
tiquam gratis coleret deum, ſed pietatis mercedem diuitias haberet, & reliqua. Idcirco vt vi
ri virtutẽ deus oſtenderet, eũ omnibus quæ poſſederat ſpoliauit, vt ipſius hominis erga deũ
παράδειγμα memorabile — gratitudo in omnibus clarior appareret. *Introibis uſque in progenies patrum ipſius.)* Exiſtimo hoc
eum dicere de peccatore, quòd hunc deus eatenus nouit, quia & is patrum conſuetudini per-
miſſus eſt & traditus, propria vero ſapiendi virtute nihil plus poſſidet, neu quicquam addit
ſibiipſi ad veritatis agnitionem. Tantum igitur aderit tibi deus, inquit, & tantus ineſt illi de K
te intellectus, quantus fuit in generatione patrum ipſius. Hic planè mentis vacuitatem &
ſocordiam ingentem indicat diuitis illius, affectúmque prorſus ad terrena propendentem,
& ad carnis ſectandas illecebras exprimit amorem eius qui inter diuitias ac delicias vo-
lutatur, & proinde mentem habet curis temporariæ iſtius vitæ præfocatam. Idcirco vſque
*in æternum non uidebit lumen.)* Qui enim à cæcis ſe duci permiſerunt magiſtris, ſeſe lucis vſu
Μεταφορά. — priuauerunt. Habet item hic locus talem quendam ſenſum: Introibis vſque in progeniem pa
trum ipſius: hoc eſt, non ſolùm eos, qui in mala vitæ conuerſatione, & paternis quidem do-
Atten. hæc Lutherani. — gmatis, alienis tamen à pietate, deprehendentur, vindicabis: ſed & autores prauorum dog- L
matum inquires. Et hoc eſt quod dicit: Introibis vſque in progenies patrum ipſius. Nõ enim
ſolùm is qui prauas de deo opiniones habet reus eſt, imò potiùs is qui cæteris ad perditio-
nem præiuit viam. Eiuſmodi enim qui malitiam hanc à progenitoribus ſuccedaneam ex-
ceperunt, eam pertinacius tuentur ac ſi ineluibilem, quod diutina ſit corroborata conſue-
tudine. Vſq; in æternum non videbit lumen. Mittuntur enim ad tenebras exteriores, vbi erit
fletus & ſtridor dentium. Quod & iuſto dei iudicio ſuſtinebunt, propterea quod lucem in
hac vita malitiæ dediti odio habuerunt. *Homo in honore exiſtens non intellexit, comparatus eſt iu-
mentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.)* Vox apprimè miſerabilis. Homo paulò minùs di-
minutus ab angelis: De quo item Salomon ait: Magna res homo & valde pretioſa, vir mi-
ſericors. Is demum quod propriam dignitatem, nullo ſenſu percepit, ſed obſcœnæ carnis
affectibus ſe ſubſtrauit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. M

Hęc epigraphe nõ extat in exempla. Græco.

## IN PSALMVM LIX. IN FINEM PRO IIS *qui mutabuntur, in tituli inſcriptione ipſi Dauid, in doctrinam quum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Soba, & conuertit Ioab, & percuſſit Edom in ualle Salinarum duodecim milia, Deus repuliſti nos & deſtruxiſti.*

EGo fratres quum veſtram ad audiẽdum alacritatem intueor, meámque ipſius vim
ad dicendum expendo exilem & infirmam: ſubit animum ſimilitudo puſionis cu-
iuſpiam qui per ætatulam aliquouſque promouerit, nondum tamen ablactatus is
eſt, ſed



A eſt, ſed matris papillam diuexat turbulenter ac diſtrahit per ægrotationem priùs reſiccatam:
cui mater etiam ſi ſciat ſe exiccatos habere lactis fontes, diſtracta tamen & manibus pueruli-
bus vellicata vbera qualiacunque præbet: non vt infantem nutriat, potiùs vt puerilem eiu-
latum ſedet: Itaque & ſi per diutinam hanc ac multiuariam corpuſculi ęgrotationem noſtrę
inaruerint viriculæ, expromptæ nihilominus ſunt ac vobis expoſitæ, non quidem vt digno
vos aut precij vllius edulio lautiore refoueant, veriùs vt veſtris erga me votis quadantenus
ſatisfiat. Huic enim eximię charitati veſtræ factum ſatis putauero, ſi veſtrum in me deſide-
rium dabitur vel voce ſola mitigare poſſe. Erudiatur igitur eccleſia dei, diſcátque quòd pau
lò antè dicebamus: Da nobis auxilium ex tribulatione, quia vana ſalus hominis. Forſan iſta
B pſalmi ſententia omnem valetudinis excuſationem mihi tollit: ſiquidem tribulatio diuini
auxilij conciliatrix eſt & pararia, non item debilitatis occaſio. †Quod autem ad hũc attinet
pſalmum.⌋ Qui ſanè ob peccata repulſi ſunt, dein iidem rurſus admiſſi ac recepti, his tempe-
ſtiuum ſit, vt dicant: *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es nobis.)* Magis au-
tem poſtquàm ordine incidimus in pſalmi ſententiam & intellectum, agè expoſitionem il-
lius mediocriter attingamus. Hiſtoria præſentis pſalmi ad verbum ſecũdum inſcriptionem
nuſpiam ad hoc vſque tempus inuenitur in hiſtoriis ſcripturæ diuinitus inſpiratæ poſita. Nã
in libro Regum ſecundo aliqua ferè huic ſimilia & æquipollentia diligenter inquirentibus — βασιλειῶν Regnorum
inuenientur, in quo ſcribitur: Et percuſſit Dauid Adadezer filium Roob regem Saba, quan- — ἀδραζάρ corruptè, vt ferè ſolent Græci, pro Adadæzær cap. 8. 2. Regum.
C do profectus eſt vt manum ſuam ſiue poteſtatem extenderet ſuper fluuium Euphraten. Et
præoccupauit Dauid ipſius mille currus, & ſeptem milia equitum, & viginti milia virorum
peditum, & diſperdidit omnes currus, & reliquit ex eius centum currus. Et paulo pòſt dicit:
Et regnauit Dauid ſuper Iſraël, & erat faciens iudicium & iuſtitiam, & Ioab filius Saruiæ ſu-
per exercitum erat. Et paulo pòſt ait: Miſerunt filij Ammon, & ſtipendio conduxerunt Sy- — & Rehob ῥαάφ.
rum Rhoam, & Syrum Soba, viginti milia virorum, & nouit Ioab factum hoc eſſe aduer-
ſus ſe & paratum prælium à fronte, & à tergo, & elegit ex omnibus filiis Iſraël, & duxit exer — Pro Syrum συρίαν vtroque loco.
citum aduerſus Syrum, & viderunt ſerui Adadezer, quòd dilaberentur & caderent à facie
Iſraël & vltrò ad Iſraël transfugerunt, eiſq; ſeruierunt. Vtique deprehendimus pſalmi inſcri
D ptionem aſtipulari & concinere huius hiſtoriæ progreſſioni, præterquam quòd iſtius inſcri-
ptionis in columna inciſæ & deſcriptæ tempus quo Dauid ob illuſtria & præclarè geſta fa-
cinora bellorum ſeipſo clarior euaſerat ac ſplendidior. Non itaque indignum quęſtione vi- — Quæſtio.
detur, qua ratione à luctu & lamentis ordiatur pſalmum, quum conueniſſet præſultanti ac
prægeſtienti animo eſſe ob res præclarè geſtas. At enim celebrantium feſtiuitatem aliæ ſunt
voces, alię contrà in mœrore conſtitutorum. Sanè Epinicia, odæ videlicet pro parta victoria
concinnatæ argumentum ſunt popularis ac publicæ celebritatis, non militibus ſolum, ſed
colonis & mercatoribus ac manuariis opificibus, & demum omnibus qui ſunt bonorum pa
cis participes. Quomodo igitur, inquit, Deus repuliſti nos ac deſtruxiſti nos? Atqui ſuſcepe-
E rat illos data iam victoria. Quomodo autem deſtruxit, quos tanto ſucceſſu rerum auxit, tra-
dens eis & arma & currus & equos & ſubditos, & regionem tributariam ac vectigalem, Ara
biam omnem, Phœnicen, Meſopotamiam? Dignum profectò ſcire hoc, ne aliquam verba
ingratitudinem habeant. Qui enim priùs Adadezer regem Soba euertit, cœpitq; mille cur-
rus & ſeptem millia equitum ac viginti millia peditum: rurſusq; regem Syriæ ſuppetias fe-
rentem in ſeruitutem redegit, ac tributarium conſtituit: & vno temporis momento viginti
millia ipſius exercitus interfecit, & tertia victoria filios Ammõ, qui prope ciuitatis portam
bellum inſtituerant per Ioab militię principem ſtrauit, qui in duas partes exercitu diducto
hos à fronte, illos à tergo adortus, mancipauit ſeruituti ac ſubegit: quo is pacto inter tot ta-
F liáque illuſtria belli facinora, verba promit triſtitiæ ac mœroris vſque adeò plena? dicens:
Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos iratus es, & miſertus es nobis? Sed tempus tituli huius — Solutio.
erat in rebus bene geſtis. Vis autem ſcriptorum in finem habet relationem: finem autem di-
cit id quod in conſummatione ſeculorum euenturum eſt. Quapropter & iis qui immutabun-
tur pſalmum inſcriptum eſſe dicit. Liceat autem de omni omnino humano genere id intel-
ligere, eo quòd ad omnes perueniat huius pſalmi vtilitas, qui & mutati & mutandi iure di-
ci poſſunt, quum non eundem corporis habitum ſeruent, nec in eadem animi ſententia ſeu
propoſito ſemper eodem viuant, ſed corpore quidem ſecundum ætatis varietatem mutati,
mente item aliis aliiſq; propoſitis iuxta rerum contingentium multiuariam alterationem
immutãtur, & alij ſumus pueri, alij ephebi, ſiue puberes, & alij quũ in virilem euaſimus æta-

 tem, &

tem,& vbi conſenuimus omnino immutamur.Et alij quidem in lætiore rerum ſtatu, alij itẽ G
ex aliis efficimur vſi aſperiore temporum euẽtu. Alij dum ægrotamus, & alij dum valemus.
Alij in nuptiis, alij in luctu conſtituti . Vel quia non pro mutatis ſed mutandis pſalmus hic
dictus eſt, atque ita vox eiuſmodi prophetiæ ſignificationem habet : propterea quòd quum
inclinet in tempus futurum, conuenientius eſt vt immutandos eos intelligamus, qui huma-
næ vanitatis conſuetudine relicta, iuxta exactam diſciplinam euangelicæ regulæ fuerant vi-
tam ſuam moderaturi . Non itaque Iudæis pſalmus eſt ſcriptus , ſed nobis immutandis, qui
cultum plurium deorum in pietatem, ac idolorum ſuperſtitionẽ in eius qui nos fecit, agni-
tionem mutauimus . Item pro voluptate inconceſſa & illegitima legitimam eligimus tem- H
perantiam, pro tibiarum inani modulatione ac tripudiis & ebrietate, pſalmum, ieiunium, &
orationem ſuſcepimus. Nobis ergo qui pſalmum hunc fuiſſe ſcriptum dixerit, nõ aberraue-
rit à ſcopo veritatis. Ideo noſtra ſunt diuina hæc oracula, & in eccleſia dei tanquàm dona di
uinitus emiſſa , in vnoquóque conuentu releguntur, perinde ac animabus alendis à ſpiritu
In titulum. ſancto adminiſtrata quædam alimonia . Quin & pſalmus hic inſcriptus eſt , vt in columna
ſcribatur, hoc eſt, vt ne otioſus ſis & ſupinus illius auditor, neque ad eũ modum quo ea quæ
corruptibili materiæ inſcribuntur, celerem accipiunt lituram & interlinuntur facilè : ita il-
lum menti tuæ breui memoria inſculpas, & poſteà confundi abolerique ſinas, ſed animę tuæ
tãquàm columnæ inſculptum, hoc eſt, immotum ac fixum per omne tempus memoriæ tuæ
inditum habeas . Si verò nos Iudæus ex his ſcriptis vt alienos excluſerit, ex iiſdem item & I
nos ipſum refellemus, declarantes vocationem Iudæorum ac gentilium miſcellaneam eſſe
& promiſcuam , quæ & diſtantia congregat , & quæ longè ſunt conuocat, multos denique
vnum per fidem quæ in Chriſtum facit. Meus eſt, inquit, Galaad, & meus eſt Manaſſes & E-
phraim, & Iudam aſſumpſit, quibus accenſuit & Moab . Quin & interminatur aſcẽſurum ſe
eſſe vſque in Idumæam . Denique ſimul omnium ſubiectionem futurámque obedientiam
annuntiat, dicens: Mihi alienigenæ ſubditi ſunt. Deus igitur repuliſti nos. Eos nanque qui ſe
συσήματα procul abs te ſecundum peccatorum portionem, faciunt, repuliſti: noſtrę iniquitatis magni-
τῆς πονηρίας tudinem deſtruxiſti per imbecillitatem nobis benefaciens. Iratus es, quoniam natura filij irę
eramus, ſpe ac deo in hoc mundo penitus carentes . Miſertus es nobis, quando vnigenitum K
tuum pro peccatis noſtris propitiationem propoſuiſti , vt per eius ſanguinem redemptionẽ
inueniamus . Nos autem tua beneficia minimè cognouiſſemus, niſi vino compũctionis nos
Vinum com potaſſes . Vinum appellát verbum , quo cor obduratum ad facultatem ſentiendi ducitur.
punctionis, *Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus.*) Moſes enim Iſraëlitarum poſtes ouil
verbum dei. lo ſanguine obſignauit: tu autem nobis ſignificationem, ipſum agni immaculati proq; pecca
Ezechielis to mundi immolati ſanguinem, dediſti. Et Ezechiel in frontibus facierum datum eſſe ſig-
ſignũ. תאו num, dicit: Ambulate, inquit, poſt ipſum, & percutite, ne parcite, neque miſeremini: Seniorẽ
& iuuenem, & infantem, & virginem, & mulieres ad internetionem vſq; interficite. Ad om
nes autem in quibus eſt ſignum, non appropinquate. *Deus locutus eſt in ſancto ſuo , lætabor &* L
*partibor Sicimam.*) Sicima præcipuum eſt prædium, quod Iacob dedit filio Ioſeph, typum ge-
rit veteris illius teſtamenti, quod ſoli Iſraël viſum eſt dari. Eximium itaq; & inſigne illud te
ſtamentum, & hęreditatem populi hanc in diuiſionem deducam, & communem faciam re-
liquis. Diuiſo enim teſtamento in omnes, & eius communi vtilitate in cunctos homines be
neficio affectos à deo publicata, tunc conualles tabernaculorum metietur: hoc eſt, orbis vni-
uerſus quaſi ſortibus quibuſdam habitationibus per loca ſingula diuidetur. Tunc demum di
ſtantia coniunget autor ille pacis, ſiue quæ in terra , ſiue quæ in cœlo , & intermedio pariete
Galaad Ma- maceriæ colliſa & diffracta ex duobus vnum conſtituet. *Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes.*)
naſſes Moab Nepos eſt Manaſſæ Galaad, vt planè oſtendat patriarcharum ſeriem ex deo prouenientẽ, ex M
quibus Chriſtus ſecundũ humanitatẽ deſcendit. *Et Ephraim ſuſceptio capitis mei, Iuda rex meus.*)
Lebes. Abſciſſas connectit per concordiam partes. *Moab lebes ſpei meæ.*) Aut lebetẽ lauacri ait vnus
aliquis interpretum, aut lebetem ſecuritatis, hoc eſt reiectitius homo, cui interdictum ſit in-
tentatis minis vt ne ingrediatur in eccleſiam dñi. Non intrabit enim Moabites & Ammo-
nites vſq; in tertiam & ad decimam vſque generationem, & demum in tempus perpetuum.
Nihilominus quoniam baptiſma remiſſionem habet peccatorum , & ad ſecuritatem con-
ciliat debitores , redemptionem quæ eſt per baptiſmum & conciliationem cum deo ſigni-
In Idumæã ficans, dicit : Moab lebes eſt lauacri , vel lebes ſecuritatis . Omnes enim alienigenæ iugo
extendam Chriſti colla ſubdiderunt ad legis chriſtianæ obedientiam . Idcirco in Idumæam vſque ex-
calceamẽtũ. tendet



A tendet calceamentum . Diuinitatis autem calceamentum eſt caro deum ferens , per quam
deſcendit ad homines. Ob hanc itaque ſpem propheta beatum prædicans tempus aduentus
dominici ait: *Quis deducet me in ciuitatem munitionis?*) Eccleſiam fortè ſignificat, ciuitatem
quidem , propterea quòd ciuitas collectio populi eſt per legum legitimam obſeruationem
cohabitantis: munitionis verò, ob fidei complexum ipſos communientis . Quare vnus qui-
dam interpretum hanc ſententiæ particulam ſignificantiſſimè reddidit: In ciuitatem vndi- εἰς πόλιν
quaque munitam. Sanè quis det, vt hoc eximium & ſingulare contempler ſpectaculum, deũ περιοχῆς.
nempe inter homines populariter congrediẽtem? Eſt enim id quod & idem dixit dominus:
Multi prophetæ & iuſti deſiderauerunt videre, quæ vos videtis: & non viderunt. *Da nobis*
B *auxilium è tribulatione.*) Ne à qualicunque robore noſtro aut fortitudine quæramus auxi-
lium, non à corporis habitudine proſpera. A nulla, inquam, re, quæ quanlibet apud homines
præſtans ſit & eximia, dignum eſt vt ab ea depoſcas tibi impartiri veluti redemptionem. Nõ
in exuperantia pecuniarum collocanda tibi ſpes eſt, non in mole robuſti corporis aut ſubli-
mitate gloriæ ſita eſt victoriæ obtinendæ ſpes: ſed per immodicam tribulationem dominus
ipſum exquirentibus gratuitum largitur auxilium. Talis erat & Paulus dum miro quodam
modo in tribulationibus gloriaretur, ſibique magnopere placeret vel afflicto. Quarè meritò
dicebat : Quando infirmor , tunc potens ſum. Da igitur nobis auxilium è tribulatione, Tribulatio-
quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: probatio ſpem: ſpes autem nis bona.
non confundit. Vides quò te tribulatio tandem deducat? Ad ſpem quæ non confundit. Ae-
C grotas? gaude: quoniam quem diligit deus caſtigat . Pauper es? lætare: quoniam Lazari bona
te excipient. Ob Chriſti nomen quapiam afficeris ignominia? beatus es: quoniam id tibi inu
ſtum dedecoris in angeli gloriam mutabitur . Itaque fratres , noſmet tentationis tempore
hac vna fiducia confirmemus, vt ne ad euanidas hominum ſpes confugiamus , neque inde
auxilia nobis venemur , ſed in lachrymis, & ſuſpiriis , & ſedula oratione, ac vigiliis acribus Νόημα.
& intentis vota precéſque effundamus. Is enim auxilium è tribulatione ſuſcipit, qui deſpecto
humano auxilio , eius tantum qui nos ſaluos reddere poteſt , ſpe firma munitur, in Chriſto
Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

D

## IN PSALMVM SEXAGESIMVM PRImum *in finem pro Idithum pſalmus Dauidi, Nonne deo ſubiecta eſt anima.*

DVos eſſe omninò pſalmos nouimus. Inſcriptionem pro Idithum habentes: triceſi-
mum octauum, & hunc qui eſt in manibus, & quidem iſtius conſcriptionis auto-
rem putamus eſſe Dauid , Ipſi verò conſecratam ad ipſius vſum , ad temperandos
animæ affectus regendóſque, & ad melicum ac ſuauè ſonantem coram populo con
E centum, per quem ipſe quoque deus glorificabatur , & eorum mores qui modulatam hanc
& concordem harmoniam audiebant, emendabantur. Erat autem Idithum ſacrorum pſal- Prĩcipio. c.
morum cantor , vt hiſtoria Paralipomenon nobis teſtatur, dicens: Et cum ipſis Hæman & 17. primi Pa
Idithum, tubæque & cymbala ad reſonandum, & organa canticorum dei . Et paulò pòſt ait: ralipo. apud
Et principes exercitus conſtituerunt exercitus ad opera, filios Aſaph, & Hęman, & Idithum 70. legis: ϗ
circunciſo verborum compendio perſonãtes, cum cymbalis, & organis, & tympanis. De pa- ἔστησε δαβὶδ
tientia igitur vterque pſalmus plurimum pertractat & ediſſerit, per quam animæ iracundia ὁ βασιλεὺς
percitæ perturbatio contrahit ſe ac reprimit. Porrò eliminata omni ſuperbia, rite quis virtu- ϗ οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως.
tẽ humilitatis aſſequetur. Impoſſibile enim ſit eum qui nõ ſibi perſuaſit ſe omniũ opera in- Scopus pſal mi huius.
F digere omniúmque eſſe ſe nouiſſimum, poſſe aliquando aut dum inceſſitur quopiam conui
tio, peruincere iram , aut per longanimẽ patientiam euincere tentationes in afflictione po-
ſitum. Qui enim ad ſummũ vſque peruaſit veræ humilitatis, dum maledicitur, per hoc quòd
priùs ſibi probè conſcius fuit propriæ vilitatis, nõ iam animo commouebitur, probroſis ver
bis ignominiæ laceſſitus. Quin potiùs ſi audierit paupertatem ſibi probro dari, is pauperem
ſe mox agnoſcet, omniumque ſe eſſe indigum, imò domino ſuppeditante inopem eſſe quo-
tidiani viatici. Si ignobilem dici ſe perceperit & ex obſcuræ familiæ viro prognatũ, iam an-
teuertit cordi vt perſuaderet ſuo ſe ex luto genitum. Ob id illic quidem † Pſalmo trigeſimo
octauo, quem ſupra ſimilem ferè habere dixi ] ait: Dixi, cuſtodiam vias meas, & enarrat fa-
ctioſam

ctioſam peccatoris aduerſum ſe conſpirationem atque inſtantiam ac propriam in toleran- G
do conſtantiam . Ait enim: Dum conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui & ſurdus fa-
ctus ſum, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Deinde in proceſſu ait : Veruntamen vniuerſa
vanitas omnis homo viuens. Deinde, Theſaurizat & ignorat, cui congregabit ea. In præſen
te autem pſalmo interrogatiuè, ac ſi enim opponens animæ ſuæ ſecum loquitur & ediſſerit,
ídque liquet ex priùs mihi dictorum ſerie . Ne enim ſuperbiæ carnis ſe ſubſternens anima
ad varios iræ ac mœroris impetus irritetur: cur, inquit, prauorum affectuum animam facio
ſeruam, quum ipſi à ſuo creatore deo concreditus eſt principatus, quo regere debeat ac mo-
derari corpus affectionéſque corporis omnes. Hi igitur affectus animi imperio veniunt co-
ërcendi, ſed & deo ſeruiendum eſt. Atqui impoſſibile ſit animam à peccato ſimul & à deo re H
gi . Conuenit potius , vt ipſa malitiæ quidem dominetur , Domino autem vniuerſorum ſe
ſubiiciat. Idcirco inuectus in eum qui tentationum intemperiem inducit , multámque ad-
uerſus eum promouet & excit malorum turbam, ſtudiumque omne ſuum in hoc condicit,
vt ſpiritum de gradu & conſtantia deiiciens miſeræ addicat ſeruituti , ipſúmque ſubſternat
carni, & quaſi qui conatum maligni fruſtra excogitatũ aduerſus ſe coarguat, hæc tãdem ait:
Quid me ſeruire cogis iis quibus fas non eſt? Mihi dominus eſt quem verum noui regem.

*Nonne deo ſubiecta erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum.)* Cauſam dicit cur ſubigi do-
mino contendat : quoniam ex deo ſalutare eſt. Proprium autem conditoris eſt, eorum quæ I
fecit curam gerere vti ſeruentur. Vel ab ipſo ſalutare eſt. Quoniam propheticè præuidens fu
turam eſſe Dominicæ incarnationis gratiam, hoc dicit, quòd deo ſeruire & ipſum amare o-
porteat, qui tantum beneficium in genus humanum prior contulerit, vt proprio non peper
cerit filio, ſed pro omnibus illũ tradiderit. Salutare enim mos eſt ſcripturæ nominare Chri-

Salutare dei Chriſtus.

ſtum dei, ſicut & alibi Simeõ ait: Nunc dimittis ſeruum tuum domine, quia viderunt ocu-
li mei ſalutare tuum. Subdamur itaque deo, quoniam ex ipſo ſalutare . Quid autem ſit ſalu-
tare, declarat. Non eſt nũda quædam aut leuis actio vnam aliquam nobis ſuppeditans gra-
tiam , qua ab infirmitate liberemur ac temperatam corporis habitudinem indipiſcamur.
Cæterum quid eſt ſalutare? *Ipſe etenim deus meus , & ſaluator meus , ſuſceptor meus , non mouebor* K
*amplius.)* Deus noſter eſt, ex deo filius, idem & ſaluator humani generis eſt noſtram cor-
roborans debilitatem, ac noſtram corrigẽs per multimodas tentationum ſalebras inolitam
animis fluctuationem. Non mouebor ampliùs, inquit. Fluctuationem ſui confitetur animi,

Νόγμα.

humanum morem ſecutus per dictionem, Ampliùs. Impoſſibile nanque eſt in hominis ani-
ma aliquam à tentationum flatibus non excitari commotionem . Sanè quidem ait: Tantiſ-
per dum exigui ſunt momenti & eadem in pauco numero quæ admittimus peccata, leniter
ac ſenſim aliquouſque mouemur , perinde aſſolent tenellæ dum plantæ hac illac motitari,
ſuſurrio impulſæ auræ leniter ac placidè aſpirantis. Mox vbi plura acceſſerint grauioráq; pec
cata: iuxta proportionem coaleſcentis peccati intendi ſolet & animæ agitatio. Et hi quidem L
amplius, illi autem tanta adeò vehementia, vt velut ab radice euerſi auellantur, quum ſpiri
tuales illæ nequitiæ acriore impetu quàm vllus eualeat turbo, velut radices reuulſerint ab a-
nima atque abruperint, quibus ipſa per fidem erga deum ſubnixa eſt. Ait ergo: Ego vt homo
commotus ſum , ampliùs autem non commouebor , quoniam dextra manu ſaluatoris fir-
mabor . *Quouſque irruitis in hominem , interficitis uniuerſi uos tanquam parieti inclinato & ma-*
*ceriæ depulſæ?)* Rurſus cum malignis diaboli miniſtris dimicat hic ſermo , accuſatque ex
ipſis procedentium inſidiarum magnitudinem : quoniam homo quidem animal eſt debile,
vos autem irruitis. Nec contenti prima irruptione, ſecũdam ac tertiam inuehitis , donec ſic

τοῖχος lego non τεῖχος. Metaphorã prophetæ inductam exprimit.

animam prolapſi ſubuertatis, vt aſſimilis ſit parieti inclinato & maceriæ depulſæ . Paries e-
nim tantiſper dum rectitudinem cõſeruat ſui ſtatus & poſituræ, ſolidus ſtat ac firmus: mox M
vbi in alterutram inclinat partem, prorſus neceſſe ſit, diſſolutus vt concidat. Et quidem pon
dera vnita quæ ſint & agglutinata poſt inclinationem eriguntur: verum quæ ex pluribus cõ
texuntur & coaleſcunt particulis, vbi in vnam aliquam partem ſe reclinarint non iam ad-
mittunt correctionem. Declarat igitur, quòd homo naturę cum ſit compoſitæ, ſiueritque idẽ
ſe reclinari à peccato, prorſus neceſſe ſit vt ea ſoluatur natura, quò ab eodem artifice , qui il-
lam initiò exædificarat, reſtaurata ſecuritatem, nec vllo vnquàm fini intercipiendam recipe
ret, quæ nec vllis hoſtium pateret inſidiis prolicientium ad ſecundam ruinam. Dei enim a-
gricultura, inquit Apoſtolus, dei ædificatio eſtis. Aedificationem hanc conquaſſauit inimi-
cus: creator verò noſter fracturas ipſius reparauit. Atque ita neceſſaria quidem eſt ruina pro-
pter



A pter peccatum: at eximiæ eſt prærogatiuæ reſurrectio propter immortalitatem. *Veruntamẽ*
*pretium meum cogitauerunt repellere , cucurri in ſiti , ore ſuo benedicebant , & corde ſuo maledicebant.)*
Pretium hominis ſanguis Chriſti eſt. Pretio, inquit, empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.
Hoc itaque pretium cogitauerunt inutile nobis reddere, qui ſemel liberatos in ſeruitutẽ rur
ſus nos admoliuntur retrahere maligniſſimi milites diaboli. *Cucurri in ſiti.)* Peruicacem
& intentam vim dęmonum nos ex inſidiis appetentium dicit , impreſſionem ſuo excurſu
aduerſum nos facientium, quòd noſtram cupientiſſimè ſitiant deperditionem. Ore ſuo bene

Ore benedicentes, corde maledicentes.

dicebant, & corde ſuo maledicebant . Multi nanque ſunt qui pro bonis prauas comprobant
actiones, † & vitia virtutibus vicinis honeſtare contendunt.⌋ Nam ſcurrilia loquentem, vr
B banum ac lepidum: turpiloquum verò politicum: amarulentum & iracundum , neutiquàm
contemnendum prædicant: parcum verò ac minimè liberalem , vt ſobrium diſpenſatorem
commendant: prodigum quoque vt liberalem : libidinoſum & laſciuum , vt voluptuarium
& animi ſolutioris virum. Vtq; ſemel omnia, vitium omne palliant adumbrata nomencla-
tura è vicino ſubiectæ virtuti. Tales ſanè ore quidem benedicunt, corde autem maledicunt
ac deuouent. In verborum nanque benedictione omnem execrationem vitæ ſuæ inducunt,

Attendite Lutherani pſeudochriſtiani.

ac reos æternæ damnationi, ob ea quæ approbant, ſeſe conſtituunt . Rurſus autem propheta
animam alloquitur, obedientiam quam deo debeat, epitaſi adaugens. *Veruntamen* , inquit,
*deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea.)* Magnitudinem tentationum oſten-
dit, & illud Apoſtoli dicit : Fidelis eſt deus, qui nõ ſinet nos tentari ſupra id quod poſſumus
C ſuſtinere. Ab ipſo enim patiẽtia mea, in deo ſalutare meum & gloria mea, deus auxilij mei, &
ſpes mea in deo eſt. Beatus qui non intemperanter exultat aut gloriatur ob vllam rerum vi
tæ iſtius quanlibet excellentium, ſed deum ſibi præſtituens ſuam ipſius gloriam , in Chriſto
prægeſtit & exultat, qui ſecundum Apoſtolum dicere poteſt, Mihi abſit gloriari, niſi in cru-
ce Chriſti . Nunc autem multi ob dotes aliquot corporis popularem gloriam venantur , vt
qui circa gymnicos agonas ſe exercuerũt , aut vt ſemel in ſummo vegetæ ætatis incremen-
to conſiſtunt . Nec rurſus pauci bellicam fortitudinem decernunt eſſe virtutem , ſuorúm-
que contribulum cædem eximiæ virtutis habent loco . Quæ enim præmia ac trophæa in
D bellis operæ gnauiter nauatæ ab imperatore & ciuitatibus eriguntur, ea pro magnitudine cæ
dis conficiuntur . Alij hoc nomine gloriantur , quòd ciuitates mœnibus cinxerint . Rurſus
alij ex apparatu vario aquęductuum aut gymnaſiorum magnifica ſubſtructione venantur
gloriam. Ille ſuas opes in eos inſumens, qui feras in theatris conficiunt, & vanis populorum
plauſibus exultans, propriis inflatur laudibus, & ſibi magnoperè placens gloriam in proprio
dedecore collocat: qui etiam in celebrioribus vrbis locis, vitium ſuum tabulis oſtentat inſcri
ptum. Alius ob diuitias gloriatur , alius item quòd rhetor ſit acerrimus, nec à quoquàm di-
cendi copia ſuperetur, aut quòd mundanæ iſtius ſapientiæ experientiſſimus ſit: quorum om-
nium gloriæ miſereri potiùs conuenit : cum interim eos prædicare poſſis beatos qui deum
E præſtituunt ſibiipſis ſolidam gloriam. Si enim vnus aliquis reperitur qui faſtus aſſumat , &
ſuperbiat quòd terreni regis ſit ſeruus, maximóque apud eum in honore haberis, quantò ma
gis officij fuerit tui, vt magna tibi ipſi polliceare, ac ſublimem putes quòd regis ęterni mini
ſter appellaris, ab ipſo accitus ad ſummam familiaritatem , accepto ſpiritu promiſſionis , vt
illo inſigni ornatus declareris filius eſſe dei? Conſcius ergo propheta in ſeipſo vtilitatis eius
quam adfert, ſyncera in deum ſpes ad imitationem exempli ſui populum prouocat, dicens:
Sperate in eum omnis congregatio populorum, effundite coram illo corda veſtra. Impoſſi-

Argum. à ſimili. Collatio altera.

bile eſt vt capaces diuinæ gratiæ reddamur, niſi perturbationes & vitia noſtras animas poſ
ſidentia priùs eiiciamus. Vidi ego iam medicos non priùs medicinas ſalutares dare, quàm
vomitu materiam illam morbi cauſam euacuaſſent , quam ex malo diætæ genere homines
F intemperantes ſibiipſis creauerãt. Sed & vas quod humore quopiam odoris tetri & graue-
olentis præoccupatum fuerit atque imbutum, ni id elueris diligẽter, odorati cuiuſpiam vn-
guenti influxum neutiquàm potuerit recipere . Opus itaque ea quæ priùs inſunt, effundere,
vt eorum fiat capax , quæ immittere conſtituiſti. *Veruntamen uani filij hominum.)* Nouit
enim non omneis ſuo præcepto obtemperaturos , nec ſpem in deum recepturos , ſed in re-
bus vitæ vanis atque fragilibus fidutiam habentes. Idcirco dicit: Veruntamen vani filij ho-
minum, mendaces filij hominum. Cur vani? Quoniam mendaces. Vbi maximè eorum de-

Mendaces filij hominũ in ſtateris.

prenditur mendacium? In ſtateris, ait, iniquitatis. Qualibus ſtateris? Non enim omnes ho-
mines præfecti ſunt ponderibus appendendis: non omnes item lanarum aut carnium ven-
ditores

ditores ſunt, vel aurifabrinam aut argentariam exercent: vel omninò circa ea verſantur in G
quibus mercatores libris aut ponderibus permutare ſeu diuendere ſolent. Sed & plurimi me
chanici ad ſuas operas lancibus aut ſtateris nihil habent opus. Multi nauticam artem exer-
cent, multi circa iudicia ac magiſtratus verſantur: apud quos mendacium quidem eſt, do-
lus verò aut fraus per libram non exercetur. Quid igitur eſt quod dicit? Quoniam cuilibet
Cuique noſtrum inſitã eſſe ſtaterã. noſtrum intus ſtatera quædam eſt à conditore omnium apparata, per quam rerum natu-
ram poſſis probè diſcernere. Poſui, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum
& malum, duas inter ſe contrarias naturas: has tu apud tuum tribunal & iudicium exa-
mina, ac diligenter expende, quid vtilius tibi ſit. An momentaneam parúmque duratu-
ram eligere voluptatem, per quam mortem apprehendas æternam, an in virtutis exerci- H
tatione afflictionem malle, qua perpetuas conſequaris delitias. Mendaces ergo homines
corrupta habentes animæ iudicia. Quos & propheta miſeros prædicat, dicens: Væh di-
centibus tenebras lucem, & lucem tenebras: amarum dulce, & dulce amarum. Mihi, in-
Δός μοι τὴν σήμερον καὶ λάβε τὴν αὔριον. Chryſoſt. in auarum. quis, præſentia dentur, quis nouit futura? Malè libram expendis, mala pro bonis eligens,
vana veris anteponens, momentanea perpetuis potiora ducens, tranſitoriam denique vo-
luptatem pro lætitia nunquam deſitura ac perpeti præeligens. Mendaces ergo homines in
ſtateris iniquitatis. Iniuria afficiunt præcipuè quidem ſeipſos, deinde verò proximos.
Nam quum in propriis factis malè ſibi conſulant, malo ſunt etiam proximis exemplo. I
Nec enim die illo iudicij tibi licuerit, dicere quia neſciui quid eſſet bonum. Tibi nanque
propria datur libra, quæ ſufficiens diſcrimen boni ac mali demonſtrat. Corporea nanque
pondera in libræ lancibus probamus: quæ verò ad inſtituendã vitam eligenda veniunt, per
liberum arbitriũ diſcernimus, quod & ſtateram nominauit, quòd momentum æquale ad
vtranlibet poſſit capere. *Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere.)* Supra
nanque dixit: Sperate in eum omnis congregatio populorum. Nouit in obtemperando
deſidiam, & pronuntiauit: Veruntamen vani filij hominum. Rurſus prohibet nos ſpera-
ὁμοίωσις elegans. re in iniquitate. Nam qui diuitias ex iniquitate coactas ad vires atque potentiam facere
putauerit, ſimilis eſt ægroto qui in ſummo ac redundanti morbi ſtatu bonam eſſe habitu-
dinem exiſtimat. Nolite ſperare in iniquitate. Hęc enim opulentia impedimento tibi eſt K
ad efficacem operationem. Et rapinas nolite concupiſcere, vt ne aliena concupiſcamus
admonet. *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.)* Si aliquem opulentum videris, noli
ἐὰν ῥέῃ. propterea beatum in vita exiſtimare. Si tibi multæ vndique quaſi ex copioſiſſimis fonti-
bus adfluxerint opes, noli luculentam illarum recipere copiam. Diuitiæ ſi affluant: Mihi
cum admiratione hanc ſuſpicito vocem. Fluxa eſt diuitiarum natura, ſuos poſſeſſores tor-
rente prærapido ocyus prætercurrit, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmo-
dum fluuius ex alto ruens loco, ita ſubitò extuberat, vt ſtantes in ripa quandoque attin-
Collatio. gat: ſimul verò vbi attigit, mox ſecedit: ſic & opum lubrica decliuitas perniciſſimam ex-
hibet & prolapſiore leuiſſimam ſui præſentiam, aliud ex alio natum permutare. Hodie L
huius eſt ager, cras erit alterius, & paulò pòſt ad alium perueniet. Reſpice parumper ad
ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore quo fuerunt ædificatæ, ſortitæ ſunt, aliter
ab aliis atque aliis appellatæ poſſeſſoribus: & aurum è manibus habentis ſe fluens ſemper
ad alium transfertur, & ab illo ad alium. Magis enim aquam manu circumplexam reti-
nere continenter poſſis, quàm diuitias conſeruare tibiipſi. Illud itaque: Diuitiæ ſi afflu-
ant, nolite cor apponere, † te admonet ⅃, vt ne animo erga illas afficiaris, ſed vſum tan-
tum ſume neceſſarium. Non denique tanquam bonorum vnum aliquod eas ardentius af-
fectans aut habens miraculi loco, ſed ipſarum vſum adminiſtrationém ve quaſi inſtrumen
tum ad virtutem amplectere. Deinde dictis omnibus ſententiam infert, non iam ex pro- M
priis verbis, ſed quam ab ipſo deo audiuit. *Semel*, inquit, *locutus eſt deus, duo hæc audi-
ui.)* Nemo per hoc turbetur aut obſtupeſcat ad hoc quod dicitur quaſi paradoxum ſit, quo-
modo ſemel deus locutus fuerit: Propheta verò duo audiuerit. Poſſibile nanque eſt ali-
quem ſemel locutum fuiſſe, & inter ea quæ is locutus eſt, plura eſſe dicta. Homo enim ſi
quis fortè cum alio quopiam ſemel congrediatur, de multis diſſeret, poterítque qui eius
audiuerit verba dicere: Semel quidem me alloquutus eſt, & plura verò dixit. Simi-
le hoc eſt quod propheta dicit: Semel mihi deus apparuit, Duæ autem res ſunt, quas
mihi dixit. Non autem ait: Vnum locutus eſt deus, duo autem hæc audiui: ſic enim
pugnantia ſecum videretur habere ſermo. Quæ ſanè hæc duo ſunt, quæ audiuit?

Quoniam



A *Quoniam poteſtas dei, & tibi domine miſericordia.)* Quoniam tu potens, inquit, in iudicio,
& idem miſericors. Quamobrem nolite ſperare in iniquitate, nec diuitiis cor apponite
neu amplexemini vanitatem, non denique vobiſcum circunferatis corruptam eam animæ
veſtræ vim indultam, quæ boni malíq; diſcretiua eſt & arbitra: ſed ſcientes quòd potens eſt
dominus noſter, eius timete fortitudinem, at ne ſic quidem, vt deſperetis de eius erga nos be
nignitate. Sanequàm bonus ad hoc quidem, vt ne quid iniuſti operemur, in hoc porrò vt ne
qui ſemel in peccatum prolapſus eſt, de ſpe animum deiiciat, vtilis apprimè eſt conſequẽdæ
ſpes miſericordiæ. Poteſtas enim dei ſiue potentia aut imperium eſt & ab ipſo miſericordia: Nempe κράτος.
quoniam tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua. Qua enim menſura proximos metiemi
B ni, & eadem remetietur vobis. Afflixiſti fratrem? par recipe: rapuiſti ea quæ ſunt egeno-
rum? pugnóſne tuos infregiſti in pauperes? eos conuitiis aſperſiſti, ac pudore? vnumquem-
piam calumniatus es? Proximíſne impoſuiſti adornato mendacio? inſidiatus es alienis nu-
ptiis? Peieraſti? Terminos quos poſuerunt patres tui, éſne tranſgreſſus? orphanorum poſſeſ-
ſiones inuaſiſti? viduas tribulatione quapiam exagitaſti? denique vitæ huius voluptatem bo
nis futuris à deo tibi promiſſis potiorem habuiſti, recipe his æquam menſuram. Qualia
nanque quiſque ſeminat, talia & metet. Quin & ſi quid bonorum abs te geſtum fuerit, illis
multo plura recipies munera. *Quoniam tu reddes cuique iuxta opera ſua.* Si huius itaque ſenten
tiæ per omnem vitam memineris, multa poteris peccata vitare: In Chriſto Ieſu domino no
C ſtro, cui gloria ſit & imperium cum ſempiterno patre & ſanctiſſimo, ac viuificante ſpiritu
nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

## IN PSALMVM CENTESIMVM DECIMVM-
## *quartum. Dilexi quoniam exaudiet dominus.*

IAm inde abuſque nocte media, quum hoc dicatum martyribus templum ſubieritis
ipſorum martyrum deum hymnidicis laudibus placabilem vobis reddẽtes ac pro-
D pitium, interim tamen non deſtitiſtis ad hanc vſque diei horam, noſtrum opperiri
ad vos aduentum. Quarè vobis parata merces eſt, quòd honorem erga martyres,
cultum item dei ſomno & quieti prętuleritis. Atque adeò opus ſi fuerit vobis vt cauſam affe
ramus moræ iſtius nectendæ excuſatricem, noſtræq; abſentiæ diuturnioris, hanc vnam fuiſ-
ſe dicemus: quòd pro diſpenſatione nobis concredita eccleſiam alteram dei huic nihilo di-
ſparem ſedulò curauimus non mediocri à vobis diſiunctam ſpatio: in hoc obeundo mune-
re, bonam partem inſumpſimus huiuſce diei. Quoniam itaq; dedit dominus, vt & debitam
illis liturgiam expleuerim, nec proinde veſtræ deſim charitati, mecum vnà & vos rependi-
te tam benefico largitori gratiarum actionem, qui hanc quam ipſi nihil obſcurè videtis no-
E ſtri corporis fragilitatem, inuiſibili ſuæ manus virtute erexit & conſtabiliuit. Quocirca vt
ne animos veſtros diſcruciem prolixiori tædio, tranſmittentes partem multò maximam,
mox vbi pauca ex eo quem vobis concini deprehendimus, pſalmo diſſeruerimus, proq; vi-
rium tenuitate famelicas animas veſtras verbo pauerimus conſolatorio, ita ad agendã alen
di corporis curam quemlibet veſtrum miſſum faciemus. Quid iſtud tandem, quod vobis
canebatur? *Dilexi, quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ.)* Non cuiuſuis eſt dicere: Di
lexi, ſed perfecti tantùm, & eius qui ſeruitutis timorem prætergrediens, in adoptionis ſpi-
ritu conſtituitur. Nõ quem diligebat apponit, quòd is vel indictus facilè intelligatur, deum
nempe vniuerſorum inſinuat ſe dicere. Quod enim propriè amabile eſt, deus eſt. Amabile
nanque aut ſi mauis, per ſe diligibile, id eſſe definiunt, quod omnia expetunt. Bonum au- τὸ κυρίως ἀγαπητόν.
F tem deus & primum ac perfectiſſimum bonorum. Ipſum itaque dilexi nempe deum, om-
nium quæ expetenda mihi veniunt ſupremum, cuius vnius gratia in me recepi haſce affli-
ctiones cum gaudio tolerandas. Hæ porrò cuiuſmodi ſint, paulo pòſt enarrat? Dolores vide-
licet mortis: pericula inferni, tribulationem, & dolorem: quæ omnia ob amorem in deum, &
ob ſpem repoſitam iis qui ob pietatem ęrumnas afflictionéſque ſuſtinent, amabilia ipſi appa
ruere. Hoſce enim agones libera animi electione, non item inuitus ſiue vlla vi adactus ſu-
ſtinui, ait: ſed ardore mentis quodam & affectu laborioſa hæc ſuſcepi, vt poſſim dicere: Quo
niam propter te mortificamur tota die. Ac videntur iſta verbis Apoſtoli æquiualere, & co-
dẽ à propheta affectu dici quo ab Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribula-

tio,

tio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Dilexi igitur G
hæc omnia ſciens quod hæc ego tolerem ac ſuſtineam vitæ diſcrimina pro tuenda pieta-
te, mei huius certaminis ſpectatore & arbitro prętiorum vniuerſorum domino. *Quoniam*
*exaudiet dominus uocem precationis meæ.*) Sic enim & quilibet noſtrum poteſt quicquid in per-
ficiundis mandatis moleſtam & operoſiorem operam requirit, tranſigere, quum velut vni-
uerſorum ſpectatori deo vitæ ordinem ſpectandū exhibuerit. *Quia inclinauit aurem ſuam mihi.*)
Inclinauit (inquit) non vt corpus aliquod aut aures in deo cogites, quas ad vocis humilitatē
inclinet, quod facere ſolemus erga eos qui ſubmiſsè loquūtur, propè admouēdo aures, vt ex
propinquo ſenſu excipiamus id quod quis loquit̃. Sed inclinauit, inquit, vt meam ipſius infir
mitatē declararet. Ad me enim in humū deiectū ſua erga nos benignitate ſe demiſit. Verbi H
gratia: Aegrotanti alicui, & ex multa debilitate loqui clarè nequeūti human⁹ aliquis medic⁹,
auribus ſuis propiùs admotis ęgroto, ediſcit quæ ſint neceſſaria laboranti. Inclinauit itaque
aurem ſuam mihi. Diuinus nanque auditus voce non indiget ad ſenſum. Nouit enim ex
cordis motu quæſita hominum ac vota. An non audis quemadmodum Moſes nihil loquēs,
ſed dominū interpellās ſuſpiriis nulla voce expreſſis, ex ipſo audiuerit dicente: Quid clamas
ad me? Nouit item deus ſanguinē audire iuſtorū, cui nec lingua adſit, nec vox aërem pene-
trans. Operum item iuſtorum præſentia, maxima eſt apud deum vox. *Et in diebus meis inuo-*
*cabo.*) Nos autem quum vel vna orauerimus die vel hora vna breuem aliquam ſuper pecca-
tis noſtris triſtitiam paſſi, ſecuritatem nobis promittimus, perinde ac quidpiam confeciſſe-
mus quod ex æquo reſponderet diluendæ noſtræ omni malitiæ: at hic ſanctus confeſſionem I
ſe omni vitæ ſuæ tempori commenſuratam oſtenſurum dicit: In omnibus, inquit, diebus
meis inuocabo. Deinde ne putes quòd in rebus huius vitæ ſecundis, & ei admodum bene ce
dentibus nomen domini tantum inuocet: narrat calamitatum magnitudinem, in quibus cō
ſtitutus nequaquam nominis dei ſit oblitus. *Circundederunt me* (inquit) *dolores mortis, pericula*
*inferni inuenerunt me.*) Dolores propriè de parturientibus dicuntur, quando ad tumorē ven-
ter inſurgens extrà fœtum pellit: deinde partes illæ genitales diuexatæ & circum prodeuntē
ex vtero fœtum diſtentæ conuulſionibus ac fibrarum contractionibus, acutiſſimos dolores
& vehementes cruciatus parientibus gignunt. Tranſtulit autem dolores partus ad mortis K
pœnas circa animal in animæ & corporis diuiſione inſtantes. Nihil igitur mediocre ſe paſ-
ſum eſſe dicit, ſed vſque ad ipſos mortis dolores fuiſſe tentatum, & ad periculum vſque de-
ſcenſus ad inferos deductum. Num hæc ſemel tulit de quibus gloriatur? An eadem quidem
ſæpe ac inuitus. Nihil autē eorum quæ inuiti ſubimus, laudabile eſt. Sed videte, quæſo, athle-
tæ huius magnanimitatem. Poſtquam enim circundederunt me dolores mortis & pericula
inferni inuenerunt me, tantùm abfui, vt inter haſce tentationes conciderem animo, vt mul
tò pluribus perferendis me voluntarium obtulerim: vt tribulationem & dolorem haud in-
uitus inueni, ita ab illis haud ſum inuitus apprehenſus: In iis quidem quæ retrò mihi conti-
gerunt, pericula inferni inuenerunt me. Hìc verò tribulationem & dolorē ego inueni. Quo-
niam enim illic imperterritus inuentus ſum, & animo infracto aduerſum ea, quæ tentator L
inuexit, vt luculentā ac prædiuitem meam erga deum charitatem declararem: tribulationi
tribulationem, & dolori dolorem adieci, non quòd ipſe confiderem meamet virtute poſſe
tot obluctari ac reſiſtere doloribus, ſed quia nomen domini inuocaui. Simile & huic illud
Apoſtoli dicentis: In his omnibus ſuperamus ſiue ſuperuincimus propter eum, qui dilexit
nos. Vincit enim is qui neceſſitate quapiam illatis non cedit aut frangitur: at ſuperuincit,
qui vel ſua ſponte ad ſe quoque accerſit dolores præmoleſtos & acres, quo ſuæ edat ſpecimē
patientiæ. Qui autem vſque ad mortem in aliquo peccato conſtitutus fuerit, dicat: Circun-
dederunt me dolores mortis. Omnis enim, ait ſcriptura, qui facit peccatum, ex diabolo na- M
tus eſt. Quum enim, ait, eſſem operarius peccati, iam à morte geſtabar in vtero, tum quoque
à periculis inferni ſum inuentus. Quomodo ergo meipſum curaui? Poſtquàm videlicet tri-
bulationem & dolorem inueni per pœnitentiam. Mihi enim ipſi afflictionem ex pœniten-
tiæ fonte prodeuntem excogitaui, quæ magnitudini reſponderet admiſſi per me peccati, vt
maiore cum fiducia nomen domini inuocarem. Quæ autem erant quæ dixi? *O domine li-*
*bera animam meam.*) In hac enim captiuitate detineor. Tu pro me redemptionis præmium
tribue, & libera animam meam. *Miſericors dominus & iuſtus.*) Vbique ſcriptura miſeratio-
nibus dei iuſtitiam coniungit, nos planè erudiens quemadmodum nec miſericordia dei ſi-
ne iudicio, neque iudicium ſine miſericordia ſit: ſed cum miſeretur etiam cum iudicio mi-
ſerationes

A ſimili βεβαίωσις.

γνώμη.

κατὰ ῥοῦμ.

αἱ ὠδῖνες, parturigines.

μεταφορά.

γνώμη.

νικᾷ ἢ ὑπερνικᾷ.

Pro ἀνάγκην lege ὀδύνην. Ferè miſericordia in ſacris ſcripturis comes additur iuſtitiæ.



A ſerationes ſuas iis qui digni ſunt admenſuret, & cum iudicat, commenſuratum quoque no-
ſtræ infirmitati iudicium inferat, benignitatis erga nos affectu potiùs, quàm ęqui compen-
ſatione nos plectens. *Et deus noſter miſeretur.*) Miſericordia animi affectio eſt erga eos qui
immeritò & indignis modis adfliguntur, ab illis procedens qui compaſſione afficiuntur. Mi
ſeramur eos qui ex magnis diuitiis in extremam inciderunt paupertatem. Item eum qui ex
optima corporis habitudine in vltimam debilitatē deiectus eſt. Similiter eius miſeremur,
qui cùm ob corporis elegantiam ac decus formæ prægeſtiret, fœdiſſima quadam affectione
illius decor deperiit & corruptus eſt. Quoniam itaque & nos quādoque in paradiſi ſtatione
nobilitati eramus, & ob ruinam poſteà inglorij & humiles facti ſumus, deus noſter miſera-
B tur nos, animaduertens quales ex qualibus facti ſimus. Idcirco & Adam miſericordiæ voce
reuocabat, dicens: Adam vbi es? Non enim qui cuncta nouerat, quærebat edoceri: quin id vo
lebat potiùs vt ille ſecum recogitaret, qualis ex quali factus eſſet. Vbi es? Quaſi dicat: In quā
incidiſti ex tanta ſublimitate ruinam? *Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum, & ſeruauit me.*)
Siue ad naturalem rationem hoc referas, non vtique humana conſtitiſſet natura, ſi non qui
puſiones ſunt admodum & adhuc infantes, à domino cuſtodirentur. Quonam enim modo
ij qui in vulua concepti ſunt fœtus, & nutriri & moueri poſſent, in tā anguſtis præſertim lo-
cis pręter vllam motionis libertatē conſtituti, ſed & in tenebroſis & humidis cuſtodiis clau-
ſi vitam habentes: præterea nec reſpirare, nec hominum vitam viuere valentes, ſed more pi-
ſcium in humidis natantes, niſi cuſtodia dei ſeruarentur? Quomodo rurſus & elapſi in hunc
C locum minimè conſuetum, & ex calore vuluæ in aërem hunc perfrigerati vel breui admo-
dum tempore durarent, niſi à deo conſeruarentur? Cuſtodiens ergo paruulos dominus, hu-
miliatus ſum, & ſeruauit me. Aut certè ad hunc intelligere poſſis ſenſum dictum hoc:
Quoniam conuerſus ſum, & factus ſum paruulus, accepique regnum cœlorum vt
paruulus, ac per innocentiæ ſtudium meipſum deieci ad paruulorum humilitatem:
*Cuſtodiens paruulos dominus, quoniam humiliatus ſum, ſeruauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam,*
*quia dominus benefecit tibi.*) Bonus athleta ſermonem exhortatorium ſiue conſolatorium ſi-
biipſi accommodat & adhibet more Pauli dicentis: Bonum certamen certaui, curſum con-
ſummaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Hæc ſibi propheta dicit: Iam quando
D plenum vitę iſtius abundè expleſti curſum, reliquum eſt vt in requiem tuam conuertaris,
quoniam dominus benefecit tibi. Manet enim requies ſempiterna illos, qui in hac vita legi-
timè certauerint: non tanquam debitum operibus redditū, ſed ob munificentiſſimi dei gra-
tiam, in quo ſperauerunt, exhibita. Deinde priùs quàm bona futura enarret, quemadmodum
à rebus mundi duris & permoleſtis euaſerit, explicans, ſuper iis gratias agit animarum libe-
ratori, qui ſe de magna & ineuitabili paſſionum ſeruitute eduxit. Quæ porrò ſunt hæc? *Quo-*
*niam eripuit animam meam à morte, & oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapſu.*) Futuram illam
requiem deſcribit collatione eorum quæ hic fuerat paſſus. Hic enim, inquit, circundederunt
me dolores mortis: ibi verò eripuit animam meam à morte. Hic oculi mei per afflictionem
E & vitæ moleſtias varias lachrymas effundunt: ibi verò nulla lachryma pupillis oculorum
tenebras offundit eorum, qui iugi pulchritudinis nulli explicandæ diuinæ maieſtatis exhila-
reſcunt & collætantur contemplatione. Abſtulit enim deus omnem lachrymam ab omni
facie. Hic item magnum prolabendi periculum. Ideo Paulus ait: Qui exiſtimat ſe ſtare: vi-
deat ne cadat. Ibi verò ſolidi ac ſtabiles greſſus, vita nulli iam vicarię permutationi obnoxia,
non item periculum in peccatum prolabendi: neque enim inſoleſcit ibi carnis rebellio con-
tumax, non vlla fœmina ad peccati prolapſionem ibi cooperatur: quoniam in reſurrectione
nec mas nec fœmina erit, ſed vna quædam omnibus & vniformis vitæ ratio his qui ſuo com
F placent domino & habitant in regione viuorum. Mundus hic contrà & mortalis eſt ipſe, &
morientium regio. Quoniam enim viſibilium ſubſtantia compoſita eſt: omne verò compo-
ſitum diſſolui eſt aptum. Nos qui in mundo ſumus, quum ſimus partes mundi, neceſſariè
efficimur conſortes naturæ vniuerſi. Idcirco priùs quàm anima per mortem à corpore ſepa
retur, morimur ſæpe homines. Id dictū vt ne paradoxum tibi videatur nimirū præter omniū
opinionem, conſidera parumper rei veritatem. In tribus enim annorum hebdomadis tres
ætatis ac vitæ alterationes permutationeſque natus eſt ſuſtinere homo, & per ſingulas anno
rum hebdomadas proprius quilibet terminus præterita circūſcribit, ac conſpicuā præbet mu
tationem. Puelli ætas dentium abiectione primam explet hebdomadam. Pueri, qui deinceps
ad excipiendas diſciplinas accommodatur, præciſus terminus extenditur ad pubertatem.
Ephebi

Miſericordia quid.

A ſimi. arg. miſericordiæ erga nos diuinæ.

Adā vbi es?

ἴσωσέ με.

Collatio futuræ vitę & præſentis viri iuſti.

ἀπὸ παντὸς προσώπου.

Ephebi vero ſiue puberis ætas ad annum vſque primum & viceſimum ſe porrigit: Cœperit G
vt veſtire genas lanugine prima & eas adornare, ea ętas in nihilum abit clàm adoleſcente in
virum tranſeunte. Si quãdo igitur videris virum iam quidem poſuiſſe ac finiſſe acceſſionem
creſcendi iuxta ætatem, iamq; maturitate ratiocinationum eſſe confirmatum, ac ne vllum
quidem veſtigium adoleſcentiæ præ ſe ferentem: nunquid non in ipſo reputabis præterita
iam omnia morte eſſe prærepta? Senex rurſus in aliam formam & animi affectum permu-
tatione adaptatus, alius ſine dubio à primis ætatibus apparet. Ex quo vita hominum per mul
tas mortes conſueuit expleri, non ſolum in ætatis mutatione, ſed etiam in animarum ruinis
ad peccata. Vbi verò nec corporis, neque animi eſt mutatio: (Neq; enim vlla eſt cogitatio- H
num deprauatio aut ſententiæ ſemel conceptæ permutatio, quum nulla accidentariæ cala-
mitatis illic inſtabilitas conſtantiam auferat, aut tranquilliſſimam ſerenitatem cogitatio-
num) reuera illic conſiſtit regio viuentium, quippe qui ſibiipſis ſimiles ſemper ſint, in qua a-
nimo prægeſtienti prænuntiat maximopere vniuerſorum deo ſe eſſe complaciturum, vtqui
nulla illic externæ rei cogitatione ſperet mentem ſuam deinceps interpellandam, mox vt ad
ſcopum pertigerit veræ illius, angelis quoque nihilo diſparis ſeruitutis. Contendimus, in-
quit, ſiue præſentes in corpore, ſiue à corpore peregrinantes placere illi. Ea, inquam, viuen-
tium beata regio, in qua non nox, non ſomnus mortis imitatio quædam, non cibus aut po-
tus humanæ infirmitatis præſidia, non præterea morbus, non dolor, aut medicina, vel iudi-
cia, ſeu mercatus: non artes, non pecunia malorum origo, bellorum materia, inimicitiæ ra- I
dix: ſed regio viuentium, non morientium ob peccatum, ſed veram vitam viuentium in
Chriſto Ieſu. Cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

## IN PSALMVM CENTESIMVM DECIMVMQVINTVM.

CRedidi, propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo, omnis
*homo mendax.)* Sacrorum quæ de deo ſunt, eloquiorum prædux eſto fides. Fides pla K
nè, non item demonſtratio. Fides inquàm animam inuitans imò & perſuadens ad
Fidei virt⁹. conſenſionem præ cunctis rationalibus methodis. Neque enim fides geometricis
nititur probationibus, quas neceſſitates vocitant: ſed animis noſtris ſe inſinuat efficaci
operatione ſpiritus ſancti. In nomine domini Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.
Hanc vocem per ſpiritum dicto ocyus efficacia operis conſecuta eſt. Ex eo nãque ſtupendo
miraculo, his qui viderant neceſſariè excepta eſt de diuina vnigeniti natura, fides. Dic tu,
quæſo, vtra res ad aſſentiendum fidei efficacior, & quæ magis vrgeat? propoſitionúmne im-
plexi nexus ordine conſequentiæ ſecum attrahentes concluſionem, an veriùs tantum illud
miraculum omnium oculis conſpicuum, omnémque exuperans quantiuis hominis virtutẽ? L
Atqui ne nunc etiam eiuſmodi miracula multis probantur, neque ipſius ſancti ſpiritus ope-
ra fidem apud pleroſque conciliant ſermoni qui de deo eſt: magis verò neſcio quæ demon-
ſtrationes artifici ingenio detornatæ ſpem omnem ſuam collocantes in ſermone perſuaſi-
bili mundanæ iſtius ſapientiæ, non item in præpotenti & eadem luculenta admodum ſpiri-
tus ſancti reuelatione, quam per eos qui ſuam omnẽ fiduciam in ſimplicitate cordis in deũ
proiecerunt citra anxiam & curioſam diſceptationem, in gratiam multorum ſalutis expri-
mit. Atq; ô vtinam mihi vni contingat credere dignè vt & in ſenſu meo quinq; verba loqui
promerear præcellenti huic & magnæ dei eccleſiæ. Nolim interea quiſquam noſtrũ hunc ſer
monem ſubſannet, hoc nomine, quòd auditores proliciamus & adhortemur fidem vt com M
modent, & aſſenſum his quæ à nobis citra vllam demonſtrationem dicuntur: quum neceſſe
ſit cuiuſque diſciplinæ principia nulla prorſus præuia demonſtratione aut diſquiſitione tra-
di diſcenturientibus. Fieri enim neutiquàm poteſt, vt qui circa principia diſciplinarum ve-
litantur contentioſius, ad finem aliquando via & ordine prouehantur aut pertingant. Iſtius
ſentẽtiæ documentũ tibi liceat mutuari ab externis diſciplinis. Geometriæ enim artem tra-
denti ni tu prima eius principia conceſſeris, impoſſibile demum fuerit vllam vt poſſit ex
eis conſectaneam elicere concluſionem. Iam Arithmetices qui primis & elementaribus ru-
dimentis renititur, vtique hac ſua interceſſione viam intercipit ſibi ne ad vlteriora progre-
diatur. Sunt & medicis ſuæ profeſſionis medicæ principia nullam deſiderantia probationẽ.
Vtq;



A Vtque ſemel finiam, in quocunque tandem humanarum artium exercitio, (id modò via &
ordine ad præſtitutum ſibi progrediatur finem) impoſſibile ſit primarum propoſitionum
inquirere demonſtrationes. Imò neceſſe eſt, vt quum admiſeris earum artium quæ certa ra-
tione nituntur, principia vt confeſſa, nec proinde vllam requirentia demonſtratiuam pro-
bationem, id demum inſpicias quicquid ex præſuppoſitis ordine conſequitur. Nihilo ſecius
& theologiæ myſterium requirit aſſenſum nulla præuia inquiſitione nitentem. Sane ait A-
poſtolus: Credere enim oportet, quia deus eſt, non item in quæſtionem vocare aut contro-
uerſim opponere illud: Quid eſt deus? Atque adeò in vniuerſum, fides ſi ſubſtantia earum
eſt quæ ſperantur, rerum, & eorum quæ non videntur, argumentum: ne mihi tu anxius con
B tendas videre iam, quæ longiore ſepoſita ſunt interuallo, neu quę ſperas te olim conſecutu-
rum, in ambiguam reuoces dubiàm ve partem, quòd ad ea nondum potueris certa notione
pertingere. Hæc igitur mihi de fide dicta ſunto in eorũ commonitionẽ, qui verbis cõſueuere
velitaribus digladiari, ſpémq; cõſtituũt in futilium verborũ volubilitate. Hic proinde qui in
manibus eſt pſalmus meo arbitratu ordine admodũ cõſentaneo ſenſui pſalmi ſuperioris. Di
xit enim ibi: Placebo dño in regione viuorũ. Quoniã igitur nõ de regione ediſſerit quæ poſ
ſit oculis cerni, perinde atq; eam perſpicuè nouerit, reddit cauſam ſuperioris ſuę diſtinctio-
nis de rebus non vnicuilibet compertis, dicens: Credidi, quia regio eſt quædam viuentium:
propter quod locutus ſum, quoniam placebo in ipſa domino. Anima niſi adiuta fidei præ-
ſidio, ſi ſe ad dicendum de eiuſmodi regione contulerit: prorſus aliud nihil quàm nugabi-
C tur, dum ſermonem promouerit nullo ſolidiore ſubiecto ſubnixum. Fides itaque orationis
eſt ſanæ ac prudentis, ſed ea quæ fixiùs inſedit cordi loquentis. Subin infert formulam, quã
ſequuti poſſimus perfectionem aſſequi fidei operatoriæ neceſſariam, dicens: *Ego autem hu-
miliatus ſum nimis.)* Niſi enim quis mentem, intellectúm ve ſuum modeſtæ humilitati ſub-
ſtrauerit, adeò vt ad Apoſtoli imitationem ſecum dicat: fratres ego non me arbitror appre-
hendiſſe, ſed ſuperfluè ad apprehendendam dei ſubſtantiam mentem ſuſtollit, & propriæ co
gitationi admetitur arcana nullius creaturæ viribus attingibilia: adde, quòd is tantum eſſe
deum exiſtimat, quantum eſſe ipſe ſua ſecum ratiocinatione aſſequi potuit, ſenſúmque ſuum
prorſus vniuerſorum menſuram conſtituit: is neutiquàm rectà reputat, quantò ſit procliuiùs
D mare vniuerſum exiguæ manus cauo admetiri, quàm vt mens humana inenarrabilem illam
dei maieſtatem queat vlla circunſcriptione complecti. Eiuſmodi fruſtra inflatus ac proprij
ſenſus vanitate ſe efferẽs haud quaquàm poſſit cum propheta dicere: Credidi, propter quod
locutus ſum. Quid ita? Nam quod continenti ordine ſequitur, inferre minimè poteſt, nem-
pe illud: Ego autem humiliatus ſum nimis. Vitam enim traducit ſuam inani ſuperbiæ & ia-
ctantiæ faſtu tumidus, ſupraque modum ſibi placet verbis inanibus & euanidis garriẽs, cùm
interim in ſe habeat nihil quod ſolidæ ſit & conſtantis fidei. Secundum hæc propheta non
ſuam ipſius modò exiguitatem agnoſcit, ſed & reliquam omnem hominum naturam ſibi
congenerem & comparticipem ad humilem ſui ac modeſtam cognitionem reuocat, dicẽs:
E *Ego enim dixi*, ait, *in exceſſu meo: omnis homo mendax.)* Quiſquis non à fide, ſed à ſeipſo mu- Mẽdax quis
tuatus auxiliarem verborum vim, ad dicendum proſilit, ad veritatis apprehenſionem ſu-
pellectile nitens atque apparatu humanæ eloquentiæ, mendax eſt, à veritate cum lon- Exceſſus
giſſimo ſe abarceat ac deerret interſtitio. In exceſſu verò conſiſtentem ſe hunc dixiſſe ſer- Prophetæ.
monem aſtruit. Exceſſus hic quis tandem eſt? Vtrúm ne propheta quidem, vndiquaque hu-
manam contemplatus naturam & exacto mentis libramine perſcrutatus nuncubi vlla inter
homines ſplendeſceret lux veritatis, quum hanc niſi diuina ope infuſam, nequiuiſſet vlla in
ſede nanciſci, per eam rem vſque adeò ſtupendam & admirabilem veluti numine afflatus,
exerta voce ſubiecit: Omnis homo mendax. An veriùs ſic: Equidem in ea ecſtaſi, quam in cõ
F ſpectũ Achis adductus confinxi ſimulans morbo me correptum comitiali aut percitum fu
rore: ſimul atque intellexi me eò eſſe deuolutum neceſſitatis, vt declinandi periculi gratia
ab hoſtibus impendentis cogerer aduerſum meam ipſius conſcientiam mentiri, & ea con-
fingere quæ nihil minùs erant: tunc ſanè dixi, quia omnis homo mendax, etiam ſi non de-
ſtinata animi electione ad id confugerim mendacium, at neque vt proximorum cuiquam
obeſſem, quin ad hanc ſimulatitiam prorſus & ementitam temporarij furoris ſpeciem me παραλογισ-
adegerũt cauſæ aliquot calamitatum, quibus vndique cingebar. Ne ſic quidem propheta per μὸς κατὰ πε-
hanc ſententiam à ſe abit diuerſus, vti ſophiſtarum quidam adnituntur ipſum coarguere, ριτροπήν.
dum prophetam hunc aſtruunt circuitu erroneo aut digreſſione in ſuummet recidiſſe elen
I chum.

chum. Argutātur enim:Si enim homo omnis,mēdax:eſt autē homo Dauid,eſt ergo & ipſe G
mendax.Quòd ſi mendax,non iam his commodanda venit fides,de quibus pronuntiat.Cō
σωρειτὴς. trà,ſermo hic ſi verus non eſt,neque omnis homo mendax:Vtique ſinemus ipſum Dauid à
culpa mendacij immunem abire ac liberum.Quòd ſi non mentitur,credamus neceſſe eſt ei,
de quibus pronuntiat.Quin & credentes ipſi,rurſum relabemur vago circumactu in neceſ-
ſitatem non credēdi:adeò vt ſi verum eſt,quod profert,ſuum ipſius diſſoluit ſermonem, ho
mo quum ſit ſimul & mēdax.Quòd ſi mentitur,iam ex ſe habet,quo promereatur apud ne-
minem fidem inuenire.Quis enim fidem commodet mendacium proferenti?Quamobrem
quum ſemel omnem hominem aſſeruerit eſſe mendacem,neceſſe ſit mentiri Dauid, vt ſuū
conſtituat & confirmet ſermonem:aut certè,ſi verum dicit,ſuam ipſe quam pronuntiauit, H
diſſoluit ſententiam.Sed hæc quidem aliud planè nihil,quàm nugæ ludētium & eorum qui
apud imperitos mirè ſibi placent, gloriolam captantes iſtiuſmodi contortis & verſatilibus
Qui hic homines. argutiolis.Neque enim ad eum ſe habet modum veritas. Homines enim dicuntur hic, qui
totos ſe adhuc occupant humanis iſtis affectibus.Nam qui hiſce carnis perturbationibus e-
uaſit ſuperior,perque illimem ac ſynceram mentis perfectionem ad angelicæ puritatis con
ſcendit ſtatum:ſi quando continget de rebus vt diſſerat quæ humanitus fiunt , nimirum is
intelligi debet ab reliquorum cenſu exemptus. Mēdacij enim expers eſt qui dixit: Ego dixi,
Dij eſtis. Filius altiſſimi. Dij eſtis & filij excelſi omnes.Vos autem ſicut homines morimini.Dij eſtis,eiuſmodi appel
latio ſi cui alij,prorſus nec indecorè ipſi competit Dauid.Etenim & is filius eſt altiſſimi,qui I
ſtudio exercendæ virtutis deo ſe familiarem reddidit & amicum , neque hic iam vt homo
moritur,in ſe quum habeat viuentem deum.Ait ergo:Ego dixi in exceſſu meo,Omnis ho-
γνώμη. mo mendax.Audiant hoc,qui ſenſus cum habeāt permiſtim inſertos & affixos carnis per-
turbationibus,audent alioqui mentem ſic impuram ſuſtollere:ad rerum cœleſtium ſpecula
tionem atque tractationem,quorum cogitationes & altitudinem cordis ipſorum impoten-
καρδίας κατεπαιρομένης τοῦ θεοῦ. ter ſe aduerſus deum extollentis illorum in commune propoſitum eſſe debet omnium, qui
pro pietate tuenda concertant. *Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem*
*ſalutaris accipiam.)* Hic vbi ad memoriæ ſenſum reuocauit innumera erga ſe dei dona,quòd
quum non extitiſſet priùs,conditus ſit:quòd præter corporis formationem,ratione inſigni- K
tus ſit & cohoneſtatus:in qua ferre etiamnum poſſit ſupercœleſtis illius imaginem.Sub hæc
quum mentis aciem extuliſſet ad diſpenſationem carnis,in qua redimendis omnibus nobis
in pretium dominus ſe tradidit.Horum contemplatione anxius & quid agat neſcius inqui-
rit,num quod è ſuo omni peculio donum queat nanciſci tanta domini munificētia non vſ-
quequaque indignum. Ait itaque:Quid retribuam domino?non vtique victimas,non incē-
ſum holocauſtorum,non vllam aliam ſupplicationem præſcripto legalis culturæ indictam.
Quid igitur?Vitam omnem meam:eóque dicit:Calicem ſalutaris accipiam,appellatione ca
Calix ſalutaris. licis tolerantiam ſubindicans ſudorémque certaminum in gratiam tuendæ pietatis, ſimúl-
que pertinacem conatum quo ad mortem vſque aduerſus peccatum reſiſtimus . Hic planè L
calix fuerit quem & in euangelicis literis inducitur ſaluator docuiſſe : Pater ſi poſſibile eſt,
tranſeat à me calix iſte.Rurſus idem diſcipulis:Poteſtis bibere calicem,quem ego bibiturus
ſum?Mortem vtique declarabat,quam pro mundi ſalute ſuſcepit.Ob id dicit:Calicem ſalu-
taris accipiam:hoc eſt,ſitienter & cupidè contendo ad perfectionem per martyrium:animæ
nimirum corporiſque requiem ducens,non item dolores,quæ pro pietate decertaturus to-
lerabat ſupplicia. Ait itaque:Meipſum domino offeram in ſacrificium& oblationem,quum
cætera omnia exiſtimem munifici adeò benefactoris dignitate lōgè eſſe inferiora.Haſce ego
promiſſiones vel teſte omni populo nihil detrectem perſoluere. *Vota enim mea reddam in*
*conſpectu omnis populi eius.)* His accedit adhortatio , qua docentur auditores , vt ne mor- M
tem exhorreant . Ait enim: *Pretioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius.)* Nihil eſt, ait
quòd cunctemini ò homines illuſtre hoc & honeſtum adire certamen,neu mortem perhor
rete.Neque enim ea eſt corruptio,ſed vitæ occaſio:non omnimoda deletio,ſed ad honorem
Collatio. pretij ingentis tranſcenſio.Sanè lapilli quidam floridis interſperſi & ſublucentes coloribus
nominari ſolēt pretioſi ab iſtis diuitiarum helluonibus:re autem vera,pretioſa eſt mors ſan
ctorum eius,quum videlicet anima per vitę iſtius curriculum expurgata , ab omni eluuie &
inquinamēto carnis emancipata ac libertati reddita,nullam in ſe retinēs maculam aut ru-
gam,duris pro pietate agonibus iam exātlatis probata,inſignita corona iuſtitiæ, pérque hęc
omnia admirabili decore virtutis interlucens domino ſuo,atque omnium iudici ſe præſen-
tarit



A tarit lapide omni pretioſo longè rutilantior, dei munere eam indepta claritatem , quo nam
pacto non cenſeri debeat pretioſa hominis iſtius mors in conſpectu domini? Exitus itaque
ſanctorum virorum è vitæ iſtius ſtadio ne lugeamus,imò fletu magis proſequēda venit ipſa
natiuitas & ex vtero in hanc vitam progeſſio . Iſte enim in mundum ingreſſus noſter per
ignominiam fit ſordentis eluuiei ac fœdi odoris , & quorum ne proſpectum quidem vllus
eorum qui nos in viuis præierit,facilè toleret . Naturæ etenim neceſſitas per eiuſmodi præ-
ſcripſit nobis & ſanxit carnalis generationis ingreſſum:contrà,exitus atque hinc emigratio
pretioſa eſt & illuſtris,neque interim omnium talis eſt,ſed eorum qui vitam hanc ſuam ſan
ctè & iuſtè traduxerunt.Itaque pretioſa eſt mors,non item pretioſa natiuitas. Nam teſte A-
B poſtolo,Seminatur in ignobilitate,ſurgit in gloria:ſeminatur in corruptione, ſurgit in in-
corruptione.Mihi ſanè confer mortem cum natiuitate,eúmq; deſinito lugere,qui huic igno
bilitati ſubducitur.Pro legis Iudaicæ ritu,ſi qui moriebantur,horum morticina habebantur
abominationi:contrà,mors ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine,pretioſæ cenſentur re
liquiæ ſanctorum eius.In priori lege dicebatur ſacerdotibus & Nazaræis illud:Non conta-
minabitur ſuper vllo mortuo.Et,Si quis tetigerit cadauer,immundus erit . Et hoc, Lauabit
veſtimenta ſua.Nunc è diuerſo,Martyris oſſa quiſquis attigerit,ob gratiam corpori inſiden
tem fit quadantenus ſanctificationis particeps.Quarè pretioſa eſt in cōſpectu domini mors
ſanctorum eius.Iſthæc igitur reiectitia ac viliſſima ne quæſo,rebus præferatis tantò potioris
C pretij:neu improbatæ fidei permutatores eſtote , deciduam hanc & corruptioni obnoxiam
vitam illi incorruptæ præponendo ac ſtatui perquàm fœlici.Etenim vt nihil dicam de paſ-
ſionibus ignominię,quibus ſe ſubſternūt plurimi eorum qui voluptates ſtudioſius conſectā-
tur,ipſæ etiam corporis neceſſitates in mulctam pœnamque irrogatæ generoſam ac virilem
animæ conſtantiam deflectentes,eam veluti illiberali ac miſeræ mancipant ſeruituti detra-
hentes illam ad vile carnis miniſterium.Vbi porrò ſeruitus,ibi nihil obſcuræ ſibi ſedem figit
ignominia.Vitanda igitur eiuſmodi vita, quam comitari ignominia conſueuit . Ait igitur:
Sanè nihil quod eximium ſit , ipſe facio memet attribuens tibi domino . Seruus ſiquidem
quum ſim tuus:ita tuam tibi retulero poſſeſſionem.Prorſus ſeruire debet creatori, quicquid
D vſpiam eſt creatum.Quo fit,vt non libera modò electione voluntatis tuus ſim ſeruus,ſed &
natura.Filius enim ſum ancillæ tuæ,quam infantiliter adhuc & in ætate admodum puellari
agentem abduxit inimicus,& è tua ſeruitute abiunctam vile fecit eſſe peccati mancipium.
Atqui conſtitutum mihi ad te priſtinum dominū reuerti & poſtliminio me recipere,quan-
do vel nunc demum agnoſco veterem illam ſeruitutem. *Dirupiſti uincula mea.)* Ex quo
enim peccati vinculis me exemiſti mox à tuo in infernum deſcenſu , & exoluta hominum
numeroſiſſima multitudine quæ illic mortis adſtricta vinculis,nec alio quoquam pacto ef-
fugiendis inferni carceribus detinebantur,reliquum iam eſt , vt tanti non immemor bene-
ficij tibi ſacrificem,non quadrupedia fiſſungula & ruminantia,nō volatilia quæ mūda ſint,
aut oleo permiſtam ſimilaginem & ſubactam , non item prælucidum ac tranſparens thus, σεμίδαλιν
E non item illud ſuauè fragrans compoſitionis thymiama. (Hæc enim è tellure deprompta ἀναπεποιημένην, ἀπε-
tibi domino offeruntur.) decoram potiùs laudationem perfectè exoluam,quæ peculiaris mi ᾽ υραμένην,
hi supereſt poſſeſſio meique cordis fœtus,ex ipſo perinde atque è quopiam altari illam ſacri- Heſych.
ficabo è penu mentis nimirum meæ depromptam . Et ſacrificabo tibi hoſtiam laudis innu-
meris anteponendam holocauſtomatibus,tibi inquam,nullius indigo , ſed vſquequaq; per-
fecto deo,qui neutiquàm requiris offerri tibi corporalia eiuſmodi ſacrificia,quibus quò quiſ
que eſt opulentior,hoc abundat magis:ſed eam repetis confeſſionem,quæ ex affectu & cor-
de nihil fucato proficiſcitur, quæ quidem ex æquo ſe liberaliter impertit omnibus , tantùm
ſi velint.Ipſe equidem ſacrificans tibi laudem , non quaſi qui erubeſcam clàm fugitans im-
F piorum querelas & in latebris deliteſcens ſacrificabo,ſed publicum exhibebo tibi ſacrificiū,
aſſumpto mecum vniuerſo populo tuæ adorationis conſorte futuro . Locus porrò iſtius ſa-
crificij nobis declarabitur,nempe media regio ac proinde omnibus maximè conſpicua ipſi-
us Hieruſalem.Audite,qui eccleſiam relinquitis & in publicis domibus verſati,miſeras fa-
citis corporis pretioſi ſciſſuras:audite,inquam, quòd vota precéſque perſoluere oporteat in
medio Hieruſalem , hoc eſt , eccleſiæ dei . Neque enim iuxta veterem cultus diuini ritum,
ſuam cuique aram figere liceat & ſtatuere:ſed altare vnum conſtituentibus ſacrificium of-
ferre deſignatum eſt & oſtenſum . Tu contrà, aram erigis ex aduerſo altaris tibi à patribus,
ſupérque illam alienum incendis ignem , ne ſic quidem admonitus veterum exemplo reſi-

 piſcis?

piſcis? Ad hoc, homines mente corruptos adſciſcis in contubernium, quorum conuictu te- G
ipſum inquinas ac defœdas. A talium peſtilenti imitatione vos abarcete populus domini,
neu ſinatis vos auelli ab eorum parte qui ſaluantur, perſeuerantes in fide, opere explentes
mandata domini, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homiliarum decem & ſeptem beati patris Baſilij, in pſalmos
ſelectiores hic eſto finis.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS ORNATISSIMO H
*uiro, D. Ioanni Cholero præpoſito Curienſi.* S. D.

*NE ſemper accipias à nobis epiſtolas ſteriles atque ἀδώρους, mittimus duas homilias de laudibus
ieiunij, quod nunc magna ex parte ſublatum è uita Chriſtianorum & uidemus & dolemus. Dices
has ante fuiſſe uerſas: fateor, nimirum à Raphaele Volaterrano. Sed ob id ipſum hoc operæ ſum-
pſi, quo declararem, quantum ſit periculum quorumlibet uerſioni fidere, quantóque rectius ſit
ex ipſis haurire fontibus. Demiraberis ipſe ſat ſcio, ſi utriuſque noſtrum translationem cum græcis contu-
leris. Nam id ut cuiuis in promptu ſit, prouiſum eſt ædito græcè Baſilio. Poſterior homilia mihi non uide-
tur Baſilij, ſed ſtudioſi cuiuſpiam ſeſe ad prioris æmulationem exercentis. Equidem non pugnabo, ſi quis
diuerſum ſentiat, arbitror tamen eruditos, ſi propius admouerint oculos, meæ ſententiæ ſubſcripturos. Pro- I
bo genus exercitationis, at eorum fucos non probo, qui notha ac degenerantia ſummorum uirorum titulis
obtrudunt orbi. Impoſturam hanc & in Athanaſij, & in eloquentiſsimi cuiuſque ſcriptis deprehendimus. Ab
hac audacia ſaltem Baſilij magni diuinitas debuit abſterrere. Quanquam in hoc autore parcius eſt peccatum.
Adiecimus & Hieronem Xenophonticum, cui admouimus δευτέρας φροντίδας. Bene uale. Datum apud
Friburgum Briſgoiæ. Anno à Chriſto nato M D XXXII.*

K

## HOMILIA DIVI BASILII DE LAV- *dibus ieiunij, Eraſmo Roterodamo interprete.*

CLANGITE, inquit, in initiis mẽſium, buccina, †in inſigni die ſolen- [aliâs, tuba.]
nitatis veſtræ. Hæc quidem iuſſio eſt prophetica. At nobis feſtum [Pſalm. 80.]
quod reliquos antecellit dies, quauis tuba vocalius, & quouis inſtru- [τὰ ἀναγνώσματα.]
mento muſico ſignificantius indicant recitatæ ſcripturæ. Nam ex Eſa- [Eſaiæ. 1.]
ia didicimus ieiuniorum gratiam, qui vt Iudaicum ieiunãdi modum
deteſtatus eſt, ita verum ieiunium nobis demonſtrauit: Nolite ad cõ- L
tentiones ac lites ieiunare, ſed diſſolue omne vinculum iniquitatis.
Et dominus: Nolite fieri triſtes, ſed laua faciem tuam. Sic igitur ani- [Matth. 6.]
mis affecti ſimus, quemadmodum ſumus edocti, ac dies inſtantes
haudquaquam triſti animo, ſed alacri affectu excipiamus, ſic vti decet ſanctos. Nemo deie- [γνώμη cum metapho.]
ctæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum ſtatuit. Noli triſtis eſſe, dum curaris. Ab-
ſurdum fuerit, ſi ob cibos ſubtractos contriſtemur, ac non potius ſuper animæ ſanitate læte- [ἐπὶ βρωμάτων ὑπαλλαγή.]
mur, ſique videamur plus tribuere voluptati ventris, quàm curæ mentis. Satietas enim in
ventrem defert delectationem, ſed ieiunium in animam ſubuehit lucrum. Sis hilari ani-
mo, quod tibi à medico datum eſt pharmacum efficax abolendo peccato. Quemadmodum
enim vermes qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer a- M [Elegans ſimile.]
cribus, & amaris excutiuntur, ita peccatum in intimis ſeceſſibus habitans, extinguit, enecát- [νῆστις quaſi νήστιτις. Etymolog.]
que ſimul atq; in animam ſuperuenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod
inedia purget animæ viſcera. Vnge caput tuum, & faciem laua. Ad reconditiorem ſenſum
te vocat ſermo dei. Qui alios vngebat, vnctus eſt, qui lauabat, ablutus eſt. Verba præcepti
fac ad interna membra accommodes. Animam à peccatis ablue, vnge caput vnguento ſan-
cto, vt conſortium habeas cum Chriſto, qui nomen habet ab vnctione, atque ita demum [Vt animę facies obſcuratur.]
accedito ad ieiunium. Noli obſcurare faciem tuam more hypocritarum. Obſcuratur fa-
cies, quum internus affectus externa ſpecie velut incruſtamento inducto tegitur, ac men-





A dacio, ceu velo obtento cælatur. Siquidem hypocrita dicitur hiſtrio, qui in theatro perſo- [Hypocrita quis.]
nam ſuſtinet alienam, ſæpe heri, quum ſit ſeruus: aut regis quum ſit priuatus. Itidem in
hac vita plerique vitam ſuam velut è proſcenio ad oſtentationem componunt, aliud in
corde gerentes, aliud in ſpecie hominum oculis præ ſe ferentes. Noli igitur obſcurare faci-
em. Qualis es, talis appare, ne teipſum transfigures in habitum triſtem ac tetricum, hinc
laudem ac gloriam aucupans, ſi videare ſobrius ac temperans. Neque enim vlla vtilitas be- [γνώμη.]
nignitatis, cui tuba præcinit, neque fructus vllus ieiunij, quod ad publicam fit oſtentatio-
nem. Nam quæ geruntur ad præſentem oſtentationem, ea nequaquam porrigunt fructum
in ſeculum venturum, ſed ad hominum laudem detorquent. Proin hilariter accurre ad ie-
B iunij donum. Vetus donum eſt ieiunium, quod non veteraſcit nec ſeneſcit, ſed vſque
renouatur, ſed perpetuo vigore pubeſcit. Putas me ieiunij antiquitatem à legis initio
ſupputare? Etiam ipſa lege antiquius eſt ieiunium. Mane pauliſper & comperies verum
eſſe quod dixi. Caue exiſtimes diem propitiationis, qui deſignatus Iſraëlitis erat menſe
ſeptimo, decimo die menſis, fuiſſe ieiunandi principium. Ades huc, ac per hiſtoriam [Ieiuniũ non recens inuentum.]
decurrens, veſtiga ieiunij antiquitatem. Neque enim recens inuentum eſt, ſed pretio-
ſus theſaurus à maioribus repoſitus ac traditus. Quicquid vetuſtate præcellit, idem vene- [γνώμη.]
rabile eſt. Reuerere igitur ieiunij caniciem. Tam vetus eſt, vt ſimul cum homine condito
cœperit, in paradiſo præſcriptum eſt. Primum illud præceptum accepit Adam, ne de li-
C gno ſcientiæ boni ac mali ederet. Hoc autem verbum non edetis, ieiunij & abſtinen-
tiæ lex eſt. Si à ligno ieiunaſſet Eua, nequaquam hoc nunc ieiunio opus haberemus. [Ab exemplo Euæ.]
Neque enim qui valent egent medico, ſed qui male habent. In morbum incidimus per pec-
catum, ſanemur per pœnitentiam. Sed pœnitentia ſine ieiunio ocioſa & infrugifera eſt. [Pœnitẽtiam neceſſario comitatur ieiunium.]
Maledicta terra, ſpinas & tribulos progignet tibi. In triſtitia viuere iuſſus es, non indulgere
deliciis. Per ieiunium ſatisfacito deo. Quin & ipſa quondam in paradiſo vita ieiunij ſimu-
lacrum eſt, non ob id modo quòd homo angelorum ritu viuens, dum pauciſſimis conten- [γνῶμαι.]
tus eſt, ſimilitudinem cum illis aſſequitur, verum etiam, quod quæcunque poſt hominum
cogitatio commenta eſt, ea nondum erant excogitata in paradiſo degentibus, nondum vini
D potatio, nondum pecudum mactatio, non alia quæcunque perturbant mentem humanam.
Quoniam non ieiunauimus exulamus è paradiſo. Ieiunemus igitur, vt ad illum poſtlimi-
nio reuertamur. An non vides, quomodo Lazarus per ieiunium ingreſſus eſt paradiſum? [Lazari ieiunium, quanti meriti.]
Noli imitari Euæ inobedientiam, noli rurſus ſerpentem adhibere in conſilium, qui dum gra-
tificatur carni, cibum ſuggeſſit. Ne cauſeris corporis infirmam valetudinem, ne dixeris te ie-
iunium ferre non poſſe. Neque enim mihi iſtas excuſſationes profers, ſed iuxta prouerbium,
ſcienti loqueris, nimirum deo quem nihil fugit. Age dic mihi, ieiunare non potes, & potes
expleri eduliis, potes conficere corpus eſcarum pondere? Atqui infirmis, nõ variam ciborum
copiam, ſed inediam & abſtinentiam à medicis ſolere præſcribi ſcio. Qui fit igitur, vt cum
E iſta poſſis, illa te non poſſe cauſeris? Vtrum ventri facilius eſt, tenui victu tranſmittere no-
ctem, an copia ciborum grauatum iacere? imò ne iacere quidem, ſed crebro huc & huc ver-
ti, diſtentum ac gementem? Niſi fortè ſimul dicturus es illud, quod naucleri facilius ſeruant [Confirmat eleganti τῇ ὁμοιώσει.]
nauim ſarcinis onuſtam, quàm eam quæ ad curſum expedita eſt ac leuis. Nam oneris ma-
gnitudine grauatam, quanuis exiguus fluctus adoriens demergit: Contrà, quæ modicis ſar-
cinis temperata eſt, facilè ſuffert vndarum impetum, eo quod nulla res impediat eam quo
minus fluctum in altum ſurgentem ſuperet. Eundem ad modum & hominum corpora, aſſi-
dua expletione degrauata, facilè à morbis demerguntur. Cæterum quæ facili, leuíque vtun-
tur alimonia, non modo malum, quòd à morbo imminente expectabatur, veluti tempeſta-
tis aſſultum effugiunt, verum etiam præſentem iam ægritudinem, veluti turbinem quẽdam
F coorientem diſcutiunt. Videlicet iuxta tuam ſententiam laborioſius erit quieſcere quàm
currere, & ocioſum eſſe quàm luctari, ſiquidem iudicas congruentius eſſe infirmos deliciis
expleri, quàm parco, tenuiq; vti victu. Nam naturæ vis, quæ diſpenſat alimoniam animan-
tium corporibus, temperatum ac parcum victum facile concoquit, & in corporis quod ali-
tur, ſubſtantiam vertit. At eadem vbi ſumptuoſos varioſq; cibos complexa eſt, nec deinde
ad conficiendam eduliorum portionem pares vires habet, diuerſa gignit morborum gene-
ra. Sed iam ad hiſtoriam ſe noſtra recipiat oratio, ieiunij antiquitatem percurrens, & quan-
topere omnes ſancti perinde quaſi hæreditatem à maioribus traditam, ieiunium obſerua- [Abſtinẽtia maiorum]
rint, patréſque ſuis quique liberis tradiderint, vnde & in nos perpetua quadam ſucceſſionis

ſuorum exẽplo accepta, Ieiunij laus ab exemplo

ſerie hæc deuenit poſſeſſio. Non erat in paradiſo vinum, non erat pecudum mactatio, non G
carnium eſus: Poſt diluuium cœpit vinum, poſt diluuium cœptum eſt veſci quibuſlibet, æ-
què atque ante, terræ frugibus. Poſteaquàm deſperata eſt perfectio, tum denique conceſſa eſt
fruitio. Porrò tum nullam fuiſſe vini experientiam, argumento eſt Noë, qui neſciebat vini
vſum. Nondum enim in vitam hominum irruperat, nondum mortalium vſu aſſiduo tere-
batur. Itaque quum ille nec alium quenquam eo liquore vtentem vidiſſet, nec ipſe eſſet ex-
pertus, incautus incidit in noxam, quam vinum adferre ſolet. Plantarat enim Noë vineam,
bibitq; de fructu eius, & inebriatus eſt, non quidem eo, quòd vinolentus eſſet, ſed quòd ob
imperitiam ignoraret modice ſumẽdum eſſe. Itaque inuentum bibendi vinum recentius eſt
paradiſo, adeo vetuſta eſt ieiunij dignitas. Quin & Moſen cognouimus per ieiunium pene- H
traſſe in montem. Neque enim id auſus fuiſſet, fumãte montis cacumine, neque ſuſtinuiſſet

Nubẽ γνόφον caliginem.

ingredi in nubem, niſi fuiſſet obarmatus ieiunio. Per ieiunium legem accepit digito dei ſcri
ptam in tabulis, atque in ſummo quidem monte ieiunium legem impetrauit, in imo vero
montis, luxus & ingluuies ad idololatriam dementauit. Sedit enim populus vt ederet ac bi
beret, & ſurrexit ad ludendum. Quod famulus quadraginta dies ieiunus aſſidue verſans cũ
deo, deprecansq; confecerat, id vnica temulentia reddidit irritum, infrugiferumq;. Nam ta-
bulas, quas ieiunium impetrarat conſcriptas digito dei, ebrietas comminuit, dum propheta
iudicat indignum, ſi populus ebrius legem acciperet à deo. In vnico temporis momento po- I
pulus ille, qui maximis prodigiis dei cognitionem acceperat, per luxum ad inſaniam idola
Aegyptiorum more colendi deuolutus eſt. Hæc vtraq; inter ſe componito, hinc quomodo ie
iunium adiungat deo, illinc quomodo luxus ſalutem verterit in exitium. Deſcende, ac via

Eſau ingluuies ἐβεβήλωσε. Samuel. Sampſon. ἀυὲν ἰκύησε

qua cœpiſti ad inferiora perge. Quæ res Eſau alienauit à deo, fratriq; in ſeruitutem tradidit,
niſi vnicum edulium, cuius gratia vendidit ius primogeniti? Iam Samuelem nónne depre-
catio cum ieiunio coniuncta donauit matri? Quæ res fortiſſimum virum Sampſonem inex
pugnabilem reddidit. An non ieiunium? Cum ieiunio in vtero matris conceptus eſt, cum ie
iunio educatus eſt, ieiunio in virum adoleuit, quod ieiunium angelus matri indixerat. Quic

Ieiunij ἐγκώμιον.

quid proficiſcitur è vinea, ne edat, vinumq; & ſiceram ne bibat. Ieiunium prophetas gene- K
rat, potentibus addit robur. Ieiunium legum latoribus ſubminiſtrat ſapientiam, bona animę
cuſtodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerãtibus, athletis exercitium. Hoc
tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes, ſobrietatis architectus.
In bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem. Nazaræum ſanctificat, ſacerdotem red-
dit ſacris idoneum. Neque enim fieri poteſt, vt is abſque ieiunio ſanctum miniſterium cum
fiducia peragat, non tantum in myſtico horum temporum veróque cultu, verum etiam in

Helias.

eo qui iuxta legem in figuris peragebatur. Ieiunium Heliam magni illius miraculi ſpectato-
rem fecit, qui quum quadraginta dierum ieiunio repurgaſſet animam, ita demum in ſpelun
ca, quę eſt in Choreb, promeruit videre dominum quatenus quidem homini videre datum L
eſt. Ieiunans viduæ filium ſuum reſtituit, aduerſus ipſam etiam mortem robuſtus factus per
ieiunium. Vox ab ore ieiuno proficiſcens, populo tranſgreſſori clauſit cœlum, annos tres ac
menſes ſex. Vt enim indomitum obſtinatorum, duráque ceruice deo rebellium cor emol-

Τῆς τολύπης

liret, voluit & ſeipſum ea calamitate cum cæteris condemnare. Propterea viuit dominus, ſi
erit aqua ſuper terram, niſi per os meum. Et adegit omnem populum ad ieiunium, ingraue-
ſcente fame, videlicet vt malitiam, quam è delitiis vitáque diſſoluta contraxerant, abſtinen-
tia corrigerent. Heliſſeus autem cuiuſmodi victu eſt vſus? Quomodo apud Sunamitidem

ἀλεύρου βραχύ.

hoſpitio refocillatus eſt? Quomodo ipſe prophetas excepit? Nónne agreſtia holera ac farinæ
pauxillum hoſpitalitatis munus expleuerunt? Quo tempore calamitate ſimul cum herbis
ſumpta, periclitabantur qui guſtarant, ni ieiunatoris prece veneni vis diluta fuiſſet. Atq; vt M
ſemel omnia dicam, reperies quotquot fuere ſancti, omnes per ieiunium ad vitam deo dig-
nam fuiſſe inſtitutos. Eſt lapis quidam eius naturæ, quem hinc Amianton Græci vocant, vt

ἀμίαντον. Dioſcor. 5. ca. 147. Trium puerorum abſtinentia. Tertia collatio.

inquinari non poſſit. Hic ab igni non vincitur, ſed impoſitus igni videtur igneſcere, & in
prunam verti, rurſum exemptus igni, perinde quaſi fuiſſet aqua candidatus, apparet purior.
Huiuſcemodi erant trium illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio con-
ſequuta, vt nulla vi poſſent inquinari. Siquidem in vehementi fornacis flamma quaſi natu-
ra fuiſſent aurei, ita apparuerunt noxia vi ignis ſuperiores. Quin & auro potentiores decla-
rati ſunt. Neque enim illos liquefecit ignis, ſed integros, illibatóſque ſeruauit. Atqui nihil
eſt, quod illam tum flammam ſuſtinere potuiſſet, quam naphthe, pix, & ſarmenta ſic alebãt,
vt ad



A vt ad quadraginta nouem cubitos diffunderetur, at in circuitum diſperſa, plurimos Chal-
dæos abſumpſerit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum ieiunio ingreſſi conculcarunt,
liquidum ac roſcidum aërem in igni tam vehementi reſpirantes. Neque enim ignis vel pi-
los illorum auſus eſt attingere, eò quòd à ieiunio eſſent aliti. Porrò Daniel vir deſideriorũ,

Nec vinum, ὕδωρ μὴ, nec aquam.

quum tres hebdomadas panem non ediſſet, nec vinum bibiſſet, demiſſus in lacum, etiam
leones ieiunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde
quaſi è lapide, aut ferro, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuiſſet. Adeò quem-

Daniel. βαφῇ σιδήρου tinctura ferri.

admodum tinctura ferrum indureſcit, ita ieiunium pij viri corpus durauerat, ac leonibus
inſuperabile reddiderat: Neque enim aduerſus ſanctum os aperuerunt. Ieiunium reſtinxit
B vim ignis, obturauit ora leonum. Ieiunium preces noſtras ſubuehit in cœlum, dum illis ala-
rum vice fit, quo ſurſum ferantur. Ieiunium familiarum eſt incrementum, ſanitatis mater,
iuuentutis pædagogus, ornamentum ſenibus, bonus comes viatori, tutus conuictor coniu-
gatis. Non ſuſpicatur quenquam inſidias ſtruere coniugio maritus, conſpiciens vxori fami-
liare ieiunium. Non contabeſcit vxor zelotypia cernens maritum amplecti ieiunium. Quis
rem familiarem diminuit in ieiunio? Recenſe hodie domus ſupellectilem, ac poſtea denuo
numera, nihil ob ieiunium deeſſe comperies in rebus domeſticis. Nullum animal deplorat
mortem, nuſquam ſanguis, nuſquam flagitatio aduerſus animantia, ab implacabili ventre
veniens. Ceſſat machæra coquorum, menſa contenta eſt ſponte naſcentibus. Sabbatum Iu-
C dæis erat traditum, vt quieſcat inquit, iumentum & famulus tuus. Sit ieiunium famulis re-
quies à perpetuis laboribus, qui tibi per totum annum inſeruiunt. Dato reſpirationem coquo
tuo, da ocium menſarum apparatori, quieſcat manus pocillatoris, ſit aliquãdo reſpiratio va-
riorum bellariorum ac cupediarum architecto. Conquieſcat tandem ipſa domus ab infinitis
tumultibus, à fumo, à nidore, ab his qui ſurſum deorſum curſitant, ac ventri velut imperioſę
dominæ miniſtrant. Prorſus etiam tributorum exactores ſibi obnoxiis pauliſper concedunt
libertatem. Det aliquantum vacationis & venter, det inquam, concedat nobis quinque die-
rum inducias, qui ſemper alioqui flagitat, nec vnquam deſinit, dum quod accepit hodie,
cras obliuiſcitur. Quum fuerit expletus, tum de temperantia philoſophatur, vbi diſcuſſit tu-

Ecce inter pocula quęrunt, &c. Perſius. A ſimili. Collatio elegans. ὥσπερ ἀπόδημον.

D morem, placitorum illorum obliuiſcitur. Ieiunium non nouit fœnoris incrementum, non
olet vſuras ieiunantis menſa, non præfocat orphanum ieiunatoris filium æs alienum à patre
conflatum, quod ſerpentium ritu circumuolutum ſtrangulat hæredem. Quanquam & alias
ieiunium occaſionem adfert ad hilaritatem. Nam quemadmodum ſitis efficit, vt iucundus
ſit potus, & ſicut fames præcedens, epulas facit ſuaues, ita & eduliorum ſumptionẽ ieiunium
condit atque edulcat. Dum enim ſe medium interponit, ac deliciarum perpetuum vſum in-
terrumpit, efficit vt quum ad ſumptionem intermiſſam reditur, ea tibi ſit tanquam noua iu-
cundior. Proinde ſi vis tibi menſam apparare ſuauem, adhibe ex ieiunio viciſſitudinem. At
tu dum nimium deliciis addictus es, non ſentis, quòd tibi delicias reddis inſipidas, ac præ

γνώμη ex contrariis. Collatio ex contrariis.

E voluptatum amore voluptatem perdis. Nihil enim tam eſt appetendum, quin abeat in faſti
dium, ſi perpetuo fruare. At quæ raro contingunt, his auide fruimur. Sic & qui condidit nos
deus ſapienter & illud procurauit, vt quæ nobis ad vſum vitę largitus eſt, gratiam apud nos
obtineant ipſa viciſſitudine. An non vides ſolem eſſe lætiorem poſt noctem? ac vigiliam eſſe
iucundiorem poſt ſomnum? & ſanitatem eſſe deſiderabiliorem diuerſa expertis? Itidem &
cibus gratior eſt poſt ieiunium, idq; pariter & diuitibus, quibus menſa eſt opipara, & tenui-

Ab exẽplo epulonis.

bus parabili faciliq; victu vtentibus. Terreat te diuitis exemplum, quem vita in deliciis acta
tradidit incendio. Non enim ob crimen iniuſtitiæ, ſed ob vitæ molliciem exuſtus eſt in ca-
mino ardente. Proin vt hoc incendium extinguamus, aqua opus eſt. Adde, quòd non ſolum
ad venturi ſeculi fugienda mala, & aſſequenda bona, vtile eſt ieiunium, ſed hic interim ipſi

Attende ſingula.

F carni conducibilius eſt. Siquidem habitudo corporis extremè bona, ſenſim mutatur, & in di
uerſum recidit: nimirum ſuccumbente natura, nec valente corpulentiæ pondus ſuſtinere.
Vide ne qui nunc aquam reſpuis, in poſterum exemplo diuitis illius, ſtillam aquæ concupi-
ſcas. Nemo per aquę potum lapſus eſt in crapulam, nulli caput vnquam doluit, aqua graua-
tum. Nullus eguit alienis pedibus cum aquæ potu familiaritatem habens. Nullum ſui pedes
deſtituerunt, nullæ manus factæ ſunt inutiles, quæ aqua irrigantur. Nam concoctionis vi-
tium, quod viuentes in deliciis neceſſario comitatur, acres morbos gignit, in hominũ cor-
poribus ieiunantis color venerabilis eſt, non inuerecundo rubore floridus, ſed ſobrio pallo-
re decoratus, oculi placidi, compoſitus inceſſus, vultus cordatus, nec intemperanti riſu di-

 ſtortus

ſtortus,concinnus ſermo,purum cor.Reuoca in memoriam quotquot ab orbe condito fue- G
re ſancti,quibus dignus non erat mundus, qui circumibant in pellibus ouium & caprarum,
egentes,preſſi,afflicti,illorum imitare vitam,ſi modo illorum cupis aſſequi partem.Quæ res
Lazaro quietem parauit in ſinu Abrahæ?Nónne ieiunium?Porrò Ioãnis Baptiſtæ vita, quid
aliud erat,quàm vnicum ac perpetuum ieiunium ? qui non habebat lectum , non arua, non
Metaphora. aratorem(vt ait Heſiodus)bouem,non triticum,non piſtorem,denique nõ aliud quicquàm
ὀυκ ἀνέϛη eorum quæ ad victum pertinent. Ideoque inter natos mulierum non extitit quiſquam ma-
nõ ſurrexit. ior Ioanne Baptiſta.Paulum quum alia , tum præcipuè ieiunium quod ſuper afflictionibus
ſuis glorians recenſet,in tertium cœlum ſubuexit . Porrò qui caput eſt omnium quos com-
memorauimus , dominus noſter , non prius in carne,quam pro nobis adſumpſerat,diaboli H
inſultus excepit,quàm eam ieiunio communiſſet,ſimul & nos erudiens,vt noſmet aduerſus
tentatoris conflictus exemplo palæſtritarum vngamus,& exerceamus. Et vide quàm mira-
biliter ille tentatori per eſuritionem prębuit anſam.Alioqui propter diuinæ naturæ ſublimi-
tatem non patebat ad illum aditus diabolo, niſi ſe per eſuritionem ad humanã imbecillitatẽ
ſubmiſiſſet.Attamen cũ rediens aſcenderet in cœlum cibum guſtauit,quo fidem faceret na-
turale verúmque corpus eſſe, quòd excitatum erat à morte . At tu ſupra modum ſaginandi
teipſum,carnéque onerandi,nullum finem facis,rurſus dum mentem nulla ſalutarium ac vi
Gollatio. uificorum dogmatum alimonia paſtã ſinis extabeſcere,nulla tibi cura eſt. An ignoras quòd I
perinde atque in acie hinc atq; hinc inſtructa ad conflictum , qui alteri parti fert ſuppetias,
facit vt altera vincatur,ita qui carni ſeſe adiungit,expugnat ſpiritum,& qui ſtat à ſpiritu,car
nem in ſeruitutem redigit?Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur . Proinde ſi cupis mentem
reddere validam, fac carnem domes ieiunio. Hoc enim eſt quod ait Apoſtolus,quòd quãtũ
externus homo corrumpitur,tantum internus renouatur.Item illud : Quum infirmor tunc
potens ſum.Itáne non contemnes iſtas eſcas , quæ corrumpuntur: itáne non te capiet illius
menſæ deſiderium, quæ eſt in regno cœlorum , quam prorſus hic ieiunando tibi præpara-
bis . An ignoras quòd immoderata expletione, tibiipſi pinguem paras vermem , conſcien-
tiæ carnificem ac diſcruciatorem . Quis enim in ſplendidis epulis , perpetuíſque deliciis
particeps factus eſt vllius doni ſpiritualis?Moſes dum alteram accepit legem, altero ieiunio K
γνώμην con firmat exéplo. opus habuit . Niſi apud Niniuitas ſimul cum hominibus ieiunaſſent & bruta animantia,
haudquaquam effugiſſent ſubuerſionem quam deus per Ionam fuerat comminatus . Quo-
rum membra ceciderunt in deſerto ? Nónne eorum qui eſum carnium flagitabant? At illi
donec erant contenti manna, & aqua de petra fluente, ſuperabant Aegyptios, per mare fe-
cerunt iter , non erat infirmus in tribubus eorum . Cæterùm poſteà quam recordati ſunt
carnium, ac lebetum : poſteaquàm concupiſcentia reuerſi ſunt in Aegyptum , non vide-
runt terram repromiſſam . Non metuis exemplum ? non horres edacitatem? ne fortè te à
bonis quæ ſperamus excludat . Ac ne Daniel quidem ille ſapiens viſiones videre meruiſſet
niſi ieiunio reddidiſſet animam limpidiorem. Siquidem è copioſiore paſtu ceu fumoſi qui- L
dam vapores exhalantur , qui lucem ſancti ſpiritus in hominis mentem irradiantem , quaſi
denſa nubes interueniens , intercipiunt . Quod ſi angelorum quoque cibus eſt vllus , pa-
nis eſt , quemadmodum ait propheta , panem angelorum comedit homo . Non carnes,
non vinum, non denique quæcunque alia quæ ventri ſeruientibus ingenti ſtudio apparan-
tur. Ieiunium armatura eſt ad confligendum cum impiis ſpiritibus . Nam hoc genus non
eiicitur niſi per deprecationem ac ieiunium . Tam multa bona proueniunt è ieiunio . E di-
uerſo ſatietas laſciuiæ initium eſt : protinus enim vnà cum deliciis , ebrietate,& omni ge-
nere conditis bellariis,irrumpit omnis forma pecuinæ intẽperantiæ. Hinc equi inſanientes
in fœminas , fiunt homines ob œſtrum ac furorem quem in animo gignunt deliciæ . A M
temulentis orta eſt naturæ inuerſio, dum in maſculino ſexu fœmininum,in fœminino ma-
ſculinum quærunt.Ieiunium vero etiam in vſu coniugij modum temperantiámque docet,
ac voluptatum lege conceſſarum immodicum vſum caſtigans , parit concors ocium , vt
perſeuerent in precatione . Caue tamen ne ieiunij vtilitatem ſola eſcarum abſtinentia me-
tiaris.Verum enim ieiunium eſt ab omnibus vitiis eſſe alienum.Solue omne vinculum ini-
Ieiunium verum. quitatis, condona proximo, ſi quid dolet animo , remitte illi debita. Nolite ad contentio-
nes ac lites ieiunare. Carnes non edis ? ſed comedis fratrem tuum . A vino abſtines , ſed ab
iniuriis tibi non temperas . Expectas veſperam , vt cibum capias , ſed diem totum abſumis
Antitheſes. apud tribunalia. Væ his qui ebrij ſunt , non à vino. Ira, mentis eſt temulentia,eámque à ſo-
brietate



A brietate excutit,haud aliter quàm vinum.Quin & dolor temulentia eſt ſenſum hominis o-
bruens ac demergens.Rurſus alia temulentia metus eſt,quoties ad ea fertur,ad quæ non o-
portet. Siquidem à timore inimici inquit,erue animam meam . In ſumma, quiuis affectus
dimouens animum à ſtatu ſuo,meritò dicitur ebrietas.Conſidera mihi hominem ira perci-
tum,quàm temulentus ſit eo morbo.Non eſt ſui compos, non nouit ſemetipſum, non no-
uit qui adſunt,ſed velut in pugna nocturna,tentat omnia,impingit in omnia,inconſidera- Ex ebrietate rurſus ꝓgnata mala.
ta loquitur,non poteſt cohiberi,conuiciatur,cædit,minatur, deierat, vociferatur, clamore
diſrumpitur.Fugito iſtam temulentiam,ſed ne illam quidem quæ ex vino naſcitur, admit-
te.Noli te ad largiorem vini potionem aquæ potu præparare . Ne te ad ieiunij myſteria in-
B troducat ebrietas.Non eſt per temulentiam aditus ad ieiunium,quemadmodum nec ad iu- ἐναντίωσις.
ſtitiam iter eſt per fraudationem , nec ad ſobrietatem per laſciuiam,nec(vt ſummatim di-
cam) per maliciam ad virtutem.Aliud oſtium eſt ad ieiunium.Ebrietas ad laſciuiam indu-
cit,ad ieiunium frugalitas.Athleta ante certamen exercetur,ieiunator ad ieiunandum tem
perantia præparatur.Ne velut vlciſcens ieiunij dies,neu veluti fucum facturus legis autori,
in hos quinque dies crapulæ theſaurum reponito.Stulte ſiquidem facis,ſi corpus quidem cõ εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖς.
ficis,nec tamen ſolatium eſuritioni admoues . Iſta infida penui cella eſt,in pertuſum hauris
dolium.Fit enim vt vinum perfluat ad ſuam recurrens viam,peccatum verò maneat in do Argumentum à contrariis.
lio.Famulus profugit ab hero verberante:tu verò non recedis à vino,quod quotidie cõtun
C dit caput tuum.Modus vtendi vino optimus eſt,corporis neceſſitas.Quod ſi fines prętergre
dieris,poſtridie venies capitis grauedine affectus,oſcitans,vertigine laborans, putrefactum
obolens vinum,omnia tibi circumferri,omnia circumuolui videbuntur . Ebrietas vt ſom- A ſimili argumentum.
num adfert mortis germanum,ita vigiliam habet ſomniis adſimilem.An ignoras quem es Euchariſtia.
hoſpitio excepturus?Nimirum illum qui nobis ita pollicitus eſt : Ego & pater veniemus, &
manſionem apud eum faciemus. Quur igitur prius recipis temulentiam,ac domino ingreſ-
ſum præcludis? Quur permittis vt hoſtis munimenta tua prior occupet ? Ebrietas non reci-
pit dominum,ebrietas ſpiritum ſanctum propellit.Fumus quidẽ abigit apes,dona verò ſpi-
ritualia fugat luxus.Ieiunium ciuitatis eſt ornamentum, fori tranquillitas,domorum pax,
D incolumitas facultatum.Vis ieiunij videre dignitatem?Cõfer mihi hodierni diei veſperam
cum veſpera craſtini,conſpicies ciuitatem è tumultu ac tempeſtate mutatam in profundam
tranquillitatem.Vtinam autem & hodiernus dies craſtino ſimilis ſit , quod ad ſobrietatem
attinet,& craſtinus dies hodiernum æquet hilaritate.Cæterum qui nos perduxit ad hunc tẽ
poris recurſum dominus,præſtet nobis tanquam certatoribus,vt per hos dies,quibus ad cer
tamen euocamur , robur ac neruos continentiæ declaremus , quo præparemur & ad illum
diem,qui coronas diſtribuit pro meritis,vt recordemur nũc quidem ſalutiferæ afflictionis,
in futuro verò ſeculo præmij reponendi pro his quæ geſſimus in hac vita , in iuſto iudicio
Chriſti ipſius,quoniam illi gloria in ſecula,Amen.
E

## DE IEIVNIO ORATIO SECVNDA,
*Eodem interprete.*

EXhortamini,inquit ſcriptura , ſacerdotes populum loquimini ad aures Hieruſalẽ Eſaiæ.4
Ea vis eſt orationis,vt & ſtudioſis poſſit impetum intendere,& ignauis ac ſegnibus Exhortatio à ſimili petita.
excitare promptitudinem . Hanc ob cauſam duces quum milites in acie ſtatuunt,
exhortatoriis orationibus ante conflictum vti ſolent, Tantámque vim habet ea ex-
F hortatio,vt compluribus etiam mortis contẽptum frequẽter adferat.Similiter qui athletis,
exercẽdis,pueríſq; ad huiuſmodi certamina inſtituendis præfecti ſunt,ſi qñ in ſtadiis certa-
turos producunt,hortandi gratia multa diſſerunt,de neceſſario tolerandis laboribus,déque
coronis.Adeóque multis perſuadent,vt dum victoriæ gloriam ambiunt,corpora ſua cõtem
nant.Proinde mihi quoque,qui Chriſti milites ad prælium cum inuiſibilibus hoſtibus gerẽ
dum in aciem digero,athletáſque pietatis ad iuſtitiæ coronas per temperantiam inſtruo,o-
pus eſt oratione exhortatoria.Quid igitur eſt quod dico fratres?Nempe quod his qui belli-
cis in rebus exercentur,quíque in palæſtris luctando deſudant, conuenit, vt copia ciborum
reddant ſeipſos corpulentos & obeſos,videlicet quo validioribus neruis labores queant ca-
peſſere.Contrà verò,quibus non eſt colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem , ſed aduer-
ſus prin-

ſus principatus,aduerſus poteſtates,aduerſus mundi dominos tenebrarum harum,aduerſus G
ſpirituales malitias,hos oportet per ſobrietatem ac ieiunium ad certamen exerceri . Etenim
quemadmodum oleum oblinit athletam,ita ieiunium robur addit ei qui ad pietatem exer-
cet ſeſe.Itaque quantum ſubtraxeris carni,tanto reddes animam habitudine ſpirituali niti-
diorem.Nam robur aduerſus inuiſibiles hoſtes non ſuperat corporis diſtenſione, ſed forti-
tudine ſpiritus,& erga afflictiones tolerantia . Ita ieiunium per omne quidem tempus vtile
eſt,iis qui illud ſponte ſuſcipiunt (Neque enim aſſultus dæmonum quicquam audet aduer-
ſus ieiunantem,ac vitæ noſtræ cuſtodes angeli diligentius adſunt iis , qui ieiunio purgatam
habent animam) ſed multo magis hoc tempore,quo per vniuerſum terrarum orbem vndi-
que denunciatur ieiunij præconium.Nec vlla eſt inſula, nec vlla terra continens , non ciui- H
tas,non gens vlla,non extremus mundi angulus,vbi non ſit auditum ieiunij edictum.Quin
& exercitus,& viatores,& nautæ,& negociatores,omnes pariter audiunt edictum , & ſum-
mo gaudio excipiunt . Ne quis igitur ſemet excludat à numero ieiunantium , in quo omne
hominum genus,omnis ætas,omnes dignitatum formæ cenſentur . Angeli ſunt,qui in ſin-
gulis eccleſiis deſcribunt ac recenſent ieiunantium capita.Vide ne ob breuem edendi volu-
ptatem, ſimul & priueris angeli recenſione , & teipſum apud eum qui recenſuit exercitum,
obnoxium facias deſertoris crimini.Leuius periculum eſt,ſi quis rhipſaſpis appelletur,quòd
in acie clypeum abiecerit,quam ſi magnam illam armaturam ieiunium videatur proieciſſe.
Diues es? Ne ieiunium affeceris contumelia : afficies autem, ſi graueris illud ad menſæ tuæ I
conſortium admittere,néve nullo tuæ domus honore dignatum dimittas , quum illa inte-
rim præ deliciis ac voluptate ſuauiter agat,ne quando te reum peragat apud eum qui de ie-
iunio legem tulit,fiátque , vt ex condemnatione ad longe maiorem inediam adigaris , ſiue
ex aduerſa valetudine corporis,ſiue ex alio quopiam triſti caſu.Contrà qui pauper eſt,ne ſi-
mulatione ac ſubſannatione vtatur erga ieiunium,quum illud iam olim habeat, & domus,
& vitæ ſocium.Porrò mulieribus quam eſt naturale reſpirare,tam eſt conueniens ieiunium.
Pueri veluti plantæ lætiores,aqua ieiunij irrigantur,ſenibus leuem reddit laborem, iam o-
lim contracta cum ieiunio familiaritas.Siquidem labores quibus diutino vſu aſſueueris,mi
nus offendunt,ſi inciderint in exercitatum . Iam viatoribus expeditus itineris comes eſt ie- K
iunium . Quemadmodum enim luxus cogit illos onuſtos incedere , nimirum ea quibus ſe
ingurgitarunt circunferentes , ſic ieiunium eos & leues reddit & expeditos . Et poſtea
quum , poſteaquam exercitui caſtra metata ſunt , militibus commeatus ſuppeditetur , non
ad delicias , ſed ad neceſſitatem , an non multo magis nobis , qui aduerſus hoſtes inuiſibi-
les prodimus in prælium , ac poſt eos deuictos ad ſupernam patriam feſtinamus , conue-
niet , tanquam in caſtris degentibus, neceſſariis eſſe contentos ? Suffer afflictionem,vt bo-
num decet militem , certa legitime , vt coroneris , illud reputans , quod quicunque certat,
in omnibus ſibi temperat . Sed quod mihi modo inter dicendum venit in mentem , indi-
gnum eſt quod prætereatur,videlicet,quod huiuſmodi † militibus,iuxta laborum modum, L
augetur obſonium . Contrà inter ſpirituales cataphractos , ij qui minus habent alimoniæ
plus habent honoris , quemadmodum & galeæ noſtræ ex diametro diſſident à natura cor-
ruptibili . Harum enim materia ferrum eſt , noſtræ verò ex ſpe ſalutifera conſtant . Itidem
illis ſcutum è ligno ac tergore bubulo confectum eſt,noſtrum verò munimentum fides eſt.
Rurſum nos thorace iuſtitiæ obarmamur,illi tunicam anſis contextam circunferunt . Præ-
terea nobis adeſt gladius ſpiritus ad defenſionem,illi ferro defenduntur.Ex his perſpicuum
eſt,quòd non iiſdem cibariis nos quibus illi vegetamur viréſque colligimus,ſed nos pieta-
tis dogmata corroborant,illis ad parandas vires expletione ventris eſt opus.Quoniam igi-
tur temporis circulus,dies hos vehementer optabiles nobis reduxit,omnes eos tanquam ve M
teres nutricios lubentes & hilares excipiamus , per quos eccleſia nos ad pietatem educat.
Proinde ieiunaturus,noli triſtis eſſe Iudæorum exemplo,ſed iuxta doctrinam euangelicam
teipſum hilarem & alacrem præbe,neque lugeas ventris inediam , ſed animæ potius gratu-
lare ſpiritualibus epulis fruenti.Scis quòd caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus ad-
uerſus carnem.Itaque quum hæc ſibi inuicem aduerſentur,ſubtrahamus carni voluptatem,
augeamus animæ robur , vt per ieiunium collectis viribus ad ſuperandas concupiſcentias,
coronis abſtinentiæ repoſitis cingamur. Iam igitur teipſum exhibeas dignum ieiunio cum
primis venerabili,ne hodierna temulentia craſtinam temperantiam corrumpas.Improbum
iſtuc conſilium eſt,praua cogitatio eſt,ita dicentium,quoniam nobis quinque dierum ieiu-
nium

ὁμοίωσις ele gans.

Attende ieiunij quanta ſit virtus.

Ad vnum omnes ieiunabant.

ῥίψασπις, quo nomine dictus Demoſthenes.

γνώμη.

† huius mũdi τοῦ κόσμου ἀνομοίωσις.

Inter carnẽ & ſpiritum perpes agon



A nium indictum eſt,hodie noſipſos temulentia obruamus . Nemo pudicam vxorem legiti-
mè ducturus,antè ſcorta & concubinas inducit in ædes.Neque enim coniunx legitima pa-
titur conuictum cõtuberniúmque domeſticum, ſtupro corruptarum. Proinde ne quum ex-
pectatur ieiunium,prius introducas ebrietatem,quæ eſt ſcortum publicum , quæ eſt impu-
dentiæ mater,quæ riſu gaudet,quę inſanit,quę ad omnem dedecoris ſpeciem facilis ac pro-
cliuis eſt . Neque enim ieiunium & precatio introibunt in animam temulentia marcidam.
Ieiunantem intra ſacrorum cancellos recipit dominus : at luxu crapuláque plenum veluti
prophanum & à ſacris alienum nequaquam admittit.Etenim ſi cras venias vinum obolens,
ídque cruditate corruptum ac putrefactum,quomodo tibi crapulam pro ieiunio ſim impu-
B taturus?Neque enim illud cogita, quòd merum tibi recens infuſum non eſt, ſed quòd à vi-
no purus non es,hoc reputa.In vtro te ordine collocabo ? Inter ebrios , an inter ieiunantes?
Præterita vinolentia te ſibi aſſerit.Præſens inedia ieiunium teſtificatur.Anceps es & contro
uerſum temulentiæ veluti mancipium,nec illa abs te abſtinebit manuum iniectionem,idq;
optimo iure:quippe quæ manifeſta ſeruitutis argumenta proferat,odorem vini velut in la-
gena reſidentem.Hic protinus primus ieiunij dies tibi reprobus fuerit , ob temulentiæ reli-
quias in te repoſitas.Quorum autem primitiæ reiiciuntur , haud dubium quin in his totum
quoque ſit reiiciendum . Ebrij regnum dei non poſſidebunt . Si temulentus accedis ad ieiu-
nium,quid vtilitatis aufers?Nam ſi te ebrietas excludit à regno cœlorum,quis deinceps è ie
C iunio fructus? An non vides,quod qui in domandis equis,qui ad certamina aluntur,peritiſ-
ſimi ſunt,quum inſtat certaminis dies,eos inedia præparant : tu contrà ſtudio temetipſum
ſaturitate reddis obeſum. Adeò ventris ſtudio bruta etiam animalia præcurris.Venter onu-
ſtus,non ſolum ad curſum,ſed ne ad ſomnum quidem accommodus eſt , eò quod diſtento
ciborum copia , non datur quieſcere , ſed cogitur ſubinde ſemet nunc in dextrum nunc in
læuum latus vertere. Ieiunium ſeruat paruulos,ſobrium reddit iuuenem, venerabilem fa-
cit ſenem . Venerabilior enim eſt canicies ieiunio decorata . Ieiunium fœminis ornatus eſt
congruentiſſimus,ætate ac robore vigentibus pro freno eſt.Ieiunium matrimonij cuſtodia
eſt,virginitatis nutritius. Atque hæc quidem commoda adfert priuatim ieiunium, in ſingu
D lis ædibus in quibus colitur. At publice quomodo vitam noſtram gubernat? Totam ſemel ci
uitatem, totúmque populum ad tranquillitatem componit, conſopit clamores, ſedat lites,
conuitiis imponit ſilentium.Cuius magiſtri interuentus puerorum ſtrepitus tam ſubito cõ-
peſcit , quàm ieiunium obiter exòriens ciuitatis tumultus coercet ? Quis comeſſator pro-
diit in ieiunio ? Quis vnquam chorus laſciuiens à ieiunio conſtitutus eſt ? Teneri riſus, can
tiones meretriciæ , inſanæ ſaltationes ſubito diffugiunt è ciuitate , à ieiunio tanquam ab au
ſtero quopiam iudice in exilium actæ . Quod ſi omnes ieiunium ad res gerendas in conſi-
lium adhiberent , nihil obſtaret , quo minus per vniuerſum terrarum orbem pax eſſet , vi-
delicet nec gentibus inter ſe conflictantibus , nec exercitibus inter ſe impreſſionem facien-
E tibus . Ne arma quidem cuderentur , ſi ieiunium rerum potiretur , nec forenſium contro-
uerſiarum ſtrepitus eſſet , neque quiſquam habitaret in carceribus . In ſumma nec deſerta
haberent latrones , nec reſpublicæ ſycophantas , nec mare piratas . Si omnes eſſent ieiunij
diſcipuli , prorſus non audiretur , vt ait beatus Iob , vox exactoris , nec vita noſtra tot ſuſ-
piriis , tot mœroribus eſſet differta , ſi ieiunium vitam noſtram gubernaret. Perſpicuum eſt
enim , quòd omnes doceret , non tantum in eduliis temperantiam , verum etiam ab aua-
ritia & rapinis , denique ab omni vitio prorſus abhorrere , & immunem eſſe.Quibus extir-
patis , nihil vetaret quo minus & nos in alta pace animorúmque tranquillitate vitam no-
ſtram tranſmitteremus . Nunc verò qui vt ieiunium reiiciunt , ita delicias tanquam in his
ſita ſit vitæ fœlicitas, expetunt, non tantum infinitum illud vitiorum examen induxerunt,
F verum & ſua ipſorum corpora perdunt vitiántque luxu . Obſerua mihi vultuum diſcrimen
tum eorum qui hodie ſub veſperam conſpicientur, tum eorum qui cras apparebunt . Ho-
die tument , rubore ſuffuſi , ſudore tenui rorantes , oculi humentes , præcipites , atque ob
nebulam intus è ſtomacho exhalantem , exacte cernendi facultate priuati . Craſtino verò
die videbis eoſdem vultus compoſitos , graues , colore naturali recepto , toto habitu præ-
ſentem animum præ ſe ferentes , omnibus ſenſibus integris , vtpote quorum naturalibus a-
ctionibus nulla intus cauſa tenebras offundit . Ieiunium ſimilitudo eſt hominum cum an-
gelis , iuſtorum contubernalis , vitæ ſobrietas. Per ieiunium Moſes factus eſt legiſlator, ie-
iunij fructus eſt Samuel . Ieiunans Anna , deum deprecata eſt , Adonai domine deus om-
nipotens,

γνώμη.

ῥυπωθεῖσαν ſordibus temulentiæ ſqualentem.

ἀμφισβητήσιμος.

γνώμη.

ἀνομοίωσις.

κατασπείζεις pro κατασπαίνεις Eraſmus & Volater. legiſſe videntur.

ἐπιμέλεια.

ὥσπερ ὑπὸ δικαστοῦ αὐστηροῦ.

προπετεῖς procaces petulantes.

τὸ ἀκριβὲς acumine ſenſus.

nipotens, ſi reſpiciens reſpexeris ad ancillam tuam,dederisq́; mihi prolem maſculinam,da G
bo illam in conſpectu tuo donum.Vinum & ſiceram non bibet, vſque ad diem obitus ſui.
Ieiunium magnum illum Sampſonem educauit,ídque quàm diu viro adfuit,ſingulis con-
flictibus milleni hoſtes proſtrati ſunt,vrbium portæ ſubrutæ ſunt,leones robur manuum il-
lius non ſuſtinuerunt.At ſimul atque ebrietas ac ſcortatio corripuit hominem,captus eſt ab
hoſtibus,atque exoculatus,pro ludo expoſitus eſt pueris alienigenarum. Helias cum ieiu-
naſſet,clauſit cœlum tres annos,ac menſes ſex.Etenim cum videret multam inſolẽtiam na-
ſci è ſatietate,neceſſe erat illos per famem inuitos ad ieiuniũ adigere. Eoq́; peccata illorum
iam in immẽſum excurrentia cohibuit,dum ieiunio, velut vſtione aut ſectione,progreſſum
ad maiora mala interrumpit. Excipite hoc pauperes contubernale vobis ac menſæ ſoci- H
um.Excipite ſerui,vt reſpirationem à perpetuis ſeruitij laboribus.Excipite diuites,quod no-
xæ è luxu contractæ medeatur,quodq́; viciſſitudine & nouitate vobis iucundiora reddat, ea
quæ nunc ob aſſuetudinem faſtidiuntur. Excipite male valentes ſanitatis matrem.Qui bo-
Doctrina Hippocratis & Galeni.
na eſtis habitudine, excipite bonæ habitudinis cuſtodem. Interroga medicos,ac dicent ti-
bi, nihil eſſe periculoſius habitudine corporis, extreme bona, Eóque qui peritiſſimi ſunt ar
tis, per ieiunium detrahunt redundantia, ne vis naturæ pondere corpulentiæ fracta ſuc-
cumbat. Studioſè quidam inediam detractis ſuperuacuis, locum faciunt virtuti nutritiuæ
ad nouam alteram alituram, ac de integro faciendum corporis incrementum. Adeo in o-
mni ſerio negocio, in omni corporis habitu ieiunij præſto eſt vtilitas,ac pariter omnia con I
decorat, domos, fora, noctes, dies, ciuitates, deſerta. Quum igitur nobis tot modis ſuam
honeſtatem largiatur, hilariter illud iuxta domini præceptum excipiamus, non triſtes ſicut
hypocritæ, ſed mentis hilaritatem abſque fuco præ nobis ferentes. Quanquam non arbi-
tror mihi perinde opus eſſe, vt vos ad ieiunium exhorter, atque vt dehorter ne quis hodie
in vitium ebrietatis incidat.Nam ieiunium quidem pleriq́; partim ob conſuetudinem, par-
tim ob pudorem inter ipſos mutuum ſuſcipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vino-
lenti non aliter quàm paternam hæreditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui
A ſimili βε-βαίωσις.
longinquam profectionem adornant,componunt ſarcinas & commeatum parant,ita non-
nulli vecordes hodie aduerſus quinq́; dierum ieiunium vino indulgent.Quis eſt vſque adeo K
veſanus, vt priuſquàm bibere incipiat, ebriorum more deliret? An neſcitis quòd venter
non ſeruat depoſitum? Venter conciliator eſt peſſimæ fidei, penu incuſtoditum, in quod
Ventris epitheta.
quum multa repoſueris,noxam quidem retinet,at non ſeruat depoſita.Vide ne tibi quoque
ſi cras veneris cum ebrietate, dicta ſint ea, quæ ſunt ex Eſaia recitata. Non iſtud ieiunium
elegi dicit dominus. Quid miſces ea quæ miſceri non poſſunt? Quod conſortium temu-
lentiæ cum ieiunio? Quæ ſocietas vinolentiæ cum abſtinentia? Quis conſenſus templo dei
cum idolis? Templum enim dei ſunt, in quibus habitat ſpiritus dei. Contrà templum ido-
lorum ſunt,qui per ebrietatem,vilem ac plebeiam admittunt intemperantiam. Hodiernus
dies veſtibulum eſt ieiunij,quo profecto qui in veſtibulo prophanatur, indignus eſt qui ad L
ſancta introeat.Nullus ſeruus cupiens hero ſuo reconciliari, hoſtem illius patronum ac re-
conciliatorem adhibet.Ebrietas inimica eſt deo, ieiunium pœnitentiæ initium eſt, itaque ſi
cupis per confeſſionem reuerti ad deum, fugito temulentiam, ne magis etiam abs te deum
alienet. Attamen ad hoc, vt laudem promereatur ieiunium, non eſt per ſe ſatis temperare
à cibis, ſed ieiunium ieiunemus acceptabile,deo gratum. Verum ieiunium eſt à vitiis im-
Ieiunium ꝙ verum ſit.
munem eſſe, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiſcentiarum amputatio, obtrecta-
tionis,mendacij,periurij. Ab his abſtinere verum eſt ieiunium. In his igitur honeſtum ac
bonum eſt ieiunium.Cæterum deliciemur erga dominum, in meditatione ſpiritualium e-
loquiorum,inq́; ſuſcipiendis ſalutaribus præceptis, denique in cunctis dogmatibus, quibus M
emendantur animi noſtri.Ruſus ab interno mentis ieiunio caueamus, quod & propheta
deprecatur:Num fame occides domine animas iuſtorum? Ac ruſus:Non vidi iuſtum deſer
tum,nec ſemen eius quærens panem.Nec enim loquitur de panibus ſenſibilibus, qui noue-
rat filios patriarchæ Iacob,panũ inopia coactos deſcendiſſe in Aegyptum, ſed de ſpirituali
loquitur alimonia, qua interior noſter homo perficitur. Ne veniat in nos ieiunium quod
deus comminatur Iudæis:Ecce enim dies venient dicit dominus,& inducam in terram fa-
mem,non famem panis,neq́; ſitim aquæ,ſed famem audiendi verbum domini: quam ideo
immiſit iuſtus iudex, quòd perſpiceret eorum mentẽ verorum dogmatum penuria macre-
ſcere,externum verò hominem ſupra modum pingueſcere,& obeſum fieri. Per omnes igi-
tur hoſce



A tur hoſce ſequentes dies conuiuio excipiat nos ſpiritus ſanctus, matutinis ſimul & veſperti- ἑσπεριναῖς εὐφροσύναις.
nis epulis,ne quis ſua ſponte ſeipſum fraudet hoc epulo ſpirituali. Omnes participes ſimus
ſobrij calicis,quem ipſa ſapientia temperauit, ac nobis appoſuit ex æquo,quatenus cuiq́; da-
tum eſt, exhauriendum. Miſcuit enim craterem ſuum, occidit hoſtias ſuas, hoc eſt, per-
fectorum cibum, qui per habitum, ſenſus habent exercitatos,ad diſcernendum à malo bo-
num.Quibus affatim expleti, reperiamur & illo digni conuiuio,quod exhibebitur in ſponſi
thalamo,per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum,cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

B

## HOMILIA BEATI PATRIS BASI-
## *lij in illud Moſeos, Attende tibiipſi, Godefrido Til-*
## *manno Cartuſ. interprete.*

QVi nos condidit deus, in hoc impertiuit ſermonis vſum: vt alius alij ſui cordis ar-
cana reuelet, cõmunisq́; naturæ intuitu ſuo quiſq́; proximo ex abſtruſiſſimo receſſu
pectoris, quaſi ex intimo quopiam conclaui ſua cõſilia cogitationéſque depromat. μεταφορά.
Si enim ipſi viueremus anima omnium oculis conſpicua & nuda: inter nos mox
C conueniret per mutuam cogitationum intelligentiam.Nunc quando anima carnis adoper-
ta velamine multiuarias comminiſcitur ſecum ac verſat cogitationes: & verbis opus habet
& nominibus, vt quæ in reconditiore mentis ſeceſſu deliteſcunt, in apricum euulget.Mens ὁμοίωσις elegans.
igitur noſtra mox vbi vocem apprehenderit cuiuſpiam rei ſignificatiuam, perinde ac traie-
ctitia quadam nauicula,ſermone ipſo præteruehitur,qui ſimul vt traiecit aërem,è loquentis
ore ad aurem vſque tranſmittitur audientis. Quòd ſi tranquillam continget internanciſci
altámque quietem: ac ſi placido ſuccedat portui & ab inclementia maris ſepoſito nauis, ita
ſermo in diſcipulorum ſe inſinuat aures & appellit. E diuerſo ſi quis à parte auditorum, tu- ἐγκαθορμίζεται.
multus quaſi procella quædam aſperior contrà aſpirarit:medio in aëre diſſolutus ſermo,ve-
D luti naufragio abſorptus peſſum ibit. Nunc igitur ſermoni huic tranquillum facite, ſtudio Perſtat in metaphora.
placidæ taciturnitatis. In eo enim aliquid forſan cõſpicietur vtile, nec indignum quod hinc
vobiſcum exportetis.Veritatis ſermo captu eſt apprimè difficilis,aures minimè attentas prę
terlabitur facilè ac fugit.Ita enim ſpiritus ſanctus ſuum moderatus eſt ac diſpẽſauit ſermo-
nem,vt contractus ſit & breuis:quo fit, vt verborum compendio multa explicet,ac proinde
propter conciſam breuitatem facilè memoria tenetur. Eſt etenim eius ſermonis virtus na- Sermonis diuini quis ſit genius.
tiua hæc,vt quæ ſignificantur,non occultet obſcuritate, nihilq́; complectatur quod ſuperua-
caneum ſit,aut vanum,vel certè circumfluat vllis rebus fruſtraneis.cuiuſmodi ſanè eſt no-
bis recèns lectus ex Moſεως libris,cuius item vos memores eſſe prorſus mihi ipſi perſuadeo,
E qui ſtudioſi eſtis,niſi forſan ob cõciſam breuitatem ipſa vox aures veſtras prætercurrit.Hoc
ſe habet modò ſententia: *Attende tibiipſi, nequando fiat uerbum occultum in corde tuo, iniquitas.)*
Facilè admodum labimur in peccata, quæ vel cogitatione admittuntur,cóque qui finxit ſi-
gillatim corda noſtra probè cònſcius maximam peccatorum partem ſolere perfici ſubitario
& acri illo motu propoſiti aut cogitationis impræuiſæ, principem illam animæ puritatem ἐν τῇ ὁρμῇ τῇ κατὰ πρόθεσιν.
quæ præcipua in parte eius conſiſtit,nobis edixit retinendam atque tuendam. Qua enim par
te alacriores ad peccandum ſumus & toti eò propendemus,tantò illam æſtimauit dignã eſſe Mentis puritatem ſeruandã eſſe vel in primis.
maiore diligentia & prouida cautione.Vt enim quique rei medicæ experientiſſimi imbecil-
liora corpora multò ante morbum pręmuniunt præſeruatiuis & ſalutaribus monitis:itidem
F & ille prouidus communisq́; curator ac verax cum primis animarum medicus, qua nos vi-
dit parte ad peccatum longè eſſe propenſiores, hanc anteuertit, vt fortiore quopiam anti- ὁμοίωσις.
doto præſeruatorio communiret. Quæ etenim corpore perficiuntur actiones,tempus deſi-
derant, non qualecunque ſed opportunum, labores item & cooperarios,reliquum denique
commeatum ſiue impenſam. E diuerſo animæ motiones conficiuntur nulla temporis mo-
ra:vt nihil fatigeris aut laſſeſcas,peraguntur: conſtant nullo tuò negotio aut moleſtia: illis
obeundis nullum non idoneum eſt, nullum intempeſtiuum tempus.Et quidem alicubi inue
nire ſit, qui cum faſtu ingrediatur & arrecto ſupercilio inſoleſcat authoritate fretus, idem
alioqui externè fucatam ſpeciem præferat moderatę mentis, deſideátque ſubinde illorum
intermedius,

intermedius,qui ipſum virtutis nomine deprædicent beatum,cum is interim interiore men G
tis curſu abit ad peccati locum in retruſiſſimo illo cordis motu & agitatione. Quæ ſtudio
conſectatur & expetit,ſola iam vidit imaginatione, viſus eſt & vnius alicuius ſecum com-
miniſci & effigiare congreſſum familiarem, planè indecorum. Vtq; ſemel omnia, quum is
intra arcanam illam cordis officinam,euidentem ſibi & confeſſam voluptatem depinxerit,
peccatum iam illud inteſtinum operatus eſt nullius licet teſtimonio probabile, nempe om-
nibus eatenus ignotũ,tantiſper dum veniat,qui reuelabit occulta tenebrarũ,& manifeſtabit
conſilia cordium.Prouide igitur & obſerua, nequando verbum occultum in corde tuo effi-
ciatur delictum.Qui enim in mulierem oculum defixerit ad concupiſcendũ eam, iam mœ-
chatus eſt in corde ſuo. Quò fit,vt actiones quidẽ corporis, à non paucis intercidantur: qui H
autem deſtinato voluntatis propoſito peccat, vna cum præpete & celeri agitatione cogita-
tionum peccatum iam expleuit.Vbi igitur ad peccandum procliuior via eſt, ibi cautio prę-
rogata eſt celerior.Palàm enim ac de ſcripto conteſtatur Moſes, nequando verbum occultũ
in corde tuo efficiatur peccatum.Magis verò ad ipſum ſermonis recurramus exordium.Ait:
*Attende tibiipſi.)* Quoduis tandẽ animal ad cõſeruandam propriæ ſubſtãtiæ naturã ſubſidia
accepit ab omniũ opifice deo ſibi inſerta familiariter. Quin &,(ſi tamen ſtudio propenſiore
ediſcere voles)partem multò maximam brutorum deprehendere poſſis id habere citra do-
ctrinam vllam,vt noxia fugitẽt & auerſentur: è diuerſo ad ea naturæ quodam ductu feſtinè
rapiuntur,quæ ſuo vſui ſperant profutura.eóque nos erudiens deus,præceptũ hoc momenti I
haudquaquàm mediocris præſcripſit, vt quod illis naturæ beneficio, nobis idem vel ſuffra-
gio rationis fieri contingat:quódque citra operam præceptoris vel à brutis ipſis fit,id ipſum
à nobis perficiatur per attentionem & aſſiduam rationis conſiderationem, & vt ſolerter ac
ſtrenuè ſubſidia quæ nobis deus indulſit,conſeruemus,auerſemur quidem peccatum, vt aſſo
lent bruta venenatum pabulum, iuſtitiam verò aſſectemur, velut illa herbas edules conſe-
ctantur.Attende igitur tibiipſi, quò diſcernere poſſis quiduis noxium à ſalubri.Sanè attẽtio

Attentio duplex,corporis & animę. Attende tibiipſi.

duplex cùm ſit (Eſt enim harum prior qua iis fixè intendimus oculis corporis quæ viſibilia
ſunt: eſt & altera, qua per vim animæ intellectilem preſſiùs attenti incumbimus contem-
plationi rerum inuiſibilium.)ſi quidem præceptum hoc in oculorum actione aſtruemus eſſe K
ſitum:in veſtigio deprehendemus nullo id pacto perfici poſſe.Quî enim poſſit vnus aliquis
colluſtrare ſe totum & omni ex parte deprehendere oculo corporis? At ne ipſe quidem ocu-
lus in ſeipſum vi viſiua vtitur,non ad verticem vſque pertingit capitis, terga non videt aut
ſcapulas,non totam ipſam faciem, non denique in inteſtina parte reconditorum viſcerum
diſpoſitionem. Impium proinde ſit aſſerere præcepta ſpiritus ſancti impoſſibilia eſſe obſer-
uatu.Relinquitur itaque, vt præceptum id de ſpirituali mentis actione eſſe ſancitum inter-
pretemur. *Attende* igitur *tibiipſi.)*hoc eſt, teipſum omni ex parte colluſtra & circunſpice, ani
mæ oculum ad ſolertem tuiipſius cuſtodiam,habeto peruigilem & inſomnem. Per medios

ἀκοίμητον ὄμμα.

ingrederis laqueos,ab inimico occultati laquei nullo non loco defixi ſunt. Circunſpice igi- L
tur & luſtrato omnia,quò è laqueis ſeruere Dorcadis inſtar,& vt auis ex inſidiis. Neq; enim
laqueo prehendi poſſit Dorcas,quòd viſus ſit acerrimi, cognomen nimirum ſortita ab acu-
mine ſui viſus.Auis porrò ſiquidem ſibi attenderit, in ſublime elata leuitate pennulæ altior

Δορκὰς dama caprea, ἀπὸ τ͂ δέρκειν.

redditur aucupum inſidiis.Prouide igitur, ne brutis animantibus ad attẽtam tui cuſtodiam
conſpiciare deterior, nequando irretitus laqueis & captus, præda efficiaris diaboli,vinculis
ipſius adſtrictus & ad illius voluntatem abductus.*Attende* ergo *tibiipſi.)*hoc eſt,non tuis,non
iis item quæ circa te ſunt, ſed tibiipſi & ſoli attendito.Ipſi enim nos & aliud ſumus,& aliud
noſtra ſunt, aliud itẽ quæ circa nos cõuiſuntur.Sanè ſumus nos & anima & aïæ mẽs,quate-

Nos, anima ſum⁹ & mẽs Noſtra,corpus & ſenſoria corporis. Circa nos,facultates.

nus ad cõditoris noſtri imaginem ſumus facti.Noſtrum autem corpus eſt, & qui per ipſum M
ſuum munus obeunt,ſenſus.Circa nos porrò ſunt pecuniæ,artes, & reliqua vitæ ſupellex at-
que apparatus:Quid igitur propoſita præſcribit ſententia? Attende,non carni, at neque im-
modico ſtudio cõſecteris eius commoditatem,putà ſanitatem, venuſtam pulchritudinem,
multiuariam voluptatum fruitionem & oblectationem, non longæuitatem, neq; pecunias,
neu gloriam & dignitatis amplitudinem admirere. At ne tu quæcunque tandem vitæ iſtius
temporariæ ſubſidia tibi ſuppeditant vberiùs, tanti eſſe duxeris,vt præ horum ſtudio & an-
xia ſolicitudine,præcipuam vitæ tuæ portionem aſpernere & negligas: quin attende potiùs
tibiipſi, hoc eſt, animæ tuæ, hanc adornato, huius attentam gerito curam,adeò vt omnem
ſorditiem quam ex nequitia contraxit,ſedula cum attentione ab ea ſubmoueas & amoliaris:
nec



A nec minore ſtudio, notam omnem turpitudinis & dedecoris improbitate malitiæ illi inu-
ſtam fac obliteres & expurges,atque ita demum contendito eam elegantia omni quæ ex vir
tute proficiſcatur,exornare ac perpolire.In examen teipſum aduoca,quis ipſe ſis. Tuam ip-

γνῶθι σαυτοῦ φύσιν.

ſius naturam fac,vt noueris.Nam corpus quidem mortale,anima verò immortalis eſt. Sci-
to duplicem nobis propoſitam eſſe vitam. Carni quidem propria eſt vita citato admodum

Vita duplex

curſu prætercurrens:quæ autem congener animæ eſt & cognata,nullam admittit circunſcri
ptionem. Attende igitur tibiipſi, vt ne his quæ moritura ſunt,quaſi ſempiternis bonis fixiùs
adhæreſcas:neu aſpernere ſempiterna tanquàm aliquando ſint deſitura. Carnem deſpicito,
decidua enim eſt & labilis: curæ ſit tibi anima, res enim immortalis. Omni cum diligentia
B tibiipſi intentus eſto,vt quod commodum vtrique eſt & vtile,noueris diſpertiri. Carni qui-
dem alimoniam & integumenta:animæ verò dogmata pietatis, non inciuilem viuendi ca-
nonem, exercitationem virtutis, improbarum affectionum emendationem. Caue, corpus

περὶ τὴν ὄχλον τῶν σαρκῶν, circa multitudinem carniũ.

pinguiore opimes ſagina,neu ſtudium impẽderis comparandæ corpori carnulentiæ. Quum
enim concupiſcat caro aduerſus ſpiritum, ſpiritus verò aduerſus carnem,hęc porrò inter ſe
pugnant & aduerſantur:prouideto,ne fortè dum plus æquo indulges carni,peiori vires ſug-
geras quibus inualeſcat.Nam quemadmodum in ſtaterarum momentis contingit, vnam ſi

βεβαίωσις à ſimili.

degrauaris lancem,velis nolis illi oppoſitam tantò reddes leuiorem:conſimilem in modum
aſſolet in corpore & anima contingere.Vnius exuberans copia neceſſe eſt,vt alterum immi
nuat & illi addat inopiam.Corpore etenim cupediis ac lautitiis meliuſculè habito & carnu-
C lenta obeſitate degrauato, neceſſe eſt mentem ad cognatas ſibi actiones tanto reddi minus
ſtrenuam atque eneruem prorſus.E diuerſo,anima ſi commode habet,pérque continentem
bonarum rerum meditationem ad magnitudinem ſurrigitur iuſtam ac ſe decentem, con-
ſequi videtur per hoc intabeſcere & eliquari eius corporis habitudinem. Hoc ipſum proin-

Attende tibi & infirmis & valentibus vtile. Collatio medici corporalis cum ſpirituali.

de præceptum cùm infirmis eſt vtile,tum maximè congruit valentibus robore. Infirmitate
enim laborantes adhortantur medici, ſibiipſis vt attendant,neu quiduis negligant concer-
nentium medelam ac ſoſpitatem. Nihilo ſecius ſermo ſalutaris iſtius mandati,nempe ani-
marum noſtrarum medicus miſerè affectam noxa lethalis peccati perſanat animam exiguo
hoc auxiliari antidoto.Itaque attende tibiipſi, vt pro delicti proportione hinc quoque mu-
D tueris ex admota tibi medela,valetudinis inſtaurãdæ ſubſidium. Magnum eſt & graue pec-
catum? multa opus habes confeſſione, lachrymis amarulentis, peracri contentione vigilia-
rum,indiuulſo & continenti ieiunio.Leuis eſt nec intoleranda offenſio? Huic quoque exæ-
quetur pœnitentia.Tantum hoc eſt:Attende tibiipſi:vt internoſſe poſſis,rectène,an ſecus va
leas.Pleroſque enim,quum alioqui ęgrotent non mediocri morbo,nec medicabili, contin-
git per nimiam ſui incogitantiam neſcire hoc ipſum: quia ægrotant. Sanè ex hoc mandato
non leue eſt,quod decerpitur emolumentum, vel iſtis quoque qui ad obeunda quæuis mu-
nia robore præualent.Itaque hoc idem & ſanat ægrotos & ſanis robur confirmat ac perficit.
Quiſque enim noſtrum qui hac ſententia erudimur, adminiſter eſt vnius earum actionum
E quæ iuxta euangelij doctrinam in claſſes diſtinctæ nobis ſunt & diſpoſitæ.In magna etenim
& illuſtri familia,in hac nempe eccleſia non vaſa modò conuiſuntur omnigenæ ſpeciei,au-
rea,argentea,lignea & teſtacea. Sunt inſuper & artes omnigenæ exercitationis.Habet enim
domus hæc,quæ eccleſia viuentis eſt dei,venatores,viatores,architectos, ædificatores, agri-
colas,paſtores, athletas,milites.Hiſce omnibus breue hoc verbum nihil indecorè poſſit ac-
commodari, ſingulo cuique ingerens & exactam operis obeundi cognitionem & ad id ab-
ſoluendum ſtudium propenſæ voluntatis.Venator es à domino emiſſus,qui dixit: Ecce ego
mitto multos venatores,& venabuntur eos ſupra omnem montem? Attende igitur multa
F cum diligentia,ne fortè fugiat te præda,vt efferatos per improbitatem,verbo veritatis con-
uictos ſaluatori offeras. Viator es ei aſſimilis qui orabat:Greſſus meos dirige? Attende tibi-
ipſi,ne qua exorbites, neu ad dexteram deflexeris aut ſiniſtram, progreditor via regia. Ar-
chitectus ſolido tutòue in loco iaciat & collocet fidei fundamentũ, quod eſt Ieſus Chriſtus.
Aedificator quo pacto ædificet,videat,vt ne ligna,non fœnum,neque calamum: ſed aurum,
argentum,lapides pretioſos.Paſtor es? attende,ne quid te prætereat eorum quæ ad obeũdum
munus iſtud paſtorale attinent.Hæc porrò,quæ tandem ſunt? Palabundum pecus & erraticũ
conuertito:quod conquaſſatum eſt & contritum,colligato:quod ægrotum,ſanato. Agrico-
lationiſne profeſſor? Ficum, infructuoſa ſi eſt,circunfodito, illiq; ingerito quæ conductura
noueris ad edendos fructus.Miles? collabora euangelio, milita bonam militiam contra ſpi-
ritus

ritus nequitiæ, aduerſum vitioſas carnis affectiones, induitor omnem armaturam dei. Vt G
probes te ei, ſiſq; gratioſus duci tuo qui huic te militiæ adlegit: prouide vt nullis implicere
vitæ iſtius negotioſis & perplexis curis. Athleta es? attende tibiipſi, ne quam ex legibus athle
tico agoni præſcriptis inueniare tranſgreſſus. Nam, nemo coronatur, niſi qui legitimè cer-
tauerit. Imitare Paulum & curſu contendentem, & in palæſtra colluctantem, & in agone
pugilari decertantem. Vt ſtrenuus pugil ipſe habeto animæ oculũ nuſquàm euariantem, ſed
attentum ac peruigilem. Præmuni ac tuere paſſis manibus partes, quarum plaga lethalis ſit.
In aduerſarium immotum oculum intendito fixiùs. In ſtadiario curſu, qui tibi præcurrunt,
in eos te extendens fac aſſequaris: ſic currito, vt præuertas. In luctamine, repugna inuiſibili-
bus aduerſariis. Per vitæ iſtius curriculum, talis vt perſeueres, hæc ſancit ſententia, nimirum H
animo vt ſis non ſupino aut concidente ſed arrecto, non dormiturienti, ſed peruigili ac ſo-
brio, quique multa cum vigilantia præſens ſit & norit ſibi præeſſe. Cupientem me ſingula
percenſere hic me deficiet dies, cum eorum munia qui euangelio Chriſti cooperantur: tum
etiam vim præcepti iſtius vt in omnes omnium ordines natiuam ſuam vim non incongruè
exerat. *Attende*, inquam, *tibiipſi*.) ſobrius eſto, præſenti conſilio præditus, tenax ſis obſeruans-
ue præſentium, futuri prouidus: vt ne quod iam ſuppetit quidem, & in ære tuo eſt, per ſocor
dem & ignauam ſegniciem à te excutias, at neque eorum quæ non ſunt, nec futura forſan
ſunt, quaſi in manibus ſint, horum certò tibi promittas fruitionem. Hæc ne animi ægritudo
ſolet iſtis adoleſcentibus natura irrepere, vt per mentis leuitatem ſe iam tenere putent quæ I
vel ſpe ſola præſumpſerunt? Hi enim ſi quando otium internanciſcuntur vel ſolitudinis,
vel quietis nocturnæ: imaginationes cõminiſcuntur & ſecum effigiant rerum quæ nuſquàm
ſunt. Abeunt in omnia præcipites & diuagantur per facilem mentis inconſtãtiam. Pro com
perto ſibi proponunt vitæ ſplendorem, claras & illuſtres nuptias, fœcunditatem prolis, lon-
gæuam ſenectutem, à nemine non exhibẽdum honorem. At interim nulla in re quum ſpem
ſiſtant: ad ea progreſſi quæ in hominibus habentur præſtantiſſima, maiorem in modum in-
tumeſcunt. Aedes poſſident luculentas ſanè & ingenti amplitudine effuſas. Has ſimul vt o-
mni varia & eadem pretioſa ſupellectile referſerunt, tanto cingunt terræ ambitu, quantum
vaniſſima iſtorum cogitatione ab vniuerſa creatura reſcindi poſſit & diſiungi. Rurſus co- K
piam omnem commeatus illinc reſilientem ſuis inanibus includunt horreis. Vniuerſæ huic
opulentiæ pecora addunt, famulitium ingens, ſeruorum gregem numeroſum & qui mo-
dum excedat, ciuiles principatus, præfecturas gentium, militarem præturam, bella, trophæa,
ipſum denique regnum. Hæc vbi omnia ſecum commenti ſunt inaniſſimis figmentis, (tan-
ta eſt iſtorum amentia) ſe credunt frui ſperatis, quaſi iam præſentibus & ad pedes repoſitis.
Otioſæ prorſus & ceſſantis animæ propria eſt hæc ægritudo, cernere inſomnia vigili corpo-
re. Hanc igitur remiſſæ mentis laxationem ac tumorem cogitationum deprimens ſermo
hic, & quaſi freno quopiam propellens inſtabilitatem animi, denuntiat præceptum hoc tibi
magnum vtique & ſapientiæ plenum: Tibiipſi attẽde, vt ne ea tibi pollicearis, quæ nuſquàm L
conſiſtunt: ſed quæ ſuppetunt, hæc digere in vſus tuos tibi profutura. Quin & ipſe equidem
arbitror legiſlatorem, cum magnopere cuperet illam turbulentam affectionem quę in con-
ſuetudinem iam abierat, ex animis hominum remoliri & eximere, hac voluiſſe vti monitio-
ne. Nam quando cuique eſt procliuius aliena curare negotia, quàm quæ ſua ipſorum ſunt,
diſpicere & expendere: ne quid eiuſmodi nobis accideret: Deſine, ait, Vnius alicuius ma-
la explorare & inquirere curioſius, néue inerti & otioſa cogitatione vaces veſtigandis alio-
rum morbis, potiùs tibiipſi attende, hoc eſt, oculo animæ in ſe reflexo, teipſum explora &
inquire ſolertiùs. Sunt enim nec pauci, qui iuxta dominicum verbum, in oculo fratris vel
feſtucam animaduertunt, in proprio ne etiam perſpiciunt trabem. Caue igitur ceſſes M
aliquando ſolerti examine excutere tuam ipſius conſcientiam, num ad præſcriptum
iſtius mandati canonem vitæ tuæ tenor progrediatur: at ne externa quidem iſta cir-
cunſpicito, nuncubi occaſionem internanciſci queas reprehenſionis vni alicui intendendæ,
exemplum imitatus ſuperbi illius & arrogantis phariſæi qui ſurrecta ceruice ſuo ſe ore iu-
ſtum prædicans, publicanum pro abiecto habebat ac vili. Quin teipſum potiùs percun-
ctari ne ceſſes & diſcutere, num qua in re deliqueris per intimos conceptus animi, num la-
baſcens lingua mentis conſiderationi anteuerterit, an inconſultò aut temere quidpiam ad-
miſeris in operibus iſtiuſmodi manuariis. Quòd ſi te in vita hac deprehenderis deliquiſſe
plurimùm, (Sanè deprehendes prorſus, homo cùm ſis) nihil addubites depromere publica-



καὶ τρέχοντα, καὶ παλαίοντα, καὶ πυκτεύοντα. βλέμμα ἀμετεώριστον. Attende tibiipſi.

γνώμη.



A ni orationem: Deus propitius eſto mihi peccatori. Attende igitur tibiipſi. Hoc verbum ſplen
dido ac fœlici rerum ſucceſſu vtenti, perque tuam omnem vitam, quanlibet ſecundo flumi-
ne nauiget, præſentiam ſui aliquando exhibebit commodam & vtilem, quaſi probus quidã
conſiliarius ſuggerens menti humanarum rerum memoriam. Quin etiam ſi quando cala-
mitatum pondere deprimeris, inque tempore cordi tuo incinuerit verbum hoc: neque ad
inanem iactantiam per faſtum ſines te ſuſtolli, nec contrà ad degenerem & ignauum animi
mœrorem ſpe abiecta concides. Luxu profuſiore diuitiarum inſoleſcis? tibi vni mirè places
ob auitæ gentis claritudinem? immodico gaudio ſubſilis, ob patriæ celebritatem, ob elegan-
tiam decús ve corporis, denique ob honores ab omni omnium gradu tibi exhibitos? Atten-
B de tibiipſi, mortalis enim tu, quippe terra es, & in terrã abibis. Qui inter eos numerati ſunt,
quos præ te ſplendor conſimilis & opum & dignitatum exornabat: hos tu mihi circunſpice
diligenter. Vbi iam dic, qui ciuitatum magiſtratus ampliſſimos capeſſebant? Vbi nam inex-
pugnabiles illi atque inuicti rhetores? Vbi item qui præclarè adeò ſtatuerunt ac bene meriti
ſunt de publicis iſtis conuentibus? Quò abierunt illuſtres Hippotrophi? vbi duces ſunt exer
cituum? vbi ſatrapæ? Denique tyranni quo conceſſerunt? Non omnia puluis? non ſunt in fa-
bulam verſa omnia? Memoria vitæ iſtorum in quàm paucis oſſibus retinetur? In horum ſe-
pulchra deflecte parumper oculos. Poſſe ne te ſperas diſcernere inter famulum & dominum
inter pauperem & diuitem? Diſcerne ſi qua ſuppetit vis diſcernendi inter vinctum & eum
C à quo vinctus erat, Regem, inter robuſtũ & debilem, inter eleganti quondam forma prędi-
tum & deformem. Memor igitur naturæ, nequãdo eleuere in ſuperbiam. Fueris vtique tui-
ipſius memor, ſi tibiipſi attenderis. Rurſus vnus aliquis, degener es? & inglorius? è pauperi-
bus pauper? Domo ac ciuitate extorrem agis vitam? Viribús ne corporis deſtitutus? victus
inſuper quotidiani indigus? Horum metu intremiſcis, qui pro poteſtate agunt? nullius non
occurſum ſubuereris per vitæ tenuitatem tuæ? (Scriptura enim teſte, pauper non fert com-
minationem.) Ne tu proinde deſponderis animum, neu ſpem à te omnem bonam excuſſe-
ris, quòd nihil ſuppetit eorum quæ in vita expetuntur. Mihi potiùs animum fac reuoces ad
eorum contemplationem bonorum, quæ iam in te collata à deo ſunt & ſubminiſtrata: tum
D ea tecum meditere quæ in futurum repoſita tibi ſunt certa illius & ſequeſtri promiſſione.
Primùm quidem, homo es ſolus ſanè à deo formatus ex omni animantium genere. Num
nam id abunde tibi ſuffecerit ad ſummam animi oblectationem, (modò rem tecum ſobriè
reputes) quod dei manibus formatus ſis, eius qui vniuerſa condidit? Adde, quia ad imagi-
nem fact⁹ tui creatoris, potes ad honorem Angelicæ dignitati nihilo diſparem ſurſum per-
tingere ac prouehi, per vitæ rectitudinem & probitatem. Animam ſortitus es intellectili
mente præditam, cuius ſolerti cogitatione deum agnoſcis, rerum indolem naturámque ra-
tiocinando deprehendis, hinc ſuauiſſimum præcerpis ſapientiæ fructum. Tibi vni ſeruiunt,
tuæq; mancipata ſunt ditioni animantia quæcunque tandem vſquam ſunt, terreſtria, naturę
E vt ſint cicuris & manſuetæ aut certè agreſtis, quæ in aquis degunt omnia, quæcunque item
hunc aëra circumuolitant. Tuúm ne inuentum ſunt artes vniuerſæ? Nonne ciuitates ipſe
condidiſti? Quaſcunque vitæ huic tranſigendæ commoditates, quæq; rurſus conducunt de-
liciarum fruitioni, an non tu excogitaſti? Non maria præduce ratione tibi peruia reddidiſti?
Nonne terra pariter & mare vitæ iſti tuæ ſubſidia adminiſtrant? Non aër, cœlum, denique
chorus aſtrorum omnis ſuum tibi oſtentant ordinem? Quid igitur puſillo es animo? Num
quod neutiquam ſuppetit equus argenteo freno adornatus? Atqui ſolem habes toto die cur
ſu perniciſſimo tibi præradiantem, facémque micantiſſimam præferentem. Non habes ar-
genti aurique ſcintillantem ſplendorem? Verùm lunam habes, quæ ſuo te circunfundat &
illuſtret radioſiſſimo lumine. Non datur currum inauratum conſcendere? At certè pedes ti
F bi ſunt, domeſticum ac familiare vehiculum, tibique ipſi congenitum. Quid igitur eſt, cur
iſtos deprædices beatos: qui crumenam quidem graui ære differtam poſſidet, ſed iidem alie-
nis, non ſuis ingrediuntur pedibus? Non dormis lectica exceptus elephantino ebore confe
cta? Quin terram habes tantò pretioſiorem multo ebore: dulcem inſuper præ illa requiem ca
peſſis, ſomnum quoque velocem & curę omnis liberum. Non ſub contignatione & laquea-
ribus aureis datur conquieſcere? Atqui cœlo tegeris, ingenti nec cuiquam explicabili pulchri
tudine ſtellarum circum irradiãti. Quæ quidem hactenus humana ſunt: quæ verò deinceps,
tantò ſunt his auguſtiora. Deus propter te, inter homines verſatus eſt, ſua dona Spiritus ſan
ctus diſpertitò largitus eſt, diſſoluta mors eſt & abolita, prærogata ſpes reſurrectionis, Præ-



κατὰ ῥοῦν, prouerbialis eſt metaphora. Attende tibiipſi.

ἱπποτρόφοι

οὐ πάντα κόνις, οὐ πάντα μῦθος.

cepta dei promulgata ſunt quę vitam perficiant tuam,& quorum obſeruatione tibi ad deum G
properãti iter aperitur,paratum cœlorum regnum,coronæ iuſtitiæ ei paratæ qui labores pro
paranda virtute minimè defugerit . Si quidem tibiipſi attenderis , & hæc & his multò am-
pliora circa teipſum deprehẽdes:& quidem frui licuerit præſentibus, neque interim per re-
rum inopiam angéris animo.Quocunque tandem in loco ob oculos mentis tuę obuerſabi-
tur præceptum hoc,non mediocri auxilio futurum tibi eſt. Sit hoc exempli gratia : vicit ne
Attende tibiipſi. ira rationis vim?Iracundiæ flamma accẽſus in verba erumpis prorſus indecora,& ad actio-
nes proſilis ſęuas ac beluinæ feritati conſimiles?Si attenderis tibiipſi,incandeſcentem iram
Collatio. coërcebis haud ſecus ac pullum peſſimè morigerum atque effrenem plaga rationis quaſi fla H
gro quopiam perurgens,linguam rurſus cohibebis,manuum iniectu haudquaquàm in eum
inuolabis,qui te promouit ad iram.E diuerſo,animám ne tuam quaſi œſtro quopiam obſcœ
næ & improbæ concupiſcentiæ exagitantes , in omnes omnino impetus incontinentiæ atq;
laſciuiæ intrudunt?Sanè ſi attenderis tibiipſi , memor præſentem hanc illecebram volupta-
tis occurſuram tibi atque in finem conuertendam amaritudinis plenum , & quia titillatrix
hæc affectio quæ ſe nunc corpori noſtro inſerit,è voluptate prognata,hæc inquam venena-
tum vermem gignet , nos in geenna perpetuò cruciaturum , carniſque accenſio mater fiet
ignis æterni,mox in exilium relegatę abs te ſe proripient voluptates,admirabiliſque interna
quædam tranquillitas & quies animam tuam circunfundet,ac ſi aduentante pudica quapiã
hera ancillarum laſciuientium interquieſcat & ſedetur tumultus.Attende igitur tibiipſi , & I
ſcito vnam quidem animæ vim rationalem eſſe & intellectilem,alteram verò affectib9 ob-
noxiam ſimul & expertem rationis.Illi quidem vt imperet,prærogatum eſt naturæ benefi-
cio:huic,morem vt gerat rationi,ſéque ab ea perſuaderi ſinat.Nunquàm igitur ſiueris men
tem abductam in captiuitatem ſeruam iſtarum affectionum fieri,neu rurſus permiſeris ho-
ſce turbulentos affectus cooriri aduerſus rationem , vt ne ſibi vindicent animæ imperium.
μέθοδος ad dei cognitionem manuducens. Exacta enim ac diligens tuiipſius conſideratio viam tibi præſtruet ſufficientem prorſus &
idoneam ad cognitionem dei.Si enim attenderis tibiipſi,omnium quæ ſunt,nullo apparatu
opus fuerit,quo adiutus velut per veſtigia agnoſcas tuum conditorem.In teipſo etenim,tan
quàm mundo quodam diſtinctè adornato licet exiguo contemplari licebit eximiam condi K
toris tui & incomparabilem ſapientiam. Contemplatione tuæ tibi inexiſtentis animæ,in-
corporeæ mihi cogita deum eſſe incorporeum.Deum inquam,intellige nullo circunſcriptũ
loco,quando nec tua mens præciſam habet in loco conuerſationem,etiamſi in loco eſt, per
colligationem ad corpus.Nihil eſt quod dubites credere deum eſſe inuiſibilem, mox vt tuã
ipſius cognoris animam,cùm ne ipſa quidem poſſit corporeis apprehendi oculis . Nullo e-
nim picturata eſt colore,nullo tecta ſchemate,nullo comprehenſa eſt corporeo charactere:
tantùm ex ſuiſmet actionibus internoſcitur.Itaque de deo nullam per oculos aucuperis co-
gnitionem:ſed vni mentis iudicio fide permiſſa,ſenſu tantùm ſpirituali ipſum apprehendi-
to.Hunc admirare artificem, quo is pacto, efficacem vim animæ tuæ veluti compage qua- L
dam aſtrinxerit corpori , ſic vt ad extremas vſque particulas eius permeans , vímque ſuam
diſpertiens,membra ipſa plurimum licet à ſe diſſita in vnam adducat concordem & ſociam
conſpirationem . Hìc tu mihi velim contempleris , quænam animæ ſit ea vis qua aſſentitur
carni:quæ item à carne conſenſio ad animam reſultans.Conſidera,quo nam modo ab ani-
ma in ſe vitam corriuet corpus:contrà,vt dolores à corpore in ſe anima excipiat. Tecum re
puta,qualéſnam ſint apothecæ,in quibus condit omnem diſciplinarum prouentum.Qua fit
id ratione , vt præconceptarum rerum cognitioni ſuccedentium & adiectitiarum acceſſio
nullam offundat caliginem: quin potiùs vtrarumque memoriæ principi animæ parti ſemel
inſertæ conſeruantur inconfuſæ & in ſuas quæque claſſes diſtributæ , ac ſi columnæ inſcul- M
ptæ eſſent ęreę.Quò rurſus pacto carnis ſuccũbẽs obſcœnis affectibus decus perdit nitorém-
quę propriæ pulchritudinis:cùm è diuerſo eadẽ dedecore expurgata malitiæ omnis virtutis
exercitatione ad ſui cõditoris ſimilitudinem poſtliminiò ſe recipit . Secũdum hanc de ani-
ma cõtemplationem, (ſi modò cõſentaneum videtur) attende,quàm ſolers & artifex ſit tui
corporis conſtitutio.Demirare tu, quid ita corporis hoc domicilium decorum apprime &
elegans animæ rationali procreauerit longè optimus artifex.In animantibus cæteris,ſolum
te efformauit rectitudine ſtaturæ eminentem : vt vel doctrice corporis effigiatione condi-
ſcas quia è cœleſti propinquitate tua pendeat vita.Reliquum genus omne quadrupedãtum
prono vultu terram ſpectat,oculis in ventrem depreſſis:vni homini prærogatum eſt,vt ex-
paſſo



A paſſo ſit ſurrectó ve cœlum verſus vultu : ídque eò factum, ne ventri, neu ventris illecebris
ad vitium prolicientibus indulgeret , ſed tota animi alacritate ſurſum verſus promoueret
greſſum.Adde,quòd opifex ſummo in loco quum poſuiſſet caput,in eo ipſo ſolidè colloca-
uit ſenſuum organa,eorum qui præeminent.Illic viſus,auditus,guſtus,odoratus . His qua-
tuor ſedem finitimam præſcripſit:ſic tamen in anguſtum retracti loculum ſunt,vt vicini nõ
remorentur actionem,aut ei ſint impedimento . Et quidem oculi præcelſam illam occupa-
runt arcem ſpeculationi deſtinatam:nequa partium corporis liberum ſibi adimeret proſpe-
ctum aut inumbraret,quin vt in directum potiùs è ſuperiore loco & eminẽtiore aciem in-
tendant ſub tenui integumento ſuperciliorum deſidentes.Auditus apertura è diuerſo,neu-
B tiquàm ſe in directum exporrigit , ſed retorto meatu & anfractuoſo ſonos ſiue ſtrepitus in
aëre editos apprehendit.(Id quod quis inficietur ſummæ eſſe ſapientiæ?)vt vox quidem ci-
tra impedimentum penetret , aut veriùs inſonet , circum concauos anfractus auris refra-
cta.Eorum proinde quæ intercidunt externè, nihil eſſe impedimento poſſit ſenſui . Linguæ
inſuper condiſcito naturam.Vt eſt mollicula,verſatilis,& ad quemlibet vſum ſermonis de-
promendi,multiuaria mouendi agitatione ſufficiens?Dentes porrò mihi expende,vt orga-
na ſint quidem expromendæ voci accommoda.Tuendæ linguæ ſeptum opponũt ſanequàm
validum.Adde,quòd adminiſtri alimoniæ ſunt , dum hi fruſtillatim illam concîdunt , iſti
conciſam & diſſectam minutim deterunt.Ad hunc ſanè modum , nullam nõ corporis par-
C ticulam percurrens conſentanea ac decenti ratiocinatione doceris,vt attractio aëris per pul
monem,calorem in corde conſeruet , organa concoctioni accommoda , ſulcos canalés ve
eliciendo ſanguini idoneos.Per hæc vtique omnia contemplari licuerit imperueſtigabilem
eius qui te condidit,ſapientiam,adeò vt cum propheta ipſe tu poſſis dicere : Mirabilis facta
eſt ſcientia tua ex me . Attende itaque tibi , vt attendas deo : cui gloria in ſecula ſeculo-
rum, Amen.

## HOMILIA EIVSDEM BEATI PATRIS *Baſilij de gratiarum actione , Godefrido Tilmanno interprete.*

D

AVdiſtis verba Apoſtoli, quibus dum prudẽter & diſertè Theſſalonicenſes alloqui-
tur,per ea ipſa interim viuendi legem ſancit præſcribit ve vniuerſo hominum ge- παντὶ τῷ βίῳ.
neri & ætati conſentaneam.Doctrina etenim ipſi abundè ſuppetebat ad eos paſſim
omnes,quibus cum verſabatur , ſeque illi offerebant in fide erudiendos: quæ verò
ex eiuſmodi doctrina reſiliebat vtilitas, ad omnem omnium inſtituendam vitam ſe tranſ-
fundit.Ait ergo Apoſtolus: *Semper gaudete , ſine intermißione orate , in omnibus gratias agite.)*
Sanè quid indicet iſtiuſmodi gaudium,quid ve ad nos ex eo redeat emolumenti,qui rurſus
E poſſis indiuulſam orationem rite perficere,& in omnibus gratiarum actionẽ exoluere deo:
nos quatenus ſinent viriculæ noſtræ,non ita multò pòſt explicabimus.Quę porrò ab obuiis
inimicis obiici nobis ſolent,hanc traducentibus legiſlationem tanquàm obſeruatu impoſſi
bilem,neceſſe ſit priore loco,diſtinctè ea vt excutiamus.Dicunt hi:Quæ tandem iſta eſt vir Semper gaudete.
tus,ſi tantiſper dum hic viuis,per diffuſionem animi teipſum gaudio ac lætitia noctu & in-
terdiu exhilares?Ex contrario,quinam id perfici poſſit,innumeris malis nos inopinè obſidẽ
tibus,quæ vel grauem & permoleſtum animo inſerant mœrorem?Quiſquis enim ſic affligi-
tur,minùs gaudere poteſt,minúſ ve animo eſſe tranquillo ac requieto,quàm vt is qui refri-
gitur in ſartagine ac torretur,non doleat:aut certè vt is non tangatur angore animi,qui pũ-
F ctim cæditur ſtimulorum aculeis.An fortè vnus aliquis veſtrum nos hic circũſtantiũ, quòd
hac laboret infirmitate ſecum ratiocinandi,ſitq; circa obſeruationem mandatorum dei cun
ctatior,cauſabitur & prætexet excuſationes in peccatis,vt conetur dicam impingere legiſla-
tori quaſi impoſſibilia factu ſancienti,ſecúmq; admurmuret:Qui poſſim perpeti gaudio gau
dere,cùm nullæ ſint in me ſitæ rationes gaudij?Foris enim ſunt,non item in animo,quæ lę-
titiam homini conciliare ſolent,ceu ſunt:amici præſentia,diuturna congreſſio cum paren-
tibus,ſi quas opes aut pecunias repereris,honores ab hominib9 exhibiti,redintegratio ſani-
tatis ex aduerſa & permoleſta valetudine,in reliquum vitæ totius dextima ſors, domus bo-
norum omnium copia exuberans,menſa omnigenis differta dapibus,cõtubernales promo-

uendæ lætitiæ accommodi,feſtiuæ nouitatis cuiuſpiam auditiones ac ſpectacula ad excitan G
dam voluptatis illecebram ſpectantia , domeſticorum ſanitas quibus familiariſſimè vteris,
& quæ ipſis ſupereſt vitæ proſperrima conditio.Neq; enim quæ caſu quopiam nobis ſolùm
infligunt dolorem,permoleſta videntur & triſtia:ſed & quę amicos diſcruciant atq; affines.
Quarè perpes iſtud gaudium & animi diffuſa iucunditas ex his omnibus vt confletur,neceſ
ſe ſit.His adde,ſiquando dabitur videre ruinas inimicorum,plagas inſidiantibus nobis infli
ctas,retributionem his exolutam qui te beneficio quopiam affecerunt.Vtq; cuncta compen-
dio perſtringam,ſi nihil adſit incommodi aut moleſtiæ,nihil item expectetur prorſus affu-
turum,quod alicunde turbulentam intemperiem vitę noſtræ aſciſcat:tūc animæ illi ſe citra
vllum negotium gaudium inſinuabit & accedet.Qua igitur ratione nobis id præcepti præ- H
ſcriptum eſt,quod vt legitimè perficiatur,neutiquàm in noſtro poſitum eſt arbitrio:quādo
Sine intermiſſione orate.
id iam mihi pręnarrata conſequi videturveluti eorum appendix?Rurſus quî potero ſine in-
termiſſione orare,quum per multiuariam corporis neceſſitatem vndiq; ad ſe reuocantē ani-
mæ cōceptus,ne ad duas quidem ſimul cogitationes ſinat ſe mēs partiri & diduci?Atq; adeò
imperatum mihi eſt,gratias vt agam in omnibus.Torturæ ne admotus agam gratias?Num
ſcutica vel flagro conciſus?In rota expaſſus?expunctione oculorum miſerè affectus?Ob pla-
gam ab oſore mihi infenſo ignominioſè irrogatam?frigoris immodici perſtrictus & conge
laſcens rigore?Præfocatus fame?Liberis ſemel orbatus?aut ipſa etiam ſpoliatus vxore? Caſu
repentini naufragij,opum copia exutus?Quum in piratas inciderim mari,aut terra quoq; cō I
tinenti incurrerim in prædones?Vulneribus ſaucius?appetitus calumniis? toto orbe vagus?
Deniq; in carceris retentus domicilio?Hæc atq; his tantò plura iſti cōnectunt & veluti in fa
ſcem compingunt in ſuggillationem legiſlatoris,arbitrati ſe iuſtam excuſationem accurare
ſuiſmet peccatis,dum calumniam comminiſcuntur & adornant aduerſum ea quę legis prę-
ſcripto nobis præcepta ſunt,tanquàm impoſſibilia factu ſint.Sanè quid ad hæc dicimus? Ni
mirum ad longè iſtis diuerſa oculos ſuſtuliſſe Apoſtolum,vt qui animas noſtras humi repē
tes conaretur è terra ſurrigere in ſublime,& ad cœleſtis vitæ traducere conuerſationem. Iſti
magnanimem legiſlatoris prudentiam haudquaquam aſſequētes,circa terram & carnis de-
ſideria,dum exemplo vermium lacuſtri cœno ſe aduolutantium,in obſcœnis affectibus cor K
poris acquieſcunt,interim ex nobis repetunt,poſſint ne apoſtolica hæc præcepta à quoquam
Ad hoc gaudium quem inuitet Apoſtolus.
mortalium legitimè perfici.Atqui ad iſtud perpes gaudium nō vnum quemlibet inuitat a-
poſtolus,ſed qui ſibi eſſet aſſimilis,non iam viuēs in carne,ſed viuētem in ſe ſic habēs Chri-
ſtum,ac ſi iam illi ſummo bonorū faſtigio mutua cohæreſceret vnione,per quam nullo pa-
cto intemperiis carnis quanlibet intertùrbantibus aſſentiretur:ſed etſi minutim cōciſa caro
fuerit,continuæ iſtius vnionis in affecta permaneat corporis parte,quum rei triſtitiam inge
rentis partitio non queat pertingere ad intellectilem vſq; animæ portionem.Si enim mem-
bra quæ ſunt ſuper terram,mortificauimus iuxta Apoſtoli admonitionem,ſi circunferimus
in corpore mortificationem Ieſu:plaga corporis mortificati neceſſe ſit,vt ad animā vſq; nō L
penetret à corporis vnione ademptam & abſolutam.Ignominiæ quæuis rerumq; detrimēta,
ac domeſticorum mortes non iam ad iſtius mentem aſcendent:non item generoſam illam
celſitudinem talis animæ eò deflectent,vt vel ſic ad conſenſum corporis affecti ſe demittat.
Etenim quotquot in perplexas rerum difficultates deuoluti ſunt , ſi eadē cum ſtudioſo & a-
mante virtutis ſentirent,nihil moleſtiæ aut mœroris cuiquàm exhiberēt, quum ne ipſi qui-
dem quæ ſibi contingunt,calamitates moleſtè ferant. Quòd ſi ſecundum carnem vixerint,
ne ſic vni cuipiam fuerint moleſti,habebuntur alioqui omnium iudicio miſerabiles & com
ploratione digniſſimi,non adeò quod in eas calamitates inciderunt,quàm quòd ea delege-
rint,quæ non conueniebat.Anima,quæ ſemel ſe modis omnibus deſiderio aſtrinxit ſui con M
Dogma.
ditoris,iamq; inſueuit oblectare ſe tantæ illius pulchritudinis contemplatione : prorſus non
ſinet vehemēs illud gaudium,animiq; ſui iucundiſſimā diffuſionem intercipi aut immuta-
ri per multiplicem & ſuccedaneam carnalium affectionū mutationem , quin ea potiùs quæ
aliis mœrorem afferunt & triſtitiam,in cumulum ſibi vertet & acceſſione lætitiæ,cuiuſmo-
di erat Apoſtolus,dum ſibi probè admodum complacet in infirmitatibus,in tribulationib⁹,
in perſecutionib⁹,in neceſſitatibus,egeſtatem ſuam in gloriam & exultationem permutās.
In fame,ait,& ſiti,in frigore & nuditate,in perſecutionibus & anguſtiis.Ob quæ alij ægerri
mè ſeipſos ferunt,vitamq; deſpondent ſuam,horum gratia Paulus ſibi quàm optimè placet
& gaudio diffunditur.Illi igitur Apoſtolicæ ſententiæ rudes , minuſq; intelligentes per eam
inuitari



A inuitari nos ad complexum euangelicæ vitæ,eò impudentiæ & temeritatis proſiliūt, vt in-
cuſare auſint Paulum,quaſi is nobis pręſcribat factu impoſſibilia.Atqui erudiantur & diſcāt
tot adeò nobis proponi cauſas parādi iſtius gaudij prorſus rationi cōſentaneas, idq; ſola dei
Dei erga hominem beneficia.
munifica liberalitate.Quū nō eſſem⁹,vt eſſem⁹,ipſe fecit.Sum⁹ proinde ad noſtri cōditoris
facti imaginē.Mēte pariter & ratione inſignimur,quo vtroq; humanę cōditio naturæ perfi-
citur,& vtriuſq; ſuffragio ſubnixi deū cognouim⁹,multiuariā pulchritudinē rerū artifici ſo-
lertia conditarum edocti, per eas quaſi literas quaſdā eximiam dei & ſingularē circa omnia
prouidentiam pariter & ſapientiam legendo agnoſcimus.Boni à malo diſcernendi faculta-
te præditi ſumus:quod conducibile eſt, vt eligamus,quod pernicioſum vt auerſemur ac vi-
B temus,ipſa nos edocuit natura. Per peccatum alieni à deo effecti, in gratiam rurſum per v-
nigeniti ſanguinem ſumus reuocati,& ſeruituti ignominioſæ exempti . Spes inſuper reſur-
rectionis,fruitio multiplex angelicorum bonorum,Regnum cœleſte,repromiſſa bona,men
tis rationiſq; vim omnem exuperantia. Quînam non conueniat hæc cenſere cauſas ſugge-
rere nobis gaudij nunquam deſituri ac perpetis lætitiæ abunde ſufficientes atque idoneas:
magis verò eum qui ſit ventris ſtudio addictior,cuius aures iugi tibiarum modulatione de-
mulceantur,in lectulo præmolli ſecubans ſe in vtrumlibet latus motitet ac deſtertat , talem
putare in vita meritò gaudere?Ego contrà , cenſuerim quidem iſtis conuenire potiùs , vt ab
eis luctuoſo planctu complorentur , qui ſanæ ſunt mentis compotes : eos è diuerſo dixerim
C beatos,qui æquanimiter ferunt præſentis vitæ incommoda certa ſpe ſeculi illius futuri,quiq;
præſentia æternis permutant , etiamſi media in flamma degant, qui deo coüniti ſunt exem-
plo trium puerorum iuxta Babylonem , quamlibet vnà cum leonibus in carcere detinean-
tur,quanuis ab immani ceto abſorpti ſint,hos à nobis liceat fœlices prædicari ac beatos, eóſ-
que viuere gaudio perfuſos,non quidem præſentium contuitu angore contractos,magis au
tem ſpe nixos eorum quæ in futurum repoſita nobis ſunt , mirabili iucunditate recreatos.
Equidem ipſe arbitror agoniſten ſtrenuum ſemel qui ſe exuerit in ſtadium tuendæ pietatis
prodíturus,pectore generoſo ferre oportere plagas ab aduerſario colluctatore inflictas , ſpe
adductum gloriæ,ex coronis ſibi obuenturæ.Etenim in gymnicis agonibus,quotquot priùs
D inſueuerunt tolerandis laboribus palæſtricis , neutiquam contrahuntur animo aut mœrent
ad irrogatæ plagæ dolorem:magis verò aduerſarios adoriuntur cominus congreſſuri,vt qui
nihili ducunt mox adeundos labores,tanto flagrant deſiderio obtinendi celebris præconij.
Itidem & amanti virtutis vt nonnihil acerbi caſus aut aſperioris incommodi obortum fue
rit: eius tamen gaudium nulla poſſit interpolare triſtitiæ nubes , quòd tribulatio patientiam
operatur,patientia autem probationem,†probatio verò ſpem.‡ſpes denique non confundit.
Eapropter alio item loco ab eodem iubemur, in tribulatione patientes vt ſimus,& ſpe gau-
Spes.
dentes.Spes ſanè eſt,quæ gaudium illud,contubernalem efficit cohabitantem animæ gene-
roſæ & ad excolendam virtutem ſolicitæ . Idem alioquin Apoſtolus præſcribit & nobis vt
E vnà cum flentibus & ipſi fleamus.Quin Galatis ſcribens flebat ſuper inimicis crucis Chriſti.
Quid tandem opus ſit commemorare Hieremiam flentem , Ezechielem ex dei imperio in
literas tranſmittentem threnos,lamentationes videlicet principum, multos inſuper ſancto-
rum cernere liceat ingemiſcentes.Hei mihi mater,vt quid me peperiſti?Et,Hei mihi, periit
piùs è terra:& qui benefaciat,in hominibus non eſt.Et,Hei mihi,quia factus ſum ſicut colli-
gens ſtipulam in meſſe.Vtq; compendio omnia,iuſtorum voces perſcrutator : ſicubi depre-
henderis vocem depromentes inamœnam ac mœroris indicem, tibi perſuadeto hos omnes
ingemuiſſe mundi iſtius & eius quæ in eo eſt,vitæ miſeriis . Heu mihi,quia incolatus meus
prolongatus eſt.Deſiderium enim illi eſt diſſolui & cum Chriſto eſſe. Huius ſanè incolatus
protelationem grauatim fert & ægro animo,perinde ac expectati illius gaudij impedimen-
F tum . Quin ipſe Dauid in ſuis Canticis ad nos vſque tranſmiſit lamentationem ſuper a-
mico Ionathan,in qua quidem ſuum eadem opera luxit inimicum:Doleo ſuper te frater mi
Ionatha.Et,Filiæ Hieruſalem lugete ſuper Saul . Nanque hunc, vt immortuum peccato lu-
get:Ionathan verò vt indiuiduum vitæ ſuæ ſodalem.Quid attinet cætera percenſere? quan-
do ipſe etiam dominus lachrymas ſuper Lazarum fudit,& ſuper Hieruſalem.Sed & lugen-
tes beatos idem prædicat pariter & flentes . Obiecerit quiſpiam: Quonam pacto hæc conci-
Quæ ſit lachrymarū origo.
nunt apoſtolicæ ſententiæ , Semper gaudete ? Lachrymæ enim & gaudium haudquaquam
ſortiūtur originem ex iiſdem principiis.Lachrymæ etenim exoriri aſſolēt ex impetu quodā
& impreſſione minùs præuiſa ac ſi illata eſſet plaga,qua percelleretur anima & contrahere-
 tur,

Gaudium quid.

tur,compreſſo & coanguſtato ſpiritu circa cor. Gaudium autem exultatio eſt quędam velu- G
ti ſubſilientis animæ & ſe diffundentis, quòd ex ſententia aliquid obuenerit. Per hæc liquet
circa corpus ipſa etiam ſymptomata diuerſa eſſe. Ipſa enim moles corporis in quapiam tri-

συμπτώματα.

ſtitia affectis ſuppalleſcit liuétque, vtpote perfrigerata. In hilaritate & gaudio conſtitutis di-
uerſa conſpicitur corporis habitudo: effloreſcit enim & ſubrubro colore aſpergitur, ſic vt di
cas animam propemodum ſubſilire, & iucunditate effuſam velle ad exteriora iſta erumpere.
Sanè ad hęc ipſi dicere poſſimus ſanctorum lamenta lachrymáſque proſilire à feruore cha-
ritatis, qua toti erga deum flagrant. Oculis enim cordis in eum indiuulſè coniectis, quem di
ligunt, lætitiam ſibi illinc accumulant: dúmque moderantur & regunt quæ ad conſeruos
ſuos attinent, in peccatis deprehenſos lugent, & eoſdem fuſis lachrymis reuocant ad melio- H
rem vitæ frugem. Vt enim qui conſiſtunt in litore, eorum indoleſcunt vicem qui marinis

βεβαίωσις à ſimili ducta.

fluctibus immerguntur, neque interim vllam adeunt iacturam propriæ ſecuritatis ob anxiã
qua periclitantibus condolent, cogitationem: itidem & qui vltroneo mœrore ſe afficiunt ob
peccata proximorum, haudquaquàm per id lætitiam exinaniũt ſuam, veriùs auctiorem eam
& cumulatiorem reddunt, vt qui perfrui merentur domini ſui gaudio ob lachrymas in gra-
tiam fratris effuſas. Quocirca, Beati qui flent. Et, Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabun-
tur, & ipſi ridebunt. Riſum porrò dicit hic non obſtreperum ſonum, qui efferueſcente ſan-
guine editur per genas: ſed ſinceram prorſus hilaritatem nulliuſq; immiſtam fermento tri- I
ſtitiæ. Apoſtolus igitur vt cum flentibus & ipſi fleamus, permittit, quòd eiuſmodi lachrymæ
ſint ſeminium quoddam ac fœnus, quibus æternum illud gaudium increſcit quotidie & cu-
mulatur. Aſcenſu mentis & intelligentię mihi nunc in cœlum ſubuehitor, illic fac contem-
pleris admirabilem illam angelorum diſtinctionem ſtatúmue. Aliáne vlla eos addecet vitæ
conditio, quàm vt perpete gaudio iugiq; lætitia ſe exſatient hoc nomine, quòd digni habiti
ſint, qui adſtent deo, & gloriæ ſui conditoris inenarrabili pulchritudine perfruantur? Vt igi
tur beatæ illius vitæ imaginem quadantenus conemur exprimere, iuſſit nos gaudere ſemper
Apoſtolus. Ad illud proinde, quia dominus ſuper Lazarum fleuit & ſuper ciuitatem, reſpon
deri poſſit: quòd idem & comedit & bibit nihil alioqui horum indigus, ſed præſcriptam tibi K

ἐν τούτῳ διόμενος.

relinquens menſuram ſtatámque regulam, ad quam componere debeas animæ tuæ neceſſa-
rias affectiones. Itaque ad eum modum illachrymatus eſt, vt querulos nimiúmque amantes
luctuoſæ lamentationis ad moderatam flendi temperiem reuocaret, immoderato dolore à
ſe excuſſo & ſordida deiectione animi. Si etenim aliud aliquid occurret, vt ad lachrymas
adhibita temperie rationis veniendum tibi ſit: id quidem conueniet fieri perpenſis primùm
circunſtantiis, quibus de cauſis, quantum item, quando & quomodo. Nam quòd dominicæ
illæ lachrymæ neutiquàm ex perturbatione & ægritudine affectus proſilirent, quin nobis po
tiùs erudiendis eas profundebat, ex eius colliqueſcit ſententia: Lazarus amicus noſter dor-
mit, ſed vado vt à ſomno excitem eum. Quis veſtrum amicum dormientem lamentatur L
aut luget, quem ſperat aliquantò poſt expergefactum iri? Lazare veni foras: & ecce mortuus,
à morte rediuiuus fit. Ligatus quoque ambulabat. Admirare miraculum in miraculo. Pedes
inſtitis habebat inuinctos, nec interim à motu prohibebatur. Aderat enim vis quædam ſu-
perior remorantibus vinculis. Qua igitur ratione qui tanta hæc fuerat facturus, id quod
euenit iudicaſſet meritò lachrymis eſſe proſequendum? An non hinc liquet ipſum veluti cõ
niuendo ſe noſtræ infirmitati vbique attemperantem, voluiſſe iſtos affectus qui vitari non
queunt, adſtringere & circumplecti intra moderatam quandam temperiem & certos limi-
tes? Nimirum inclementiam quidem quæ nullius tangitur commiſeratione, declinans ceu
feram immanem: ſtudium verò affectati doloris & immoderatam lamentationem velut
rem ingeneroſam excludens ac vitans. eóque per hoc quòd amico illachrymatur, verè ex- M
preſſit ſortitum ſe eſſe humanæ communionem naturæ, ſimulq; nos exemit periculo, ne in
alterutram exceſſus vitioſi partem inclinaremus, videlicet vt ne ad iſtos affectus molliter
propenderemus, neu ſinens nos citra doloris ſenſum præfractos eſſe ac ſtupidos, ſi qua vr-
gerent triſtia aut acerba. Sanè quemadmodum in ſe dominus ſuſcepit famem, vt primùm
digeſta illi fuerat ſumptę alimoniæ ſoliditas: in ſe item recepit & ſitim, mox vbi in eius cor-
pore quem ſumpſerat, conſumptus liquor eſt: delaſſatus idem eſt, muſculis neruiſq; prolixi-
tate itineris ſe protendẽtibus, non quidem diuina in ipſo maieſtate edomita aut quicquam

ἐν θεότητος δαμαζομένης.

patiente, ſed corpore ſymptomata naturæ conſentanea excipiente. Ad eundem modum ſu
ſtinuit & lachrymas, nimirum permittens accidere aſſumptæ carni, quod ei erat naturale.
Lachrymari



Lachrymarum ratio phyſica.

A Lachrymari proinde contingit, quum particulæ cerebri concauæ euaporationibus ex triſti-
tia collectis differtæ, quaſi per elices quoſdam, canaléſue, per meatus oculorum pondus eius
collectitij humoris egerunt. Vnde & poſt rerum minus lætarum inopinam nec expectatam
delationem, mox ſe in aures inſinuant ſonitus quidam & vertiginoſæ reuolutiones tene-
brarúmque ob oculos effuſio, ac proinde caput obuerti videtur vi vaporum, quos ſurſum
verſus remittit calor qui ſe in imas partes retraxit. Ad hoc, ita equidem reor, quia quemad-
modum nubilus aër, & addenſatus in guttarum aſpergines, ſic & vaporum craſſamentum
in lachrymas reſoluitur: hinc quoque mœrentibus & in luctu conſtitutis clàm erepens non-
nihil lætitiæ & iucunditatis oboritur, per fletum exinanito eo, quod degrauabat caput. Hu-
B ius meæ rationis veritatem conſtabilit rerum quæ fiunt doctrix experientia. Ipſi enim no-
uimus non paucos calamitatibus deploratis vtique, nec curabilibus obuallatos vi ne deſtil-
larent lachrymis, ſibi temperaſſe. Hi quidem in varios & immedicabiles affectus inciderũt,
ceu ſunt: Apoplexia & paralyſis. Alij verò in mortem prorſus collapſi ſunt, ac ſi fulcimento
quopiam debili niterentur, ſubtritis eorum viribus & diffractis immodico pondere triſti-

βεβαίωσις à ſimili.

tiæ. Nanque quod cernere poſſis in flamma, quæ introcluſione ſuffocatur, proprij fumi, qui
cùm liberè egredi non queat, implexam flammam ſuo opprimit ambitu: haud ſecus iſti con
tingere aſſeuerant in ea facultate, quæ in animali diſpenſat vitalem actionem ac modera-
tur, nimirum intabeſcere & extingui vehementiore acrimonia doloris, nulla illi ad exte-
riora perſpiratione conceſſa. Nolim itaque, iſti in patrocinium ſui affectus quo ſe dolore im
C modico conficiunt, mihi opponant domini lachrymas. Sicut enim cibus quem dominus

Confirmat collatione. ἐγκρατείας καὶ αὐταρκείας ὅρος.

edebat, adeò nobis nullam præbet expetendæ voluptatis aut ſuauioris edulij occaſionem,
vt formula potiùs ſit léxue & ea ſuprema, ad quam collineantes, temperantiæ frugalitatiſq;
modum ſeruare debemus: itidem & eius lachrymæ non quaſi præſcripta quædam lex ſunt
nobis, vt lugeamus & lamentemur: ſed in hoc expoſitæ, vt modus quidam decentiſſimus &
regula abſoluta nobis ſint, ad quam grauiter & honeſtè intra limites naturæ nos perſiſtere
conuenit, & quæ triſtitiam ac mœrorem inducunt, perferre. Neque igitur aut mulieribus,
aut viris permittit decori & honeſtatis ratio, vt vel luctum ſtudio affectent, vel immodicis
D ſe conficiant lachrymis: tantùm ſinuntur rebus minus lætis & triſtibus eſſe quadantenus tri
ſtes ac mœſti, lenes item & nonnullas fundere lachrymas, idq; ſilentio, citra vllum frendo-
rem, eiulatum, veſtium cæſuram, neu puluere aſpergant capita, neque alio quouis pacto in-
decorè ſe gerant eorum exemplum imitati, qui rudes prorſus ſunt humanarum rerum. Eũ
enim qui in officina diuinæ & cœleſtis doctrinæ animam expurgauit ſuam, conuenit con-
firmatum eſſe & pręmunitum ratione à recto nuſquam aberrante, quaſi tutiſſimo quopiam

μεταφορά.

muro ac proinde virili animo & conſtanti eiuſmodi violentas impreſſiones atque aſſultus
perturbationum à ſe depellere: non item vt animo deiectiore fortuitiſq; caſibus ſuccumben
te, ac ſi in deiectiore quopiam & declini loco deſidens excipiat turbulentam eam affectuũ

Collatio.

E intemperiem vndelibet affluẽtem. Ingeneroſę prorſus, nec virilis animæ & quæ parum con
ſtanti ſpe innitatur deo eſt ad eum modum aduerſis frangi, rebúſque parum lætis ſuccum-

ὁμοίωσις.

bere. Vt enim vermes plurimùm innaſci ſolent tenerioribus lignis: haud ſecus angor iſte
deiectioris animi in eos hominum ſe inſinuat, qui molliore ſunt, nec conſtanti ingenio.

παράδειγμα

Nonne Iob adamantino corde erat? Non impacta ipſi erant ex lapide viſcera? momẽto tem
poris, vna & eadem plaga obtriti liberi decem conciderunt in delectabili & perquàm amœ
na domo. Quo potiſſimùm tempore ſe mutuiter oblectabant, hoc in iſtos geniale illud do-
micilium decuſſit diabolus. Menſam liberorum madentem ſanguine ac permiſtam contem
platus eſt. Liberos vidit, haud vno quidem prognatos tempore, at vnum communémque
ſortitos vitæ exitum. Non eiulauit, non ſibi diuulſit comam, vocem ingeneroſam nullam
F emiſit, magis verò celebrem illam & omnium ore decantatam gratiarum actionem de-

Iob memorabile apophthegma.

prompſit: Dominus dedit, dominus abſtulit. Sicut domino placuit, ita & factum eſt. Sit no
men domini benedictum. Nullóne hic vrebatur ſenſu doloris? Id quînam potuit fieri? Nam
& hic de ſeipſo dicit: Ego fleui ſuper omni afflicto. Id de ſe proferens, éſtne mentitus? Atqui
ſcripturæ veritas hoc illi aſtruit teſtimonium ab ipſo ſtans, quia præter cęteras virtutes ve-

Odæ tragicorum.

rax fuit. Ait enim: Homo irreprehenſibilis, iuſtus, pius, verax. Tu è diuerſo cantilenis ne-
ſcio quibus abuteris ad ciendum in auditorum animis lamentabilem mœrorem: dáſque in
hoc nõ ſegnem operam, qui carminibus querulis anima tua illiquetur & intabeſcat. Ac ve-
luti perſonæ ſimulatitiæ fictio ad tragœdos peculiariter pertinet, ſimul & ſcæna omnis qua

 cum

cum ad theatrum prodeunt ſpectandi: ita & tu quidem non indecorum eſſe exiſtimas,ſi G
habitus ipſe conſentaneus lugenti ſit & concolor, veſtis vt ſit fuſca atráve, ſqualens coma,
tenebris adoperta domus, fœda ſordicie ac puluere, ipſe cantus inſuauis & inamœnus, a-
lens ſemper mœroris vulnus animæ impreſſum,iugiterq; nouans.Hæc tu iſtis facienda per-
mitte,quibus ſpes ſeculi venturi nulla eſt.Nam & de his qui in Chriſto obdormierunt,edo
ctus es,quia corpus quidem hoc ſeminatur in corruptione,ſurget incorruptibile:ſeminatur
in infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Qua
igitur fles gratia?An quia immutandus eſt mortuo & innouandus habitus? Atqui mihi vi-
de,vt ne teipſum lugeas,quaſi per illius mortem, auxiliari quodam ſubſidio tuæ ipſius vitæ
ſis deſtitutus.Ait enim pſalmographus:Bonum eſt ſperare in domino,quàm ſperare in ho- H
mine. Neu illius ſortem lamentere querulus, quaſi indigna quædam paſſus ſit. Aliquantò
enim pòſt, è cœlo clangens tuba eundem expergefactura à ſomno eſt:ipſúmque videbis tri
bunali Chriſti adſtantem.Viles igitur haſce,nec quicquam habentes viro erudito dignum
mittito voces:Heu inopina,nec priùs expectata mala.Illam item:Quis hæc putaſſet aliquan
do contingere debuiſſe? Rurſus hanc: Quando expectaſſem chariſſimum hoc caput à me
debuiſſe terra tegi? Sanè hæc ſi contingat audire nos ab vno aliquo proferri, ſuppudeſcere
nos conuenit & aſpergi rubore,qui ex memoria rerum cum præteritarum,tum ex præſen-
tium doctrice experientia edocti ſumus naturalium eiuſmodi affectionum vices neceſſa-
rias.Si quę igitur mortes intempeſtiuæ inciderint,aut vllæ aliæ fortuitæ rerum vices & ad- I
uerſæ inſperatò contingere ſolitæ, nulla nos vnquàm conſternatione debent percellere,
neutiquàm exterrere, qui à puerili ætate ſumus eruditi ſermone pietatis. Exempli gratia:
Erat mihi filius & is adoleſcens,facultatúmque mearum hæres vnicus,ſolamen ſenectæ,ge
neris mei decus & gloria, coæuorum flos, columen & firmamentum familiæ, in ea conſi-
ſtebat ætate quæ nulli non gratioſa eſt maximè & apprimè amabilis. Is è vita ſublatus mihi
periit: terra denique & puluis factus eſt. Is inquam qui paulò antè iucunda auditu depro-
mebat,oculis ſui genitoris ſpectaculum factus iucundiſſimum.Quid mihi faciendum cen-
ſetis?Veſtémne diſrumpam? totáne humo patiar me volutari?deum querula voce obteſta-
bor?fortuitum hunc caſum indignè & iniquo feram animo?Méne his qui adſunt,exhibere K
debeam talem,cuiuſmodi eſſe ſolet vnus aliquis è pueris, qui inter plagarum impreſſionẽ,
vocem quantam maximam poteſt,edit & eiulat, trepidat & intremiſcit?An perpenſa po-
tiùs eorum quæ fiunt, neceſſitate, (quum mortis lex nemini vitabilis, per omnem ætatem
æquis graſſetur paſſibus, diſſoluátque ac demoliatur ſuccedaneo ordine quæ compoſita ſunt
omnia.)ob id quod contigit nihil deſignabo operis quod alienum ſit & abhorrens ab auita
indole?Sed neque patiar me ab integritate mentis dimoueri, quaſi qui præceps abierim ſu-
bitario hoc & inopino vulnere deiectus, iampridem probè inſtitutus, quia mortalis qui e-
ram,filium haberem morti itidem obnoxium, quódque nihil in humanis rebus conſiſtens
ſit & duret ſtabiliter, neque quicquam rei peculiaris conſueuerit vſquequaque perſiſtere a- L
pud ſuum poſſeſſorem. Quin & ampliſſimæ quondam vrbes, nominis quoque ſplendore
præcelebres,quum ob luculentam ædificiorum molem, tum propter robur viréſque inco-
larum, denique præcellentes reliqua omni rerum exuberanti opulentia per regionem,pér-
que forum, in ſolis nunc dirutis & ruinoſis ruderibus inſignia præferunt exoletæ illius &
veteris ſuæ amplitudinis atque authoritatis.Nauis inſuper creberrimè ſeruata & maris exẽ-
pta periculis,cùm decies quidem milies veloci nauigatione permenſa ſit æquor, onera verò
mercium præteruexit negotiatoribus nulli numeranda, vno tandem aſſultu aſpirantium
ventorum peſſum iit ac ſuppreſſa demum eſt.Atque adeò plerunque accidit,vt exercitus ip
ſi poſt partas in conflictu ex hoſte victorias, calculo iſtius dextimæ proſperitatis in diuer- M
ſum verſo,miſerabile prorſus ſint facti ſpectaculum,& fabula vulgi. Gentes porrò aliquot
integræ,inſulæ item ad eximiam vſque ac præeminentem potentiam progreſſæ, poſt multa
ſibi terra mariq; erecta trophæa,poſt opes cõfertim aggeſtas & cumulatas ex hoſtium exu-
uiis manubiiſue, vel tempore tandem attritæ ſunt & abſumptæ,aut certè in captiuitatem
abductæ pretio libertatis miſerabilem mercati ſunt ſeruitutem. Vtque compendio abſol-
uam, quodcunque poſſis afferre, quod in maximis, nec vlli tolerandis malis numerari
debeat: nullum vſpiam reperias, cuius non in ſuperioris æui hominibus anteuerte-
rit exemplum. Sanè quemadmodum rerum grauium pondera appendendo libræ mo-
ὁμοίωσις. elegans. mentis diſcernimus, vtq; de auro putúm ne ſit & excoctum, an ſecus, experimentum ca-
pimus



A pimus affrictu lapidis:itidem & memoria repetentes menſuram modumque rerum nobis à Is lapis χρυσίτις dicit.
domino præſcriptum,nulla in re à temperie & moderata ſobrietate excidere potuerimus.Si
quid igitur vnquàm eorum quæ nolis & præter animi ſententiam inciderit tibi: maximè
quidem aduigila inſtruendę & adornandæ menti,nequam intemperiem aut turbellam ſinat
illabi.Haſce enim quę tibi inſtant & vrgent calamitates,placidiore animo ferre poteris,fu- Confirmat
turorum ſpe bona ſubnixus.Sicut enim qui minus acri ſunt oculorum acie, eos auocant à δόγμα præcedens feſtiua ſimilitudine.
contuitu rerum prænitentium & nimiſquàm ſplendidarum, dein refocillandos defigunt in
flores & quæq; viridantia.Conſimili ratione nihil minùs neceſſe ſit,quàm vt anima continẽ
ter vacet rei per ſe triſtis ſpeculationi,aut ſe addicat & aſſentiatur præſentibus,quæ moleſta
B ſint & plena mœroris:quin debet potiùs oculum obuertere ad eorum contemplationem,quę
verè bona ſunt.Ita demum aſſequeris tu vt ſemper gaudeas,ſi vitæ quidem tuæ inſtitutũ ra- Semper gaudete.
tióve omnis deum collineet ac ſpectet,ſpes verò retributionis quę permoleſta ſunt vitę iſti-
us & triſtia,leuiora efficiat. Affecit te aliquis ignominia? Quin tu ad eam ſuſpice gloriam,
quæ repoſita in cœlis eſt,tibi paranda merito patientiæ.Iacturam rerum tuarum adiiſti?Imo
oculos imprime fixiùs illis cœleſtibus diuitiis & theſauro incomparabili,quem tibi ipſi pre-
tio bonorum operum ſepoſuiſti.Patrió ne ſolo excluſus es?At patriam habes, cœleſtem illã
Hieruſalem.Periit tibi filius? Sed angelos habes quibuſcum in circuitu diuini illius throni
tripudies lætitia ſempiterna exhilarandus.Ad eum modum ſi iis quæ præſentem tibi ſugge-
C runt moleſtiam,oppoſueris quæ affutura ſperantur bona:animam vtique tuam ſeruabis ab
omni anxietate & intemperie turbationis longiſſimè ſubmotam,ad quod nos inuitat ſan-
ctio legis Apoſtolicæ.Nulla quanlibet ſplendida ac luculenta rerum humanarum conditio Semper gaudete.
animæ tuæ ingerat gaudium, quod immoderatum ſit: nullæ res afflictiuæ aut triſtes illam
deiiciant de gradu ſuæ celſitudinis & maturæ grauitatis, mœrore aut calamitate contractã.
E diuerſo ni priùs ad formulam iſtius doctrinæ compoſueris teipſum atque erudieris circa
ea quæ vitæ tuæ ordinem concernunt: vitam ipſam nullo vnquàm tempore exigere potue- ζωὴν ἀκύμονα καὶ ἀτάραχον.
ris fluctuationis & turbellæ prorſus liberam.Contrà,canon ille præſcriptus nullo tuo nego
tio rite perficietur,ſi quaſi contubernalis quidam penes te continenter hæſerit Apoſtolicum
D mandatum,quo admoneris,ſemper vt gaudeas.Id quod fiet ſanè,ſi carnis quidem tumultu-
antem & obſtreperam intemperiem auerſere,animæ verò adſciſcas lætitiam & iucunditatẽ
ſe nihil indignam:ſi præſentis & momentaneæ voluptatis ſenſum tranſgreſſus, mentis tuæ
conceptum protenderis ad ſpem vſque indubiam bonorum quæ æternũ duratura ſunt,quo-
rum vel ſola imaginatio abunde ſufficiat ad animam continenti iucunditate explendam,ac
proinde in cordibus noſtris gaudium perpes & exultatio angelicorum ſpirituum ſibi deli-
get domicilium, In Chriſto Ieſu domino noſtro,cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

## HOMILIA EIVSDEM BEATI PATRIS

E *Baſilij, In martyrem* Iulittam*, itémque in ea quæ dicenda re-
ſederant de gratiarum actione ſub finem* Homiliæ *ſu-
perioris,Godefrido* Tilmanno *interprete.*

QVæ de beata Martyre prædicatio ſe offert vobis depromendã,huiuſce eſt cauſa cõ-
gregationis.Hunc enim diem vobis indiximus celebriter agẽdum,quippe qui me-
moriam nouat magni illius certaminis,quod in muliebri quidem corpore, gene-
roſo alioqui animo & pluſquàm virili deſudatum, omni admiratione ſtupore ve
F perculit,cùm illos qui & ipſi præſentes ſpectarunt decertantem, tum eos qui auditu perce-
pturi ſunt in poſterum referentibus his qui re ipſa tanti iſtius agonis periculum fecerunt.
Beatiſſima igitur mulier Iulitta, (ſi tamen decori ratio permittit eam vocari mulierem,quę
heroica animi fortitudine ſupergreſſa eſt infirmam naturæ muliebris conditionem) cuius
vnius magnanimitate & conſtantia maximopere crediderim conſternatum eſſe & percul-
ſum communem humani generis aduerſarium, nimirum indigniſſimè ferentem à mulie-
ribus ſibi præripi palmam victoriæ, quippe qui conſuerit magnificas illas voces expromere
impotenti ſuperbia inſoleſcens,ſe ſcilicet concuſſurum vniuerſum terrarum orbem & quaſi
nidum,comprehenſurum ac velut oua derelicta è medio ſublaturum, vrbéſque adductũ
in ſolitudinẽ

in ſolitudinem, cùm iſte interim generoſæ huius mulieris virtute tantò cōſpicitur inferior, G
quam quo primùm tempore ſolicitabatur, à Chriſto vt deficeret, adniſus eſt elidere argu-
mentis & conuincere inconſtantiæ,quaſi quæ per naturæ infirmitatem minus poſſet conti-
nenter pietatem erga deum tueri ſeruaréve,hanc denique inuenit doctrice experientia con
ditione naturæ fortiorem,vt quæ aduerſarij terriculaméta tantò eluſerit magis, riſúq; pro-
ſequuta eſt,quantò ille eam ſperabat ſe iiſdem perterrefacturum. Formulam enim hæc, li-
tém ve iucidiariam intenderat vnicuipiam ex primoribus ciuitatis, viro qui fraude & vio-
lenta impreſſione vndeuis extortas opes ſibi vni vendicarat,per rapinam & prædam confer
tim corraſerat diuitias.Hic terræ plurimum circunciderat, neque non agros, villas, pecora
ac famulos Iulittæ interceperat,denique cùm omnem reliquam ſupellectilem apprimè opu H
lentam,& eam mulieri ademptam ad ſe tranſduxiſſet, forenſia iudicia celeri occupatione
præuertit,vt corrūperet ſubornatis aliquot calumniatoribus,teſtibúſque falſis,ſimul & cau-
ſæ cardinem reponens in illiberali & ſordida largitione,planè corruptela iudicum.Dies ſta
tus decidendę iſti cauſæ vt aduenit,en tibi præco ex nomine quemq; ciebat iam adornatis &
aſſidentibus aduocatis.Cumq; hæc cœpiſſet inſtruere iudicem de impotenti tyrannide ho-
minis,eſſétque enarratura formulam modúm ve quo initio poſſederit primùm, ſimul etiã
edoctura diuturni temporis prolixitudine ſuam confirmari ditionem, ad hæc quum iam
miſerum in modum deploraret violentam viri & inexplebilem auaritiam in occupandis a-
lienis,ille tum in aream fori progreſſus ait:Iſthæc actio eiuſmodi eſt,cui nulla quantiuis tē- I
poris præſcriptio ſuffragari debeat.Neque enim fas ſit quiduis nobiſcum habere commune
eos qui hactenus minimè coluerunt deos imperatorum, ni priùs Chriſti fidem eiurarint.
Prætori in ſpeciem videbatur is in medium proponere,quæ eſſent iuri conſentanea, quæ ve
maximopere conducerent.Iubetur mox afferri thus,prunas item, Secundum hæc, percun-
προτατις. ctantur iudices eiurarē ne velit Chriſtum,an ſecus.Eam quidem & legibus & legum ſuffra-
giis perfrui poſſe,abiuret modò Chriſtum.Quòd ſi fixius adhæreſceret fidei,nullum iam ſibi
relinqui vſum neque fori,neque legum,at ne reliquæ quidem Reipublicæ,quippe quę iuxta
ſanctionem legis per eius temporis imperatores latæ, notam infamiæ incurriſſet. Illa quid
ſecundum hæc?Illicì ne ſtudio capiebatur recuperandarum opum? Num quod ſibi nouerat K
vſui fore,neglectim tranſmiſit,obtinendæ controuerſiæ cauſa aduerſus ſibi iniurium? Peri-
culo à iudicibus impendente cōſternata animo eſt & exterrita? Sanè nihil minus.Quin ait,
ipſa potiùs valeat vita,ipſæ peſſum eant fortuitæ facultates:at ne ipſum corpus mihi priùs ſu
periſt,quàm in deum creatorem meum vlla impia vox mihi ex ore egeratur. Eiuſmodi ſuis
ſermonibus quò videbat exaſperari prætorem infenſius & acrioris iræ æſtu aduerſum ſe ſuc
cendi:hoc deo vberiores exoluebat gratias,quòd dum ob corruptiuas facultates controuer
tit raptori ac delitigat,viſa ſit ſibiipſi ſancire bonorum cœleſtium poſſeſſionem:terram qui-
dem perſpiciebat ſibi adimi,vt poſſideret paradiſum:addici infamiæ,digna vt haberetur co
rona gloriæ:corpus per contumeliam concidi flagris,vita quoque hac temporaria ſpoliari, L
compos vt eſſet beatæ illius ſpei, ſanctorum omnium choris allecta in cœleſtis regni gau-
dio.Denique dum interrogatur crebriùs,nec aliam redderet vocem conteſtans ancillam ſe
eſſe Chriſti, quin & eos execraretur, qui inuitarent & hortarentur ad abiurandam fidem:
tum iudex ille iniquitatis non eam modò ampliſſimis illis opibus quæ præter iuſtitiæ le-
gumq; ſanctiones illi ademptæ fuerant,priuauit, ſed & multam ei dixit, vita vt priuaretur
ſuo quidem arbitratu, atrociter addicens eam igni. Hæc porrò nullam ad rem earum quæ
interim dum viuitur,oblectare nos aſſolent,viſa eſt feſtinè adeò excurrere,atque ad deſtina
tam ſibi flammam concita perrexit,facie,habitu,ipſis quæ depromebat,verbis,alacritate in-
ſuper effloreſcente palam indicans quod in animo deliteſcebat, profuſiſſimum gaudium. M
Mulieres quotquot ſibi adſtabant proximè,obſecrabat, ne ad tolerandos pro tuenda chri-
ſtiana religione labores,animos ſinerent remolleſcere: neu cauſificarentur aut prætexerent
infirmam fœmineæ naturæ conditionem: eadem quippe maſſa qua & viri, & ipſæ conſta-
mus,dicebat.Ad imaginem dei perinde ac iſti,& nos conditæ ſumus.Eſt ſanè mulier ab o-
pifice creata peræque ac vir capax virtutis. Quid enim miri eſt? An non conſanguineæ &
ipſæ ſumus viris per omnia? Non enim ad conſtituendam mulierem ſola eſt aſſumpta ca-
ro,ſed & os ex oſſibus:quò fit,vt & ipſæ domino nihil minus ac viri redhibere debeamus fir
mitatem fidei atque conſtantiam,necnon in aduerſis patientiam. His dictis, in lignorum
ſtruem accenſam inſiluit,quę perinde ac thalamus ſplendore coruſcus,corpus ſanctæ Iulit-
tæ circum-



A tæ circumplexa,animam quidem in cœleſtem illam deſtinauit regionem,& quæ illius me-
ritis congruebat,requiem:corpus autem honore præcipuo venerabile aſſeruauit affinibus &
cognatis incolume nec vlla ſui parte læſum,quod ſanè in ornatiſſimo primarij templi vr- προτεμενίσ-
bis totius veſtibulo conditum,loco quidem adfert venerabilem ſanctimoniam, nec minùs ματα, προ-
qui eò loci conueniunt,efficit ſanctiores:terra porrò iſtius beatæ aduentu aquam emiſit quæ πύλαια να-
ſuapte natura nulli nō noſtrum gratioſiſſima eſſe debeat,adeò vt martyr hæc imaginem pi- ῶν, Heſy-
entiſſimæ referat matris,dum nutricis in morem totius incolas vrbis alit ſuauiter, perinde chius.
ac lacte quopiam in communes vſus affatim ſcaturiente.Hanc ipſam in nos benignè con-
tulit martyr gratiam,quam olim ſuis Ierichuntinis Eliſæus impartiuit,dum ſalſilaginem na
B turæ communis aquarum loci iſtius circunquaq; finitimi benedictione permutauit in ſapo-
rem dulcem planè,delicioſum & perquàm ſuauem.Viri ne,quæſo,ſiueritis tuendæ religioni
vos cōſpici mulieribus inferiores:mulieres ab hoc propoſito vobis exempló ne deſciueritis,
quin citra prætextum omnem cohæreſcite preſſius ſuſceptæ ſemel huic pietati & reipſa faci-
te periculum,hanc naturæ veſtrę imminutionem nulli eſſe vobis impedimento,quò minus
poſſitis cōficere quiduis operis boni.De hac martyre plura dicere parãtem reuocat,nec ſinit
diuturniorem trahere moram ſermo,qui heri quidem mihi cœptus eſt,nec vſquequaq; abſo
lutus.Ego proinde natura ſic ſum,vt permoleſtè feram quiduis minus perfectũ abire.Ima- Confirmat ſimilibus.
go enim media ex parte expreſſa ſi modò eſt, ingrata eſt ſpectatori. Viatori nihil profuerit
C quoquam iter capeſſere, ſi non id accurauerit, vt ad terminum viæ ſibi præſcriptum initio,
& ad ſtationem animo deſtinatam pertingat.Ex venatu propemodum cœpiſti? peræquè eſt
ac ſi nihil.In ſtadiis qui currunt vel vnico gradu poſteriores,exciderunt,nec raró palma vi-
ctoriæ ſpoliantur.Nos itaq; memores verborum Apoſtoli heſterno ſermone inductorum,
ſperabamus quidem eorum ſententiam perſtringi poſſe,& in compendium contrahi,& ec-
ce deprehenſi ſumus tantò his quæ dicta ſunt,plura tranſmiſiſſe.Non igitur ab re factum iri
putamus,ſi eorum quæ ſuperſunt debitam exequemur enarrationem.Itaq; nobis ab Apoſto
lo dicebatur:Semper gaudete,ſine intermiſſione orate,in omnibus gratias agite.Et quidem
de eo,quòd continenter gaudēdum nobis ſit,tametſi minùs quàm pro dignitate primæ iſti-
D us partis argumenti totius,ſatiſfecerim:at certè pro modulo virium videri poſſim ſatiſfeciſ
ſe. Proinde num indiuulſis precibus orare conueniat, id item præceptũ an à quoquam præ-
ſtari opere ipſo poſſit,ſi quidem exprompti ad audiēdum & alacres à me & hoc vtrumq; cō
tenditis,equidem ipſe pro virili Apoſtolicæ huic ſententiæ patrocinium feram ac tuebor.
Oratio eſt boni cuiuſpiam petitio,quę ad deum à piis effunditur.Sanè eiuſmodi petitionem Oratio finitur.
neutiquam ſtatuimus in ſola verborũ pręciſione.Ipſi enim credimus deo nihil opus eſſe ver
bis,quibus cōmonefiat noſtrę petitionis,magis verò dicimus eum perſpicaciſſimè ſcire,quæ
nobis ne petentibus etiam profutura ſint.Quid ergo,quod ipſi dicimus? Nimirum,orationē
non oportere nos plenè in ſyllabis conſtituere, quin potius ipſam ſuas vires pleniùs expli-
care expleré ve in animæ orantis libera electione ac propoſito, ſimul & in actionibus quæ
E per omnem vitam intento ſtudio perficiuntur ad pręſcriptum virtutis,iuxta Paulum: Siue
comeditis,ſiue bibitis,ſiue quid facitis:omnia ad gloriam dei facite.Accumbens menſæ,o-
ra:eſitans panem,largitori gratiam rependito.Suffulciens firmánſque infirmas corporis vi
res vino,eius fac memineris qui hoc te dono impertiuit ad inſerendam cordi tuo lætitiam
& ad multiplicium infirmitatum non mediocre ſolamen.Nulla tibi eſt ſumendi edulij ne-
ceſſitas? Caue, te prætereat eius memoria cuius liberali beneficio ventrem expleſti. Tuni-
cam indueris? gratias agito benigno datori. Amiciris pallio? fac, in te augeſcat intentior
erga deum charitas, qui integumenta gratuitò largitus eſt hyemi æſtatíque accommoda,
F quibus & vita conſeruetur,& obueletur turpitudo. Tibi ne dies expletus abiit? Illi referto
gratiam, qui ſolem quidem nobis nihil tale commeritis indulſit in diurnæ operationis mi-
niſterium:ignem verò contulit illuſtrandæ nocti, vtque ſubſeruiat reliquis vitæ commo-
ditatibus.Ipſa rurſus nox alias ad orationem ſuggerere poſſit conciliaréve occaſiones. Et-
enim ſi quando in cœlum ſuſpexeris, quum in eximiam ſyderum pulchritudinem oculo-
rum aciem defixeris preſſius: horum viſibilium ſupplica domino, vniuerſorum longè o-
ptimo artifici procide deo & cole eum,qui cuncta hæc in ſapientia condidit. Vbi omnige-
nûm animantium naturam in ſomnum reſolutam ac depreſſam perſpexeris:ſupplex proci-
dens adora rurſus eum qui nos nec cogitantes aut certè inuitos indulgentia ſoporis à con-
tinenti laborum aſſiduitate relaxat & alleuat, pérque exiguę quietis refocillationem vigo-
rem addit

rem addit corpori, vireſque inſtaurat. Itaque ne tu mihi noctem, ceu peculiarem ac ſele- G
ctam temporis partem totam addixeris ſopori, neu patiare vitę totius medium nullo tuo
vſu tibi præripi, dum ſtupido & inſenſili ſomno lenteſcis: quin tu potiùs ipſam tibi diſ-
pertitor noctem in ſomnum atque orationem, imò ſomni ipſi pietatis exercendę medita-
tiones quędam ſint. Quę enim nobis ſopore depreſſis ac ſolutis occurſant obuerſantúr ve

ἀπηχήματα τῶμ μεθημερινῶμ φροντίδωμ.

imaginationes, conſuerunt neſcio quo pacto plurimum contingere, ceu extremus quidam
tenor ſuſurri lenis aut ſoni editi, ídque ex curis quas tecum agitaueris interdiu. Tantiſper
enim dum viuitur, cuiuſmodi fuerint ſtudia exercitationéſque noſtrę, iſtiuſmodi neceſſe
ſit inſomnia ſe dormientibus nobis ingerant. Sanè ad eum modum indiuulſe & conti-
nenter oraueris, non quidem ſi verbis modò orationem expleueris tuam: veriùs vbi om- H
nis prorſus vitę tuę ratio atque inſtitutum diuinę te conformarit voluntati, ſic vt vita ipſa
dici & eſſe promereatur continens quędam & indiuulſa oratio. Quin & his adnectit
Paulus: In omnibus gratias agite.) Obiecerit aliquis: Quo id pacto fieri poſſit, vt anima
ob incommoda & calamitates mœrens miſerè & ſenſu ipſo doloris acerrimi quaſi quibuſ-
dam extimulata atque interpuncta aculeis, non lamentetur ac profundat lachrymas: ſed
pro incommodis & quæ reuera nemo non deprecetur à ſéque recellat, pro his inquam,
perinde ac pro bonis agat gratias? Si quæ mihi inimicus malè precatus eſt, contigerint:
quî potero inter dira hæc & execranda conſiſtens gratias agere? Vt vnus aliquis puſio ſit
intempeſta morte præreptus, hinc matrem ſuper amabili infantulo miſerè afflictam do- I
lores ipſa parturigine tantò acerbiores conſauciant: quo hæc pacto poſitis lamentis poſſit
aſſumere voces actionis gratiarum indices? Quæris quomodo? Si ſecum expenderit iſti
quem ex ſe genuit, filio deum eſſe patrem multò præ coniuge germaniorem ac propio-
rem, quíque illo prudentius nouerit & tueri infantulum & eius vitam moderari. Quin
igitur domino ſic prudenti permittimus, ſuas vt opes diſpertiatur, eáſque proprio diſ-
penſet arbitratu? ſed & ipſi permoleſtè ferimus ac ſi ſpoliemur propriis: morientibus in-
ſuper condolemus quaſi affectis iniuria. Illud velim tecum reputes, nempe puerulum haud-
quaquam eſſe mortuum, verius tibi redditum: neque deſiit eſſe amicus, magis verò abiit
peregre, viámque qua & nos ingredi neceſſe eſt, aliquantò anteuertit capeſſere. Dei man- K
datum indiuiduus tibi hæreat contubernalis, ad quæuis agenda vim rerum diſcretiuam,
perinde ac præradiantem lucem ſplendorém ve iugiter tibi ſuggerens, quæ ſanè diſcer-
nendi facultas eminus præoccupans animæ tuæ præcipuam adminiſtrationem, eámque
in primis inſtruens & de vnaquaque re veris opinionibus accuratè præmuniens, non ſi-
net à quoquam incidentium euariare aut immutari: quin tu potiùs ſimul atque hiſce mu-
nimentis ante omnia præmunieris mentem, perinde ac quidam ſcopulus conterminus
mari, incurſiones quaſque reflantium ventorum & aſſilientium fluctuum poteris tutò &
inconcuſſè ſuſtinere. Quidni priùs aſſuefeciſti mentem, vt de mortali quæ mortali vitæ
propria ſunt, cogitaret? Atqui inopinam filij nec præuiſam accepiſti mortem. Quid? quo L
primùm die nuntiatum tibi eſt natum eſſe filium, ſi quis te rogaſſet: id quod tibi natum
eſt, cuiuſmodi eſſe cenſes, aut quale? quid tu tandem reſpondiſſes? Aliud ne aliquid, quàm
quia homo eſt, quod natum eſt? Quòd ſi homo, vtique mortalis. Quid igitur inſolens
aut admirabile, ſi qui mortalis erat, mortuus eſt? Solem hunc, vt oritur & idem occi-
dit, non perſpicis? Lunam non vides augeſcere primum, dein deliquio deficere? Quin
terram ipſam contueris nunc progerminantem, mox veluti marcore flacceſcentem? Quid
eorum quæ circa nos ſunt, ſolidè conſiſtit? Quid vſpiam eſt, quod immotam ſortiatur &
immutabilem naturam? Suſpice cœlum, ac deſpice terram: neutrum perenniter duratu-
rum eſt. Ait enim dominus: Cœlum & terra tranſibunt. E cœlo ſydera ſident & collaben- M
tur, Sol obtenebraſcet, Luna non dabit lumen ſuum. Quid ergo admirabile videri de-
bet, ſi nos qui portio qualiſcunque ſumus mundi, in eorum partem venimus, quæ pro-
pria ſunt & congenita mundo? Hæc tu diſpiciens, vbi te quoque adorietur aliquid eorum

οὐκ ἀπαθῶς ἢ ἀναισθήτως.

quæ cæteris communia ſunt, ferto id velut oculis conniuentibus, non quidem citra vl-
lam affectionem aut ſenſum doloris, (Nam quæ tandem debetur merces ſtupidæ iſti & in-
ſenſili indolentiæ?) ſed vel cum labore planè intenſo, nec vlli explicando angore animi ſuf

Collationes

ferto tamen, haud diſſimilis generoſo cuipiam Athletæ, qui ſpecimen ſuæ fortitudinis ac
virilis animi palàm exhibet, non aduerſarios cędendo ſolum, ſed & conſtanti ac generoſo
pectore ferendo plagas ab illis inflictas. Vtque vnus aliquis gubernator ſapiens ſi eſt & inter
ritus, qui



A ritus, qui nitẽs peritia nec mediocri rei nauticæ animum retinet ac ſeruat rectum, nulla de-
preſſum aut demerſũ anxietate & quauis procella inundãti ſuperiorẽ. Filij quãlibet amabilis
priuatio, vel vxoris multò ſuauiſſimę, aut certè alteri⁹ cuiuſpiã ex iis quę maximè oĩm dea-
mas, præreptio nihil acerbũ aut graue viro irrogabit ſolerti ac prouida mẽte prędito, rectáq;
rationẽ habẽti vitę prędúcẽ, nõ itẽ iſtud in eũ cadit, q̃ pro vulgari cõſuetudine ingredit̃. Per-
moleſtũ enim eſt & vix toleratu poſſibile vel ipſis brutis, auocari ac ſubmoueri à cõſuetudi
ne. Equidẽ ipſe bouẽ vidi aliquãdo ad pręſepe illachrymantẽ ſibi cõpaſcuo & coniugi mor-
te prærepto. Quin reliqua quoq; bruta videas cõſuetudinẽ tueri mordic⁹, cui ſemel inſueue-

Conſuetudinis vis quanta.

rint. Tu porrò neutiquàm didiciſti ad eum viuere modum, neq; ita eruditus es. Amicitiam
B alioqui cum vno aliquo inire per prolixam colloquij familiaritatem, diuturnámue conſue-
tudinem, nihil fuerit indecorum. Cæterùm dequeri ac lugere, quòd à te is ſeiungitur, quo cũ
tibi interceſſerat diutina ac familiaris congreſſio, id abhorret prorſus à ratione. Sit hoc ex-
empli gratia: Tibi velut ſortito obtigit pro vitæ conſuetudine vxor, omnimodam tibi ex-
hibens vitæ voluptatem, promouendæ lætitiæ artifex, eorum conciliatrix quibus animum
oblectes tuum, familiæ adaugens commoda, in mœrore conſiſtenti tibi plurimam mole-
ſtiarum ac triſtitiæ partem adimens. Hæc tibi inopina morte intercepta eſt ac periit? Hac tu
afflictione affectus ne effereris: caue, dixeris eorum quæ fiunt fortuitum eſſe & fatalem ca-

In Manichæos.

ſum, quaſi nemo moderandę huic mundiali machinæ pręſideat: neu tu mihi conſtituas ne-
C ſcio quem malorum opificem, per immoderatam mœſtitudinem ex teipſo improbata do-
gmata comminiſcens. Chriſtianæ pietatis terminos ne tu tranſgrediaris. Quandoquidem
duo fuiſtis prorſus in carne vna, multum promeretur veniæ, qui diſſectionem eiuſmodi &
ſuæ cum compari coniugationis diremptionem proſequitur multo cum angore ac mœro-
re: at certè nihil tibi profuerit ob eam cauſam quiduis eorum quę te dedeceant aut verſare
animo, aut loqui. Tecum reputes velim, quòd is qui nos formauit animámque indidit cor-
pori deus, vnicuilibet animæ ſuum hic viuendi ſtatum rationémque præſtituit: & aliis qui-
dem alios hinc emigrandi præſcripſit terminos. Hunc enim conſtituit diutiùs in carne per-
manere: illum contra corporeis vinculis decreuit ocyus exolui iuxta ſuæ ſapientiæ ac iuſti-
tiæ rationes nulli prorſus enarrabiles. Quemadmodum igitur eorum qui in carceres conii-
D ciuntur, hi quidem in afflictione carceralium vinculorum detinentur introcluſi diuturnio-
re temporis mora: illi verò ab ea calamitate ſubmouentur celeriùs: ſic & animæ. Etenim hæ
diſtinentur in præſenti vita diutiùs: aliæ minus, pro cuiuſque merito dignitatéue, iuxta di-
uinæ ſapientiæ profunditatem, ſic vt mens nulla hominum ea poſſit attingere, quæ de vno
quoque noſtrum ipſe creator præuidit. Non audis dicentem Dauid: Educ de carcere ani-
mam meam? multiuarium angorem, moleſtiámve indicat. Non audiſti, vt ſancti eius exo-
luta anima eſt? Quid rurſus Simeon dominum noſtrum pio vlnarum aſtringens comple-
xu, cuiuſmodi vocem emiſit? Nonne hanc: Nunc dimittis ſeruum tuum domine? Ei enim
qui ad ſupernum & cœleſte domicilium feſtinus contendit, ſupplicio omni, omni carcere
E grauior eſt hæc inhabitatio corporis. Ne igitur quærito, vt conſtitutiones de animabus po-
ſitæ ad tuas vnius votiuas delicias ſe accommodent & obſequantur: quin tu de iſtis quos
mutua vitæ conſuetudo coniunxit, dein mors intercedens dirimit eoſdem, cogita conſimi-
les illis eſſe, qui eadem via aliquò dum proficiſcuntur, per continuam conflictationem ac
moram, quadam deuinciuntur neceſſitudine. Hi ſimul atque percurſa via communi, eã ap-
prehenderint, quæ deinceps multifida eſt & à communi diſſecta, iámque poſtulet neceſſitas
alterum dirimi ab altero, non iam illi familiariter conflatæ conſuetudini acquieſcentes ea
neglectim curant quæ priùs animo deſtinarant efficere: quin memoria potiùs repetentes
cauſam initio promotam ad proprium quiſque viæ terminum recurrit. Quemadmodum
F igitur illis diuerſus quidem fuerat pręfixus viæ ineundæ ſcopus, iſtos proinde inter eũdum
contigit per colloquendi conſuetudinem mutua necti ac deuinciri familiaritate: idem vſu
venit nuptiis aut alia quapiam ſocialis vitę conſertione deuinctis. Eſt nimirum ſua cuique
pręſtituta meta viuendi. Sic igitur conſertos inter ſe & coünitos neceſſe tandem fuerit, vt
pręfinitus cuique vitę finis diſparet atque diſſoluat. Sanè animi fuerit probè agnoſcentis,
collatum in ſe beneficium, non ęgrè admodum angi aut diſcruciari ob hanc alterius ab al-
tero diremptionem: ſed gratiam habere ei, qui tibi initiò ſtatim eiuſmodi conſortium ve-
lut ſortitò impertiuit. Tu contrà, ne vxore quidem ſuperſtite, aut filio, aut alio quicquid tan
dem id eſt, ob cuius abſentiam luctu nunc ac mœrore conficeris, nullam habebas gratiam
præſentiæ

prçſentię iſtorum collatori:potiùs dequerebaris,quòd quę optares, non ſuppeterent. Coha- G
bitabas ſolitarię vxori? mox expoſtulabas,quòd pro voto non adeſſent liberi. Aderant filij?
Dolebat quoniam minus abunde ſuppeterent luculentę opes: aut certè, quia perſpiceres ex
inimicis quoſdam quotidiana rerum fœlicitate cumulari. Videto igitur, ne fortè ipſi cauſas
prçmoliamur nobis ipſis & connectamus: quibus fit, vt merito noſtro rebus ſpoliemur in
vita chariſſimis. Quum eæ adeſſent,ne ſentiebamus quidem:vbi defluxerunt,flagranti vri-
mur earum deſiderio.præſentibus enim quæ ex deo ſunt, bonis perfruentes quum nullam
rependamus largitori gratiarum actionem, vt ſenſum aliquem percipiamus ex iactura rei,
βεβαίωσις à ſimili
neceſſe eſt ea vt ſpoliemur. Vt enim oculi quod iuſto propiùs admotum eſt,non vident,ſed
opus habent moderata quadam interuallari diſtãtia: itidem animas minùs gratas videmus H
ſenſu attingi præreptæ gratiæ,dum priuatos ſe intelligunt prærogatiua bonorum. Acceptis
enim vitæ iſtius commodis,erga benignum datorem ingrati, ne vnam quidem agnoſcunt
gratiam: vbi quid intercipi vident, id demum quod interceptum eſt, deprædicant. Atqui
nemo noſtrum ſe ſubmouerit à gratiarum actione per vllam quantanlibet vitæ ſe circun-
ſtantem ærumnam,is modò ne ingratè velit quamq; gratiam ſibi impertitam agnoſcere ac
percenſere. Habet enim vniuſcuiuſlibet noſtrum vita non pauca,nec indigna recognitione
admodum iucunda & contemplatione: ſi tamen nonnunquam ſuſtinuerimus id inſpicere
quod infra nos eſt,atque ita ex cõparatione ad id quod deterius eſt,bonum quod ipſi poſſi-
demus,quanti ſit pretij,admetiamur & expendamus. Seruus es? Habes te vno deiectiorem. I
Quòd vno ſuperior es,ne eſto ingratus,quòd neutiquam addictus es piſtrino, quia nullæ ti
bi infliguntur plagæ. At ne huic quidem cauſæ defuerint referendæ gratiarum actionis. Ne-
que enim iniectæ ſunt ei compedes. Non vinculis aſtrictus eſt ligno. Nec vincto deſit cauſa
reponendæ gratiæ ſufficiens,vel quia ſinitur viuere. Quòd datur ſolem contueri, reſpirare
aërem:ob hæc gratias agit. Nullo tuo merito plecteris? Gaudium tibi ingerat futurorũ ſpes.
Iuſto ne es ſupplicio addictus? Gratias itaque agito:quòd eorum quæ auſu temerario deſi-
gnaſti,hic luis pœnas,vt ne lætalium peccatorum gratia æterno ſerueris tradendus ſuppli-
cio. Sanè hunc in modum licuerit ei qui gratus eſſe pergit,haud mediocrem gratiam pro
præſentibus bonis benigno largitori exoluere, per omnem omnino vitam & vitæ exercitia K
omnia. Atqui hic nunc affectus accidit pleriſque eorum qui implacidis moribus ſunt & mi
nimè gratis,vt bonum quidem quod adeſt, faſtidiant & contemptim aſpernentur: contrà
quæ abſunt, expetant cupidiſſimè. Neque enim iſtos cenſent præ ſe premi grauiore inopia:
quo fit, vt nullam exoluant benefico datori deo gratiam, immo dum ſe componunt cum
eo quod in aliis eminet éſtque excellentius, reputantes quantò inferiores illis ſint, perinde
anguntur animo,verbiſq; deprecantur & accuſant ſuam ſortem, ac ſi propriis ſpoliarentur.
Seruus permoleſtè fert ſe non eſſe liberum. Educatus in libertate cruciatur,quia minimè pa
tritius ſit, neque ex ſpectabili illuſtrive claritudine generis prognatus, ac ne auos quidem
qui ſe præierint,poſſit ſeptem enumerare, quíque in equorum gladiatorúmue nutricationẽ L
priuas impenſas inſumpſerint. Quiritatur & eiulat genere illuſtris,quòd minimè eſſloreſcit
diuitiarum luxu profuſiore. Mœret ac lamentatur diues ſe non eſſe ciuitatum ac gentium
principem. Dux exercitus diſcrutiatur ſe non potiri regno. Dolet regi,quòd non in vniuer-
ſum totius ſub ſole orbis imperio præſidet. Aegrè illi eſt,quoniam gentes ſuperſunt,quæ mi
nimè eius agnoſcunt imperium, nec ipſius ſe ſceptris ſubſternunt. Ex iſtiuſmodi omnium
lectione colligere liceat,nullam rependi actionem gratiarum liberali ac munifico collatori
pro ingentibus beneficiis. Cæterùm expuncto à nobis eiuſmodi ob hæc quæ minùs ſunt
in promptu commoda,doceamur pro his quæ adſunt gratiarum reddere actionem. Si quæ
nos adorientur rerum apprimè triſtium afflictiones inamœnæ, dicamus ſapienti medico: M
In tribulatione parua diſciplina & eruditio tua nobis. Dicamus: Bonum mihi, quod humi-
liaſti me. Dicamus: quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,
quę reuelabitur in nobis. Dicamus: Parumper ob peccata quę admiſimus,ſumus flagellati:
Oremus dominũ: Caſtiga nos domine, veruntamen in iudicio & non in furore. Dum enim
redarguimur,à domino corripimur,vt ne cum hoc mũdo damnemur. Si quando ſplendi-
dior ac lętior arridet ratio & inſtitutum vitę,illam depromamus Dauidis vocem: Quid re-
Attẽde dei erga nos be neficia.
tribuam domino,pro omnibus quę retribuit mihi? Ex nihilo fecit vt eſſemus ac produxit.
Cohoneſtauit dono rationis. Inuentum artium gratuitò contulit, quę adiumento ſint no-
bis ad tuendam vitam. E terrę viſceribus alimẽta eduxit. Nobis prçrogauit in miniſterium
omnigenum



A omnigenum pecus. Propter nos imbres,Sol, montana regio, atque item campeſtris noſtri
cauſa pulchrè exculta eſt,& ornata,veluti profugia quędam nobis apparans quibus ad mon
tium vertices prouehamur. Propter nos amnes fluunt,diſcatent ac promanant fontium ſca
tebrę,ad negotiandum nobis ſe adaperit mare nauigationi,è fodinis metallicis effodiuntur
opes. Vndeuis affluit amœnitas exuberans deliciarum, omni nos obuallante creatura ac
protegente, per luculentam ac prædiuitem erga nos beneficentiſſimi dei gratiam. Ecquid
neceſſe ſit qualiacunque hæc commemorare? Deus ipſe noſtrę ſaluti conſulturus, inter ho-
mines conuerſatus eſt:ob hanc deciduam & corruptelæ obnoxiam carnem, Verbum caro
factum eſt, & habitauit in nobis.nimirum in omnes beneficentiſſimus cum ingratis inter
B captiuos,qui eos aſſerat libertati,Sol ipſe iuſtitię eorum intermedius,qui ſedent in tenebris.
Venit ad crucem,iſtarum prorſus expers affectionum ad mortem,vita lux ipſa, dẽſiſſimam
Erebi penetrauit caliginem. Propter eos qui morti ſuccubuerant,reſurrectio. Adoptionis ſpi
ritus multiformis diſtributio chariſmatum multiplex coronarum promiſſio: alia inſuper,
quæ ſingula haudquaquam procliue ſit reuocare ad numerum, quibus ſanè omnibus illa
prophetæ vox accommodari poſſit: Quid retribuemus domino,pro omnibus quę retribuit
nobis? Etenim rurſum magnificus dator haudquaquàm dict⁹ eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac
ſi is non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolueret acceptam his qui priores con
tuliſſent. Quam enim pro accepta gratia rependis gratiarum actionem, in numerum refert
Gratitudo quàm deo probetur.
& habet beneficij loco:qui quidem quum opes facultatéſque ſuppeditarit,per pauperum ma
C nus te repoſcit eleemoſynam. Is tametſi aliud nihil accipit quàm quod ſuum eſt,ſolidam ta
men ac ſynceram retribuit gratiam,ac ſi propria dediſſes. Quid igitur retribuemus domino
pro omnibus quæ retribuit nobis? Non enim poſſum non inculcare hanc prophetæ eximij
vocem,meritò hærentis velut in ſalebra ac circunſpicientis ſuammet inopiam,quòd ad ma
num nihil retributione dignum occurrat,nihil quod aliqua ex parte reſpondeat magnificis
adeò ac ſplendidis beneficiis,quæ quidem haudquaquam pertigerunt ad illam exuperantem
promiſſorum prærogatiuam,quandoquidem iſtis tantò cumulatiora ſe olim daturum pol-
licetur:nempe,delicias paradiſi,cœleſtis regni gloriam,honores nihilo diſpares angelis,co-
gnitionem contemplationémue diuinæ maieſtatis,quod vnum his qui ſe dignos præſtitè-
D rint,in bonis habetur ſummum:idq; votis omnibus creatura omnis expetit,rationis capax,
quo vtique bono perfrui olim licuerit, nobis ab omni vitioſa carnis affectione expurgatis.
Dixerit quiſpiam: Charitas ſanè quum prima numeretur & perfectiſſima in virtutum bo-
nis,(Nam plenitudo legis charitas.) quînam poſſimus ſocialem affectum & flagrantem cha
ritatem declarare erga proximos, quando primùm ingreſſi ad eos multiplici & acerba ca-
lamitate detentos,adeò non cum flentibus ipſis flemus, neque collachrymamur, vt etiam
pro his quibus afficiuntur incommodis deò agamus gratias? Et quidem æquanimiter pro-
priam perpeti afflictionem,& cum actione gratiarum,inſigne præfert patientiæ ac fortitu-
dinis:pro calamitate verò quæ vnicuipiam contigit, gratias agere deo, inſultãtis eſt alienis
E malis & mœſtitia affectos exacerbantis, quũ iubeat Apoſtolus, vt cum flentibus & ipſi flea-
mus. Ad hæc igitur quid nobis dicendum? Rurſus ne reuocanda nobis ad memoriam ſunt
verba,quæ nobis præſcribunt,ob quæ partim gaudendum, partim lugendum? Ait nanque:
Gaudete & exultate,quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis. E diuerſo: Filiæ Hieruſalem,
nolite flere ſuper me,ſed flete ſuper filios veſtros. Enimuero vt cum iuſtis quidem exulte-
mus & collætemur ſermo edicit diuinus: contra,cum iis qui per efficacem pœnitentiam a-
maras profundunt lachrymas,lugeamus ac lamentemur. Aut certè,& ipſi eos deploremus,
qui ſic citra vllum doloris ſenſum ſunt affecti, vt ne intelligant quidem quàm inauſpicatò
F eant ſe perditum. Eum porrò,qui ob hominum mortem fletus edit, cúmque lugentibus in
Confirmat collatione.
querulas voces erumpit,minimè conuenit putare hoc dei impleſſe mandatum. Neque enim
medicum laudauerim,qui quum debeat auxiliari ope occurrere ægrotantibus, vndique to-
tus ſcatet morbis. Non item nauclerum ipſe probauerim, qui quum artis gubernandi præſi-
dio nixus debeat vtiliter vectoribus ac nautis præeſſe, confligere aduerſus procelloſam ven
torum vim,effugere vndiuomas fluctuationes, inſuper & ſpe bona arrigere animos vecto-
rum immodico timore perſtrictos: ipſe interim faſtidienter nauſeat, nec minùs ac cæteri
rei nauticæ rudes deſpondet animum. Planè nihilo diſſimilis eſt his, qui mox vt ingreditur
lugentium cœtum, nihil adeò in illos vtilitatis impertit ſuomet ſermone,vt etiam ex alio-
rum communi afflictione in ſe geſtus trahat indecoros. Vt enim ob fortuitas calamitates
lugentium

lugentium contriſtemur, nemo negauerit conſentaneum eſſe rationi(ita enim fiet, vt tibi G
concilies familiarem congreſſum ac beneuolentiam miſerè afflictorum, ſi quidem minùs
exhibueris te hilarem ob eorum calamitates, nec neglexeris aliorum cruciatus ac dolores,)
at certè minus conuenit vt cum iſtis mœrore affectis decorum honeſtatémue tranſilias, ita
vt miſere affecto acclamites eiulans & collugeas, aut in cæteris quæ te dedeceant, iſtos imi-
tere ſiue eum æmuleris cuius oculis afflictionis magnitudo tenebras offudit: exempli gra-
tia, ſi te vnà cum iſtis introcludas & obſeres, ſi amicieris lugubri & pulla veſte atque humi
ſeſſites, ſi cæſariem impexam & intonſam geſtites. Hiſce enim rebus augeſcit potius & in-
tenditur calamitas, quàm mitigetur. Vides ne, vt bubonum ac ſpleniorum affectus, dum hi
quidem accedunt parti iam ſauciæ, illi autem febribus accreſcunt: dolori addunt non me- H
diocrem acceſſionem? Cæterùm manus tuas ſi dolenti membro ſuperduxeris leni attactu:
extuberationem vtique ſupprimes. Ne tu igitur promotam afflictionem atrociorem reddi-
deris tua vnius præſentia: neu concidas cum hoc iam collapſo. Prorſus enim is eſſe debet
ſuperior in humum deiecto, qui ſurrigere nititur iacentem. Nam ſi delapſus peræquè eſt: ni
hil minùs ac alter opus habet à quo ſubleuetur. At certè nihil præter decorum fuerit, ſi qui-
dem ob ea quæ contingunt, animus mordeatur moderato ſenſu doloris, aut rebus afflictis
ſilentio contriſtetur ac mœreat: ſic tamen vt ipſo vultu cogitationi reſpondente & mode-
ſtæ grauitatis pondus conſeruante, tui ſignifices pectoris afflictionem. Planè indecorum fu
erit, mox vt occœperis loqui, ſi ad obiurgationes proſilueris. Id enim perinde eſt, acſi inſul- I
tes & illudas miſerè proſtratis. Animæ enim angore & triſtitia afflictæ obiurgationes im-
portunæ ſunt: ſimulq; minùs accepti eiuſmodi ſermones quapiam perturbatione laboranti-
bus, nec vim vllam obtinent efficacem perſuadendi, ad eorum præſertim conſolationem,
qui ad concitandos in ſe humanos affectus modis omnibus ſeueriores ſunt. Quin tu ſimul
atque iſtos permiſeris inanes queſtus ac prorſus inefficaces effundere, vocéque exerta & paſ
ſis crinibus eiulare ac lamentari: iam vbi ſe ſenſus mali remiſerit & ſuppreſſerit, tum ſcitè
ac leniter licuerit eos compellare verbo conſolatorio. Etenim qui effrenes equorum pullos
edomandos accipiunt, non ſtatim initio freno ori iniecto natiuam illorum ferociam fran-
gunt aut inhibent & ſiſtunt: (Ad eum enim modum refractarij redduntur & retrogradi ac K
diſcunt dorſo ſuos excutere ſeſſores.) ſed primùm nonnihil obſecundant & indulgent illo-
rum ferocienti naturæ. Dein vbi viderint è proprio impetu feritatem iræ abſumptam: tunc
acceptos aliqua iam ex parte edomitos, arte moderatiores reddunt & quouis ſequaces. Ita
ſanè continget iuxta Salomonis ſententiam dicẽtis: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm
ad domum conuiuij: ſi quis ſcitè & clementer vſum moderans ſui ſermonis, ſuam ægroto
impertire volet ſanitatem, non item alienæ triſtitiæ, ceu oculi lippientis particeps effici.
Flendum igitur nobis cum flentibus. Tu enim ſimul atque videris fratrem ob eorum quæ
admiſit, pœnitentiam ſe proluentem lachrymis, huic collugeto & condole: ita etenim tecũ
fiet, vt ex alienis malis caſtiges proprium. Qui enim pro peccato proximi, lachrymis ſtillat L
præferuidis: hoc ipſo quòd lapſum deflet fratris, ſuummet à ſe profligauit morbum. Talis
erat, qui dicit: Deiectio ſiue defectio animi tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus
legem tuam. Fle igitur ſuper peccato. Peccatum animæ eſt ægritudo, peccatum mors eſt a-
nimæ alioqui immortalis, peccatum luctu eſt & implacabilibus lamentis dignum. Ob pec-
catum profluant effuſiſſimæ lachrymæ, neu deſinat ex imo pectoris receſſu iugiter proſi-
lire ſuſpirioſus gemitus. Flebat Paulus inimicos crucis Chriſti. Flebat & Hieremias interne
cionem pereuntis populi, qui ſanè quòd lachrymæ ſuapte natura profluentes non ſatis illi
eſſent ad planctus magnitudinem, cupidè expetebat ſibi infundi lachrymarum fontem &
extremum ſolitudinis diuerſorium, dicens: Et ſedebo & plorabo populum hunc dies mul- M
tos, eos qui pereunt. Sanè iſtiuſmodi luctũ ac lachrymas deprædicat Apoſtoli ſententia &
fœlices aſtruit, non etiam eas quæ ad ſemel conceptam animo triſtitiam ex oculis facilè erũ
punt & corriuantur, at neque eum ſtatim confirmat beatum, qui ſuapte natura per omnem
occaſionem propendet ad lamentandũ. Non ita dudum ipſe ego vidi quoſdam ex his, qui
ſtudio conſectandæ voluptatis ſunt addictiores. Hi inſigniter adeò conſueuerant genio in-
dulgere ac deliciis, vt ſi qua incidiſſet occaſio triſtitiæ, huius prætextu totos ſe ad crapulam
conuerterent & ebrietatem ſectandam, ſuæ interim iſtius intemperantiæ culpam conati
reddere leuiorẽ inductione verborum Salomonis: Date, ait, vinum his qui in triſtitia ſunt.
Eſt planè ſententia hæc prouerbialis non quæ impunem & liberam facultatem cuiquam tri

βουβὼν tumor præſertim, dũ graſſatur peſtis.

γνώμη.

ἐκβοῆσαι καὶ ὀλοφύρεσθαι. A ſimili.





A buat conſectandę ebrietatis, potiùs humanam vitam tuetur ac ſeruat. Vt enim omittam ſen
ſum ænigmatica alluſione inuolutum, qui quidem per vini nomenclaturam, iucunditatem
ſubindicat & lætitiam ſpiritualem, ipſe quoque ſenſus qui ad manum cuique eſt & vel vul
go cognitus curæ plurimum ac diligentiæ exigit, vt obſeruetur, ne videlicet qui iuſto gra-
uiùs indulgent luctui ac proinde nullam admittunt conſolationem, vehementiore abſor-
pti acrimonia luctus ſumere negligant alimoniam corporis. Nam pane quidem hominis
mœrore affecti cor fulcitur ac firmatur: vino autem conſtabiliuntur & conſolidantur im-
minutæ & collapſæ corporis vires. Cæterum vini iuſto amantiores ac temulenti haudqua-
quam demulcent aut ſedant animo conceptum mœrorem, veriùs malum permutant malo
B & improbo quodam contractu ac permutatione exitiali pro corporis morbo morbum in ſe
recipiunt animæ, illorum exemplo, qui trutinæ momenta dum exæquant, tantum triſtitiæ
adimunt, quantum addunt ſtudio voluptatis. At certè ita quidem opinor vinum oportere
auxilio eſſe naturæ, nec permittere tantum infundi vini meracis, vt eo tanquam tenebrico-
ſa offuſione caliginis ratio obſcuretur. Neque enim mœror ille animi diſcutietur vnà cum
vino & effluet: ſed & animæ preſſiùs cohæreſcet & fiet auctius malum ebrietatis. Quòd ſi ra
tio ſupprimendæ triſtitiæ eſt medicus, vtique ebrietatem par fuerit cenſeri malorum eſſe
extremum, vt quę maximopere impedimento eſt, quominus ſanetur anima. Cæterum ex
his quæ mihi dicta in hoc ſunt ſermone, ſingula velim vt ad mentem reuoces: his enim ex-
penſis deprehendes Apoſtolicæ legis edictum & poſſe nos exequi & eius executionem ap-
C prime nobis futuram vſui atque emolumento. Primùm quidem dictum eſt, qui poſſis ſem-
per gaudere, nimirum præducem ſequutus rectam rationem, ſubin quo pacto ſine intermiſ-
ſione orandum tibi ſit, Tertio loco, vt omni in re agendæ veniant deo gratiæ. Denique qua
ratione, conſolari eos poſſis qui afflictantur, vt his omnibus perpolitus & ornatus, morum
integritati ac perfectioni reſtituaris, ſubſidium opémque ferente Spiritu ſancto per inhabi-
tantem gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

βεβαίωσις ex collatione.

## HOMILIA BASILII MAGNI IN DI-
D *ctum illud, ex euangelio ſecundum* Lucam: *Deſtruam hor-
rea mea, & maiora ædificabo: interim de aua-
ritia,* R*aphaele Volaterrano interprete.*

Lucæ.12.c.

DVplex eſt tentationum genus. Nam vel corda hominum, tanquam aurum in for-
nace, per patientiam afflictis rebus aduerſiſque probantur, quæ ipſorum coarguant
ac declarent probitatem: aut certè ipſa vitæ proſperitas ſæpenumero multis tenta-
tionis & experimenti loco eſt. Aequè enim durum videtur, in rerum difficultate
E minimè deiici, & infractum ſeruare animum, ac in fœlicitate non extolli ad irrogandam cõ
tumeliam. Et quidem prioris exemplum magnus Iob inuictus athleta præ ſe tulit: qui om-
nem diaboli violentiam, veluti torrentis impetum inconcuſſo corde, firmóque propoſito
quum excepiſſet tanto maior tentationibus apparuit, quanto duriora illi vixque eluctabilia
ab hoſte viſa ſunt obiecta illi certamina. Earum verò tentationum exempla quæ ex lætiore
rerum ſucceſſu contingunt, cùm alia multa ſunt, tum huius nobis nunc lecti diuitis: qui o-
pes quidem ingentes habuit, in iiſq; maximè ſpem collocauerat, dei benignitate ipſum abuſ
que initio tolerante, nec ob ingratitudinem morum condemnante, ſed continuò prioribus
diuitiis alias addente, ſi quo modo per copiæ ſatietatẽ animum eius ad liberalitatem ac mo-
F res manſuetiores aliquando prouocaret. Hominis, inquit, diuitis vberes fructus ager attulit,
& cogitabat intra ſe dicens, Quid faciam? deſtruã horrea mea & maiora ædificabo. Cur igi-
tur abundauit ager hominis, nihil boni ex copia facturi? Vt maior dei longanimitas appare
ret, quando vſque ad tales quoque eius bonitas extenderetur: qui pluit ſuper iuſtos & iniu-
ſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Talis verò bonitas dei maius colligit
ſupplicium his qui peruerſè agunt. Huius itaque diuitis terræ per manus auaras cultæ, deus
imbres tribuit: ac ſolem, qui ſemina ad maturitatem ſui caloris fotu proueheret & multipli-
caret fruges per fertilitatem. Et talia ſunt, quæ deus largitur, terræ videlicet confert aptitudi
nem, aëris temperiem, ſeminum copiam, auxiliarem boum operam, & ſi qua ſunt alia, qui-
bus agricultura fœlicius promouetur. Hominis huius verò qualia ſunt? Mores amarulenti,

Tẽtatio duplex.
Collatio.

Confirmat paradeigmate.
Metaphora.

Attende dei benignitas cur vel in ingratos ſe vſque porrigat.

in omne hominum genus odium,nulla in proximum liberalis collatio . Hæc miſer benefa- G
ctori rependit.Non communis meminit naturæ:nec quæ ſupererant,putauit egentibus di-
ſtribui oportere : nec vllam inibat rationem illius præcepti , Ne deſieris benefacere inopi.
Itémque Eleemoſynæ ac fides ne te deſerant.Item:Frange eſurienti panem tuum . Denique
prophetæ,omnéſque doctores clamantes nō ſunt auditi.Sed horrea, multitudine fructuum
grauata dirumpebantur:cor autem eius parcum ac tenax minimè exaturatum eſt . Semper
enim antiquis noua ſupperaddens, & annuis prouentibus copiā augens,in hanc inextrica-
bilem incidit mentis inopiam ac perplexitatem,cùm nec vetera quidem propter auariciam
ſineret in vſus inopum cedere:nec item recentibus propter copiam locus eſſet:Idcirco vana
ἀνήνυτα τὰ βουλεύματα & inefficacia eius conſilia,curæq; perplexæ fuerunt.Quid faciam,inquit?Quis non miſerea- H
tur ſic miſerè curis obſeſſi?Ipſa fertilitate miſer erat ac timidulus.Miſerabilis præſentibus &
paratis bonis , miſerabilior ob ea quæ adhuc expectabat . Non enim prouentus annui frui-
tionem ei terra ferebat,ſed fletus & ſuſpiria:non fructuum copiam , ſed curas & dolores &
graues anxietates ſibi colligebat.Peręquè enim ac egeſtate preſſi,miſer affligitur , & eiulat.
An non talis modi edit vocem , cuiuſmodi ſolet qui anguſtia preſſus mendicat ? Quid fa-
ciam?Alimenta vnde ? vnde indumenta ? Hęc ſecum ſubmúrmurat ac loquitur diu s : cor
per hęc mœrore conficit & affligitat,dum eſtur anxia ſolicitudine. Cęteros enim quod aſſo-
let lętitia perfundere,id macerat ac liquefacit auarum.Ex his enim omnibus, quibus domi
pleniſſimè affluit,nihil decerpit gaudij : quin ipſę potius vndique affluentes diuitię & qua- I
rum diffuſionem non capiunt promptuaria,punctim eius extimulant animum ac lancināt,
ne ad externos fortè vel tranſcurſim aſpiciens , in egenos cogatur nonnihil conferre ſub-
ſidij.Hęc iſtius animę miſera affectio mihi planè videtur nihilo diſſimilis voraci gulę hel-
luonum, qui ingluuie diſrumpi malint,quàm vt vel tantillum ex reliquis in inopes confe-
rant.Agnoſce ô homo eum qui dedit.Fac memineris tuiipſius,tu quis, quid item diſpenſes,
à quo acceperis,qua item gratia tam multis ſis pręlatus.Dei optimi miniſter es,tuorum diſ-
penſator conſeruorum.Ne puta omnia ventri tuo pręparari:quę in manibus habes vt aliena
exiſtima:paruo te exhilarabunt tempore,deinde diffluentia præteribunt, quorum ratio abs
te acriter exigetur . Tu autem omnia ſimul portis & repagulis retines, intercluſa, iiſque ſi- K
gnaculis obſignatis & colligatis aduigilas anxius.Ex teipſo captas conſilium? Planè impru-
denti vteris conſiliario.Quid faciam?Parata tibi reſponſio fuerat: Eſurientium animas ex-
plebo,aperiam horrea,& omneis vocabo indigos:imitabor Ioſeph præconio exhibitæ ho-
minibus benignitatis celebrem:vocem emittam magnificam:Quicunque panibus egetis,ve
nite ad me ſinguli participes futuri quod ſatis fuerit,gratię à deo mihi collatę quaſi proſili-
entis è communibus fontium ſcatebris.At non tu talis.vnde enim tu qui rerum commodi-
tatem vſúmque inuides hominibus,improbóque tecum inito conſilio ſolicitus es,non quo-
pacto cuique ea quę neceſſaria ad vitam ſunt,diſpertiaris:ſed quonam modo omnibus ad te
retractis,omnes eorum priues vtilitate.Pręſto erant,qui animam illius,è corpore exigerent, L
& ille cum anima de eſcis loquebatur.Eadem illa nocte auferēda erat illi anima, & ille mul
torum annorum delitias ſibi ipſi imaginabatur.Permiſſum illi eſt,quiduis conſultandi, ani
mique ſui ſententiam exprimendi,vt competentem ſuo propoſito ſententiam acciperet. Ca
ue ne idem tibi quoque vſu veniat . Hoc nanque ideo ſcriptum eſt , vt ſimile quid vitemus.
Imitare ô homo , vel terram : vt illa fructus proferto , vt ne illa conſpiciaris eſſe deterior,
quę inanimis eſt.Sanè illa non in ſuum vſum aut commodum,ſed in tuum miniſtrare con
tendit . Tu autem quem debueras oſtendere beneficentiæ fructum , illum tibi ipſi congre-
gas ? Nam benefactorum gratiæ,in dantes reuertuntur . Dediſti eſurienti ? tibi conſuluiſti:
Simile. Quod dediſti,ad te cum auctario reuertetur.Quemadmodum enim frumentum in terram M
cadens , lucrum proiicienti parit:ſic & panis in eſurientem proiectus , multam in poſterum
tibi reddet vtilitatem.Sit agriculturæ tibi finis,initium ſementis cœleſtis.Seminate,inquit,
vobiſipſis in iuſtitia.Quid igitur te infelicem reddis?Quid affligitaris luto & lateribus diui-
tias claudere contendens?Melius nomen bonum,quàm diuitiæ multæ.Si autem diuitias ob
honorem inde prouenientem admiraris,conſidera quanto ad gloriam magis faciat multo-
rum filiorum parentem appellari,quàm mille ſtateres in marſupio repoſitos habere . Pecu-
niam enim hic vel nolens relinques:honorem verò ex benefactis ad dominum referes:quā-
do populus omnis communem iudicem circunſtans , te & nutritorem & in inopes benefi-
cum,& demum omnibus quæ ad humanitatem pertinent nominibus appellabunt . Nónne
vides



A vides quoſdam in theatris pancratiaſtas & mimos & cum feris certantes , quos ſpectare
quis abominetur,pro breuis temporis honore ac populi plauſu pecuniam prodigentes:tu au
tem tam parui es animi , vt ad ſumptus perpetuam tibi gloriam pariturоs cuncteris ? Deus
eſt,qui recipiet,& angeli collaudabunt,homines quotquot ab ipſa mundi creatione fuerūt,
beatum te prędicabunt?Præterea,gloria ſempiterna,corona iuſtitiæ, regnum cœlorum præ-
mia tibi ob harum rerum corruptibilium adminiſtrationem,erunt:quæ tu nihili ducis. Tan
to teneris rerum præſentium ſtudio,vt quæ ſpe præſumere debes,ne tanti quidem facias prę
illis.Agedum ergo,tuas opes in pauperum varios vſus diſpone ac diſpenſa , clarus & vene- σιτοδοχεῖα.
rabilis ob ſumptus in egentes eſto.De te illud dicatur: Diſperſit dedit pauperibus,iuſtitia e- In annonæ flagellatores.
B ius manet in ſeculum.Ne graueris neceſſariis vſibus te benignum reddere.Ad horrea tua a-
perienda,noli annonæ caritatem expectare . Nam qui auget pretium annonæ, publicæ exe-
crationi obnoxius redditur.Famē ob aurum ne opperitor:noli ob vtilitatem priuatam,com
munem inediam affectare.Noli,inquam,inſtitor caupó ve humanarum fieri calamitatum:
ne per occaſionem cumulandarum opum , iram in te accerſas dei . Ne moleſtiam generes
vulneribus eorum,qui flagellis cęſi ſunt.Tu verò aurum tantum reſpicis,fratrem verò tuum
non aſpicis:& nummi quidem characterem ac genus cognoſcis,probum ab adulterino diſ-
cernis:fratris verò tui egeſtatem prorſus ne ſcire quidem vis.Auri renidens color te mirum
in modum oblectat:at quantus te ſequatur inopis gemitus,non cogitas? Quomodo tibi ob
oculos proponam calamitates pauperis?Ille circunſpectis omnibus videt ſibi nihil ſuppete-
C re auri,ſed ne ſperat quidem vnquam affuturum.Supellex porrò ac veſtimentum eiuſmodi
cuiuſmodi eſſe ſolent pauperis facultatulæ, nimirum pauculis obolis æſtimandæ.Quid igi-
tur?Ad liberos denique oculos reflectit,eos vt ad forum deductos exponat venui atque il-
linc qualecunque ſolamen inueniat impendentis fati.Expende,quæſo,hic certamen ex vna
parte inſtantis famis,ex altera paterni affectus cum altera miſerabilem mortem intentet,al-
ter verò vnà cum filiis mori perſuadeat.Ad hunc modum ſępenumero affectus,ſępe iterum
impeditus,tandem vrgente neceſſitate ineuitabili victus & coactus in id conſilij rapitur.Et
quæ hic conſultat pater?Quem primum liberorum vendam?Quem magis cupiet is, qui fru
mentum commutat?Si primum:At ætatis honos me reprimit.Iuniorem ne?At me miſeret
D æui calamitatis adhuc indocilis.Iſte apertas habet notas , quibus effigiem maiorum meorū
exprimit.Ille aptus eſt ad diſciplinarum ſtudium . Heu ineluctabilem calamitatem . Quor- φεῦ τῆς ἀμηχανίας.
ſum euado?Quem nam iſtorum lędam & offendam?cuius nam beſtiæ ingenium aſſumam?
Quomodo naturæ obliuiſcar?Iam ſi cunctos retinere adnitar,cunctos videbo calamitate fa
mis abſumi.Si vnum vendidero,quibus oculis reliquos aſpiciam,cum me iam illis videam
de mea erga ipſos fide ſuſpectum ? Quomodo domum inhabitabo qui mihi ipſi orbitatem
accerſiuerim? Quomodo ad menſam accedam , cuius ſumptus ex tali mercatura conſtant?
Tandem multis cum lachrymis , chariſſimum natorum vnum venditurus ad te venit . Tu
E propterea nihil tali calamitate inflecteris ? Nulla ſubit mentem naturæ communis ratio?
Quin & illum licet,fames premat : ludificas interim cauillis & comperendinator diſſimu-
las,diuturniorémque illi nectis & concinnas calamitatem.Quum ille ſua tibi viſcera pro a-
limoniæ pretio offerat,manus tua ex huiuſmodi calamitatibus facultatem & opes captans,
non ſolum non ſtupet,ſed & reluctaris quaſi nimium des,& vt multum lucreris minùs tum
dare conaris,vndique miſeri grauans incommoda . Non lacrymæ tibi extorquent miſeri-
cordiam,non ſuſpirium cor emollit : ſed inflexibilis & duricordius aurum reſpicis , aurum
imaginaris.Hoc tibi dormienti inſomnium, & vigilanti deſiderium . Quemadmodum e- Auaritię ad inſaniā collatio.
nim per inſaniam mente moti res probè non vident,ſed pro morbi ſui ratione quæuis ima-
ginantur:ſic anima tua ab auaritia poſſeſſa,cuncta aurum, cuncta argentum reſpicit, liben-
F tius vides aurum quàm ſolem.Quæcunque vides,in aurum verti cupis,dáſque operam quo-
ad poſſis & liceat.Quid enim rerum non moliris mouéſque vnius auri gratia? Frumentum
tibi in aurum vertitur,vinum in aurum concreſcit , lanæ ipſæ tranſeunt in aurum. Omnis
mercatura,ſtudium omne tuum ac ſolertia cōciliat tibi ſuggeritque aurum.Quid?Seipſum
denique generat aurum,dum per fœnus tantò redditur auctius . Nec enim ſatietas aut finis
cupiditatis inuenitur.Sæpenumero pueris cibi iuſto appetentioribus quæ cupiunt maximè, Elegans collatio ex contrariis.
affatim & ad ſaturitatem damus, ita, vt ex copia faſtidio capiantur : auarus autem non ita,
ſed quantò plus accipit,tantò plura deſiderat.Diuitiæ ſi affluant (inquit pſal.) nolite cor ap-
ponere.Tu autem præter neceſſitatem affluentes retines,& exitus obſtruis . Deinde ſic coa- ἐλλιμνάζω.

ctæ ac occluſæ,& quaſi ſtagnantes,quid tibi faciunt? Rumpunt repagula violenter retentæ, G
redundantia deſtruunt horrea , promptuaria ſolo adæquant, ac ſi hoſtis alicunde irruperit.
Sed maiora, inquis, ædificabit : Incertum, an deſtructa velut per manus ſucceſſori dabit.
Nam ipſe velociùs migrabit hinc abreptus,quàm illa iuxta auaritiæ ipſius cogitationem eri
gantur.Sed hic quidem diues finem congruum ac parem conſiliis malis eſt aſſecutus . Vos
contra , optem à me vt perſuadeamini , nempe vt portis omnibus patefactis promptuario-
Metaphora. rum diuitiis latiſſimè patentem tranſitum exhibeatis quaſi latifundo fluuio frugiferam ter-
ram per mille irriguos elices riuoſque clam ingredienti.Itidem & ipſi per multas vias opi-
bus ad pauperum domos aditum date.Nam & putei continuò exhauſti,& copioſiore & pul H
chriore admodum fluunt aqua,dimiſſi verò & quieti,facilè putent:Sic & opes conditæ qui-
Simile. eſcentés ve, inutiles : motæ autem & tranſlatæ publicum commodum & fructum pariunt,
quarum gratia ô quanta tibi laus ex iis qui beneficium acceperunt,proueniet?quam tu caue
contempſeris.Quanta verò à iuſto iudice merces ? cui tu diffidere nolis . Exemplum itaque
accuſati diuitis tibi vbique occurrat:qui quidem præſentia cuſtodiens,& de futurorum ſpe
anxiè ſolicitus,& incertus,num eſſet victurus craſtino,hodie peccãdo diem anteuertit cra-
ſtinum.Nondum ad hunc inops aduenit ſupplicaturus , & iam antea ſuam declarat ferita-
tem.Nondum collegit fructus,& iam auaritiæ iudicium & condemnationem accepit. Ter
ra quidem in ferẽdis ei fructibus officioſa fuit.Profundam in aruis ſegetẽ oſtentabat,race- I
mos in palmitibus plurimos tulit.Is verò illi pariter præbens oleam fructibus prægnantem
acturgidã & ex genere nucum omni illi promittens omnimodam alimoniam, quum is in-
terim nulli commodus aut beneuolus eſſet,& ſine fructu.Nondum habebat fructus,& illos
iam egenis inuidebat . Quanquam quot ſunt periculis obnoxiæ fruges antequam domum
comportentur?Nam & grando ſæpe eliſit atque comminuit,& æſtus ingens è mediis eripu
it manibus,& aqua intempeſtiua è nebulis fluens infrugi reddidit & inutiles fructus . Quin
tu ad dominum preces effundis,vt munus hoc tibi impertitum perfectum reddat?imo tute
anteuertis indignum efficere eorum ſuſceptione,quæ tibi præminiſtrata ſunt . Clam loque-
ris tecum.At tua verba in cœlo examinantur:Quapropter & inde tibi reſpondetur.Quæ au K
tem dicit?Anima,inquit,habes repoſita tibi multa bona:Comede,bibe,gaude.O verba ſtul-
tiſſima.O dementiam ſingularem.Nam ſi porcinam habuiſſes animam, quid aliud ipſi enũ
ciare potuiſſes?Itá ne pecuinus tu ita bonorum animæ ignarus , eam vt exceptes carnalibus
ἀφεδρών. epulis:& quæcunque alui ſeceſſus recipit,animæ deſtines. Si quidem illa virtutem habet., ſi
plena eſt bonis operibus,ſi dei gratiam ſibi conciliauit ac familiariter aſciuit, tum ſanè mul
ta bona habet,tum lætari poterit bona lætitia.Iam quando terrena ſapis,& deum habes vẽ-
trem,totus quoque caro effectus,vitioſis affectibus obſequeris , audi te dignam appellatio-
nem,quam tibi nullus hominum,ſed ipſe dominus indidit:Stulte, hac nocte animam tu-
am abs te repetent:Quæ autem præparaſti cuius erunt?Superat æternam pœnam irriſio iſta L
ſtultitiæ.Qui nanque paulo pòſt abripiendus è vita & ad ſupplicium abducendus quale init
tacitus conſilium ? Deſtruam , horrea & maiora faciam , Iſti ego ſane dicerem , benefacis.
Nam iniquitatis horrea proculdubio digna ſunt,quæ diruantur.Euerte miſer tuis ipſe ma
σιτοδοχεῖα λύε. nibus quod malè ædificaſti.Solue horrea, vnde nullus vnquam ſolamen vllum conſecutus
eſt.A fundamentis excidito auaritiæ cuſtodem,dirue tectum,euerte muros,oſtende ſoli fru
mentum quod cariem ſitúm ve contraxit.Educ diutius illigatas haſce diuitias:produc in pu
blicum triumphum tenebris obſita domicilia Mammonæ.Deſtruam horrea mea & maiora
faciam. Vbi verò & iſta frumento adimpleueris , quid quæſo ampliùs cogitabis ? an rurſus
deſtrũes & rurſus ædificabis?Quid ſtultius quam laboribus nunquàm finiendis ſe conficere
ac ſummo cum ſtudio ædificare,nec minore cura eadem demoliri ? Habes ſi vis,apothecas, M
ventres pauperum,theſauriza tibi theſauros in cœlo, Quæ illic reconduntur,ea neutiquàm
depaſcuntur tineæ , nulla depopulatur caries aut erodit, nulli ſuppilant prædones . Dixeris:
Atqui tum in indigos diſpartiar,quum horrea ſecunda compleuero.Longa tibi vitæ tempo
ra præfixiſti:vide ne te illud tempus quod certo ac præſtituto termino accelerare ſolet,fortè
corripiat.Et profectò vitam ſibi hoc modo confidentiùs polliceri , non bonitatis ſed mali-
tiæ eſt indicium.Vitam namque tibi polliceris,non vt poſthac ſis liberalior, aut tribuas : ſed
vt inſtantem mendicum à te propulſes.Iam quando ſuppetit, quid prohibet,quominùs li-
beraliter impartiare?Nonne inops adeſt?Non ſunt plena horrea? non merces à domino pa-
rata ? Non mandatum manifeſtum? Eſuriens fame abſumitur, nudus frigore rigeſcit . Qui
repetitur



A repetitur debitum,vinculis obtorto collo adſtringitur:& tu eleemoſynam in craſtinum dif
fers?Audi Salomonem:Ne dicas,regreſſus reuertere & cras dabo.Ignoras enim quid ſequẽs
pariet dies . Qualia pręcepta contemnis , poſteaquam auaritiæ aures reſeraſti ? Quantam τί τέξῃ.
te deo beneficentiſſimo gratiam habere,quàm hilarem eſſe te ſimul & in inopes munificum
atque liberalem oportebat,quòd non ipſe pro foribus alienis cogeris obſtreperus eſſe & que
rulus,ſed tuas alij occupant?Nunc autem triſtis es,& rogatu difficilis: occurſus pauperum
vitas, ne fortè aliquid vel modicum è manibus coacto exeat . Vnam tantum noſti vocem;
Non habeo,non dabo: Nam & pauper ego quoque ſum.Pauper es profectò pauper,& om-
nium egens bonorum.Pauper,inquam,charitate pauper, benignitate in indigos pauper, fi-
B de erga deum pauper, pauper æterna ſpe.Quamobrem frumenti quodcunque poſſides,tuos
fac fratres participes . Cras fortè marceſcet. Hodie egenti da. Auaritiæ genus id peſſimum
eſt,nolle ne ea quidem quæ facilè corrumpuntur,inopi dare . Dixeris : Cui facio iniuriam,
ſi mea retineo conſeruóque?Quæ illa,dic mihi,tua? Vnde accepta hæc ad traducendam prę
ſentem hanc vitam inuexiſti?Perinde enim facis,ac ſi quis in theatro locum ſpectandi mox ὁμοίωσις.
vt anteuertit aliis arripere,cæteros abarceat ingreſſu, ſuo vnius vſui id adiudicans quod ad
omnium communem vſum proponitur.Tales & diuites exiſtunt. Communia nanque quũ
priores obtinuerint,propria faciunt occupando.Nam ſi tãtum quiſque vſurparet, quantum γνώμη.
ad propriæ neceſſitatis ſolatiũ faceret, ſuperfluúmque egenti tribueret, nemo profectò eſſet
C diues,nemo item pauper.Nónne nudus ex vtero matris excidiſti , nudúſque rurſus reuer-
teris ad humum?Hæc tibi bona præſentia vnde?Si à caſu dixeris,impius es, eum non agno-
ſcens qui te condidit neque ei qui dedit rependens gratiam . Quòd ſi ex deo te illa habere
fateris,dic mihi,quamobrem hęc ſortitus es ? Non enim iniuſtus eſt deus , qui ea quæ ſunt
ad victum,inæqualiter nobis diuiſerit.Cur tu diues es, ille pauper ? Profectò non ob aliam
cauſam,niſi vt tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias , ille verò pa-
tientiæ maximis præmiis honoretur. Tu vero inſatiabilis auaritiæ lacertis omnia circum-
plexus,& tot homines illis priuans , neminem te lædere putas . Quis, quæſo, eſt auarus?Ille
qui eo quod ſatis eſſe debet , non eſt contentus . Quis verò peculator ? Ille qui ad ſe vnum
D transfert quæ ſingulorum ſunt . Tu ergo non auarus ? Non tu peculator,cum ea quæ ad di- λωποδύτης
ſpenſandum diſtribuendúmque receperis , tibi propria facis ? Num qui veſtem diripuerit, Auarus à peculatore nihil differt.
ſpoliator nominabitur:qui autem nudum non texerit modò poſſit, alterius cuiuſdam nomi
nis appellatione dignus erit?Eſurientis eſt panis quem tu retines:nudi eſt veſtis quam in ar γνώμη cedro digna.
ca cuſtodis?diſcalceati calceus qui apud te marceſcit: egentis argentum quod tu terræ infoſ
ſum poſſides.Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre . Pulcher , in-
quis, ſermo , ſed pulchrius aurum . Vt accidit illis qui apud intemperantes de temperantia
diſſerunt:idem & nobis fit.Etenim illi,vbi intellexerint amicam ſuam explodi atq; traduci
illarum memores,vehementiore concupiſcentia inflammantur . Sed quomodo ego tibi ob
E oculos ponam pauperis afflictationes,vt planè cognoſcas ex quantis tibi ſuſpiriis, & gemi-
tibus hunc corradis theſaurum.O quanto dignum precio tibi cenſebitur die iudicij verbum
illud,Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum vobis paratum à conſtitutione mundi.
Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui & dediſtis mihi bibere . Quanta rurſus tre-
pidatio ac ſudor,quantæ ob oculos tenebræ ſe tibi circunfundent condemnationem audien
ti:Ite maledicti in tenebras exteriores,paratas diabolo & angelis eius . Eſuriui & mihi non
dediſtis manducare:ſitiui & non dediſtis mihi bibere : nudus eram , & non operuiſtis me.
Non enim ibi rapax accuſatur : ſed qui ſubſtantiam non communicauerit, condemnatur.
Ego quidem,vos horum admonui quæ videbantur vtilia:quibus ſi obtemperaueritis, bona
quæ vobis promittuntur, proculdubio conſequemini. Non audientibus verò & minæ intẽ
F tati ſupplicij iam ſcriptæ ſunt atque paratę: quarum ego periculum vos euadere magnopere
cupio,ad meliorem tranſmutatos mentem , vt animæ veſtræ redemptio ſint propriæ diui-
tiæ,& ad bona cœleſtia vobis parata perueniatis gratia & benignitate eius, qui quoſuis vo-
cauit in regnum ſuum,cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

# HOMILIA MAGNI BASILII AD EOS G
## *habita qui ſtudio tenentur diteſcendi.*

DE adoleſcente hoc qui dominum interrogauit, quidnam faciendo vitam haberet
æternam, quæ dicta ſunt hodierno matutino, & eorum prorſus ſolers atque indu-
ſtrius auditor commeminit quæ diſcuſſa tunc ſunt & expēſa. Et quidem primùm,
quòd non idem eſt cum legiſperito, de quo apud Lucam ſcribitur. Hic enim tenta-
tor erat, ſimulatorias & ironiæ plenas proponens interrogationes. Iſte verò ſalubriter quidē
interrogās non ſiuit ſe perſuaderi. Non enim triſtis abiiſſet propter reſpōſa domini, ſi deſpi- H
ciendo interrogaſſet. Quāobrē eius animus varius mixtusq; nobis indicatur, cū ex ſermone
ἀθλιώτατον καὶ πάντη ἀπεγνωσ-μένον. partim laudabilis, partim miſer ac deſperans oſtendatur. Etenim noſſe verum magiſtrum,
& phariſæorum iactantiam ac legiſperitorum arrogātiam, ac ſcribarum turbam non fuiſſe
imitatum: ſed ex ſolo & vero præceptore hoc intelligere voluiſſe, laude dignum cenſeo: de-
inde, & quod curandum ſibi putauit, quomodo vitam hæreditaret æternam, probabile &
hoc eſt. Quòd vero ſeruatoris conſilio non paruit ac mœſtus abiit, hoc demum eius detegit
mentem, quod non reſpexerit ad verum bonum, ſed ad id quod multis arridet: Nec item ſa
lutarem domini diſciplinam ſuo inſcribere cordi, aut omnino ſequi curaſſe: ſed triſtem in-
de diſceſſiſſe, ob eam ſolum cauſam, quòd diuitias nimium amaret: hoc inquam, eius morū I
varietatem pugnantium arguit. Magiſtrum dicis, & quæ ſunt diſcipuli deſpicis. Bonum in-
ſuper appellas, & ab eo monſtrata negligis. Atqui, qui bonus eſt, bona quoque docet ac tra-
dit. Interrogas quidē de æterna futuraq; vita, & præſentis dulcedine vinctus teneri depren-
deris. Sed quæſo, durúmne adeò, aut graue tibi verbum is proponit magiſter? Vende, inquit,
quæ poſſides, & da pauperibus. Si propoſuiſſet aut agriculturæ labores, aut mercaturæ peri-
cula, vel qualia qui pecuniis ſtudent tolerare ſolent, iure grauatus te poteras excuſare, ac con
ſilium deſpicere. Si verò facilis tibi via ſudoris laboriſq; vacua, ad conſequendum æternæ
vitæ hæreditatem oſtenditur, tanta ſalutis facilitate non gaudes, ſed dolens anxiusq; diſce-
dis: facis vt quicquid boni geſſeris, inutile parúmque tibi valiturum ſit. Si enim, vt ais, non K
occidiſti, non fuiſti mœchus, non fur, non teſtis falſus, cur reliquum ſtudium non addis,
quo ſolo in die regnum poteris facilius peruenire? Nam ſi medicus membra tibi aliqua nō
recta, aut ex natura ſeu morbo diſtorta, ſe corrigere polliceretur, gauderes profectò. At cum
ipſe animarum maximus medicus te in neceſſariis deficientem perfectum reddere cupiat,
minimè gratiam ſuſcipis, ſed ingemis atque doles. A mandato nanque illo ſeruando palàm
eſt quòd procul abſis, & in teipſo mentiri deprenderis: quod videlicet proximum ſicut teip
ſum diligas. Nam ecce præceptum illud quod à domino tibi propoſitum eſt, palàm te con-
uincit quod charitate deſtitutus ſis. Si enim teneris adhuc in annis (vt affirmas) fraternita-
tis charitatem, ac tantum præceptum cuſtodiſti, vt ea proximo quæ tibi ipſi reddideris, vn- L
de quæſo hæc diuitiarum copia? Cura nanque egenorum pecuniæ conſumptiua eſt, dum &
modicum quisq; pro ſua neceſſitate capit, & reliqua in omnes alios diuiduntur, quorum
quiſque ſuam portionem abſumit. Ex quo amans proximum ſicuti ſeipſum, nihil plus illo
poſſidebit: at tu poſſeſſiones multas habere appares. Vnde nam hæ, niſi quòd propria com-
moda multorum commodis habes omnino potiora? Quo enim plus opibus creſcis, eo ma-
gis charitate deficis. Nam diu iam pecuniam aliis cōmunicare cogitaſſes, ſi proximos æquè
ac te ipſum amaſſes. Nunc ea tibi magis inſita coniunctaq; quàm corporis membra videtur.
Idcirco eius priuationem non ſecus horres quàm vitalium membrorum amputationem. Si
nudum induiſſes, ſi eſurienti panem præbuiſſes, ſi hoſpiti tua ianua patuiſſet, ſi orphanorum M
pater extitiſſes, ſi denique te inopum & afflictorum miſericordia cepiſſet, quarum, quæſo, o-
pum, gratia iam contriſtatus fuiſſes? Quomodo ægrè tuliſſes eorum quæ adhuc ſupereſſent
erogationem, ſi iam olim cogitaſſes illa impendere egenis? In feſtis mercatibusq; nemo an-
gitur ſua pro mercibus dare: quantoq; fuerint pretioſiores, tanto magis gaudet, vt quam ac
cipiat præcellentiorem: at tu & aurum & poſſeſſiones diſtribuere, præterea lapidem & terrā
pro æterna dare felicitate grauaris. Sed quo tendunt diuitiæ? vt pretioſa te veſte amicias?
At duorum cubitorum tunica tibi ſatis eſt. Vnius, inquam, tunicæ commoditas, pro claris
ac multis fuerit veſtibus. Vt lautius viuas? At panis vnus, idoneus eſt tenuem explere ven-
trem. Quid ergo priuari doles? Quæris gloriam? Si terrenam humilémque hanc deſpicere
poteris,



A poteris, longè potiorem ac clariorem téque in regnum cœlorum deducētem inuenies. Sed,
inquis, fortunas ipſas tantum poſſidere voluptas eſt magna, & ſi nullum ex eis vſum capias.
Quod itaque ſtultum ſit pecuniarum ſtudium, cuiuis liquet: Veruntamen mirum fortaſſe
incredibiléque quod tibi ſum dicturus videbitur, tamen omni re certius. Diſtributę opes, vt
ipſe teſtatur dominus, firmiores permanere: amatæ vero ac cupidius cuſtoditæ, auferri ſo-
lent. Si aſſeruabis, non habebis. Si diſpergas, inuenies, vt ait propheta: Diſperſit dedit paupe-
ribus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Sed profecto non veſtium aut ciborum cauſa,
multis affectantur opes: verum quædā eſt diaboli methodus ad ſuggerendas diuitibus mil- Opes ad pō pā expetūtę.
le ſumptuum inanium occaſiones: vt ea quæ ad ſuperflua & ad rem pertinentia non ſunt,
B pro neceſſariis ducantur. Ex quo ad ſumptum excogitationem nihil ſatis homines huiuſce-
modi habent. Subſtantiam nanque in præſentem ac futurum vſum diducunt, primum ſibi,
deinde filiis accumulant: rurſus eandem in ſumptus varios, pro ſtatu & ordine cuiuſlibet di
uidunt. Sit, inquiūt, res partim in vſu, partim condita ſepoſitaq;. Item quæ in vſu eſt, neceſ-
ſitatis terminos tranſcēdat. Iſta ſeruiat ſumptibus domeſticis, illa præſto ſit ad externas phā
taſias: vt iter facienti ornatus, equitatus, viaticum pro conditione fiant: Hæc domi perma-
nenti vitam reddat ſplendidam & illuſtrem, ita vt mihi miraculum ſit quomodo tot ina-
nes ſumptus excogitentur: innumeri inſtituuntur currus, quibus vel ſarcinę vel ipſi morta-
les vehantur, illiq; ære vel argento obtecti. Equi comparantur permulti, atque illi è maiori-
C bus ſuis generoſi, qualiter homines ſolent, æſtimati: quorum alij delicatos, per vrbem ad o-
ſtentationem circumuehunt: alij ad venationem, alij ad iter faciendum præparantur, frena,
zonæ, frontalia, argentea omnia aureáque: inſuper tapeta purpurea, ipſos veluti ſponſos or-
nantia equos: mulorum quoque multitudo colore diſtincta: aurigæ illorum, ſucceſſores in-
uicem, qui præcedunt, & qui ſubſequuntur: ſeruorum infinitus numerus, ſumptibus eorum
cunctis ac magnificentiæ ſuppeditans: curatores, promi, coloni: miniſtri cuiuſuis artis, ſiue
neceſſariæ, ſiue voluptuariæ periti. Præterea coci, piſtores, pincernæ, venatores, fictores, pi-
ctores: voluptatis omnimodæ commētatores. Camelorum greges partim ad onera, partim
ad paſcua deſcripti. Equorum greges: Armenta boum, porcorum, ouium, horúmque paſto-
D res: ac tellus non ſolum his omnibus paſtionibus ſufficiens, ſed prouentus reliquos amplifi-
cans. Balnea inſuper in ciuitate, balnea in agris. Domus omni marmorum genere coruſcan
tes, phrygio, laconico, theſſalico, è quibus alia hyeme calida, alia æſtate frigida eſſe opor-
tet: pauimentum calculis ornatum variis: cameræ laqueariáque, & quicquid parietibus ſu-
pereſt, auro picturæq; floribus decorata. Sic igitur in vſus mille ſuperuacuos diſtractæ opes
etiam in terra conduntur, & in ſecretis arcaniſq; cuſtodiuntur. Incertum eſt, inquis, quid fu
turum ſit. Neceſſitati, quæ nos quandoque vrgere poſſet, prouidendum eſt. At longè incer-
tior defoſſi theſauri vſus: nec tamen pœna incerta quę tuorum morum manet inhumanita-
tem. Túne quando ad perdendum aurum omnem viam excogitaueris, quod ſupererit fo-
E dies atque abſcondes? Grauis profectò inſania. Primùm, in metallis aurum latitans omni di
ligentia in lucem proferre, ac ex humo recludere: deinde ſemel effoſſum rurſus in terra oc-
cultare. Nam quicunque hoc facis, profecto & cor ſimul fodere videris. Dicitur enim: Vbi
theſaurus tuus ibi & cor tuum. Idcirco dei mandata triſtitiam iſtis adferunt: Nam vitam ſi-
bi miſeram eſſe putant, niſi inutilibus ſumptibus occupentur. Et in ſumma, mihi eueniſſe
huic adoleſcenti vel propinquis ipſius videtur, quod illi ſolet euenire qui iter facit, ciuitatis
alicuius ſpectaculi videndi ſtudio, properátque vſque ad mœnia: ibi reperto diuerſorio re-
quieſcit, modicúmque quod reſtat vię ob pigritiam atque deſidiam ire detrectat, ſimul &
toleratum itineris laborem inanem reddens, & ſpectaculo bonorum, quæ videre poterat in Bona opera ſine benefi-cētia in pau peres non prodeſſe.
vrbe, excludens. Sic & huiuſcemodi ſunt homines, qui cætera quidem mandata obſeruant,
F ad bonorum vero ſuorum erogationem claudicant. Vidi ego multos ieiunantes, orantes,
præteritorum pœnitentia ſuſpirantes, omnem denique ſine ſumptu pietatem oſtendentes,
egentibus vero ne obolum quidem præbentes. Quid his cætera virtutum diligētia prodeſt?
Non propterea regnum dei conſequentur. Idcirco inquit dominus: Difficilus eſt diuitem
intrare in regnum cœlorum, quàm camelum per foramen acus. Hoc teſtimonium validū.
Qui teſtatur, verus: perſuaſi vero pauci. Et quomodo, inquis, viuam abiiciens omnia? quę for
ma, quod genus vitæ illius erit qui omnia vendit, omnibus ſeſe priuat? Ne me interroga do
minicorum præceptorum ſententiam. Potuit ne legiſlator id quod fieri non poteſt, ſub le-
ge comprendere? Tu vero cor tuum ſicut in trutina expendes, an ad vitam futuram ac ve-
 ram,

ram, ſeu præſentem inanémque inclinet. Neque enim ſecundum voluptatē, ſed ſecundum G
neceſſariam diſpenſationem, diuitiarum vſum, ſiquidem prudenter iudicare voluerimus,
æſtimare conuenit, & non minus gaudere vbi illas erogauerimus, quàm ſicubi alienis pri-
uati fuerimus, & non ægrè ferre, quaſi propria amiſerimus. Quid quæſo grauaris? Quid
doles quod audis: Vende quæ habes. Si enim, te in futurum ſeculum ſequerentur, profe-
ctò præ illis pretioſioribus, quæ ibi reperies & hæc nihil penderes. Sed quando neceſſe ſe-
mel eſt ea hic remanere, cur ex eorum actione non lucrifacis, maiora longè reperiendo?
Nam ſi alacri lætóque animo das aurum vt equos poſſideas, cur id regno dei potius com-
mutari ſuaſus doles, petenti denegas & abnuis, mille ſumptuum occaſiones commemoran-
do? Quid miſer iudici reſpondebis. Parietes veſtis, hominem non veſtis? Equos phaleris or- H
nas, fratrem tuum laceris amictum pannis aſpernaris? Frumentum retinendo perdis, eſuri-
entes non reſpicis? Aurum in terram condis, & oppreſſum non curas? Quid ſi vxorem inſu-

*In pompaticum muliercularum cultum.*

per auaram habueris, duplex tibi morbus creuerit. Nugas hæc & delicias ardet, voluptatis il
lecebras tibi augebit, concupiſcentiæ & ſuperuacanei ſtudij ſtimulum acuet. Circa marga-
ritas, ſmaragdos, hyacinthos, aurum, eius cura continuò verſatur. Hoc digitis aptat, illud
veſtibus intexit, malúmque viri per omnia probra exaggerat. Neque ſucciſiua huic ſtudio
tempora, verum ordinaria noctes atque dies tradit. Mille inſuper aſſentatores illius adſunt
deſideriis adducentes fullones, aurifices, vnguentarios, textores, diſcriminatores qui ex il-
lius imperiis nullo tempore virum reſpirare ſinunt. Nullus item muliebri concupiſcentiæ I
ſatis theſaurus, non ſi è fluminibus fluxerit: quandoquidem vnguentum exoticum ex bar-
baris ita quærunt, vt oleum è foro, & ex mari conchylia: purpuram, varioſq; colorum flo-
res, plusquam ex oue lanam habere contendunt. Præterea pretioſi lapides vndique petiti au
ro innectuntur. Alij ad ornandam ceruicem, alij collo adaptantur: alij zonas locupletant,
alij manus pedeſq; ornant. Gaudent auri cupidæ fœminæ manicis ligari, duntaxat ex auro
ſit vinculum. Vir igitur muliebrem ſequens appetitum, quando animæ curam geret? Sicut
enim debilia nauigia procellæ ac tempeſtates diſpergunt atque inundant: ſic praui vxorum
affectus virorum debiles animas corrumpunt atque peſſundant. Igitur ad hæc tot taliáque,
diſtracta ſubſtantia, nugis ac variis voluptatum inuentionibus viro & vxore inter ſe certan K
tibus merito non vacabit, vt & aliorū habeatur ratio, ſed ſi audieris: Vēde omnia & da pau-
peribus, vt vitam habeas æternam, mœſtus abis. At ſi audieris: Da pecuniam muliebribus
deliciis, lapidicidis, architectis teſſellariis, pictoribus: gaudes, quaſi rem pecunia pretioſio-
rem aſſequaris. Nónne vides hæc mœnia vetuſtate iam labefactata, quorū reliquiæ tāquam
ſcopuli quidam per vrbem totam apparent? Quot per ciuitatem pauperes, dum hæc excita-
bantur erant, qui ab incolentibus ob ędificandi ſtudium negligebantur? Vbi, quæſo, nunc

*De Cęſarea loquit̄ Cappadociæ in honorē Cæſaris inſtaurata.*

tantus operum ſplendor & apparatus? Vbi & ille cui horum magnificentia ſtudebatur? Nō-
ne hæc diſperſa, ſolo æquata & abolita, veluti puerorum ludicra, qui inter arenas turres ex-
citant, omnia perierunt: autor vero ob rerum vanarum ſtudium ambitioſum, in inferno ſe- L
pultus eſt? Contende igitur animam habere magnam, ac locupletem. Muri vero parui vel
magni eundem præſtabunt vſum. Ego vero quando tranſeundo vnius alicuius inflati ac
diuitis domum, conſpicio variis ſtragulis ac ornamentis fulgentem, intelligo illum nil
pretioſius quàm quod cernitur poſſidere: quandoquidem inanimata tanto ſtudio ornare
contendat, animam vero immortalem incultam habeat. Si ſumptus non neceſſarios pen-
ſitamus, quot argenti tori menſæ item argenteæ, lecti eburnei, ſellæ eburneæ, ita vt neque-
ant vllo modo ad pauperes penetrare diuitiæ, & quanquam ad tuas veniunt fores, miſeram
rogando vocem emittentes, tu tamen negas, affirmans rogantibus cunctis non poſſe ſuffi-
cere. Et cum lingua deieres, manu periurus argueris. Licet enim illa taceat, mendacium ta- M
men tuum deprædicat, anulo quem in digito habes conſpicua & illuſtris. Anulus, inquam,
tuus quantum æris alieni poſſet exoluere? quot domus ob inopiam ruentes conſeruare? Vna
tantum tuorum veſtium arcula totum populum frigore rigentem amicire poſſet. Verum
ſuſtines inexoratus abs te pauperem reiicere, nec metuis iudicis minas, ac ea quæ ſe il-
le pollicitus eſt hominibus huiuſmodi redditurum. Non te miſeret? miſericordiam non
inuenies. Non aperuiſti domum tuam? à regno dei excluderis. Non dediſti panem? non
vitam recipies æternam. Sed & pauperem teipſum dicis. Et ego tecum ſentio. Pauper
profectò eſt, qui multis indiget, Pauperes, inquam, inſatiabilis concupiſcentia red-
dit. Decem talentis totidem addere contendis, deinde viginti coactis etiam totidem.
Nec



A Nec ſolum creſcendo non expletur, ſed ardentior redditur appetitus. Velut ebriis occaſio
ſitiendi eſt vini copia & augmentum: ſic & qui repente ditatus eſt, plura poſſidens plura cō-
cupiſcit, & dum perpetuò cumulum auget, morbum perpetuò nutrit. Studium nanque ha-
bendi, contrarios eorum voluntati agit effectus. Non enim tantum eos ob iam parta non
exhilarat, verum ob ea quæ deeſſe videntur cupiditati, potius angit. Ex quo anima curis con
tinuò premitur, dum alios ſuperare cōtendunt: Oportebat illos gaudere, & gratos eſſe quòd
tam multis ſunt opulentiores, illi verò mœrent ac lugent quòd ab vno & altero opulentio-
ribus vincuntur. Vbi ditiorem aliquem adæquârunt, mox & alterum à quo ſuperantur, adę-
quare ſtudent: & vbi iſtum quoque tranſierunt, erga alium vltrà adæquandum rapiuntur.
B Quemadmodum qui ſcalas vel gradus aſcendentes, ad vlteriora progreſſuri, continuò ad
gradum ſequentem veſtigium attollunt, nec prius quieſcunt quàm ſummam attingant: ſic
& hi à rerum cupiditate non prius ceſſant, quàm in altum ſublati ſeſe à ruina firmos ac ſe-
curos reddant. Conditor omnium deus ſeleucidem auem inſatiabilem, ad hominum ta-
men beneficium conſtituit: Tu verò te ſponte inſatiabilem animo reddens, multis profectò
damnum facis. Nam quęcunque oculis aſpicit auarus, hæc concupiſcit. Nec expletur oculus
videndo, neque auarus accipiendo ſatiatur. Auarus (vt infernus) nunquam ait, ſatis eſt.
Quandò miſer iam partis vteris? Quando frueris, aut à curis habendi ceſſabis? Væh qui do-
mui vicinam domum, & agrum agro coniungitis vt aliquid proximo auferatis. Tu verò,
C quid facis? Non innumera cauſaris, vt quæ proximi ſunt auferatis? Domus, inquis, proximi
ædes meas obſcurat, turbas excitat, aut errones ſuſcipit aut tale quid aliud quodcunq; præte-
xis, quò vexes & agites, vellas ac laceres vicinum, nec prius ceſſas, quam ille neceſſitate co-
actus aliò migret. Quam ob cauſam Nabuthas Iſraëlita occiſus eſt? An non propter concu-
piſcentiam Achab, vineam ipſius auferre volentis? Auarus in vrbe malus cohabitator eſt,
malus eſt in agris. Nam mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur. Solus
auarus nullum circunſcribit tempus, non terminum noſcit, rerum ſucceſſione nō cedit: ſed
vim naturámque ignis imitando, omnia comprendit, omnia paſcitur. Et veluti flumina ex
paruis initiis exeuntia, deinde paulatim incrementum intolerabile in proceſſu accipientia,
impetu demum violento quicquid obiicitur ſecum trahunt: ſic & ij qui in magnam proue-
D huntur poteſtatem, ex eo quòd iam aliquos oppreſſerunt, ad maiora continuò facinora ma
ioréſque iniurias progrediuntur, ac reliquos quos prius prætererant, per oppreſſos antea læ-
dunt. Quamobrem potentiæ incrementum fit eis ſceleris occaſio maioris. Qui enim mala
ſub ipſis patiuntur, eiſdem quoque auxilia ferre inuiti in aliorum iniurias coguntur. Ex quo
mutua inter ſe incommoda infligunt. Quis vicinus, quis contubernalis aut cliens non tra-
hitur? Nihil enim opum potentiæ reſiſtit. Omnia tyrannidi cedunt: cuncta potentiam for-
midant. At pauper, quique iniuriam patitur multam habet rationem: ſi quid prius agat, ne
quid pro his patiatur, aut ad iudiciū trahatur, aut aliquo modo plectatur. Diues verò ac po-
tentiæ fidens & audax vltrò laceſſit: boues iungit, arat, ſerit, metit ea quæ ad ipſum minimè
E pertinent. Tu ſi reſiſtis, verbera parata. Si quereris, lamentationum & accuſationum tua-
rum quæſtio fiet. In iudicium, in carcerem demum traheris. Calūniatores minimè deerunt,
qui mortis periculum intentent. Denique vt te hac moleſtia liberes, libenter adhuc aliud da
bis. Igitur ô miſer parumper, quæſo, à tuo ſcelere reſpira, & tuæ conſcientiæ receſſus aliquan
tulum perſcrutare, tecúmque conſidera. Quis rebus huiuſcemodi finis? quæ ſors tuorum ſtu-
diorum impudentiæ fuerit? Habes terræ partim aratro, partim arboribus vtilis tot iugera:
præterea vineas, montes, campos, ſaltus, flumina, loca amœna. Quid ergo poſt hæc? Nonne
telluris tres tantum cubiti te expectant? Nonne paruus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodi-
am ſatis erit? Cuius gratia laboras? aut pro quo contra ius faſque contendis? Quid manibus
F inanes ſtipulas metis? Sed vtinam tātum inanes ac non igni perpetuo materiam. Nō ex hac
ebrietate quandoque reſipiſces? non mentis ſanitatem recipies? non tibi ipſi reſtitueris? non
ante oculos Ieſu Chriſti iudicium tibi pones? Quomodo cauſam dicturus coram iuſto iudi
ce te defendes ab iis qui abs te laceſſiti acriter inſtabunt? Quid, inquam, ages? aut quos aduo
catos conduces? Quos adduces teſtes? Quomodo integerrimum corrumpes iudicem? cum
nec orator tibi, neque verborum ad perſuadendum facundia fuerit, quibus illi veritas occul
tari poſſit. Non te rurſus adulatores, non pecunia, non dignitatis faſtus ſequentur. Ab ami-
cis item, ab auxiliis deſertus, ſine aduocato, ſine defēſore, ſine honore, triſtis, pudefactus, de-
iectus, ac ſolus relinqueris. Nam quocūque oculos circumferes, vmbras vbique ſimulachrá-
que

que malorum aſpicies . Hinc orphanorum lacrymæ,illinc viduarum gemitus , aliunde op- G
preſſi abs te pauperes:ſerui quos lacerâſti,vulneribúſque affeciſti,vicini quos ad iram prouo
câſti:cuncta hic te aduerſus cõſiſtent.Tuorum ſcelerum aceruus te comitabitur. Sicut enim
vmbra corpus,ſic peccatum animam ſequitur,geſtorum imaginem manifeſtam referẽs Id-
circo illic negatio minimè valebit:ſed loquatur os licet impudenter,obturabitur tamen.Nã
ipſa facta non quidem vocem emittentia,ſed qualia à nobis patrata fuere,vitæ teſtes erunt.
Quonam pacto tibi ante oculos exponam horrenda illa quæ te manent ? an fortè audias, an
metuas?Recordare illius diei,in quo reuelabitur ira dei de cœlo:recordare glorioſi aduentus
Chriſti,quando qui bene fecerunt in reſurrectionem vitæ,qui verò male,in reſurrectionem
iudicij excitabuntur:tunc ſempiterna verecundia peccatoribus,& ignis aduerſarios voratu H
rus aderit. Illa te grauent, non mandatum dominicum de bonis cedendis. Sed iamdudum
non audis.Quibus ergo verbis te curabo?Quomodo loquar?Regnum dei non curas, gehen
nam non times:Quam animæ tuæ medicinam idoneam inueniam?Si enim horribilia non
metuis:clara inſuper & pulchra deſpicis:diſputamus cum corde lapideo.Infelix homo, pecu
niæ naturam aliquantulum inſpice.Quid attonitus aurum miraris ? Lapis eſt, aurum lapis,
argentum lapis,margarita,lapides ſunt chryſolitus,beryllus, achates,hyacinthus, amethy-
ſtus,iaſpis:Hæc ſumma,hi flores opum magnarum.Hos partim,cum ſint clariſſimi,in tene
bris abſcondis:partim in digitis micantibus,aliíſque in ornatibus circunfers.Dic quęſo,quę
vtilitas,digitos vertere lapillis coruſcantes atque oſtentare?Nonne erubeſcis, te lapillorum I
auidum oſtendens,quemadmodum prægnantes fœminæ ob malitiam interdum lapillos e-
dunt?Tu item tanquam ipſorum helluo,ſardonychas,iaſpidas,amethyſtos omni ſtudio cõ-
quiris.Quis pulchritudini formæq; fingendæ ſtudens vnam vitæ diem ſibi prorogare pote-
rit?aut cui mors ob diuitias parcit?à quo morbus ob pecuniam abſtinet?Quouſque igitur o-
pes erunt animarum laqueus,mortis hamus,peccati eſca?Quouſque diuitiæ erunt belli ma-
teria:per quas fabricantur arma,& enſes acuuntur?Propter opes inquam,propinqui cogna-
ti naturam negant,fratres inter ſe digladiantur,loca deſerta graſſatoribus referciuntur:ma-
re piratis,ciuitates calumniatoribus complentur.Quis mendacij pater eſt?Quis falſæ accu-
ſationis miniſter?quis periurij genitor?nonne diuitiæ ac circa diuitias ſtudium?Quid acci- K
dit vobis ô homines?quis ea quæ veſtra ſunt,ac in ſalutem veſtram conceſſa contra vos ver
tit?Ad ſubſidium vitæ non malorum incitamentum pecunia data eſt,animę redemptio eſt,
non exitij occaſio.Sed,inquis,ob filios neceſſaria eſt . Plauſibilis eſt iſta auaritiæ excuſatio:
liberos prætexitis,ac interea cordibus veſtris ſatisfacitis.Non ego inſontem accuſo filium:
proprium habet dominum,propriúmque rectorem.Ex alio vitam accepit,non ex te ipſo vi
tæ ſubſidia expectat.An non & iis qui ſunt in connubio id euãgelicum ſcribitur?Si vis per-
fectus eſſe,vende omnia,& da pauperibus?Dic,quæſo,cum deum orâſti, vt pro fœcunditate
cum precatus es vt fieres liberorum pater,addidiſti ne illud:Da liberos,vt cauſa ſint ne prę-
ceptis tuis obediam?Da mihi liberos ne veniam in regnum cœlorum?Præterea quis tibi ſpõ L
ſor de ipſorum fuerit voluntate ac ingenio , vt rectè datis relictíſque vtantur . Nam multis
diuitiæ luxuriæ ſunt cauſa.An non audiſtis Eccleſiaſten dicentem ? Vidi ſtultitiam multam
& grauem.Diuitias in malum cuſtodientibus ipſas conuerti.Et rurſus:Relinquo ego homi
ni poſt me,& quis nouit ſi ſapiens erit aut ſtultus ? Conſidera itaque ne cum multis erum-
nis opes cumulatas peccatorum materiam aliis tradas,duplicíque plectaris poſtmodum pœ
na,& tuorum criminum cauſa,& aliorum quibus cauſam dederis.Nonne cunctis liberis cõ
iunctior eſt tibi anima tua?nonne omnium familiariſſima?Huic tu primas da partes diuitis
hæreditatis,vitæ videlicet æternæ diuitem materiam,deinde filiis victũ diſtribue.Filij nan-
que quandoque domui paternæ minimè ſuccedentes,aliam ſibi conſtituunt:at anima abs te M
relicta neglectáque apud quem miſericordiam inueniet? Hactenus eos alloquutus ſum qui
liberos habent.Qui verò liberis carent quàm parſimoniæ cauſam obiiciunt?Nolo,inquiunt
vendere,nolo pauperibus dare ob vitæ neceſſarios vſus . Non ergo dominus tibi præceptor
erit,nec euangelium formulam vitæ tibi dabit,ſed tu tibiipſi iura dices ac ſtatues.Cogita in
quod incidas periculum.Si ita ſentis,vt quæ dominus neceſſaria nobis præſcripſit,tu vt im-
poſſibilia taxes,nihil aliud agis,quàm quòd te legem hanc ferente ſapientiorem dicis . Sed,
inquis,ego quidem bonis dum vixero,frui volo:poſt mortem verò in teſtamento hæredes
facultatum mearum ac dominos pauperes aſcribam . Heu miſer,tunc benignus ac liberalis
hominibus eris,cum amplius inter homines non ages?cum te cadauer aſpiciam,tunc fratris
amantem



A amantem appellabo?Scilicet magna dignus eris liberalitatis laude,magnus tibi honor debe
bitur aut gratia,ſi in ſepulchro iacens,& in terram conuerſus,magnificus ac ſumptuoſus ap
parebis.Dic cuius mercedem temporis potiſſimum expoſces? vitæ ne an mortis?Nam ſi tem
pore,quod ad promerendum datur, in voluptatibus ac delitiis abſumpto pauperes nequa-
quam reſpexiſti,mortuus cuiuſnam actionis aut operis mercedem petiturus es.Oſtende ope
ra,& tum primum mercedem repete.Nullus enim poſt mercatum ſolutum negotiatur:ne-
que demum poſt certamina accedens coronatur:nec poſt bellum fortia gerit:nec item poſt
vitam pietatis laudem pręmiúm ve capiet.Atramento & tabulis pulchra opera & commen
danda gerere ſtudes?Sed quis exitus tui tempus nuntiabit ? Quis de mortis genere ſponſor?
B Quot videmus repentinò ac vi caſúve extingui,qui præ doloris & ſpiritus anguſtia ne vocẽ
quidem emittere potuerunt ? Quot etiam febris à ſenſu alienos fecit ? Quid igitur tempus
expectas?in quo ſæpe rationis tuæ compos nõ eris.Enimuero nox profunda,morbus grauis,
nullus circà adiutor:Imò potius qui hæreditati inſidiatur,paratus aderit,omnia tantum quę
ad eius faciant vſum adhortans,ac tua irritare conſilia quærens. Tunc tandem deſtitutum
te videns tuam imprudentiam ac ſtultitiam grauiter ſuſpiriis damnare incipies . Cupies &
eo tempore mandata dare,cum & lingua ſemiextincta ad loquendum,& manus ad ſcriben
dum inualida treménſque fuerit.Ex quo nec voce, nec item literis tuam oſtendere mentem
valebis . Quòd ſi nihilominus contigerit , vt & verbo & ſcripto res tuæ palàm mandentur,
C vna tantum tranſpoſita litera,vnum non probè appoſitum ſignum,totam ſententiam mu-
tare ac irritam facere valebit.Duo item aut tres improbi teſtes totam hæreditatem in alios
conuertent.Quid igitur miſer teipſum decipis?nunc opibus in luxu viuendo abutens,ac ti-
bi ea promittens,quorum poſtea dominus non eris,vt ex dictis patet?Prauum hoc eſt con-
ſilium quod capis.Viuens,ais,bonis fruar:decedens, quæ animo conſtitui ordinabóque , fa-
ciam.Erras homo.Tunc Abraham tibi quoque dicet.Recepiſti bona in vita tua.Si arcta eſt
via quæ ducit ad vitam,non te diuitiis oneratum ac opum ſarcinam ferentem excipiet.Ge-
ſtans diuitias tuas hinc egredieris . Non enim illas abieciſti vt iuſſus es. Cum viueres, vitæ
æternæ teipſum prætuliſti : poſt mortem facies quod hoſtes ſolent . Etenim ne ille vel ille
D quem nolis, accipiat facultatem tuam,accipiat illam,inquies,dominus . Et iſtud quid vo-
cabimus? Vindictám ne inimicorum, an proximi dilectionem ? Lege teſtamentum tuum.
Vellem,inquis,viuere ac frui bonis meis.Morti ergo non tibi ſit gratia. Si enim immorta-
lis eſſes,nunquam mandatorum recordatus eſſes.Nolite errare.Non decipitur, non deride-
tur deus.Mortuum ad rem ſacram non offertur.Viuentem offert hoſtiam . Qui ex eis quæ
ſuperſunt offert,ingratus eſt.Tu verò poſt vitam quæ morti ſuperſunt deo omnium præbi-
tori tribuis?Si tu nobilem hoſpitem domi exciperes,ei ne menſæ reliquias apponeres?Quo-
modo ergo exiſtimas ex repotiis deum placari?Igitur vos alloquor diuites ac locupletes,reſ
picite finem,à cupiditate deſiſtite.Si poſſidetis,non amate . Quantò amantior fueris, tantò
E plus eorum quæ ad te nihil pertinent,nihilque profutura ſunt,relinques . Volo tecum feras
omnia,ne alienis relinquas.Ob rem relictam nihilo plus te ſerui honorabunt, ſed ſepulchrũ
fortaſſè funeriſque ſumptus negligent hæredi placere ſtudentes , & noua quadam philoſo-
phia dictitabunt:Quid cadauer nihil ſentiens multis impenſis honeſtare contendis? Nonne
melius veſtem hanc pretioſam ſuperſtitibus vſui neceſſario ſeruare,quàm fruſtrà humi cum
cadauere tabeſcere ſinere ? Monumento item quid opus ſumptuoſo , aut quæ vtilitas inanis
ſumptus?Oportet illa ad vitæ vſum ſuperſtitibus dare:talia dicent , téque moroſitatis con-
demnabunt,& res tuas inuadentibus gratificabuntur. Itaque iſta præueniens teipſum ſepe-
lito.Bonum ſepulchrum eſt pietas.Omnibus tuis ornatus hinc diſcede,fac ornent te tuę di-
uitiæ.Habe illas penes te.Crede optimè conſulenti ,téque amanti Ieſu Chriſto , qui ob no-
F ſtram ſalutem egere voluit,vt ex eius paupertate nos diuites eſſemus:qui etiam ſeſe pro no
bis redimendis pretium obtulit.Aut illi vt ſapienti noſtrámque vtilitatem intuenti morem
geramus,aut vt amantem nos feramus,aut vt erga benefactorem grati ſimus. Omninò ve-
rò quæ præcepta nobis ſunt faciamus,vt hæredes conſtituamur æternę vitæ in ipſo Chriſto,
cui ſit gloria,&c.

Homilia

# HOMILIA IN DIVITES, SVPER VER- G
## *ba illa ſcripturæ: In fame & ſqualore. Quando per ſiccitatem Cæſareæ fames inualuit.*

LEo rugiet, & quis non timebit: Dominus deus locutus eſt, & quis non propheta-
bit? Proœmium faciamus ſermonis huius, initium & vatem Amos coadiutorem
aſſumamus ad vſum eorum quæ dicenda propoſuimus, qui & ipſe olim talibus
adflictionibus conſuluit, quales nos hodie turbant, vt quid vtile nobis ſit conſi- H
lium ac ſententiam noſtram exponamus. Nam & ipſe propheta in ſuperiorum temporum
calamitate maiorum pietatem populo deſerente, ac legem & mandata negligente, & ad ido
lorum ſeſe cultum impudentiſſimè conuertente, factus eſt pœnitentiæ præco, ad conuerſio-
nem illos adhortatus, & ſuppliciorum futurorum grauitatem minatus. Mihi quoque vti-
nam aliquo vſque zelo veteris hiſtoriæ liceat vti: exitum verò & exceſſum qui ob eorum
peccatum ſecutus eſt, videre nequaquam contingat. Populus enim ille quemadmodum e-
quus indomitus adhuc, durus, ac frenum mordens, minimèque mandatis obtemperans, nõ
ad vtilia conuerſus, ſed è recta excedens via, ac contra aurigam contemptis habenis inſul-
tans, per abrupta & confragoſa ſeſe præcipitem dedit. Vnde dignam ſuæ contumaciæ pœ-
nam meritò luit. Quod ne nobis eueniat oro atque obſecro filij chariſſimi, quos per euange- I
lium genui, quóſve per manuum benedictionem quaſi faſciis inuolui. Adſit auditus beni-
gnus, anima morigera, adhortationes ſyncerè admittens, obtemperans dicenti, quemadmo
dum cera manu obſignantis, vt per hoc vnum ſtudium, & ego monitorum fructum læti-
tiam capiam, & vos reſolutionis veſtræ tempore mercedem factam adhortationem laudan
tes conſequamini. Quid igitur eſt quòd ſermo vult noſter oſtendere? Suſpenſas enim tenet
animas iamdudum audire cupientes, quò ſe vertat, dum quod expectatur publicare conta-
tur. Cœlum nũc fratres dilectiſſimi videmus ſolidum, nudum, ac ſine nubibus ſerenitate ſua
& puritate nos contriſtans, quam antea iam deſiderauimus, quando profundis coopertum
nubibus & procelloſos nos reddebat, & ſole priuabat. Terra verò iam exiccata ad extremum K
aſpectu eſt horrida, & ad agriculturam ſterilis & infœcunda: deinde ob ſiccitatem ſciſſa, hia
tus patefecit maximos, vt in imis viſceribus ſolis excipiat radios. Fontes plurimi & peren-
nes nos deſeruerunt. Fluminum quoque magnorum curſus deſierunt. Minutiſſimi paruuli
pedes illos permeant, & mulieres onuſtæ totos penetrant & tranſeunt, noſtrorum multos po
tus quoque deſtituit, ac demum in magnam nos deus viuendi difficultatem conſtituit. Iſ-
raëlitæ noui Moſen quærentes nouum, baculúmque illum prodigiorum productorem deſi-
derant, vt rurſus diruptæ petræ vſum ſitienti populo præbeant: nubes quoque ſubitæ & ad-
mirabiles inauditum mannæ cibum mortalibus irrorent. Timendum ſanè nobis, ne malo-
rum exemplum in famis calamitate poſteris noſtris exiſtamus. Vidi campos ſteriles, & arē- L
tia rura dudum ſine fructibus, lacrymánſque mœſtas edidi querelas, quòd pluuia nobis nul-
la data eſt: ex quo nec ſata naſcuntur, & eodem modo quo ea aratrum occultauit, perma-
nent. Aut ſi fortè nata, ſtatim tenera æſtu ſunt abſumpta, adeò vt pulchrè illud euangelicum
conuerti poſſit. Operarij quidem multi, meſſis verò pauca. Coloni per campos ſedent mani-
bus genua complexi, qui habitus lugentis eſt, & aruorum triſti aſpectu conterriti ſuos bo-
úmque labores perditum iri vehementer dolent ac lacrymantur. Mox tenues & aridos ger-
minum calamos conſiderantes atque attrectantes ad natos & vxores ſeſe vertunt, ac miſe-
ros edunt vlulatus, haud aliter quàm ſi eos ætate florida raptos efferrent. Dicatur igitur &
ad nos ab ipſo propheta, cuius paulò antè initio ſermonis mentionem fecimus. Et ego, in-
quit, trium menſium pluuiam ante vindemiæ tempus à vobis prohibebo, & pluam ſuper ci- M
uitatem vnam, & ſuper ciuitatem vnam non pluam. Et pars vna inundabitur, & pars altera,
ſuper quam non pluam, areſcet. Conuenient duæ aut tres ciuitates vt bibant aquam, & non
implebuntur, quoniam non conuerſi eſtis ad me, ait dominus. Diſcamus igitur ex his ver-
bis quod ob auerſionem noſtram ac negligentiam has nobis calamitates inflixit deus, non
extinguere nos quærens, ſed emendare caſtigaréque cupiens more piorum patrum erga de-
ſides & iuniores filios: qui iraſcuntur quidem & excitantur erga adoleſcentes ſuos, non ma-
li aliquid eis facturi, ſed officioſa caſtigatione ex ignauis diligentes reddituri, & ad offici-
um deducturi. Aſpicite, quæſo, nunc, quemadmodum noſtrorum pondus peccatorum anni
temporumq;



A temporúmque naturas mutauerit, ſtatutáſque ſemel rerum formas in aliena temperamen-
ta nouáſque mixturas deduxerit. Hyems ſolitum humorem cum ſicco non retinuit, ſed in
glaciem tota abiit, niuis & imbris penitus expers. Vernum tempus alteram quidem ſui offi-
cij partem oſtendit, caliditatem dico, humiditatem verò nullam illi coniunxit. Aeſtus verò
immenſus, & frigora naturæ leges prętereuntia, ac in nos damnúmque noſtrum coniurata
mortales ad victus vitæq; ſimul trahunt diſcrimina. Quę igitur fratres chariſſimi, huius tan
tæ confuſionis contrarietatiſq; cauſa, vnde talis rerum temporúmque nouatio veſtigemus
aliquantulum, mente rationéque vtentes diligenter penſitemus. An non eſt qui cuncta gu-
bernet? An optimus opifex deus diſpenſationis ſuæ oblitus eſt? An virtutem ac potentiam
B ſuam amiſit? Aut eadem quidem eſt adhuc potentia præditus, in auſteritatē verò mutatus,
excellentem ſuam erga nos bonitatem & prouidentiam in odium humani generis conuer-
tit? Nemo profectò ſapiens hoc dicet. Sed illæ potius ſunt cauſæ, cur nobis conſueta guber-
natio ſublata ſit, quòd cum ex deo accipiamus, aliis non damus. Beneficentiam laudamus,
nos hac carentes egentibus deſumus. Serui exiſtentes liberamur, & conſeruos non miſera-
mur. Eſurientes nutrimur, inopibus alimenta negamus. Cum indeficientem promum ac
theſaurarium deum habeamus, erga pauperes præparci ac tenaces ſumus. Ouium gregem
fœtura implet, ouibus verò nudos plures eſſe ſinimus. Graues rerum apothecas & cellas ha-
bemus: his autem carentes nequaquam reſpicimus. Hac igitur de cauſa minatur nobis iu-
ſtum dei iudicium. Hac de cauſa & deus omnipotens manum non aperit, quoniam frater-
C nitatis charitatem occluſimus. Ob hoc & campi ſteriles, quoniã charitas friguit. Supplican-
tium vox fruſtra clamat, & in aëra euaneſcit ac diſſipatur. Nam & nos rogantes minimè au
dimus. Sed quæſo, quales ſunt noſtrę preces? qualis oratio? Viri præter paucos mercaturis va
cant, vxores ipſorum miniſtræ ad officium mammonæ ſunt. Pauci admodum mecum ad
orandum relinquuntur, & hi tędio affecti oſcitantéſque, ac continuò huc illuc ſe vertentes:
denique obſeruantes quando his qui pſalmos canit, verſus expleat, vt tanquam è vinculis ac
aliqua cuſtodia è templo liberentur. Pueri autem parui quid ex hac calamitate publica degu
ſtant? qui libellos in ſcholis relinquentes, & nobiſcum conclamantes, remiſſionem potius
ac vacationem à diſcendi labore noſtram communem triſtitiam exiſtimant, & cura ſe ali-
D quantulum aſſiduitatéque ſtudij leuari, & in libertatem venire propterea putãt. Adultorum
verò hominum multitudo ac vulgus peccatis obnoxium per vrbem remiſſi ac temere di-
ſcurrunt gaudentes & hilares: qui horum cauſam malorum in propriis gerunt animabus,
calamitatémque hanc ipſi nobis excitant & cauſantur. Infantes poſtremò inſontes & mini
mè ſentientes ad confeſſionem in templo conueniunt, nec cauſam dant ipſi de rebus triſti-
bus, neque rurſus ab iis nos liberare valent, cum nullam facultatem notitiámque orandi
deum habeant. Tu in medium prodi. Tu, inquam, peccatis oneratus humi procidens clama,
ſuſpira. Mitte infantes quæ dat ætas puerilia facere. Quamobrem accuſatus ac reus abſcon-
deris, & eum qui culpa vacat in iudicium pro te ſtatuis? Num illuditur iudex, quòd aliam
E ſubdititiorum more perſonam ſubſtituis? Oportet quidem illos adeſſe, ſed tecum omnino,
non ſolos. Nonne vides Niniuitas pœnitentes ac flentes, ob ea quæ ipſi admiſerunt, ad Ionę
ex ceti ventre exeuntis exclamationes monitionéſue: non ſolum infantes in medium attu-
liſſe, ſed ipſos ante omnia in peccatis & delitiis conſtitutos, parentes vitam exuentes priſti-
nam, ieiuniis & abſtinentia ſeſe afflictaſſe. Loco deinde auctarij & infantes addidiſſe, ac pa-
ti ſimul fleréque coëgiſſe, vt luctus omnem ætatem occuparet, & ſenſu præditam & ſenſu
carentem: hanc coactam, illam voluntariam. Ex quo miſericors deus ipſos faſtus luxúmque
ponentes, & humilia ſentientes animaduertens, & minas remiſit, & pœnas quas daturi e-
F rant, auertit, & loco calamitatis lætitiam hilaritatémque publicam tribuit. O tempeſtiuam
pœnitentiam. O ſapientem & officioſum luctum. Nam neque ratione carentia à triſtitia im
munia eſſe permiſerunt, ſed ipſa bruta ieiunare, ac queſtus edere coëgerunt. Vitulus enim
à bucula ſeparatus dulci caruit vbere. Agnus paruulus iam ſub vlnis maternis non erat. Ma
tres alia, alia fœtus ſtabula tenebant. Voces inter ſe miſerabiles edebant, viciſſimq; concla-
mabant. Nati ſitientes vbera materna deſiderabant. Matres verò naturali quadam pietate,
miſericordiáque commotæ natos mugitu vocitabant. Infantes viciſſim ſitientes & eſurien
tes vehementiſſimo eiulatu propè rumpebantur. Grauidæ naturalibus doloribus ſtimula-
bantur, & hac ratione pœnitentiam illorum ad communem vitę doctrinam diuinus ſermo
ſcriptis mandauit. Senex apud illos lamentabatur, & caniciem ſuam vellicabat: adoleſcens
& iuuenis

& iuuenis vehementius plorabat:pauper ingemiſcebat:diues oblitus delitiarum, adflictio- G
nem illam caſtigationis loco exercebat.Rex ipſe Niniuitarum ſplēdorem ac gloriam ſuam
in pudorem mutauit,purpura,coronáq; ac ſceptro poſitis, ſaccum ſumpſit, cinere caput in-
uoluit,throno relicto humi conſedit: Peculiari ac regali relicta lautitia,vnà cum populo la
mentabatur,quaſi vnus è numero multorum factus:quoniam communem omnium domi
num iratum conſpexit. Hęc itaque erat ſeruorum ſenſatorum ſapientia: talis erat peccatis
obnoxiorum pœnitentia.Nos autem peccata velociter quidem promptóque animo admit-
timus,pigrè verò poſtmodum ac ſerò pœnitentiam agimus.Quiſnam orans aut ſupplex la-
chrymam ex ore mittit, vt imbrem terris tempeſtiuum prouocet? Quis ſcelera relinquens
ſanctum Dauid imitatur,qui queſtubus ac lachrymis ſtratum rigauit? Quis hoſpitum lauit H
pedes,aut puluerem ex itinere adſperſum abſterſit, vt in hac ſiccitatis calamitate deum exo
rare valeat?Quis orphanum aliquem paruulum pauit, vt & nobis dominus frugem telluris
aleret,velut orphanum ventorum intemperantia percuſſum? Quis viduæ victus difficulta-
te afflictæ opitulatur,vt alimenta frugum neceſſaria recipiat?Scinde libellum ęris alieni in-
iuſtum,vt ſic peccatum ſoluatur. Dele grauiſſimorum fœnorum nomina, vt terra ſolitum
tibi fœnus reddat.Aere nanque & auro,ac ſimilibus fœcundis metallis præter naturam fœ-
tus edentibus,iure germina,quę naturaliter pariunt, ſterilia fiunt, & ad habitantium mul-
ctam fructibus carent.Nunc igitur ij qui auaritiam tanto ſtudio colunt,& opibus plus ęquo
inuigilant,oſtēdant nobis quid valeant ipſorum theſauri,quæ ſit illorum vtilitas:ſiquidem I
ſupplicium hoc deus longius protracturus ſit, quos omnes velociter auro quod cumulant,
pallidiores videas:ſi pane qui ob paratam promptámque copiam heri ab illis & hodie con-
temni ſolet,careant.Fac enim ne vęneat annona.Ne in apothecis frumentum ſit.Quid tibi
marſupium ære grauiſſimum proderit? nonne cum illo peribis? Nonne aurum tuum terra
eſt & inutile lutum,cum corpore luto, & ipſo ſine vſu iacebit? Omnia poſſides,ſed vno &
hoc neceſſario cares, facultate videlicet teipſum nutriendi. Fac cum tuis opibus omnibus,
vt vnam excites nubeculā,vt modicus imber è cœlo deſcendat, vt terra fructus coacta red-
dat.Solue, inquam, ſi potes, inſolentibus tuis facultatibus hanc communem calamitatem.
Forſan aduocabis aliquem piorū, qui precibus,vt Helias Thesbites fecit, calamitatis huius K
moleſtiam tollat,qui ſit homo inops, pallidulus, ſine calceis, ſine cubili,ſine domo,tantum
melota contectus:precibus ac ſupplicationibus pro cibo,continentia verò pro contuberna-
li vtens.Quum in viri ſimilis auxilium te ſit opus incidere, nōne multo riſu tot diuitiarum
tuarum curas perſequeris?Num aurum non conſpues, & argentum vt ſtercus eiicies? quod
antea omnipotens ac iucundiſſimum vocans humanis vſibus ſubuenire,omninò putaueras?
Sed ſcias illud cōtra te inſtare,téque accuſare, ac horum malorum cauſam dicere, eo quòd
ſe poſſidens non rectè diſpenſaueris aut erogaueris,quòd eſurientes præterieris, quòd affli-
ctos non reſpexeris,quòd rogantes non ſis miſeratus. Per paucos enim mala ærumnæq; ad
vniuerſum populum ſępe perueniunt, & vnius ob noxam tota quandoque gens euertitur. L
Achar ſacrilegium admiſit,ac totus eſt adflictus exercitus.Zambri cum ſcorto Madianiti-
de cōcubuit,ac Iſraël pœnas dedit.Igitur filij chariſſimi,omnes priuatim ac publicè noſtras
conſcientias examinemus,præſenti ſiccitate veluti pædagogo cuipiam,vnumquenq; noſtrū
proprij delicti admonenti attendamus. Dicamus & nos ſenſatè cum beato Iob: Manus do-
mini eſt,quæ tetigit me. Potiſſimum autem calamitatem hanc propriis peccatis adſcriba-
mus.Si verò & aliud adiungendum eſt,fit ſubinde, vt probationis gratia tales calamitates
hominibus infligantur, vt per labores probentur, & de ipſorum fide ac conſtantia, ſiue ſint
diuites,ſiue pauperes,periculum fiat.Vtrique nanque per patientiam exactè probātur,quod
& hac tempeſtate potiſſimum declaratur. Hic ſi diues ex inope factus, liberalis, beneficus, M
miſericors exiſtat:ille ſi ex diuite pauper, æquo ferat animo, minimè deū incuſet. Ego nāq;
non ſolum audiui,ſed & per experientiam plurimos cognoui, qui donec in vita felices, ac
in rerū copia verſantur,ventoq; nauigant ſecundo:& ſi non perfecto animo, mediocri ſal-
tem omnium datori gratias agerent. Si verò res cōmutentur, vt ex diuite fiat pauper, cor-
poris robur corrumpatur morbo,gloriæ ſplendor vertatur in ignominiam, maximè tūc in-
gratos in autorē videri,deum verbis ſacrilegis incuſare,preces ac ſupplicationes negligere:
& non vt domino patriq; caſtigati gratias agentes, ſed vt aduerſus debitorem quendā con
tumacem profanos queſtus edentes. Sed deſine,deſine quæſo,talia mente cogitationéq; ver
ſare.Cumq; deum res inſolitas præter naturam & anni tempora oſtendentē videris, ſic tecū
loquere,



A loquere, ſic exiſtima. Num deeſt domino facultas fructus edendi, ac homines nutriendi?
Quonam modo? Cum ſit dominus cœli, ac totius diſpoſitionis rerum & tempora, & anni
tempeſtates diſpenſet, ſimulq; omnia gubernet, & quaſi chorum quendam probè ordinatū
anni tempeſtates ita inter ſe mutua ſucceſſione diſpoſuerit ac determinauerit, vt varietate
ſua variis noſtris ac differentibus vſibus ſubſidio ſint, & iam pro temporis ratione hume-
ctetur tellus:Deinde ſuccedat æſtus,& poſtea frigus ſuam anni portionem obtineat, & po-
ſtremò effecerit,vt & ſiccitatis vſu non careamus.Palàm igitur cum ſit, inquis, eū poſſe re-
bus adeſſe,eáſque vti vult adminiſtrare,potentiæ bonitatem non eſſe coniunctam quis du-
bitet?Nec iſta rationem habent.Quænam enim neceſſitas,ſi bonus non eſſet, eum ad crean
B dum hominem impuliſſet?Quis,inquam, tam vehemens impulſor conditorē minimè vo-
lentem humum ſumere,& ex luto tantam excitare pulchritudinem coëgit? Quis hominis
formæ ad imaginem ſuam iam conſtitutæ rationem addere ſuaſit, vt artium diſciplinarūq;
capax eſſet,& de rebus altiſſimis philoſopharetur, quas ſenſibiliter nullo modo attingeret?
Quin ſi deo inſitam bonitatem rectè conſideres,vel hoc tempore (quāquam duro) minimè
deficientem videbis. Quis (dic mihi)prohibet hanc quam admiraris ſiccitatem,non potius
eſſe orbis incendium ac conflagrationem? Solem inſuper à via ſolita errantem, & terrenis
propinquantem corporibus omnia cremare? Ignem deniq; de cœlo deſcendētem mortales
omneis ob eorum ſcelera iure punire?Quamobrem te homo,te inquam, conſidera, tuamq;
penſita conſcientiam.Nec pueris ſub pædagogo cōſtitutis ſimilis fias, qui caſtigatione irati
C ſcindunt libellos:patri verò conſulenti ac cibum prohibenti veſtem concerpunt,vel matris
ora vnguibus petunt.Nam & nauclerum tempeſtas,& athletam ſtadium, & ducem pugna,
magnanimum calamitas,Chriſtianum verò tentatio probat & examinat.Res triſtes animā
vt ignis aurum arguunt.Pauper es?ne terrearis.Mœror nanq; plus æquo ſumptus,peccato-
rum cauſa efficitur.Dum mente mœrore ſepulta impoſſibilitatis vertigo, & deſperatio ſub-
oritur,ex deſperatione verò ingratitudo generatur.Sed ſpem firmā in deum retine. Etenim
putas illum anguſtiam tuam non videre? Victum alimentúmque in manibus quidē habet,
largitionem verò differre ſolet,vt conſtantiæ periculum faciat,& mentem mortaliū videat
an ingratis an ſcurris & paraſitis ſimiles ſint.Illi nanq; donec in ore cibum habent, benedi-
D cunt,aſſentantur,admirantur:menſa verò parumper negata,quem paulò antè ob voluptatē
veluti deum adorabant,maledictis tanquam ſaxis petunt atque lacerant.Ingredere aliquan
tulum vetus ac nouum teſtamentū: in vtroq; ſanè inuenies permultos diuerſis nutritos dei
prouidentia modis. Carmelus mons ſublimis ac deſertus Heliam item deſertū habuit, via- Helias à cor
ticum cibúsq; ei ſpes erat in deo. Et cum ita viueret,fame tamen extinctus non eſt, ſed auiū uis paſtus.
rapaciſſimi ac voraciſſimi corui cibum ei attulere:& qui alienas ſolebant eſcas inuadere, vi-
ro iuſtiſſimo miniſtri fuere: naturæ quoq; obliti in pane carnéque ei afferendis dominico
præcepto paruerunt. Quòd aūt iſta viro dei attulerint corui, ex ſacra hiſtoria cognouimus.
Lacus item Babylonius iuuenem habuit Iſraëlitam: captiuum quidem caſu, animo verò ac
E propoſito liberum. Ad hunc leones eſurientes immiſſi præter naturā abſtinuere. Pauit eum Daniel ab
Abacuc ab angelo cum obſoniis longè deportatus: & ne vir ſanctus inedia premeretur, tē- Abacuc.
poris momento tandem veniendo penetrauit,quantum à Babylonia diſtat Iudęa. Quomo
do rurſus populus dei in deſerto,præſente Moſe, annis quadraginta vixit? Non erat ibi qui Iſraelitæ in
ſereret,non qui araret,nec bos, nec area, non torcular, non cella penuaria,victum tantum deſerto.
inaratum inſatumq; habuere.Aquas etiam non prius viſas, ſed pro tempore ad vſus erūpen
tes petra ſubminiſtrauit.Deſino ſingula dei prouidentiæ monumēta connumerare, quibus
ſæpenumero paternum animum erga mortales demonſtrauit.Te itaque hortor fili,hanc a-
nimo generoſo calamitatem more Iob parumper ſuſtine, ne à fluctibus ac tempeſtate ſub-
F uertare.Nihil de virtutis præmio quam geris amittas.Vt pretioſum quoddam depoſitū gra
tiarum actionem in anima tua cuſtodias, & recipies tu quoq; duplicem illius iucunditatē.
Reminiſcere Apoſtolici dicti:In omnib⁹ deo gratias agite.Pauper es?alium videre licet om
ninò egentiorem.Tibi decem dierum frumentū,illi vnius eſt. Tu bonus ac benignus quod
tibi ſupereſt adiicias vbi deeſt.Ne verere ex paruo dare. Ne tuum cōmodum cōmuni præ
ponas periculo.Si enim vnus tantum ſit tibi panis,ad fores aūt rogator adſit,deprome illū:
Dās verò manus in cœlū tolle,dicq; miſerabilia hæc & benigna verba:Vnū hūc panē habeo,
quē vides domine. Et occaſio periculi eſt. Aſt præceptum tuū mihi propono, & de modico
do fratri eſurienti.Da & tu domine periclitanti ſeruo tuo.Noui tuam bonitatem,tuę poten
tiæ

tię cõfido,quòd non diu tuã gratiam differes, ſed breui quũ tibi placuerit affatim dona tuæ G
magnificentię patebũt.Quòd ſi ad hũc modũ feceris ac dixeris,nõ dubiũ quin panis hic quẽ
in hac dabis anguſtia agriculturæ ſemẽ ac copiã ſuppeditabit, multũq; tibi ex terra fœnoris
reddet arrabo cibi futuri miſericordiæ cõciliator. Dic rurſus illud Sidoniæ mulieris verbũ,
quod maximè huic propoſito quadrat,opportunæ hiſtoriæ illius memor. Viuit dominus,ꝙ
huncſolũ in domo habeo,quẽ ego & filij mei edamus.Tu quoq; ſimiliter olei lechitũ gratia
dei refertũ habebis,nec minꝰ farinæ hydriã cõtinuò plenã,ſi ex eo quod habes dederis. Qui
enim dãdo diuinæ gratiæ confidunt,puteos imitantur, qui cõtinuò exhauſti minimè defi-
ciũt,ſed duplo copioſiores euadũt.Si eges,deo diuiti fac fœneres:crede inquã, illi, qui quod
afflicto datur,perpetuò quaſi ſuæ perſonæ datũ amplectitur,& de ſuo reddit, dignus vbiq; fi H
deiuſſor,terra mariq; apertos habẽs theſauros. Quòd ſi nauigas,mutuum repetes.In medio
maris ſortẽ cũ fœnore capies.Magnificus enim eſt in dãdo fœnore.Eſuriẽtis morbus, fames
inquã,miſerabilis eſt adflictio.Humanarũ calamitatũ caput eſt fames,cuiuſuis mortis gene
re duriorẽ adferens finẽ.In aliis nanq; periculis vel enſis cuſpide citò interibis,vel ignis im
petus breuiter vitã extinguit,aut ferarũ dẽtibus mẽbra ſtatim diſcerpta intereunt,quę quidẽ
dolorẽ morienti minimè protrahũt.At famis diuturnius malũ,ocius torquet, lentius tabe-
facit,ſenſim occidit.Naturalẽ nanq; humorẽ abſumit,calorẽ refrigerat,ĩnatã ac vegetã cor-
poris habitudinẽ deterit, vires paulatim debilitat, oſſibus caro velut aranearũ tela cohæret.
Coloris flos ſanguine deficiẽte refugit.Albedinis ſplẽdor è ſummo corpore diſcedit,& pal- I
lor ac liuor inſurgit.Genua infirma ac per vim tracta conſpiciuntur. Vox tenuis & imbecil
lis.Oculi infirmi in ſuis cauis,nõ ſecus thecis recõditi,quàm in putaminibꝰ nuces viſuntur.
Oſſa tm̃ pelle operta.Venter vacuus ac collapſus tumore, viſcerũq; ſolita productiõe caret,
ac dorſi tantũ oſſibus ſuſtentatur & hæret.Igitur faciẽ hanc corporis miſerã, qui conniuens
præterit,quali dignus erit pœna?Quod crudelitatis genꝰ proſequi dicetur? Quomodo inter
immaniſſimas feras nõ cõnumerari vt execrandus ac hominũ interfector dignus erit? Qui
enim morbo periculoſo , ſi liceat non occurrit, eadẽ qua ille qui ſibiipſi manus infert,pœna
dãnabitur. Quid fames non cogit? Naturæ leges ſæpe peruertere ac tranſgredi multis ſua-
det,& hominũ corporibus vel propinquorũ veſci. Matrẽ quẽ peperit natũ,impulit in vẽtrẽ K
malè recõdere.Quã tragœdiã Iudaica cõmemorat hiſtoria,à Ioſepho graui autore cõſcrip-
ta,quãdo videlicet diræ calamitates Ieroſolymitanos pœnas iuſtas propter impietatẽ in deũ
dãtes apprehẽderunt.Quantũ deniq; cæteræ antecellat charitati eſurientem paſcere , ex ipſo
cõſeruatore cõſpice:qui quũ alia ſæpe prætereat humana incõmoda,eſuriẽtes reſpiciens: Mi
ſericordia moueor,inquit,ſuper turbã hanc.Idcirco in extremo iudicio vbi iuſtos alloquitᷣ
ordine primus,& vt cæteris honoratior qui pauperẽ nutrit,accerſitur. Qui panẽ adminiſtra
uit ante omneis promouetur,liberalis deniq; præ cæteris in vitã præmittitur. Ex altera verò
parte & illiberalis ante alios oẽs peccatores igni traditur.Quãobrẽ te fili tẽpus hoc ad paren
tẽ mãdatorũ omniũ vocat atq; expectat.Caue atq; cõſidera ne tãta diei feſti & cõciliationis L
opportunitas te prætereat.Fluit enim tẽpus,nec moratẽ aut incautũ expectat. Properãt dies
iſti cũctabũdũ prætercurrẽtes.Atq; vt fluminis impetũ ſiſtere nõ licet,niſi primis fluctibꝰ re-
ſiſtẽs obtẽperantẽ aquã reddiderit:ſic nec tẽpus ſuis coërcitũ anguſtiis retinere,neq; itẽ prę̨te
ritũ reuocare,niſi à frõte properãte occurrẽs in vſum cõuertas tuũ. Ideo tu quoq; charitatis
præceptũ tanquã aufugiẽs his tibi diebus ad tuã oblatũ ſalutẽ cõprende & adimple, captũq;
in vlnis aſſerua tuis.Da parua,vt magna recipias. Solue veteris culpæ reatũ per cibi cõmu-
nicationẽ.Sicut enim malè edẽdo,maleq; cibo vtẽdo Adã peccatũ incurrit:ſic in fame labo
rãtibꝰ per cibos opitulãdo à peccatis ſoluemur.Audite populi chriſtiani atq; attendite: hæc
dicit dominus,nõ quidẽ per ſeipſum,ſed per ſuos ſeruos vt inſtrumenta clamãs, ne nos qui M
rationis participes ſumus,brutis crudeliores videamur.Illa nãq; terræ naſcẽtibus,vt natura-
liter cõmunibus ſine diſcrimine vtuntur. Nã & ouiũ greges vnũ & eundẽ paſcuntur mõtẽ,
equorũ multitudo eundẽ cãpũ.Deniq; ſingula hoc modo inter ſe victum neceſſariũ mutuò
ſuppeditant.At nos contrà,quæ ſunt communia propria facimus : quæ ſunt multorum ſoli
poſſidemus . Vereamur atque imitemur Græcorum humanum viuendi modum . Apud
nonnullos illorum humana conſuetudo vnam menſam , communem alimoniam , do-
mum vnam , frequentem prope populum conſtituit . Sed externa dimittamus , & tria il-
la millia epulo piſcium à domino excepta præcipuè nobis ſuccurrant . Denique cœtum
Chriſtianorum primum illum æmulemur , quibus ab initio communia erant omnia , vi-
ta, anima

Paſcere eſurientem inter opera pietatis corporea primum.

Græcorum conuictus.



A ta,anima,concordia,menſa item communis,fraternitas indiſcreta,charitas non ficta: mul-
ta ſimul corpora vnum faciens,diuerſáſque animas in vnam concilians voluntatem. Multa
(ſi quæres) alia exempla vtriuſque teſtamenti , quæ ſunt ad fraternam dilectionem imitan-
dam,reperies.Si ſenem eſurientem videris,fac nutrias,vt Ioſeph Iacob.Si inimico occurras
adflicto parce iræ,ne expellas vindictæ cupidus,ſed potius nutrias , vt ille quondam fratres
à quibus venditus fuit.Quum in iuniorem incideris egentem,funde lacrymas,vt ille ſuper
Beniamin fratre ſenectutis filio . Quòd ſi forte te auaritia vt regina illa Aegyptia Ioſeph,
tentauerit,ſciderit quoque tibi veſtem,vt mandatum diuinum contemnas,vt ſe,aurum, ac
res terrenas amantem contra domini tui præceptum amplectare,vbi cogitatio ſubierit præ-
B cepto domini repugnans,animúmque ſobrium ad auaritiam impellens,& ad negligendam
fraternam dilectionem cogens,atque ad ſe cohibens,rumpe & tu illius veſtem, reique indi
gnitate motus ſecede, Domino fidem ſerua , vt ille Putipharo ſeruauit . Neceſſaria cibaria
vno anno diſtribue,vt idem per annos ſeptem.Ne cuncta voluptati tribuas , nonnihil ani-
mæ tuæ reſerua.Duáſque tibi putas eſſe filias,mundanæ conuerſationis proſperitatem & vi-
tam cœleſtem.Si meliori cuncta dare nolueris,diuide ſaltem ex æquo intemperanti filiæ &
modeſtæ:ne videlicet præſentem vitam ita opibus ac delitiis affluentem reddas, vt alteram
inopem , ac laceris opertam veſtibus relinquas . Vt ſi te oporteat in conſpectum dei noſtri
ac iudicis Ieſu Chriſti,ſponſæ formam ac vitam ſecundum virtutem habentem venire,noli
C ſponſam inornatam ſponſo offerre:ne cõſpiciens ille vultum auertat,deſpiciat, complexum
neget.Sed eam decenti veſte ornatam nuptiarum tempori ſeruabis,vt vnà cum cæteris pru
dentibus virginibus charitatis perpetuum ignem , ac lampada oleo continuo refertam ha-
bens,in thalamum recipiatur.Denique vt prophetica illa verba,quæ ad animam tota refer
ri videntur,re atque actione laudabili roborentur:Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu de-
aurato circundata varietate . Audi filia, & vide,& inclina aurem tuam , & concupiſcet rex
decorem tuum . Hæc Pſalmiſta de humani corporis forma loqui viſus, ad animæ decorem
rectius traducuntur.Siquidem ex ſingulis eccleſia diuerſam in vnum cogit multitudinem.
Tu prouide ne præſens ac futurum malè tractes , néve ob cupiditatem ac lucrum inhone-
D ſtum quod futurum eſt prodas.Corpus nanque tuum tuæ vitæ notitiam relinquet.In aduen
tu verò expectati iudicis tu te ab æterna gloria & multa bonorum fruitione excludes : proq;
his ignem tibi perpetuum & pœnas nunquam deſituras aperies.Noli putare hæc à me timo
ris gratia incutiendi more matris aut nutricis alicuius tibi inſtar inanium terriculamento-
rum dicta.Nam illæ plorantibus pueris formidanda & incondita quædam minari,vt à cœ-
pta peruicacia deſiſtant . Hæc filij chariſſimi , non fabula , ſed vera narratio infallibili iam
antea voce confirmata : quoniam (vt ſcitis) iota vnum aut vnus apex ſecundum euangelij
E ſententiam non præteribit.Sed & corpus illud quod in loculis ſepulchri corrumpitur , re-
ſurget : & anima per mortem excluſa corpus iterum inhabitabit . Omnium ratio geſtorum
diligenter examinata, facta quorumlibet clarè manifeſtabit , non externis inſtantibus , ſed
ipſa conſcientia teſte,ac palàm accuſante:demum ita cuique,vt eſt meritus,à iuſto iudice do
mino noſtro Ieſu Chriſto retribuetur,cui gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

## QVOD DEVS NON EST AV-
## *ctor malorum.*

PLures doctrinæ modi per pſalmorum conditorem Dauid à ſacro qui in illo ope-
ratus eſt ſpiritu,nobis innotuerunt.Nam aliquando animi ſui perturbationes nar-
F rans propheta,& quemadmodum ea quæ euenerunt generoſe tulerit,ipſius exem-
plo patientiæ nobis præceptum clariſſimum reliquit:vt quando ait : Quid multi-
plicati ſunt,qui tribulant me domine? Quandoque verò dei bonitatem,& eius auxilij velo-
citatem,quod vere ipſum inquirentibus præbet,commendat dicens:Cum inuocarem exau-
diuit me deus iuſtitiæ meæ.Quæ ſanè ſententia illi ſimilis eſt,quam alius propheta habet,di
cens,Adhuc te loquente dicet:Ecce adſum.Hoc eſt,nondum vocare deſtiti,& finem inuo-
cationis aures dei ſuſceperunt . Rurſus ſupplicationes ſimul & preces offerens deo , docet
nos , quemadmodum fas ſit in peccatis exiſtentes deum placare Domine ne in furore tuo
arguas me,neque in ira tua corripias me.In XII. autem pſalmo longum tentationis certa-
men oſten-

men oſtendens, ait: Vſquequo obliuiſceris me domine in finem, vſquequo auertis faciem G
tuam à me.Et per totum pſalmum nos docet,ne deficiamus in adflictionibus, ſed expecte-
mus bonitatem dei, ſciamúſque quòd ille prudenti quadam diſpenſatione adflictionibus
nos dedat,& ſecundum proportionem vnius cuiuſque fidei,probationum inducat menſu-
ram.Quoniam igitur dixit, vſquequo domine, obliuiſceris me in finē? vſquequo auertis fa-
ciem tuam à me?ſtatim ad malum eorum qui athei ſunt,trāſit:qui ſi quid calamitoſum ac-
ciderit,inſtantem in rebus aduerſis dolorem non ferentes,mox ſecum perplexi dubitant an
ſit deus,an ſingula videat,vtrum cuiuſque meritis reſpondeat. Deinde vbi ſeipſos viderint
in iis quæ nolunt diu detentos, prauum illud dogma intra ſe confirmant, & in ſuis cordi-
bus ita decernunt:Non eſt deus.Dixit inſipiens in corde ſuo,non eſt deus. Hoc itaque cum H
in animum induxerunt,certatim ad omne reliquum peccati genus ruunt.Si enim nullus eſt
inſpector,ſi nullus qui pro meritis vitæ cuilibet tribuat,quid prohibet pauperem conculca-
re,orphanos necare,viduam & aduenam occidere,omne audax facinus tentare,impuris &
abominandis affectibus,omnibus denique pecuinis cupiditatibus inquinari? Idcirco illud,
quod talem impietatem quæ deum non eſſe dicit,conſequitur,ſubiungit: Corrupti ſunt, &
abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Impoſſibile nanque eſt à via iuſta aberrare eum qui
in ſuo corde dei non obliuiſcitur.Vnde,quæſo,gentes traditæ ſunt in reprobum ſenſum, vt
faciant ea quæ non conueniant,vt ait Paulus?Nonne,quoniam dixerunt,non eſt deus? Cur
in paſſiones ignominiæ ceciderunt, vt fœminæ apud eos naturalem vſum mutauerint in I
eum qui eſt contra naturam,mares in mares turpitudinem operantes?Nonne quoniam mu
tauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem volucrum & quadrupedum & ſer-
pentium? Stultus igitur, & verè à ſenſu alienus eſt qui dixerit: Non eſt deus. Similis item
huic eſt,nec quicquam in ſtultitia differt qui deum malorum cauſam eſſe dicit,párque prio
ri ſcelus exiſtimauerit:quoniam ambo bonum deum ſimiliter negant.Alter quidem non eſ
ſe omnino dicit:alter vero non bonum eſſe affirmat. Si enim eſt malorum cauſa, non bo-
nus eſt.Si non bonus,neque deus: itaque vtrobique eſt negatio dei. Vnde,inquit ille, ſunt
morbi,intempeſtiuæ mortes,internicies ciuitatum,naufragia,bella,peſtes? Hæc enim mala
ſunt,inquit,& omnia dei opera.Itaq; quem aliū poſſumus præter deum in euētibus omnib⁹ K
incuſare?Sed age,quando in vulgatā incidimus quæſtionem,ad aliquod confeſſum ac cer-
tum principium orationem adducentes problema hoc ſtudioſius tractemus, & planam &
explicatam de ipſo enarrationem facere tentemus. Vnum quidem hoc habere in mentibus
noſtris præſumptum oportet,quod,cum ſimus boni dei opificium,& ab illo conſtemus, o-
mnia circa nos tam modica quam magna diſpenſante, nihil nobis accidat illo non volēte,
Nihil malū eorum quæ patimur.
& quod nihil eorum quæ nobis accidunt malum ſit aut tale, vt melius illo aliquid excogi-
tare queamus.Ex deo,inquiunt,ſunt mortes.Non malum omnino mors eſt, niſi quis ma-
lum dixerit peccatoris mortem.Propterea quòd per illam hinc liberati ad infernalia ſuppli-
cia rapiuntur. Rurſus autem apud inferos, quæ ſunt mala, non deum cauſam habent, ſed L
noſipſos.Principium nanque ac radix peccati,in nobis eſt,& in noſtra poteſtate. Nam qui-
bus ſi à malo abſtinuiſſent,nihil omnino graue pati licebat: Iidem ſi in peccatum per volu-
ptatem ruant,quam rationem decentem adducere poterunt,ne ſibi ipſis cauſam pœnarum
De malo duplici.
dediſſe dicantur? Malum igitur aliquod eſt ſecundum noſtrum ſenſum, aliud natura ipſa.
Malum itaque natura ex nobis oritur,iniuſtitia,laſciuia,inconſiderantia,timiditas,inuidia,
cædes,veneficia, aſtutia,fallacia, & reliqua huiuſmodi omnia, quæ animam ad dei imagi-
nem factam ſolent inquinare,& ipſius pulchritudinem aliquo modo inficere. Rurſus ma-
lum dicimus quod triſte durúmque ſenſibus ſit noſtris,vt corporis morbum,plagas,egeſta-
tem,ignobilitatem,pecuniæ damna,domeſticorum amiſſiones: quorum quodlibet nobis à M
ſapientiſſimo & optimo domino ad vtilitatem inducitur.Diuitias quidem aufert iis qui ma
le illis vtebantur,inſtrumentúmque illis iniuſtitiæ fuerant.Morbum inducit iis, quibus ma
gis expedit membra habere impedita,& impetus ad peccandum tardiores. Mors venit,vbi
finis adeſt vitæ iam expletæ, quem cuilibet ab initio fixit iuſtum dei iudicium, longè no-
ſtram vtilitatem proſpicientis. Fames & ſiccitates & inundationes, communes quædam
ſunt ciuitatum ac gentium plagæ,hominum peccata immodica punientes. Vt enim bene-
facit medicus etiam vbi corpori moleſtiam & dolorem infert (cum morbo nanque bellum
gerit,non cum ægroto.) Sic & bonus deus ſalutem omnibus per caſtigationem ac pœnam
diſtribuit.Tu vero nequaquàm medico iraſceris,ſi ex membris hæc incîdat,illa vrat, alia à
corpore



A corpore omnino amputat:ſed & pecuniam illi numeras,& ſeruatorem vocas, quòd in par-
ua corporis parte morbum curet, priuſquam ad totum corpus morbus perueniat. Quando
ciuitatem videris propter inhabitantes concuſſam, aut nauigium vnà cum hominibus in
mari diſſolui,contrà verum medicum & ſeruatorem blaſphemam linguam mouere non du
bitas:quum te intelligere oporteat, quòd ij morbi laborantium hominum ad curæ benefi-
centiam & vtilitatem aſſumuntur, qui & moderati ſunt & ſanabiles. Quando verò medi-
cam curam ſuperat morbi malitia, neceſſaria eſt inutilis membri alienatio, ne morbi eius
continuatio cætera corporis vitalia percurrat. Ex quo inciſionis aut inuſtionis non medi-
cus eſt cauſa,ſed morbus.Sic item ciuitatum interitus ex nimia peccantium peruerſitate o-
B riginem habentes,deum ab omni querelæ cauſa liberant.At,inquis,ſi malorum non eſt cau
ſa deus,quomodo dicitur:Ego ſum qui paraui lumen,& feci tenebras:faciens pacem & cre-
ans mala?Et rurſus: Deſcēderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalem,& Non eſt ma-
lum in ciuitate quod deus non fecerit.Et in magno cantico Moſis:Videte quòd ego ſum,&
non eſt deus,præter me.Ego interficiam,& viuere faciam:percutiam & ego ſanabo.Sed ni-
hil horum apud eos qui rectè ſcripturæ ſenſum tenent, dei vt malorum autoris accuſatio-
nem habet. Qui enim dicit:Ego præparo lumen,& facio tenebras: creationis autorem ſeſe
Ego præparans lumen & faciens tenebras.
per hæc,non mali alicuius conditorem ſignificat.Ne igitur exiſtimes aliam lucis,aliam ve-
rò tenebrarum cauſam eſſe:ſeipſum dixit eorum quæ contraria inter ſe videntur,ſecundum
C creationem factorem & opificem eſſe: ne quæras alium ignis & alium aquæ,alium aëris &
alium terræ opificem,quòd hæc ob qualitates contrarias inter ſe quodammodo pugnare vi
deantur.Quod iam quidam ita eſſe ſentientes in plurium deorum opinionem venerunt.Fa
cit autem pacem,& creat mala. Maximè quidem in te pacem facit,quando per bonam do-
Poſſidens mala.
ctrinam tuam ſerenat ac tranquillat mentem,& affectus aduerſus animam inſurgentes con
ciliat.Creat autem mala,hoc eſt,tranſmutat ipſa, & in meliorem ſtatum exitúmque dedu-
cit,vt iam mala eſſe deſinant, boníque naturam accipiant. Cor mundum crea in me deus.
Non dicit:Nunc crea,ſed in malitia inueteratum renoua:& vt duo creet, in vnum nouum
hominem, non vt ex non exiſtente faciat, ſed vt non exiſtentes mutet atque renouet: & ſi
D qua in Chriſto noua creatura.Et rurſus Moſes:Nonne ipſe pater tuus qui poſſedit te,& fecit
te,& creauit te?Clarè hic poſt facturam creatio conſtituta nos docet,creationis nomen ſæ-
penumero pro renouatione poſitum eſſe. Itaque pacem faciens:ſic pacem facit, ex eo quòd
mala creat.Hoc eſt,ex eo quòd mala in meliorem reducit ſtatum. Deinde ſi pacem intelle-
xeris eam ſecuritatem,quæ ſublatis bellis datur,& malum dicas labores, qui bellum geren-
tes ſequuntur,expeditiones extorres,vigilias,ſudores,vulnera,cædes,captas ciuitates,in ſer-
uitutem redactiones,miſerabilia captorum ſpectacula: denique quæcunque triſtia in bellis
eueniunt: dico iuſto dei iudicio fieri aduerſus eos, qui digni ſunt ſupplicio, quod per bella
infligitur.An tu non vis flagrâſſe Sodoma poſt impietates illas & flagitia? An non cecidiſſe
Hieruſalem & templum deſolatum poſt horribilem in dominum crudelitatem? Fieri au-
E tem aliter iſta quomodo fas erat,niſi per Romanorum exercitum,quibus Iudæi propriæ ſa-
lutis inimici dominum noſtrum tradiderunt? Ex quo quandoque mala ex bello iis qui di-
gni ſunt iure infliguntur.Illud quoque conſidera:Ego interficiam,& ego viuere faciam.Per-
cutiam,& ego ſanabo.Recipe verbum,ſi vis,ita vt ex ſententia promptum eſt.Timor enim
ſimpliciores ædificat.Percutiam ego,& ſanabo.Et hoc ſeorſum conſiderare profuerit, vtpo-
te quòd plaga timorem generet,ſanitas vero ad charitatem excitet.Licet attamen tibi altius
de his quæ dicta ſunt ſentire.Ego interficiam, peccato videlicet, & viuere faciam, iuſtitiæ.
Quantum enim exterior homo noſter corrumpitur, tantum interior renouatur. Non igi-
tur alium interficit & alium viuificat: ſed eundem per ea quæ interficit viuificat. Itémque
F per ea quæ percutit ſanat,ſecundum prouerbium illud: Quoniam tu baculo ipſum percuti-
es,& animam eius ex morte liberabis. Caro igitur percutitur, vt anima ſanetur. Peccatum
perimitur vt iuſtitia viuat.Illud autem quod ſuprà memorauimus: Deſcendunt à domino
mala ſuper portas Hieruſalem,ex ſeipſo habet expoſitionem. Quæ mala?Sonitus curruum
& equitum.Quando autem audiueris:Non eſt malum in ciuitate quod dominus non fece-
rit,intellige hic mali nomen vexationem ac calamitatem ſignificare, quam deus peccanti-
bus ad delicta corrigenda infligit. Adflixi, inquit, & fame preſſi, vt benefaciam antequam
per intemperantiam prorſus perdantur,& iniuſtitiam cohibui,quemadmodum flumen for
ti quodam ſolet obice & obſtaculo contineri. Hac itaque de cauſa ciuitatum ac gentium

 morbi,

morbi,ſiccitates aëris,terræ ſterilitates,ac qui cuilibet in vita duri caſus emergunt: quæ o- G
mnia ne malum vlterius progrediatur,efficiunt. Talia itaque mala à deo immittuntur ve-
ris ac natura ipſa malis reſiſtentia. Huiuſcemodi nanque ſecundum corpus afflictiones &
externæ moleſtiæ ad peccati compeſcendam licentiam à domino excogitatæ ſunt. Extin-
guit ergo deus malum, non eſt ex deo malum: quoniam & medicus morbum tollit, non
morbum corpori infligit.Ciuitatum verò interitus,terræmotus, inundationes, exercituum
clades,naufragia, & omnes denique calamitates illæ, quibus magna hominum multitudo
ſimul abſumitur,ſiue ex terra,ſiue ex mari,ex aëre, ex igne, ſeu quacunque naſcuntur cauſa
propter ſuperſtites ad ſobrietatem reducendos eueniunt,ipſo deo publicis pœnis publicam
castigante iniquitatem. Malum itaque propriè peccatum, hac verè dignum appellatione à H

*Nihil malũ niſi peccatũ*

noſtra voluntate pendet:propterea quòd in nobis ſitum eſt vel abſtinere à malitia,vel ma-
lum committere.Reliqua verò quæ appellantur mala,partim ad exercendos dantur bonos,
& declarandam fortitudinem (quemadmodum Iob filiorum priuatio,totius ſubſtantiæ bre
ui tempore amiſſio,corporis plagæ ac cicatrices) partim vt medela eorum qui deliquerunt,
ſicuti Dauidi accidit domus confuſio,iniuſtæ cupiditatis pœnas danti. Rurſus autem aliud
ex iuſto dei iudicio malorum,hoc eſt,pœnarum genus prouenire cognouimus,ad homines
in vitium pronos prudentiores faciendos,vt Dathan & Abiron terra viuos deuorauit, bara
thris & hiatibus telluris ſubtus apertis.Nam hic quidem ipſi propterea nihilo meliores euã
ſerunt: (quomodo enim,quum ad infernum deſcenderint) attamen reliquos exemplo cau- I
tiores prudentioréſque reddiderunt. Sic & Pharao vnà cum omni exercitu in mari periit.
Sic demum deleti ſunt qui Palæſtinam antea inhabitârunt.Ex quo quanquam dicit Apoſto
lus vaſa iræ apta in perditionem,ne facturam Pharaonis malam fuiſſe exiſtimemus. Nam
ita culpa iuſtius transferretur in ipſius conditorem.Sed vbicunque audiueris vaſa, intellige

*Vaſa quid per metaphoram ſignificent.*

quòd noſtrum quilibet ad aliquem factus eſt vſum. Quemadmodum in magna domo vas
aliud eſt aureum,aliud argenteum,aliud teſtaceum,ligneum aliud.Huiuſcemodi ergo ma-
teriis voluntas cuiuſque comparatur. Nam vas aureum is eſt, qui mente moribúſque ſim-
plex ac ſine dolo eſt.Argenteum item,qui illo paulò eſt inferior dignitatis ac pretij æſtima-
tione.Teſtaceum eſt ac figulinum,qui terreſtria ſapit,& frangi conteríque ſit aptus. Ligne- K
um,qui per peccatum facilè ſordet:& igni æterno materiam præbet. Sic etiam iræ vas eſt,
qui omnem in ſe diaboli operationem quaſi vas quoddam ſuſcepit, & propter fœtorem
quem habet ex corruptione ad nullum vſum aptari poteſt,ſed dignus eſt qui pereat.Quam-
obrem quando iam ipſum Pharaonem conteri erat opus,ſapiens animarum noſtrarum re-
ctor vſque adeò illum ſuſtinuit,vt clarum celebrêque omnibus exemplum eſſet,& aliis vti-
lis ob mala tolerata (quando ipſe propter nimiam malitiam inſanabilis erat) redderetur.
Obdurauit eum longanimitate,ac pœnæ dilatione ipſius intendens malum, vt ad extremũ
eius iniquitate ad ſummum gliſcente,iuſtius ſuper eum dei iudicium oſtenderetur. Idcirco
plagas modicè quidem ab initio infligens,ac paulatim adaugens eius duritiem minimê fle L
xit,quin reperit eum & initio dei contemptorem,& illatas pòſt pœnas ex conſuetudine to-
lerantem.Et ne ſic quidem morti illum tradidit,donec ipſe ſeſe præcipitem dedit,dum cor-
dis arrogantia fretus iter iuſtorum auſus eſt ingredi:ac exiſtimauit quemadmodum popu-
lo dei,ſic & ſibi mare rubrum permeabile fore.Hæc itaque tu frater cognoſcens, & apud te
mali ſpecies diſtinctas habens,noſce vnum omninò verè malum eſſe peccatum, cuius finis
perditio eſt:& alterum apparens tantum malum ſenſibus afflictionem præbens,vim alioqui
boni habens:quemadmodum ſunt calamitates & incommoda,quæ vim peccata coërcendi
habent,quorum fructus ſalus eſt animarum æterna.Deſine diuinam incuſare prouidentiã,
nec omninò velis deum ſubſtantiæ mali autorem putare,aut aliquam mali ſubſiſtentiam i- M
maginari. Non enim ſubſiſtit, velut animal iniquitas, neque ipſius eſſentiam enypoſtaton
ſtatuere poſſumus.Nam malum boni priuatio eſt. Oculus creatus eſt, cæcitas ex oculorum
perditione prouenit.Ex quo niſi oculus corruptibilis fuiſſet naturæ,nunquam cæcitas ſuc-
ceſſum habuiſſet. Sic & malum in propria ſubſiſtentia non eſt, ſed in animæ læſionibus gi-
gnitur.Non enim ingenitum eſt, vt impiorum eſt opinio,par conditione bonæ naturæ ma

*Contra Eunomium.*

lum ponentium. Nam ſi ambo ſine principio & generatione priora ſunt,ex quo nec facta.
Si autem omnia ex deo quomodo malum ex bono? Non enim turpe ab honeſto, neque vi-
tium à virtute.Lege mundi creationem,& inuenies ibi cuncta bona, imò valde bona. Non
ergo malum cum bonis creatum eſt. Sed neque creatura intellectiua à deo facta cum ini-
quitate



A quitate commixta eſt. Si enim corporalia in ſeipſis malum ſimul creatum non habuerunt,
quomodo intelligibilia tantum & puritate ac ſanctitate differentia communem cum malo
hypoſtaſim habuiſſent? Sed eſt malum omninò, & ipſius palàm fit actus per omnem vitam
diffuſus. Vnde igitur,inquies, habet eſſentiam,ſi neque ſine principio eſt,neque factum eſt.
Interrogentur talia quærentes, Vnde morbus? vnde corporis læſiones? Non enim ingenitus
eſt morbus,neque item dei opus. Sed bene creata ſunt animalia conuenienti eis præpara-
tione ſecundum naturam,& membris diſtincta in vitam prodierunt.In morbos verò ſecun
dum naturam ceciderunt à ſanitate deficientes, vel ob malam diætam, ſeu ob aliquam aliã
cauſam,quæ corporibus accidere ſolet:corpus itaque deus fecit, morbum minimè fecit. Et
B animam ſimiliter deus fecit, non autem peccatum. Vitio autem anima cõtaminata eſt de-

*Quomodo peccatum irrepſit in animam.*

generans ab eo quod ex natura facta eſt.Quod autem erat illi peculiare bonum? Quòd deũ
habebat aſſiduè coniunctum,illiq; per charitatẽ coadunata erat: qua excidens variis & mul
timodis ſe malis contaminauit.Vnde autem omninò mali capax eſt? Quoniam libero facta
eſt arbitrio,quod creaturæ rationis participi maximè conueniebat. Soluta enim hæc omni
neceſſitate,& vitam in ſua poteſtate conſtitutam ex deo accipiens, propterea quòd ad ima-
ginem eius creata eſt.Bonum quidem intelligit,& iucunditatem illius nouit, poteſtatemq;
habet ac facultatem in boni contemplatione & ſpiritualium fruitione manendi, ac vitam
ſibi connaturalem conſeruandi.Habet autem & à bono deflectendi quandoque facultatem.
Hoc autem ei contingit quum beatæ oblectationis ſatietate affecta, & veluti veterno quo-
C dam grauata,ac è ſtatu ſuperiore delapſa, turpibus ſe carnis libidinibus immiſcet. Erat ali-
quando Adam in ſublimi non loco,ſed arbitrio,quando ſtatim anima ſumpta in cœlum læ
tus aſpexit, ex iis quæ vidit maximè gauiſus, ac eum vehementer amans, à quo beneficium
tantum & æternæ vitæ fruitionem acceperat:qui paradiſi intereſſe delitiis,& æquè cum an-
gelis & archangelis regnare ac viuere,& diuinæ vocis participem eſſe dederat. Cum his o-
mnibus per deum potiretur, ſtatim rebus omnibus refertus, quaſi præ ſatietate eluxurians
quod videbatur oculis delectabile intellectuali pulchritudini prætulit, & ventris ſaturitatẽ
ſpiritali delectatione potiorem habuit. Ex quo ſtatim è paradiſo pulſus,extra beatam illam
fuit vitam.Non ergo ex aliqua neceſſitate,ſed ſuapte temeritate malus eſt factus. Quapro-
D pter & propter prauam voluntatem peccauit,propter peccatum verò mortuus eſt:ſtipendia
nanque peccati mors eſt. Quantum enim abſtitit à vita, tantum morti propinquauit. Vita
nanque deus,vitæ verò priuatio mors. Itaque mortem ſibi Adam ob diſceſſum à deo para-
uit,ſecundum quod eſt ſcriptum: Ecce omnes elongantes abs te peribunt. Quamobrem ſa-
nè apparet deum mortem nequaquam feciſſe, ſed noſmetipſos ex mente praua nobis ipſis
eam ſpõte attraximus, quam deus ob eas quas ſuprà narrauimus cauſas minimè prohibuit,
ne immortalem in nobis morbum conſeruaret.Quemadmodum vas figulinum rimas oſtẽ
dens, non prius igni ad perficiendum traditur, quàm à figulo reconcinnetur emendeturq;.
Sed cur, inquis, huic vaſi non inſitum eſt vt peccare non poſſit,vt etiam nobis volentibus

*Cur deus peccandi facultatem homini non eripuit.*

E facultas peccandi deſit? Quoniam,inquam,& tu ſeruos non quãdo vinctos in cuſtodia reti
nes,beneuolos eſſe tibi exiſtimas,ſed cum ſponte omnia quæ erga te oportet, videris agere.
Sic item deo eum puta fore amicum,non qui coactus, ſed qui ſponte ſua virtuteq; illi obtẽ-
perat.Virtus verò ex voluntate perficitur, non ex neceſſitate. Voluntas autem ab illis pẽdet
quæ in nobis ſunt ſita. Quod verò in nobis ſitum eſt, voluntarium & ſpontaneum eſt. Qui
ergo factorem reprehendit, quòd non tales nos natura fecit,qui peccare nequeamus, nihil
aliud opinari videtur,quàm naturam ratione carentem ea quæ rationis eſt particeps eſſe po
tiorem:& illa quæ non mouentur,nec mente ducuntur iis quæ eligunt,iudicant,conferunt,
F omnino præſtare.Hæc & ſi per tranſitum,attamen non ab re dicuntur,ne in profundũ ina-
nium cogitationum ruens,præterquam quòd quæ inquiris non aſſequeris,deum etiã amit-
tas.Deſinamus ergo eum qui ſapiens eſt velle corrigere.Deſinamus,inquam,meliora quàm
deus fecerit indagare. Quòd ſi ob noſtri ingenij debilitatem omnia dei conſilia ſigillatim
ratione attingere nequimus,illud attamen animis noſtris infixũ ac in confeſſo ſit, nihil ma

*A libertate voluntatis peccatum prorepſit tã in angelum quàm in hominem.*

lum ab eo qui bonus eſt,fieri.Hinc conſequenter alia quæſtio de diabolo naſcitur: Vnde dia
bolus ſit,ſi non ex deo ſunt mala. Quid igitur dicemus? Satis facilis eſt reſponſio. Eadem o-
mnino ratio nobis ad iſtam quoque quæſtionem ſatis erit, quam & de hominis iniquitate
ſuprà commemorauimus. Vnde enim iniquus eſt homo? Ex ipſius libera voluntate. Vnde
malus diabolus? Ex eadem penitus cauſa. Habebat enim & ipſe liberam vitam & inſitam

 sibi

ſibi poteſtatem,aut deum ſequendi,aut à bono diſcedendi.Gabriel angelus à deo iugiter ſte G
tit:Satan item angelus ex ordine ſuo prorſus cecidit. Et illum propria voluntas in cœlo re-
tinuit,hūc verò volūtatis libertas cœlo deiecit.Poterat enim & ille à deo deficere, & iſte nō
excidere. Sed illum inſatiabilis dilectio dei ſeruauit: hunc à deo relictum eſſe oſtendit per
peccatum alienatio. Malum igitur hoc tantum, à deo alienatio. Nam parua quidem oculi
conuerſio,paruus nutus,vt ſolis particeps aliquis exiſtat,vel in vmbra remaneat,facit.Nam
& illic in promptu eſt, vt ſuſpiciens illuſtretur:auertens verò intuitum neceſſario in tene-
bris erit. Sic & diabolus malus deo aduerſatur, non ex natura, ſed mala voluntate habens
malitiam.Quæris igitur vnde illi ſit contra nos bellum? Quoniam cum omnis ipſe mali
promptuarium exiſteret, inuidiæ quoque morbum in ſe recepit,& inuidit nobis illatum ho H
norem,nec facilè tulit vitam in paradiſo beatam ducere. Quamobrem dolis hominem ag
greſſus, eadem ambitionis cupiditate, quam ipſe ab initio habuit, velle ſimilem eſſe deo,
hac rurſus ad decipiendum nos vſus lignum oſtendit, per cuius deguſtationem pollicitus
eſt hominem ſimilem fore deo.Si comederitis,inquit, eritis veluti dij malum ac bonum co
gnoſcentes.Non inimicus igitur nobis à deo conſtitutus eſt, ſed ipſe ex inuidia ſeſe nobis
oppoſuit. Animaduertens enim ſe ex angelorum ordinibus expulſum, non tulit terrenam
creaturam ad angelorum dignitatem per virtutis profectum exaltari. Quoniam itaq; ini-
micus eſt factus,inimicitiam nobis deus erga illum indidit,vbi ſerpenti quo ille malus abu I
ſus fuerat, dixit, ſed ita, vt minas ad Satanan referret:Inimicitiam ponam inter te & inter
ſemen illius. Reuera nanque noxiæ ſunt amicitię quæ cum malitia contrahuntur. Nam ea
eſt amicitiæ huius lex & vis,vt per ſimilitudinem malitiam coniunctis indat.Quamobrem
rectè prouerbium dicit:Corrumpunt bonos mores colloquia praua.Quemadmodum enim
in peſtilentibus locis ſenſim attractus aër latentem corporibus morbum iniicit: ſic item in
praua conſuetudine ac conuerſatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam ſi ſtatim incō
modum non ſentiatur.Idcirco nobis aduerſus ſerpentem irreconciliabilis indita eſt inimi-
citia.Si autem inſtrumentum hoc tanto dignum odio eſt,quanto magis illi nos qui ſerpen
tem adegit,aduerſari oportebit? Sed cur,inquis,lignum hoc in paradiſo fuit, per quod nos K
diabolus tentaturus erat? Si enim deceptionis eſcam ac materiam non habuiſſet, quo nam
modo nos ſibi obtemperando ad mortem deduxiſſet? Quoniam mandatum eſſe oportuit,
vt noſtram erga deum probaret obedientiam. Ideo planta pulcherrimis fuit fructibus ſca-
tens,vt in abſtinentia voluptatis animi continentis virtutem oſtendentes, patientiæ coro-
nam promereremur.Cibum autem non ſolū præcepti contumacia ſecuta eſt,ſed etiam nu-
ditatis cognitio.Comederunt,inquit,& aperti ſunt oculi eorum,cognoueruntq; quòd nudi
eſſent.Oportebat enim ſe nudos minimè cognouiſſe,ne mens hominis ad eorum cupidita-
tem quæ deeſſe viderentur,traheretur. Amictum nanq; nuditatis defenſionem ſolatiumq;
eſſe exiſtimauit,& omninò per carnis curam ab obſeruantia dei abſtractus eſt. Cur, inquis, L
non ſtatim eis ab initio amictus ſunt præparati? Quoniam hæc nec naturalia eſſe, neq; ex ar
te decebat.Nam naturalia propria ſunt brutorum,vt pennæ,ſetæ,pellium craſſitudines, quę
& frigoribus reſiſtunt,& æſtus ferunt,in quibus nihil alterum ab altero diſtat,ęquali omni-
bus natura exiſtente.Homini autem ſecundum proportionem in deum charitatis præſtan-
tior bonorum diſtributio conueniebat. Quæ verò ex arte ſunt opera, negotium generant,
quod vt maximè homini noxium,vitandum erat.Quamobrem deus nos ad paradiſi vitam
reuocans,ex animabus noſtris curas euellere conatur,dicens: Nolite animæ veſtræ cogita-
re quid edatis,aut corpori quid induamini.Neque itaque veſtis ei ex natura, neque ex arte
conueniebat.Sed alia parata erant,ſi virtutem oſtendiſſet homo, inſignia quæ ex gratia dei
erant illum illuſtratura,vtpote fulgores quidam,quales ſunt angelorum, qui omnem florū M
varietatem,omnem aſtrorum claritatem ſuperarent. Hac igitur de cauſa non veſtes ei ſta-
tim præbitæ:quoniam virtutis præmia illi repoſita erant, quæ conſequi vis diabolicæ tenta-
tionis non permiſit. Aduerſarius igitur nobis eſt diabolus,ob antiquam ex eius inſidiis rui-
nam,ita domino diſponente,vt cum illo luctaremur. Itaque per obedientiam nos renoua-
uit,vt de inimico triumpharemus.Vtinam quidem non eſſet factus diabolus, ſed in eo or-
dine quo ab initio conſtitutus fuit,remanſiſſet. Poſtquam verò ab autore ſuo defecit, inimi
cus dei,inimicus item hominis ad ipſius imaginem conſtituti factus eſt. Nam ideo miſan-
thropos exiſtit,& ideo deo rebellis.Nos verò vt eius opus odio perſequitur, vt eius imaginē
inſectatur.Ille igitur ſapiens & prouidentiſſimus rerum humanarum diſpenſator eius vti-
tur ad

Cur lignū vetitum poſuerit deus in paradiſo.

Cur deus Adę amictū nō dederit.



A tur ad noſtram exercitationem malignitate, quemadmodum medicus viperæ veneno ad
ſalutarem medicamentorum præparationem.Sed quis nam erat diabolus? Ex quo ordine?
Ex qua dignitate?& vnde Satanas cognominatur? Satanas igitur quòd bono aduerſetur,
appellatur. Id enim ſignificat vox Hebræorum, ſicut in libris Regum dicitur: Excitauit,
inquit,dominus Salomoni Satan,Ader regem Syrorum. Diabolus verò dicitur, quoniam
idē & in peccato nobis cooperatur, & accuſator noſter eſt. Gaudet ex interitu noſtro,noſq;
eorum gratia quæ commiſſa ſunt,traducit. Natura autem ipſius incorporea eſt ſecundum
Apoſtolum,dicentem:Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed aduer
ſus ſpiritalia nequitiæ.Dignitas verò ipſius principalis eſt. Aduerſus enim principes & po-
B teſtates,inquit,aduerſus rectores tenebrarum harum. Locus autem principatus aër,ſicut idē
memorat:Contra principatus & poteſtates aëris,ſpiritus qui operatur nunc in filios† inobe
dientiæ. Idcirco & mundi princeps appellatur, quoniam circa terras eſt eius imperium,
quod & dominus ipſe teſtatur:Nunc iudicium eſt mundi. Nunc princeps mundi huius eii-
cietur foras. Et rurſus: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quo-
niam autem dicitur de exercitu diaboli ab Apoſtolo: Spiritalia nequitiæ in cœleſtibus: ſci-
re oportet quod ſcriptura cœlum aërem ſolet appellare,vt eſt illud: Volatilia cœli. Et alibi:
Aſcendunt vſque ad cœlos,hoc eſt,in aëris ſublimitatem longè tolluntur.Ideo dominus Sa
tanan vidit vt fulgur de cœlo cadentem, hoc eſt ex proprio principatu ad ima ruentem, vt
planè ab iis qui in Chriſto ſperant conculcaretur. Dedit enim diſcipulis ſuis virtutem ſer-
C pentes ac ſcorpiones conculcandi, & contra omnem inimici potentiam. Quoniam itaque
ipſius impia tyrannis expulſa eſt, & locus hic terreſtris ob ſalubrem eius paſſionem purga-
tus eſt,qui omnia quæ in cœlo ſunt & in terris pacauit: deinceps nobis regnum cœlorum
nuntiatur,Ioanne dicente:Appropinquauit enim regnum cœlorum. Item domino vbique
euangelium regni prædicante, & antea clamantibus angelis: Gloria in excelſis deo, & in
terra pax. Sed & ingrediente Hieroſolymam domino noſtro collætantes Iudæi clama-
bant:Pax in cœlis,& gloria in altiſſimis.Denique mille ſunt victoriæ huius voces,quæ vlti-
mam inimici euerſionem teſtantur,vt iam nullum negotium aut certamen nobis relictum
ſit ad ſuperos conſcendendi.Iam via facta eſt,impedimentis aduerſarij ſublatis, qui à bona
D nos via auertebat,& deinceps lætam continuationem habemus, & de ligno vitæ continuò
deguſtamus. Cuius nos eſſe participes ab initio per ſerpentis inſidias non licuit.Ordinaue-
rat enim deus ardentem gladium,qui huius ligni vitę viam cuſtodiret.Quem nos alacriter
ſine impedimento prætereuntes,facile in bonorum omnium deguſtationem & fruitionem
ingrediamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in æterna ſecula,
Amen.

De natura diaboli.

†Diffidētiæ

## HOMILIA DE IRA.

E

QVemadmodum in medicorum præceptis quando appoſitè & ex artis ratione fiūt,
poſt experientiam vtilitas illorum potiſſimum oſtendi ſolet: ſic & in ſpiritualibus
monitionibus poſtquàm præcepta exitum teſtimoniis comprobatum oſtende-
runt, tunc eorum vtilitas ad vitæ illorum qui admonentur correctionem & eru-
ditionem manifeſtatur. Audimus enim in Prouerbiis palàm ſcriptum eſſe: Ira ſapientes
perdit. Audimus item apoſtolicum dictum: Ira & omnis indignatio & clamor à vobis
abſcedat cum omni malitia.Et dominum dicentem:Si quis iraſcitur fratri ſuo temerè,reus
erit iudicij.Igitur ſi quando nos hoc virium tentauerit, idq; non ex nobis, ſed extrinſecus
F inſtar inopinæ procellæ in nos irruens, tum potiſſimum diuinorum præceptorum admira-
bilem veritatem agnoſcemus, dantes ipſi quidem locum iræ, tanquam exitum violen-
to cuidam torrenti, diſcentes tamen tacitè turpem eorum tumultuationem qui hoc ma-
lo tenentur, agnoſcemus re ipſa verbi ſacri dexteritatem: nempe quòd vir iratus fœ-
dus aſpectu ſit. Quando enim ſemel iræ perturbatio mentem præcipitans imperi-
um animæ ſumpſerit, hominem penitus in feram conuertit, nec hominem qui ra-
tionis ſit compos eſſe ſinit. Quod enim venenum virus emittentibus erit, hoc item
& furor animo irritatis ac perturbatis. Impetu feruntur, inſiliunt, rabie vt canes afficiun-
tur,punguntur vt ſcorpij,mordent vt ſerpentes.Nouit & ſcriptura eos qui hoc vitio tenen-

Ira mala.

tur, ferarum appellatione vocare,quibus ſeſe ob peruerſitatem ſimiles ac familiares reddi- G
derunt. Nam & canes,& ſerpentes, & genimina viperarum, & his ſimilia nominat.Qui e-
nim ad mutua inter ſe eiuſdem generis parati ſunt inferenda incommoda, iure feris ac ve-
nenatis aſcribi poſſunt, quibus ex natura continuum aduerſus homines odium ineſt.Effre-
nes linguæ, ora incuſtodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accuſationes, ver-
bera , & alia eiuſmodi quæcunque quis enumerare poterit, iræ ſunt ac furoris fructus . Ob

Irati ſui immemores.

iram enſis acuitur, mors homini ex homine venit, fratres inter ſe ignorantur , parentes ac
liberi naturæ obliuiſcuntur.Sed & ante omnia ſeipſos haud agnoſcunt irati,deinde neque
quotquot habent neceſſarios. Quemadmodũ enim torrentes ad curua loca decurrentes ſe-
cum obuia quæque trahunt : ſic & iratorum impetus violenti & inſtabiles omnia ſimiliter H
percurrunt atque obruunt.Non eis ſenectus venerabilis, non vitæ virtus,non generis pro-
pinquitas,non acceptæ iam gratiæ , non denique quicquid aliud quamuis æſtimandum in
honore eſt . Momentanea quædam inſania eſt ira . Quin & maximum ſe in malum ſæpius
coniiciunt , & ſtudio vindicandi ſeipſos negligunt . Eorum nanque memoria quibus læſi
ſunt, velut œſtro quodam incitati,& animo exacerbato atque æſtuanti non prius deſinunt,
quàm incommodum aliquod infeſtanti infligant:vel ipſi (ſi id contingat) accipiant:quem-
admodum ſæpe euenit,vt quæ per vim tentata ſunt,plus accipiant incommodi quàm infe-
rant. Quis enim in ea ſe mala coniiceret , quæ ira feruidi homines quauis occaſione voci-
ferantes & exaſperati ſubeunt atque tolerant?Nam & omni fera venenata impudentius ru- I
unt, nec prius deſiſtunt quàm aliquo magno malo & intolerabili,ira intumeſcente, æſtuan
tem exatient animum.Neque enim enſis acies,neque ignis,neque horrendum aliquid,ani-
mum ira intumeſcentem ac furentem ſatis compeſcere valebit: non magis quàm à dæmo-
nibus detenti , à quibus irati nihil , nec forma, neque animi affectu differunt.Nam iis qui
ad vindictam anhelant , ita quidem circum præcordia ſanguis feruet , quaſi vi ignis ebul-
liat & exæſtuet . Supernè vero accenſa facie alio aſpectu viſendum exhibet iratum , eam
formam quæ omnibus conſueta eſt & nota , quaſi larua quadam , vt in ſcena fieri ſolet,
prorſus immutans:oculi conſueti non apparent , ſed ignei micantéſque dentes acuunt,ve- K
luti ſues graſſantes: vultu ſunt liuenti ſanguine ſuffuſo. Oris tumore increbeſcente venę ob
turbati intra viſcera ſpiritus anguſtiam diſruptæ . Vox aſpera & intenſa , ſermo inconſtans
& confuſus , ac temerè cadens,nec concinnè , nec ſignificanter,ne ex parte quidem prola-
tus.Poſtquàm verò ira ſicut flamma, ſicca materia ſuccenſa iritantes inuaſit , tunc nec ſer-
mone dicenda,neque referenda videre licet ſpectacula.Manus quidem erectas etiam aduer
ſus contribules,& per omnes corporis partes diſtractas: pedes extra omnem ordinem & ab
re certatim diſcurrentes , denique partes corporis omnes inſaniæ inſtrumenta factas .Si aũt
pariter aliquem ex aduerſo concurrentem inueniant , irámque mutuam inter ſe exerceant,
ea patiuntur quæ fas eſt eos pati, qui ſub tali dæmone contendunt ac certant . Membro -
rum mutilationes , vulnera , mortes præmium pugnæ ferunt . Cepit qui primus manibus L
iniuriam intulit : alter vlciſcitur : hic inſtat: ille non cedit : corpus obiter vulneribus peti-
tur . Ira verò facit vt dolor & incommodum minimè ſentiantur : Non enim damna cor-
poris aut ſenſum curant , cum omni ſtudio & omnibus viribus ſint animo tantummodo
ad vlciſcendum commoti & excitati.Ne fratres dilectiſſimi malum malo curate, neu con-
tendite inuicem calamitate mutua vincere.In rixa enim is inferior eſt,qui victor eſt,ac pec
catis longè grauior diſcedit.Noli ergo malam referre gratiam,neque mali mutui reſtitutor
eſſe.Contumeliam intulit iratus, vince, amouéque ſilentio malum.Tu autem contra facis,
qui velut vndam fluentem illius iram in cordis penetralia ſuſcipiens , ventos imitaris con-
tra flatibus aduerſis reſiſtentes.Noli tuo aduerſario pro magiſtro vti, nec quem odio proſe M
quaris hunc æmulari,nec fieri veluti ſpeculum irati velis,illius formam in teipſo oſtendẽs.
Rubicundus ille eſt ob irã,tu minimè ruborem præfers?Illi ſanguinei oculi?tui quietè ac cũ
grauitate aſpiciunt.Vox illi aſpera?tibi mitis?Neque enim ſic in locis deſertis echo in ipſos
clamantes intempeſtiuè infringitur,ſicut in hominem iniuſtum & contumelioſum contu
melia reuertitur.Immo ſonus quidem illic idem redditur, contumelia verò augmẽtata re-
currit.Nam ſi inter litigantes fortè conuicia dicuntur,primus obſcurũ hominem, & ex ob-
ſcuro venientem loco probroſe vocat: alter vernam ex vernis regerit . Hic pauperem alter
mendicum.Hic indoctum,alter ſtupidum appellat.Denique ſic durant donec conuitia ſicu
ti ſagittæ deficiunt . Deinde omni contumelia per linguam conſumpta, ad manus veni-
tur &



A tur & pugnam.Ira nanque certamen excitat,certamen verò conuitium,conuitium verbera,
verbera demum vulnera,ex quibus & mortes ſæpe ſequuntur.Itaque iram ab initio vt mali

Ira compeſcenda.

originem compeſcamus,ac ex animo noſtro totis viribus extirpemus.Sic enim plurima ma
la veluti radice quadam & principio hac animi perturbatione exiſtente,facilè excidere po-
terimus.Ille maledixit,tu benedicas.Verberauit,tu patere . Expuit, nihilíque te exiſtimauit,
tu cogita quemadmodum ex terra es,& in terram reuerteris . His nanque modis atque ra-
tionibus te confirmans,longè leuiora quàm re vera ſint , inuenies tibi aduerſarij facta iur-
giáque.Sic etiam talionem illi ſecurius reddes,oſtendéſque quàm ſis contumeliis inuulne-
rabilis,ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis, dum alterius inſaniam , occaſio-
B nem philoſophiæ ac tuorum feceris meritorum.Quamobrem,ſi mihi credis,probra contu-
meliáſque minimè curabis:obſcurum te & inglorium vocauit nulliúſque æſtimationis? ter-
ram te ac cinerem eſſe dicas.Nec tu melior es patre noſtro Abraham,qui ſe eadem vocauit,
ignarum,pauperem,ignobilem nominauit . Tu vermem te dicas,& è ſtercore genus duce-
re,verba Dauid memorans. His etiam Moſis decus adde.Ille ab Aaron & Maria verbis pe-
titus probroſis,non ad deũm aduerſus illos interpellauit , ſed pro eis orauit . Quorum tu,
dic mihi,cupis eſſe diſcipulus?beatorum ne hominum & deo gratorum, an eorum qui ſpi-
ritu referti ſunt maligno?Quando enim verborum contumelia tentaris,illud exiſtima, pe-
riculum de te fieri,an deo per patientiam adhæreas , ſeu per iram in aduerſarij partes incli-
C nes.Da tempus cogitationibus,ad optimam eligendi partem opportunum . Nam è duobus
alterum proculdubio conſequeris , aut inimicum tuæ manſuetudinis exemplo munitiorem
reddes,vel certè,ſi deſpexeris,acrius illum vindicabis.Quid enim aduerſario durius eſſe po-
teſt,quàm te animum gerere contumeliis omnibus altiorem ? Noli tuam peſſundare men-
tem.Nec ab eo qui te conuitiis & omni iniuria petit,comprendi patiare. Sine illum fruſtra
te allatrare,in ſeipſo diſrumpi.Sicut enim ille qui minimè ſentientem aut curantem verbe-
rat,ſeipſum lædit & incommodo afficit,quòd nec inimicum plectere,nec animam irámque
exatiare ſe videat:ſic & is qui contumelia in eum,qui nequaquam doleat,vtitur, perturbati
animi conſolationem inuenire nullo modo poterit . Quin potius (quemadmodum dixi-
D mus) ardebit magis & animo æſtuabit.Ex hac igitur conditione quale vterque veſtrum no-
men aſſequatur videamus.Hic contumelioſus,tu magnanimus vocaberis.Hic iracundus &
durus,tu longanimis & mitis.Hunc quandoque pœnitebit horum quæ loquitur, te nunquã
benefacti aut virtutis pœnitebit . Quid plura ? Huic contumelia regnum cœlorum clauſit,
quòd contumelioſi regnum dei non conſequentur:tibi taciturnitas idem aperuit. Nam qui
ſuſtinebit vſque in finem,hic ſaluus erit.Qui autem ſe vindicare,& par pari reddere, ac ma-
ledicenti reſiſtere voluerit,quam,quæſo,habebit excuſationem? Quòd primus ille fuerit ac
prouocauerit?Sed qua venia dignum hoc?Non enim amicus in amicum , quamuis prouo-
cantem aut allicientem,peccati cauſam transferens,minus in iudicio condemnabitur.Ne-
E que enim victoriæ corona ſine aduerſariis contrapugnantibus,neu cædes ſine hoſtibus.Au-
dis Dauid dicentem:Dum conſiſteret peccator aduerſus me,non iritatus ſum aut vltus,ſed
ſurdus factus & humiliatus ſum & ſilui à bonis.Tu autem ad iracundiam ob paruam contu
meliam concitaris:Imitaris verò vt bonum.Ecce iam vitium quod rependis ipſe patras.An
in alienum malum diligenter inſpicis,tuum verò nequaquam cognoſcis?Si malum eſt con
tumelia,eius imitationem fuge.Non enim (vt ſuprà narraui) incepiſſe alium,ad excuſatio-
nem ſufficiet.Iuſtius quidem fuerit,vt arbitror,hinc intẽdi aduerſum te querelam, eo quòd
ille exemplum ſapientiæ prius non vidit:tu verò cum iratum turpiter ſe mouentem , & ri-
diculum & probroſum videris , eius veſtigia quæris imitari clamando , ſuccenſendo , reſi-
ſtendo . Et ad hunc modum fit,vt tu ſis in culpa:apologiam verò habeat, qui primus rixam
F orſus eſt.Per ea enim quæ facis,& aduerſarij culpas leuiores reddis,& teipſum condemnas.
Si enim malum eſt ira,cur malum id non euitas?Si venia dignum, cur irato ſuccenſes ? Ex
quo ſi ſecundus veniſti ad iram,nihil te hoc iuuabit.Non enim in certaminibus palæſtram
prius prouocans,ſed qui ſuperat,coronatur.Quamobrem non ſolum is qui facinus aliquod
graue prius tentauerit,ſed qui mali ducis ad ſcelus fuerit exemplum imitatus,omnino mul
ctatur.Si enim te pauperem verè appellat,verum reſpuere nequaquam debes . Si mentitur,
quid ad te dicti vanitas?Sicut enim ad laudes tuas,ſi veritatem excedunt, efferri non debes:
ita nec ad probra in te non verè iactata,minimè dolere.Nonne vides, quemadmodum ſa-
gittæ ſi duriora offendant,reſultant ac excidunt:in mollibus verò & obedientibus facilè fi-
guntur:

guntur:ita & in contumeliis euenit : qui eis occurrit ac reſiſtere quærit , illas in ſeſe recipit: G
qui autem manſuetudine ac patientia armatus,ad eas excipiendas ſe præparauerit, omnino
excutiet ac euitabit.Quid miſer angeris pauperis appellatione?Reminiſcere quod quemad-
modum nudus in mundum veniſti,nudus etiam egreſſurus es . Quid enim nudo pauperi-
us?Nihil profectò graue audiſti,niſi tibi ipſe quæ obiecta ſunt agnoſcas. Quis vnquam ob
paupertatem in carcerem ductus eſt ? Nam egere non turpe quidem aut aliquod probrum
fuerit:ſed paupertatem generoſè non ferre.Memor ſis domini noſtri Ieſu Chriſti : qui cum
diues eſſet,noſtri gratia egere voluit.Si verò & ſtultus & indoctus appellaberis,reminiſcere
eorum quæ à Iudæis iactata ſunt in veram ſapientiam:Samaritanus es,& dæmonium habes.
Si enim contra hæc maledicta iraſceris, iam ea corroborâſti.Quidnam eſt ira ſtultius?Si ve H
ro quietus & immobilis perſiſtas,pudorem maledicenti magnum intuliſti,cum re ipſa pru-
dentiam modeſtiámque oſtenderis.Alapa ſeu pugillo cæſus es?expuit aliquis in faciem? Ea-
dem & dominus eſt paſſus . Nec enim ab expuentibus aut cædentibus faciem auertit . Ca-
lumniam pateris?& dominus.Tua laceratur veſtis?Et à domino quoque veſtis per vim ex-
tracta,& ſuper eam miſſæ ſortes.Nondum condemnatus es,nondum cruci affixus. Multa ti
bi toleranda , vt ad eius imitationem peruenias . Talia igitur,& horum ſimilia tibi ſuccur-
rant:mentíſque tuæ impetum ac iram compeſcant.Similes nanque præparationes & animi
diſpoſitiones,morſus cordis & impulſus facilè delebunt,& animi cogitationes in tranquil-
lum ſtatum deducent.Hoc enim eſt quod Dauid ait:Paratus ſum,& non ſum turbatus . O- I
portet itaque motus animi inſanos ac præcipites exemplo ſanctorum , ac beatorum præce-
ptorum memoria cohibere : quomodo magnus Dauid , & qua manſuetudine iniquitatem
Semei tulerit,non enim iræ locum dedit,in deum cauſam transferens,quoniam dominus,
inquit,Semei mandauit vt maledicat Dauid.Quamobrem cum audiuiſſet ſe virum ſangui
num & iniquum vocari,minimè ſuccenſuit,ſed tolerando ſeſe humilem reddidit, ac meri-
tam ſibi infligi contumeliam putauit.Ex quo duo tibi ad cuſtodiendam animi conſtantiam
Iræ antidotum. toleranda.Primum ne te rebus magnis parem dignúm ve iudices . Deinde neminem valde
infra tuam eſſe dignitatem ac ęſtimationem putabis. Sic enim animus nunquam ex iis quæ
nobis ex aduerſo inferuntur,indignabitur,aut magnopere dolebit.Graue profectò eum qui K
beneficium receperit,præter quàm quòd ingratus animo ſit, etiam maledictis dantem pe-
tere.Graue, inquam:Veruntamen hoc agenti grauius eſt malum quàm patienti . Ille male-
dicat:tu autem minimè mouearis.Gymnaſium tibi quoddam & exercitatio ad philoſophi-
am,verba illius ſint. Si enim nihil moueris integer es animo ac ſanus . Si verò aliquid ani-
mo pateris,ſaltem in te conde triſtitiam . In me turbatum eſt cor meum (inquit Propheta)
hoc eſt,non extra perturbationem animi oſtendi,ſed veluti quandam intra littus abruptam
vndam retinui.Sedabis itaque mentem latrantem & exacerbatam.Tecum in tui cordis re-
ceſſu,rationis tribunal verebere:quemadmodum pueri immodeſtum aliquid agentes , viri
venerabilis præſentiam vereri ſolent . Quomodo igitur iræ incommoda fugiamus ? ſi eam L
nullo modo mentem rationém ve occupare ſinamus ? Quamobrem ſi forte in cogitatio-
nem veniat aut cadat,eam ita retineamus,vt equum iugalem nobis ratione , vt freno quo-
dam obtemperantem,ac ordinem proprium nequaquam excedentem:& via ingredientem
qua à mentis recto conſilio dirigitur.Eſt enim pars animi iraſcibilis, nobis ad multa virtu-
Iræ officioſæ vtilitas. tis opera neceſſaria.Quando veluti miles quidam apud ducem arma ſumens, paratus eſt e-
ius iuſſu auxilium præbere : ſic iracundia rationi adiutrix contra peccatum fuerit . Neruus
eſt animæ quidam indignatio,fortitudinem conſtantiámque,ac robur ad res bene & ordi-
ne agendas præbens : quæ animam forte voluptate delinitam ac laſciuientem , veluti ferro
quodam cohibens auſteriorem fortiorémque ex molli ac remiſſa reddit . Nec enim ſi con-
tra iniquitatem deſit indignatio & ira ſatis eam odio quo decet perſequi poteris.Quamob- M
rem ſic exiſtimo, æque circa diligendam virtutem ſtudium habere , atque aduerſus vitium
odium retinere oportere.Ad quod maximè vtilis indignatio : quoniam veluti canis paſto-
ri,ſic ira rationi obediens,mitis quidem ac manſueta iuuantibus eam , & à ratione reuoca-
bilis erit . Nam canis ad vocem & aſpectum alienum toruus & agreſtis , etiam ſi palpari ſe
videat:notos verò,& amicè alloquentem timere admodum ac vereri videtur . Ira ſimiliter
optima eſt,& commenſurata iracundiæ,opitulatúrque animæ prudenti . Inſuper cum inſi-
dioſis non facilè conciliatur , aut conſuetudinem habet . Nullam denique beneuolentiam
erga ea quæ nocent,retinet:ſed aduerſus voluptatem inſidiantem , veluti lupum quendam
allatrare



A allatrare continuò videtur.Sic itaque ex ira viris prudentibus vtilitas capitur . Sed & alia-
rum potentiarum quælibet,ex modo ea vtentis & eam poſſidentis , bona vel mala dicetur:
Vt animæ concupiſcibilis parte ſi quis in corporis voluptatem , & impuriſſimas actiones a-
butetur,abominabilis profectò & nefarius fuerit.Si quis verò illam in die ac domini noſtri
Ieſu Chriſti charitatem,& ſempiternorum bonorum deſiderium conuertet,felix ac beatus.
Similiter & de parte rationali dicendum . Si recte quis hanc tractauerit,prudens erit & ſa-
piens.Si verò contra mentis ac rationis acumine proximis incommodum pariat , vafer &
aſtutus,& malignus iure dicetur.Quamobrem fratres dilectiſſimi , nolite obſecro ea quæ à
ſummo deo , & omnium autore ad ſalutem conceſſa ſunt , occaſionem peccatorum nobis
B ipſis facere.Sic itaque ira quando oportet,& vt oportet ex ratione diſpenſata,fortitudinem
patientiámque ac conſtantiam parit:præter vero rectam rationem tractata,furor & inſania
efficitur.Idcirco nos Pſalmus admonet.Iraſcimini,& nolite peccare Ipſe nanque dominus
in euangelio illum qui temere fratri iratus fuerit , reum iudicij facit . Illum vero qui tan-
quam pharmaco ad ea quæ oportet ira vtitur,minimè condemnat.Dicitur nanque,Ponam
inimicitiam inter te & ſerpentem.Et rurſus:Hoſtes ſitis Madianitis . Docentis verba ſunt, Moſi irati exemplum.
vt ira veluti armis vtamur.Ideo Moſes omnium hominum manſuetiſſimus,vituli idolola-
triam damnans , Leuitarum manus in cædem fratrum armauit . Vnuſquiſque, inquit, ve-
ſtrum gladium ad latus teneat,& tranſite à porta in portam,& flectite per circuitum caſtro
C rum,& ſuum quiſque fratrem interimat,& quilibet proximum ſuum.Et Paulo poſt ait Mo
ſes:Veſtras hodie manus deo conſecrâſtis , quilibet in filio ſuo & fratre ſuo , vt detur vobis
benedictio.Quid Phinees iuſtum reddidit?Nonne iuſta contra fornicantes ira , qui alioqui Phinees zelus Samuel.
mitis ac manſuetus exiſtens,poſt quam ſtuprum Zambri & ſcorti Madianitis palàm in po-
pulo vidit,adeóque impudenter admiſſum,vt nec tam turpe ſpectaculum occultari vellet:
minimè tam indignum facinus paſſus , ira vt oportebat vſus , protinus vtrumque trucida-
uit . Samuël autem Achab regem Amalech à Saule contra mandatum domini ſeruatum,
nonne iuſta ira in medium trahens occidit . Sic itaque fit ira ſæpenumero bonarum actio-
num miniſtra.Helias vero Zelotes quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis ſacer-
D dotes,& quadringentos viros ſacrorum nemorum,comedentes de menſa Iezabel, iuſta ſa-
pientíque indignatione in totius Iſraël vtilitatem,vt morte mulctarentur effecit.Tu autem
fratri tuo ſine cauſa iraſceris.Quomodo enim non ſine cauſa?Cum ſit alius qui inſtigat dæ
mon , & alius qui inſtigatur homo,cui tu maledicis : ſimile quoddam canibus admittens,
qui ſaxa mordere ſolent,quando iactantes attingere non valent. Inſtigatus enim ac incita-
tus , miſericordia profectò dignus eſt . Qui vero incitat, odio maximo eſt inſectandus . In
hunc igitur iram transfer hominum interfectorem , mendacij patrem, peccati miniſtrum.
Fratrem vero in te peccantem miſerabere . Nam ſi in peccato vſque in extremum durabit,
cum ipſo dæmone æterno tradetur igni . Sicut autem differentia nomina ſunt indignatio-
E nis & iræ,ſic & ab ipſis ſignificantia plurimum inuicem differunt . Eſt enim indignatio ſti- Differentia inter indignationem & iram.
mulus quidam breuis ac ſubitus,acutúſque paſſionis vapor . Ira vero permanens ac diutur-
na triſtitia,aptáque ſeſe otioſe vlſciſci,veluti libido quædam ſe vindicandi. Animaduertere
itaque opus eſt,quòd vtroque modo & affectu homines delinquant, vel furore ſubito con-
tra iritantes commoti,vel per dolos & inſidias eos à quibus patiuntur iniuriam circumue-
nientes,quæ ambo nobis omnino cauenda . Quomodo autem ob hanc animi perturbatio-
nem in ea quæ minimè deceant non incidemus ? Quomodo inquis?Si te demiſſum humi-
lémque omnino gerere poteris:vt edoctus fueris,quod dominus Ieſus & verbo præcepit &
re oſtendit inquiens:Qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit omnium poſtremus . Item pul-
ſatus æquo animo ac manſueto cædentem tulit.Rector enim cœli terræq; dominus, ab om-
F ni ſpiritu creatura adoratus,omnia ferens verbo virtutis ſuæ,illum non protinus vt poterat
ac fas erat terra dirupta ad infernum impiis paratum demiſit:verum humili ac miti reſpon
ſo facilè docuit,quales eſſe oportuit laceſſitos.Si male locut[9] ſum,inquit, teſtimonium per-
hibe de malo : ſi autem bene,cur me cædis ? Si enim ex dominico præcepto omnium vlti-
mus eſſe aſſueueris,quonam modo maledictis præter dignitatem prouocatus ægre ferre aut
reſpondere poteris?Nam ſi paruus puer verbis te contumelioſis peteret,occaſionem tibi po
tius ridendi daret.Quod ſi phreneſi captus,& ſenſu excidens verba vitæ incompoſita & ſtul
ta,minimèque vera dicat,miſericordia potius quàm odio dignus erit.Non igitur verba ſo-
lent triſtitiam mouere , ſed ſuperbia aduerſus eum qui nos vituperat , & vniuſcuiuſque de
ſeipſo

ſeipſo phantaſia. Quod ſi horum alterutrum menti tuæ exemeris, inanes quidam ſonorum G
ſtrepitus erunt quæ ab aduerſario dicentur. Quamobrem iram omnino ſedabis indignatio-
nêmque, ne iram illam quæ de cœlo ſupra omnem impietatem & iniuſtitiam hominum re-
uelabitur, experiare. Si enim animo ſapienti amaram indignationis radicem extirpare po-
teris, multa cum hoc principio perturbationum ſemina facilè extingues. Nam & dolus, &
ſuſpicio, & infidelitas, & malignitas, & inſidiæ, & audacia, & omnia his ſimilia, huius vitij
germina ſunt atque appendices. Itaque fratres amantiſſimi, ne obſecro tantum nobis ma-
lum inducamus, animæ morbum, rationis tenebras, à deo alienationem, obliuionem fami-
liaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem peſſimum noſtris
animis innatum, incolam quendam impudentem, noſtra interiora poſſidentem, deniq; ſan- H
cti ſpiritus iter ad nos impedientem. Vbi inimicitiæ ſunt, contentiones, indignationes, ſe-
ctæ, noſtris animabus perpetuos generantes tumultus, ibi ſpiritus manſuetudinis haud re-
quieſcit. Quamobrem beati Pauli monitis obtemperantes, omnem à nobis indignationem,
ac clamorem cum omni malitia abiiciamus, ac inuicem boni & miſericordes exiſtamus:
expectantes beatam ſpem manſuetis omnibus promiſſam. Nam beati ſunt mites, quo-
niam ipſi terram poſſidebunt, In Chriſto Ieſu domino noſtro: Cui gloria & imperium
in æterna ſecula, Amen.

## DE INVIDIA. I

BOnus eſt deus, & bonorum iis qui digni ſunt, præbitor. Improbus diabolus, & o-
mnimodæ improbitatis adminiſtrator: & vt bonum ſequitur innocentia animí-
que candor: ſic diabolum inuidentia. Caueamus itaque fratres amantiſſimi, in-
uidiæ vitium, ne ſocij geſtorum diaboli reddamur, & eodem cum ipſo condem-
nati iudicio reperiamur. Si enim ſuperbus in diaboli iudicium incidit, quomodo inuidus
paratam diaboli pœnam effugiet? Nihil enim mortalium animis inuidiæ perturbatione
perniciosius contingit: quæ ante omnia ipſi nocet autori: aliis verò quàm minimum. K
Quemadmodum enim venenum ferrum, ſic inuidia hos qui eam poſſident conſumit at-
que vaſtat. Magis autem, ſicuti viperas dicunt abrupto matris ventre naſci: ſic & inuidia
concipientem ſe animam corrodere ſimul ac tabefacere ſolet. Eſt enim inuidia dolor de
proximi proſperitate ac rerum ſucceſſu conceptus. Quapropter animo inuido nunquam
triſtitia, nunquam mœſtitia deeſt. Abundat proximi ager, domus bonis omnibus reple-
tur, ex voto denique eueniunt omnia, in roſa & viola viuenti. Cuncta hæc triſtitiæ dolo-
ríſque occaſionem inuido præbent. Ex quo nihil ab homine nudo, qui omnium iaculis
petitur, differre videtur. Fortis eſt aliquis, alius forma clarus, alius eloquentia, alius ani-
mi prudentia præſtat, alius in diuitiis liberalis facultates egentibus diſtribuit, laudem ex L
hominibus in iis quibus benignè facit maximam refert: hæc omnia maligni feriunt ani-
mum: quúmque mutire nihil audeat aut poſſit, ſimulat gaudium, ſecum tacitè rumpitur,
coràm hilaritatem præfert, intus verò ab inuidiæ malo perditur. Morbum interrogatus
manifeſtare, ſéque inuidum ac malignum accuſare omninò veretur. Non quòd fratris fœ
licitate angatur, aut amici gaudium lugeat, aut bonorum aliorum ſpectaculum non li-
benter ferat: ſed ipſorum ſucceſſum ſuam eſſe calamitatem ducat: hæc profectò ipſum fa-
teri oportebat, ſi verum loqui voluiſſet. Sed ex his nihil omninò retegere volens, mor-
bum in imo cordis receſſu eius abrodentem atque abſumentem viſcera mœſtus retinet. Igi-
tur talis nec medicum mali huius, neque medicinam ad id fugandum aptam inuenire po- M
teſt: quanquam curandorum ægrorum tot referti ſunt libri. Sed vnam tantum mali re-
quiem expectat: ſi quando cui inuideat, ruentem fortè aſpiciat. Hic finis odij, ſi miſerum ex
beato, infœlicem ex æmulo videat. Tunc demum fœdus cum eo iungit, amicus efficitur,
quando lacrymantem viderit, aut ſuos querentem caſus, libentiúſque lugentem miſeratur
& plorat, quàm gaudenti collætetur, aut applaudat. Fortunæ commutationem ſe dolere o-
ſtendit, non humanitate ſeu charitate commotus: verbis priora collaudans, ſed grauio-
rem proximo calamitatem ex horum memoria ac deſiderio faciens. Puerum filium poſt
mortem extollit, verbis ornat, quàm fuerit formoſus, quàm ingenioſus, quámque ad o-
mnia accommodus, cum viuo ne linguæ quidem rectum vſum dediſſet. Quòd ſi plu-
res in



A res in eandem concurrentes laudem conſpexerit, rurſus ſententiam mutans mortuo inui-
det. Diuitias item admiratur alienas poſt calamitatem amiſſas: formam quoque & robur
ac ſanitatem corporis, ſed poſt morbum laudat & effert. Et demum præſentibus rebus ac
ſaluis inimicus, pereuntibus verò amicus ac miſericors. Quid igitur hoc morbo pernicio-
ſius? Interitus vitæ, peſtis naturæ, aduerſa omnibus bonis ex deo venientibus, demum ipſi
deo contraria. Quid enim principem malorum dæmonem ad bellum aduerſus hominem
internecinum impulit? Nonne inuidia? per quam & deo aduerſarij palàm deprenſus eſt. Do
lens enim ob præclara dona homini conceſſa, quando deo nocere non valuit, ipſum inſidiis
petiit hominem. Eadem & Cain viſus eſt admittere primus diaboli diſcipulus, inuidiam &
B cædem ab eo edoctus: quas & Paulus ſimul iunxit, inquiens: Plenos inuidia, cæde. Quid igi
tur ille admiſit? Vidit ex deo honorem fraternum, & exarſit in inuidiam, atque eum qui ho
noratus erat à deo, occidit, vt irritaret deum, qui illum honorauerat. Cum enim impar eſſet
ad debellandum deum, in cædem incidit fraternam. Quamobrem fratres dilectiſſimi, inui-
diam fugiamus pugnę in deum magiſtram, homicidij matrem, naturæ confuſionem, ami-
citiæ ac familiaritatis expertem, calamitatem abſurdiſſimam. Quid miſer homo angeris ni-
hil mali paſſus? quid cum eo contendis, aut quid eum petis in bonis quibuſdam exiſtētem,
qui de tuo nihil detrahit aut minuit? Si verò beneficio quoque deuinctus obtrectas, inuides,
maledicis, malè cogitas, nonne vides te contra tuum commodum contendere? Talis pro-
C fectò Saul erat, cui beneficiorum magnitudo cauſa fuit, vt aduerſus Dauid inſurgeret. Pri-
mum quidem eius admirabili diuinaq; muſica, à maniæ morbo liberatus, haſtam in eum
intentauit. Deinde cum ipſe cum ſuo exercitu ex inimicis ſeruatus, & à dedecore ex Golia
proueniente rurſus liberatus eſſet, nihilominus cum in triumphis ei puellæ obuiam ſaltan-
tes proceſſerunt, dantes victorię maiorem Dauid partem, atque dicentes: Saul percuſſit mil
le, & Dauid decem millia. Ob hanc ſolam vocem, & ob teſtimonium ex ipſa virtute ſubſi-
ſtens, primum hominem per ſeipſum interficere & inſidioſe amouere tentauit: Deinde exu
lem conſtituit. Neque ſic inimicitiæ finem fecit, ſed ad poſtremum contra ipſum tribus mil
libus turmis per loca deſerta exercitum duxit. Nec aliud belli cauſa, ſi quis roget fuiſſe appa
D ret, quàm Dauid rerum ſucceſſus & gloria, qui tanta alioqui manſuetudine fuit, vt illum in
media inſectatione & odij acerbitate, quum dormientem offendiſſet, interficereq; facilè
poſſet, incolumē dimiſerit. Seruatus ille nihilominus à viro iuſto, qui manus in ipſum in-
iicere noluerat, nihil melior ob beneficium factus eſt, ſed rurſus contra eum exercitum du-
xit: qui ab eo captus, atque iterum ſeruatus, & illius clariorem longè virtutem oſtendit, &
propriam acerbiorem eſſe perfidiam manifeſtauit. Inuidia igitur fratres dilectiſſimi, genus
eſt inimicitiæ intractabile quidem, ac admodum inſuperabile. Nam quum beneficentia eos
qui alioqui ſunt infeſti, reddat mitiores, malignum tamen & inuidum magis iritat, atque
ad odium acuit: quantóque magis fortuna creſcit, tanto ille maiori premitur dolore atque
luctu. Eis verò quibus deuincti beneficiis exiſtunt maximis, non ſolum ſe gratos eſſe reddē
E do non cogitant, ſed animo magnopere aduerſantur, & potentiam ac rem proſperam vide-
re non facilè ob inuidiam ferunt. Quam beſtiam immanitate morum non ſuperant? Quod
animal tam agreſte eſt, quod feritate non vincant? Canes nanque educatione manſueſcūt,
leones obſequio tractabiles fiunt: inuidi tantum officiis agreſtiores euadunt. Quid, quæſo,
Ioſeph ex ingenuo ſeruum fecit? nonne fratrum inuidia? Hic & admiratione digna huius Ioſeph fratres.
morbi prauitas ac duritas. Verentes enim illi ſomniorum exitum, ſeruum fratrem fecerunt,
veluti quem nunquam in ſeruitutem venientem adoraturi eſſent. Quanquam ſi vera ſom-
nia futura erant, quod remedium, vt quæ à deo iam erant conſtituta, non euenirent? Si au-
tem falſa, quid opus fallenti ac decipienti fuit inuidere? Sed ex diuina hoc contigit proui-
F dentia, vt aſtutia illorum inuerteretur. Per ea enim, quibus impedire ſe diuinum conſilium
putauerunt, paulò poſt illud ad exitum deduxerunt ac promouerunt. Niſi enim venditus
fuiſſet, nunquam in Aegyptum veniſſet, nunquam ob pudicitiam in inſidias impudicę mu
lieris incidiſſet, nunquam in carcerem coniectus fuiſſet, nunquam Pharaonis miniſtris ſo-
cius eſſet factus, nunquam denique ſomniorum coniector fuiſſet, vndę Aegypti imperium
eſt aſſecutus, & à fratribus propter rei frumentariæ inopiam ad ſe venientibus adoratus. Sed Iudæorum inuidia.
ad magnam illam inuidiam in rebus maximis verſantem tranſeamus, quam Iudæi per inſa
niam aduerſus ſeruatorem noſtrum oſtenderunt. Quamobrem tantis eſt petitus inſidiis?
Ob magna eius prodigia. Quænam hæc erant? Salus ſupplicum ac miſerorum: paſcebantur
eſurientes

eſurientes, & qui paſcebat oppugnabatur. Reuiuiſcebant mortui, & autor vitæ inuidiam G
ſuſtinebat. Dæmones fugabantur, & qui eis imperabat inſidiis petebatur. Leproſi curabãtur,
claudi ambulabant, ſurdi audiebant, cęci videbant: & is qui hæc beneficia conferebat fuga-
batur. Et demum vitę munus tribuentem ſupplicio affecerunt, liberatorem hominum fla-
gellis cæciderunt, mundi iudicem condemnauere. Sic itaque inuidiæ mala vſque ad omnes
penetrauerunt, quibus ſolis armis euerſor vitę noſtræ diabolus à mundi initio vſque ad ſe-
culi conſummationem omnes homines ferire, ac ad interitum deducere contendit. Nec
mirum, vt qui per inuidiam ac ſuperbiam cecidit, noſtra item pernicie gaudeat, noſq; eiuſ-
dem vitij ſpiritu configere ac peſſundare cupiat. Sapiens profectò fuerit quicũque cum in-
uido minimè congreditur aut conuerſatur, nec etiam in eadem eſſe cum eo menſa ſtudet, H
quòd ex conuictu reliquæ vitæ commercia vitari facilè nequeunt. Quemadmodum enim
ardentem ſyluam aut materiam nobis cura eſt procul ab igne ſubmouere: ſic opus eſt (quo-
ad fieri poſſit & liceat) inuidorum cõuerſationes à noſtra amicitia repellere, vt extra eorum
venenatas ſagittas ſecurius agamus. Neque enim poſſibile eſt vt hoc malo implicemur, niſi
illi familiaritate coniuncti fuerimus. Quoniam ex Salomonis ſententia: Zelus hominis ex
ſocio ipſius. Et profectò ſic res habet. Non enim Aegyptio vir Scytha inuidebit, ſed ſuæ gen
ti quilibet: & in eadem gente, non ignotis, ſed familiaribus & vicinis, & eiuſdem artis ho-
minibus, aut alia de cauſa coniunctis, & his denique coęuis, cognatis, & fratribus. Et omni-
nò vt erugo frumenti eſt vaſtatio, ſic inuidia amicitiæ peſtis. Illud autem in hoc malo lau- I
dauerit quiſquam, quòd inuidus quantò in proximum vehementius mouetur, tantò ſibi-
met maius parit incommodum. Quemadmodum ſagittæ magna vi emiſſæ, ſi in durum ali
quid ac reſpuens inciderint, in emittentem facilè redeunt, ſic inuidia proximis triſtitiã ne-
quaquam affert, tantum inuidenti officit. Quis enim vnquam in mœrore poſitus aliquod
propterea proximo incommodum intulit? Seſe ſolum vaſtat atque cruciat. Sed & qui mor-
bo huiuſcemodi ſunt affecti, longè peiores venenatis iaculis exiſtimantur: quòd illa per pla
gas virus inferunt atque nocent, & paulatim quod infeſtum eſt depaſcuntur: at inuidos exi
ſtimant nonnulli non ſolum rebus aliis, ſed oculis etiam officere incommodáque inferre.
*Inuidorum faſcinantes oculi.* Vnde & corpora vegeta pubeſcentium aliorúmue ætate formáque florentium proſperam K
habitudinem inficiunt atque debilitant: ſtatim vt ex eorum luminibus pernicie quadam
defluente àc contaminante videas contacta membra pulchra in ſiccitatem ac valetudinem
venire. Ego verò horum ſententiam dimittam, vt vulgò latam, ac per mulieres vetulas in
opinionem muliebrem ſubinductam. Illud autem dico, quòd dæmones oſores omnis boni
poſteaquam voluntates inuidorum deprehenderint ſibi eſſe conformes, illis prorſus ad ſuã
libidinem, atque ita & illorum oculis ad inſtrumentum, ac miniſterium propriæ voluntatis
abutantur. Non igitur horres te diaboli perdentis miniſterium facere, & malum: ſed malũ
ſuſcipis, per quod inimicus eorum fias, qui te nihil læſerunt, inimicus præterea dei boni, &
qui omnis eſt expers inuidiæ. Fugiamus ergo fratres intolerabile malum. Serpentis id eſt L
præceptum, diaboli inuentum, inimici ſatio, punitionis arrabo, pietatis impedimentum,
via ad gehennam, regni cœlorum priuatio. Nam & ipſo fatentur ore hoc vitium inuidi. A-
ſpectus illis eſt aridus & obſcurus, gena ſubtriſtis, ſupercilium demiſſum, anima ipſo morbo
ſuffuſa, prudentiam in dignoſcenda veritate ac rebus agendis minimè habens. Apud eos e-
nim nec actio ſecundum virtutem vlla eſt, nec vis orationis grauitate ornata, non gratia
comitata, non denique aliquid aliud honeſtum aut circumſpectum cõſpicitur. Sicut autem
vultures per multa quidem prata multa etiam amœna & odorata loca circumuolantes, ad
tabida & fæculenta loca feruntur: muſcæ quoque ſalubre ſi quod offendunt, prætereunt, ad
vlcera verò properant: Sic & inuidi vitæ ſplendorem ac rerum bene geſtarum magnitudi- M
nem minimè quidem reſpiciunt: manca verò & fragilia, & ſi quid erratum (vt quandoque
rebus accidit humanis) tantum obſeruant: hæc diuulgant, & per hanc tantum homines co-
gnoſci volunt. Quemadmodum maligni pictores, qui hominis imaginem vel ex contorta
nare vel tubere, aut membri cuiuſpiã mutilatione natura ſeu caſu inſita corpori, effingunt,
notabilémque reddunt. Iniquum profectò, id quod laudabile potiſſimum fuerit, alicuius
peioris gratia manifeſti occultare, & virtutem ex vicinitate vitij (ſi quod fortè reperitur) ca
lumniari. Fortitudinem audaciam potius appellat: modeſtum verò ſine ſenſu hominem: iu-
ſtum, immitem & nimium ſeuerum: prudentem, aſtutum: magnificum, vaſtum: liberalem
vt prodigum taxant: domeſticè frugalem auarum dicunt. Denique omnis virtutis ſpecies
in



A in vicina vitiorum nomina conuertunt, nuſquam calumnia rebus laudatis deficiente.
Quid igitur in accuſatione tantum huius mali finem orationis faciam? Sed hoc medium,
pársque curationis fuerit. Laboranti enim ægro morbi magnitudinem oſtendere, vt dignã
mali fugandi curam ſubeat: non inutile quidem, ſed hic eum dimittere, nec admodum cu-
randi remedium aliquod oſtendere, nihil aliud fuerit, quàm deſperãtem ac in morbo per-
euntem relinquere. Quid ergo faciũdum, vt hanc animi peſtem ab initio minimè quidem
patiamur, aut in ea fortaſſè affecti facilè liberemur? Primum quidem ſi nihil rerum huma- *Remedium contra inuidiam.*
narum magnum aut ſupra naturam exiſtimemus: non potentiam, non gloriam, non opes,
non corporis habitudinem proſperam: non enim in rebus fluxis bonum conſtituimus, ſed
B ad ſempiternorum & verorum bonorum participationem vocati ſumus. Itaque nec diues
æmulandus eſt propter diuitias, nec potens ob dignitatis ac magiſtratus culmen, nec fortis
ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem. Inſtrumenta ſunt hæc virtutis rectè
vtentibus, nihil per ſe veræ felicitatis habentia. Miſer igitur eſt qui his abutitur, non aliter
quàm qui in pugna contra inimicos enſem corripiens, in ſe ac interitum ſuum conuertit. Si
autem rectè & ordine à ſummo deo conceſſa tractauerit, denique ſi miniſter ac diſpenſator
fuerit, non ad propriam voluptatem voluptates cogendo, hic demum laudari magnoperè
ac amari dignus erit, quòd hominum ſocietatem diligat, & fraternam charitatem propriis
commodis potiorem habeat. Præterea ſi aliquem in diuinis excellentem ſermonibus, ac elo
C quia ſacra probè enarrantem, magnam quoque inde ex deo gratiam, & ex hominibus lau-
dem ſibi vindicantem conſpexeris, nullo modo ægrè feras, aut inuidia proſequaris, vt eum
tacere malis, ſi per gratiam ſpiritus ſancti quæ dixerit approbari laudariq; contigerit. Nam
& huius boni particeps per tui fratris pręceptionem & doctrinam traditam, tu quoque ſi vo
lueris proficere poteris. Deinde fontem quidem ſcaturientem nemo prohibet aut compe-
ſcit, nec ſolis ſplendentis lumina vllus obtegit. Nemo illis obtrectat aut ægrè feret, ſed quiſ
que ad proprium vſum atque commodum transferre conabitur. Sermonis verò ſpiritualis
pia corda fidelium ſancti ſpiritus gratia irrigantis auditum cum gaudio cur non ſuſtines?
cur non grato animo vtilitatem illius acceptas? Sed auditorum plauſus te offendit? & mal-
D les nec qui adiutus inde ſit, nec qui laudet quenquam eſſe? quam, dic mihi, excuſationem a-
pud iuſtum iudicem habebis? Igitur animæ bonum, natura quidem pulchrum exiſtimandũ.
Eum enim qui opibus, potentia, ſeu corporis viribus floret, diligere & omni ſtudio ample-
cti nos decet, vt pulchræ vitæ inſtrumentis vtentem, modo bene & ad communem vtili-
tatem, vt diuitias egentibus diſtribuat, corporis vires debilibus communicet: reliquam de-
nique facultatem non magis propriæ quàm alienæ ſeruire commoditati exiſtimet. Eum ve-
rò qui ita non fuerit animatus, magis miſerum quàm felicem, aut affluentẽ putari eſt opus:
ſi res huiuſcemodi vt occaſiones tantum ad vitia propriámque voluptatem retineat. Hoc
profectò operam dare fuerit, vt cum negotio & apparatu maiore pereamus. Si quidem opes
E iniuſtitiæ miniſtræ fuerunt, miſerum facient diuitem: ſi autem virtutis, minimè inuidiam
ſuſtinebunt, cum ex eis ad omneis communis veniat vtilitas, niſi quis tanta ſit malignitate,
vt ſibi etiam ac propriæ inuideat commoditati. Omninò autem qui res humanas rationi
ſubiecerit, & ad veram pulchritudinem laudémque ſe conuerterit, multum abfuerit ab eo,
vt in rebus terrenis & fluxis quenquam putet eſſe felicem & æmulandum. Qui verò ita fue
rit animatus, vt nihil vſquam humanum admiretur, huic procul dubio dominari inuidia
nullo modo poterit. Si quis verò ita gloriæ cupidus fuerit, vt omnes antecellere cupiat, nec
ſecundas facilè patiatur, maximam profectò occaſionem cauſámque inuidiæ dabit. Tu au-
tem frater deſiderium omne honorémque tuum in actione ſecundum virtutem vt re am-
pliſſima & nunquam deſitura conſtitue. Nec vndecunque aut qualibet diuitias coge, neu
F tandem ex rebus mundi huius gloriam quære. Neque enim iſta in te ſunt ſita. Sed iuſtus ſis,
ſapiens, prudens, fortis, & malorum pro pietate tolerans. Sic demum teipſum incolumem
ſeruabis, & in bonis longè maioribus claritatem habebis. Nam & virtus intra nos eſt, &
ab iis qui ob eam labores ſubeant apta poſſideri. Diuitiarum autem copia, forma corporis,
potentiæ faſtus intra nos nequaquam conſiſtit. Si igitur & maius bonum virtus eſt, ac ma-
gis per ſe idoneum ac ſuppeditans, & inconfeſſò apud omnes maiorem obtinet honorem:
hanc nobis omni ſtudio ſequendam cenſeo: quam ineſſe animis ab omni perturbatione præ
ſertim inuidiæ minimè purgatis, difficile admodum. Nonne vides quantum malum ſit ſi- *Simulatio.*
mulatio? & hæc inuidiæ fructus eſt. Nam morum & ingenij duplicitas ex inuidia plerunq;
hominibus

hominibus euenit. Quando in cordis receſſu odium retinentes charitatis ſpeciem ore præ G
ſe ferunt, non aliter quàm petræ ac ſcopuli marini: qui modica operti aqua magnum ac cæ-
cum non obſeruantibus inferunt malum. Cum itaque nobis inde vt ex fonte quodam fluat
ipſa mors, amiſſio bonorum, à deo alienatio, legis confuſio, & demum omnium in vita bo
norum euerſio: credamus Apoſtolo dicenti: Ne ſimus inanis gloriæ cupidi inuicem prouo-
cantes, inuicem inuidentes, ſed magis boni, miſericordes, donantes ac glorificantes inuicē:
quemadmodum deus nobis donauit, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperiū
in æterna ſecula, Amen.

H

# IN PRINCIPIVM PROVERBIORVM.

PRæclara eſt obedientię merces. Obediamus igitur bono patri certaminum præmia
nobis ex ſpiritus oraculis proponenti, qui nos inſtar venatorum in locis inuiis,
quaſi catuli cuiuſdam venatici indicio curſus noſtri experimentum vult capere.
Propoſuit autem nobis ad enarrādum parœmiarum principium. Quàm ſit autem
dictionis huius intellectus captu difficilis, cuiuis vel modicè illum aggreſſo notum eſt. Ve-
runtamen nihil de illius tractatione hæſitandum eſt, ſpem in dominum collocatam haben
tibus, qui nobis propter paſtoris noſtri preces ſermonē dabit in apertione oris noſtri. Tres I
omninò ſacros à Salomone tractatus nouimus exiiſſe. Hunc in primis Prouerbiorum, &
Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum. Quolibet autem propriam retinente materiam, cun-
cti ad hominum ſcripti ſunt vtilitatem. In primis Prouerbiorum liber inſtructio morum
eſt quædam, necnon animi perturbationum correctio. Denique vitæ in vniuerſum docu-
mentum, frequentes ac breues eorū, quæ ſunt agenda, continens præceptiones. Eccleſiaſtes
verò phyſiologiam attingit, nobisq; in hac vita vanitatem palàm oſtendit. Vt in iis quæ ci-
tò prætereunt minimè ſit homini inuigilandum, neque item animi curas in rebus vanis col
locandum. Cantica canticorum animę perfectionis modum demonſtrant. Sponſi nanque
ac ſponſæ concordiam continent, hoc eſt, animæ cum deo verbo familiaritatem. Sed nos ad K
propoſitum reuertamur. Prouerbia Salomonis filij Dauid, qui regnauit in Iſraël. Prouer-
biorum nomen de eo quod vulgariter dicitur apud externos compoſitum eſt, & de illis ple
rūque quę in triuiis dicuntur. Oemos enim apud illos via dicitur. Vnde parœmia definitur,
verbum iuxta viam, vſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri po-
teſt. Apud nos verò prouerbium eſt ſermo vtilis, ſub vmbra figuráque idonea expreſſus: mul
tum & vſus & grauitatis complectens, in receſſu quoque multum altæ ſententiæ cōtegens.
Ex quo dominus: Hæc, inquit, in parœmiis locutus ſum vobis. Tempus venit, vt non iam
in parœmiis, ſed palam vobis loquar: quaſi ſermo prouerbialis apertam ac liberam dicendi
viam non habeat, ſed operimento quodam & ænigmate ac verbis aliis mentem atque ſen- L
tentiam narret. Salomonis igitur Prouerbia, hoc eſt, ſermones ad omnem vitæ viam exhor
tatorij maximéque vtiles ſunt. Appoſuit autem & autoris nomen, vt perſonæ ſplendore &
amplitudine auditorem facilius traheret. Autoritas enim doctoris acceptum ſermonem fa
cit, ac diſcentes attentiores reddit. Salomonis itaque Prouerbia ſunt, Salomonis, inquam il
lius, cui dominus dicit: Ecce dedi tibi cor prudēs ac ſapiens. Nec ſimilis ante te vllus eſt na-
tus, nec item poſt te vllus eſt tibi par futurus. Et rurſus: Dedit dominus ſapientiam ac pru-
dentiam multam Salomoni, & cordis effuſionem, ſicut arenam quæ eſt in littore maris: &
repletus eſt ſapientia Salomon, ſuper prudentiam omnium ante illum hominum, & ſuper
omneis ſapientes Aegypti. Sic itaque neceſſaria fuit nominis huius additio. Prouerbia Salo M
monis filij Dauid. Additur & patris nomen, vt planè cognoſcatur quemadmodum ſapiens
erat Salomon, ex ſapiente prophetáque patre, & ab ipſa infantia ſacras diligenter edoctus
literas, qui regno paterno non ſorte, nec vi aliqua ſucceſſit, ſed iure ac ipſius dei iuſſu volun
tatéque paternum ſceptrum ſuſcipiens, in Hieruſalem factus eſt rex. Neque hoc otioſum eſt.
Maximè quidem facit ad diſcretionem eorum qui eiuſdem ſunt cognominis: Poſtea ve-
rò etiam propter ſtructuram inſignis ac nominati templi poſitum eſt, vt agnoſcas il-
lius ſtructorem, ſimul & omnis eius vrbis diſpoſitionis ac legum & ordinationis au-
torem. Valde verò ad præcepta morum tradenda refert, eum qui ſcribit regem eſſe.
*Regum autoritas.* Si enim regnum eſt legitima poteſtas, manifeſtum quòd ex rege alioqui hoc nomine
digno



A digno, exeuntes vitæ præceptiones multum quidem apud omneis momenti habeant, ad
conſiderandam conſequendámque in communi bono vtilitatem, & non ad priuata com- *Tyrannus.*
moda reſpicientes. Hoc enim tyrannus à rege differt, quòd ille ſuaipſius quomodocunque *Rex.*
& vndecunque reſpicit ac tuetur: hic ſubditis conſulere tantum quærit. Ex hoc itaque libro
vtilia, qualia quantáve diſcentes volunt ac cupiunt, excerpuntur. Primum quidem in Pro-
uerbiis eſt nôſſe ſapientiam & diſciplinam. Eſt enim ſapientia diuinarum humanarúmque *Sapientia.*
rerum, & eorum, quæ rerum ſunt cauſa, ſcientia. Itaque præcipiendi modo theologiam tra-
dens, ſapientiam nouit, ſicut & bis Paulus dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos. Sa-
pientiam verò non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui abolentur, ſed loquimur
B ſapientiam in myſterio abſconditam, quam præuidit deus ante ſecula. Et qui in mundi con-
ſtitutione conditorem conſiderat, nouit & ipſe per mundi ſapientiam ipſum deum. Inuiſi-
bilia, inquit, ipſius per ea quæ facta ſunt, à creatura mundi intellecta conſpiciuntur, ſempi-
terna quoque virtus eius & diuinitas. Itaque nos ad dei ſapientiæ conſiderationem ducit,
cum dicit: Per ſapientiam deus terram fundauit. Item: Quando deus præparabat cœlum, a-
deram, & cum eo eram cuncta componens. Et ego eram, qua delectabatur. Nam hæc omnia
nobis ideo cum perſonæ fictione diſſerit, vt ſapientiæ cognitionem conſpicuam reddat. Et
illud omninò: Dominus creauit me initio viarum ſuarum, de ea ſapientia dei dicit, quæ mū
do innotuit, quæ tantum non voce per ea quæ viſibilia ſunt emiſſa à deo ſe factam eſſe &
non ſponte cœpiſſe proclamat. Tanta videlicet ſapientia iis quæ facta ſunt competit. Sicut
C enim cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum (narrat au
tem ſine voce. Non enim ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eo-
rum.) Sic ſunt quidam ſapientiæ ſermones ab initio genitæ, dum ipſa rerum creationi infu-
ſa ac permixta tacens clamare videtur ſui conditorem dominum, vt per ipſam ad veri ac ſo
lius ſapientis cognitionem facilè penetres. Eſt & quædam humana ſapientia, in huius vitæ
rerum experientia conſiſtens, ſecundum quam ſapientes dicimus artium quarumlibet vti-
lium ſcientes. Igitur hic noſter ad complectendam ſapientiam magnam libri partem ex-
hortando conſumpſit. Sapientia in exitu viarum laudatur, in plateis palàm prædicatur, in
ſummis mœnibus & arcibus collaudatur. Animaduertens enim quòd homines eam maxi-
D mè cupiunt & ambiunt, & quemadmodum omnes natura ipſius ſplendore attrahimur per
illius præconia mentes noſtras excitat ad eam omni ſtudio ac ſine pigritia conſequendam.
Vbique de ipſa ſermonem haberi dicit: In viis, in foro, in arcibus ciuitatis. Ideo portas, &
plateas, & mœnia dicit. Per exitus & plateas eius charitatem innuit. Per muros verò eius
vtilitatem, & ad omnem vitæ ſecuritatem ſuppeditationem. Volens nos denique illi fami-
liares reddere ac conciliare, ait: Sapientiam tuam eſſe ſororem. Et rurſus: Ama ipſam, & ſer
uabit te. Deinde communem eius vſum oſtendens, & quemadmodum omnibus æquè ex ea
commodum prouenit: Immolauit, inquit, ſuas hoſtias: hoc eſt, ſolidum cibum præparauit
iis, qui animi affectibus ob ipſam conſequendam ſeſe ſpoliarint: in cratere vinum ſuum mi-
E ſcuit, hominis mentem nimirum exhilarans. Cratera enim dicit communem ac vulgarem
bonorum diſtributionem. Ex quo æquè apud omneis facultas eſt ex ea, quantum quiſque po
teſt pro ſua portione hauriendi. Inſuper præparauit eius menſam. Omnia per emphaſim lo-
quitur, ac per corporalia nobis ſpiritualia demonſtrat. Cibum nanque animæ ſpiritualem
menſam appellat, ad quam altiſſima voce conuocat: hoc eſt, cum præceptis & inſtitutis ni-
hil humile, nihil abiectum habentibus. Qui ſtultus eſt, declinet ad me. Quemadmodum e-
nim ægri & debiles arte medendi vtuntur, ſic & ſtulti ſapientia indigent. Etenim melius
longè ipſam quàm argenti & auri theſauros mercari: longéque item pretioſior eſt lapidibus
pretioſis, & omne admodum pretioſum ipſa prorſus dignum non eſt. Eius quoque quod di-
F cit: Fili, ſi ſapiens fueris, tibi ipſi ſapiens eris, & proximo tuo, & iſtius: filio ſapienti quicquid
egerit proſperabitur, ſententiam planè tibi nôſſe licet, ſi otioſè dicta Salomonis de ſapientia
legeris. Quoniam verò in maleuolam animam non introibit ſapientia, purgat ante omnia
per diuinum timorem futurorum ſapientium animas, ac ſapientiæ conciliat. Verba enim ac
myſteria ſalutis in quemuis ſine diſcrimine iactare, & omnes æquè ad hunc theſaurum re-
cipere, nec vitæ moribus purgatos, neque ratione prius & ordine diligenti vtentes haud a-
liter fuerit, quàm in ſordidum vas vnguentum fundere pretioſum. Quamobrem initium
ſapientiæ timor domini dicitur: animæ verò purgatio timor domini ſecundum prophetæ
preces ac deſiderium, dicentis: Confige timore tuo carnes meas: quia ſcit vbi timor inhabi-
P tat, quòd

tat,quòd ibi omnis animæ reſideat mundicies,omnis iniqua noxiáque actio fugetur,mem- G
bris corporis ad enormes actus moueri (quòd timore quaſi quibuſdam clauis confixa ſint)
nequeuntibus . Sicut enim qui clauos corpori infixos habet , doloribus preſſus non facilè
quicquam agere poteſt:ſic dei timore confectus non oculo vti præter decorem, non manus
ad nefarias mouere actiones,non denique paruum aliquid aut magnum contra officium a-
gere poterit,quaſi mœſtitia quadam minarum ac ſuppliciorum expectatione vinctus atque
oppreſſus . Impuros autem ac vanos hic noſter Salomon à diuinis omninò arcet præceptis
ac diſciplinis,dicens.Qui ſine timore ſunt,in portis morabuntur.Et iterum:Quæretis apud

De timore domini.

reprobos ſapientiam,nec inuenietis.Et rurſus:Quærent me improbi,nec inuenient. Non a-
lia de cauſa,niſi quòd diuino timore minimè ſunt purgati.Itaque ad ſapientiam ſuſcipien- H
dam acceſſurus,prius ſalutari metu animam à noxiis purgatus cogitationibus accedat.Ma-
nifeſtum fit igitur nobis & alterum bonum ex Prouerbiorum doctrina , videlicet timoris
habitus nobis per ſapientiam infuſus.Alterum erat præceptum : Nôſſe diſciplinam . Eſt au-
tem diſciplina , inductio quædam vtilis , quæ ſæpe cum labore vitiorum maculas purgat.
Quæ quidem in præſentiarum non videtur eſſe gaudij,ſed mœroris: verum poſtremò fru-
ctum ſalutarem & quietum per ipſam exercitatis facilè reddit . Hanc itaque diſciplinam
nôſſe non cuiuſlibet eſt mentis:quoniam multi res duras tolerare deſperantes , exitus ac e-
uentus vtilitatem ob ignauiam & ignorantiam non expectant , ſed ad diligentiæ auſterita-
tem impatientes,in imprudentiæ tenebris ac infirmitate remanſerunt . Idcirco admiratio- I
ne dignæ ſunt iuſtorum voces,dicentium:Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira
tua corripias me.Non enim diſciplinam detrectant,ſed iram . Hoc nanque ſimile illi vide-
tur:Caſtiga nos domine,præterquàm in iudicio & ira.Itémque illi:Diſciplina domini ape-
rit aures meas.Quemadmodum enim parui pueri doctrinam deſpicientes ob ferulas flagel
láque,quæ magiſtri & pædagogi adhibere ſolent, attentius dictata ſuſcipiunt , & ipſe ſermo
ante plagas non auditur:poſt verbera doloréſque veluti ſtatim apertis auribus & auditu ex-
cipitur oratio, & memoria cuſtoditur . Sic accidit & iis qui diuina audiunt præcepta , & ad
ea ſeruanda ſe negligenter habent.Nam poſtquàm diſciplina eis inflicta eſt à deo,tunc quę
moleſtè ſemper illis inculcabantur diuina mandata,quaſi iam primum in aures ipſorum ca K
dant,ſuſcipiuntur . Hac itaque de cauſa inquit : Diſciplina domini aperit aures meas , quo-
niam diſciplina indocilem ac detrectantem corrigit atque admonet , vt Paulus planè facti-
tabat,tradens ſatanæ,veluti publico cuidam tortori & carnifici , vt erudirentur diſceréntque
que minimè blaſphemare.Rebellantem verò & calcitrantem reducit, vtpote de quo dictum
eſt , quòd poſtea captiuitatis ſuæ pœnitentiam egerit . Neceſſarium itaque noſſe diſciplinæ
virtutem , quantis illa rebus proſit . Hanc demum vtilitatem Salomon facilè conſpiciens,
admonet:Ne deſine paruulum inſtruere & caſtigare,quoniam ſi virga eum cæcideris , non
morietur . Nam tu quidem virga illum percuties , animam verò illius à morte liberabis.
Quis enim filius quem non inſtruat pater.Ipſa diſciplina apud eos qui rectè iudicant, mul- L
tæ eſt præferenda pecuniæ.Quamobrem clamat Salomon:Accipite diſciplinam & non ar-
gentum,vt in tempore tribulationis vel corpore laborante, vel rei domeſticæ incommodis
ſuperuenientibus,nunquam de deo malè cogites aut ſentias,ſed multa patientia eius plagas
ob ea quæ admiſiſti caſtigatus & admonitus ſuſcipias.Dic & tu ſi diſciplinam verè noſti,il-
lud:Iram domini ſuſtinebo,quoniam ipſi peccaui.Illud item : Bonum mihi quia humiliaſti
me.Qualis erat Paulus dicens:Quaſi caſtigati,& non mortificati.Item illud:Quum iudica-

Diſciplina duplex.

mur,à domino corripimur,ne cum hoc mundo damnemur . Quoniam verò doctrinarum
perceptio & intelligentia diſciplina etiam dicitur,vt de Moſe ſcribitur,quòd in omni diſci
plina & ſapientia Aegyptiorum eruditus fuerit.Non ideo quod omni ſanè doctrina imbu- M
tus fuerit,ſed vtili tantum,ad ſalutem idonea rectè vocabitur diſciplina inſtructus. Iam e-

Scientiæ vanæ.

nim & quidam geometriæ vacantes,quàm Aegyptij inuenerunt, vel aſtrologiæ , quæ apud
Chaldæos in pretio eſt:denique circa figuras & vmbras,& ea quæ in aëre verſantur, tempus
terentes,omninò ex diuinis verbis doctrinam eruditionémque neglexiſſe ac ſpreuiſſe inue-
niuntur. Sed & poëtica & rhetorica , & ſophiſmatum inuentio multos occupant , quorum
materia mendacium eſt.Nam neque poëtica,ſine fabulis conſiſtere poteſt: neque rhetorica
ſine arte dicendi:neque demum ſophiſtica ſine paralogiſmis . Quoniam igitur præ horum
ſtudio & veſtigatione dei notitiam contempſerunt multi,in rerum inanium perſcrutatio-
ne tempus conſumentes, neceſſaria eſt diſciplinæ rectæ cognitio , & ad veræ & vtilis diſci-





A plinæ vtilitatem eligendam,& ad eam quæ inutilis & vitioſa eſt,omninò fugiendam.Licet
& agnoſcere ſermones prudentiæ , ſi quis parœmiis diligenter attendat , & quæ illarum ſit
vtilitas ei qui non otioſe prudentiam complectatur.Poteſt enim illius vtilitas intelligi. Ma
litia, inquit, paruuli, ſenſibus verò perfecti eſtote . Prudentiam igitur vnam ex virtutibus
præclaris exiſtere palàm eſt,qua bonorum & malorum & indifferentium nos homines ſci-
entes reddimur.Prudens verò vtique prudentia per denominationem dictus eſt.Sed quan-

De duplici prudentia.

do ferarum prudentiſſimus ſerpens eſſe domini teſtimonio dicitur : Eſtote,inquit,pruden-
tes ſicuti ſerpentes:item prudens œconomicus iniuſtitiæ:manifeſtum quod duplex eſt pru-
dentiæ nomen.Vna quidem proprij commodi cuſtos,& alieni doli obſeruatrix,qualem ſer
B pens habet.Ille ſi quid periculi incurrere viderit,caput ante omnia cuſtodit.Ea videtur eſſe
verſutia illa,quæ prona eſt ad proprium commodum,& ſimpliciores defraudandos . Quali
prudentia fuit ille ſeculi prudens & iniuſtitiæ œconomicus apud euangelium: Vera autem
prudentia,eorum quæ agenda & non agenda ſunt cognitio eſt:quam ſi quis ritè ſectatus fue
rit,nunquam ab officio virtutéque abſcedet,nunquam vitiorum peſtem incurret.Igitur qui
prudentiæ ſermones cognoſcit , ſciet nonnullos ſophiſmata captionéſque obiicere , quoſ-
dam verò nobis quæ ſunt circa vitam meliora monſtrare . Vt bonus trapezita quod bonum
fuerit retinebit,& ab omni ſpecie mala abſtinebit.Ipſa nanque prudentia ædificanti domũ,
fundamentum ſupra petram locare,hoc eſt,in Chriſti fide fundare largietur , vt per imbres
C & ventos & fluuiorum incurſus immobilis firmáque permaneat . Per huiuſcemodi autem
parabolæ verba nobis oſtendit dominus,quemadmodum in laboribus atque periculis cum
diuinitus nobis tum humanitus immiſſis,conſtantes ac firmi ſimus:docétque ea quæ nobis,
hoc eſt,noſtræ ſaluti ſunt neceſſaria minimè negligere,ſed ad tempus vitæ viaticum proui
dere ac præparare:cordis demum puritate ſponſi aduentum expectare.Prudẽtes,inquit,vir-
gines quòd oleum in lampadibus habuerunt,ſumptóque illo obuiam ſponſo exierunt.Stul-
tæ autem quòd minimè paratæ fuerunt,quamobrem & à ſponſi gaudio congreſſúque repul

De prudentia ſophiſtica & fucata.

ſæ ſunt.Vt autem de ſophiſtica prudentia dicamus,ſatis videmus quid ſit verba contorta fu
catáque recipere.Sermo autem verus & ex mente procedẽs ſana,ſobrius ac ſimplex eſt vni-
D formis item:præterea ſemper eadem,& de eiſdem vbique dicens.Varius verò & artificioſus
multum & circumuolubilitatis & apparatus habens mille figurat atque innectit inuolucra:
ad ea tantum fictus quæ congredientibus ac colloquentibus placent.Verùm vt arti huiuſce
modi illiúſque abiectis reſiſtere probè valeamus , magnum Prouerbia præſtant adiumen-
tum:quoniam quicunque hæc attentius audiuerit , & illorum monita diligenter acceperit,
tanquam rerum experientia munitus hæc ſophiſmatum contorta excipiet illæſus:nec ab eis
perſuaſus,neque propterea à veritate diſcedens.Quando enim aliter res natura ſe habeat,a-
litérque de his verba ſuadere videntur,conuerſio quædam , magis autem peruerſio verbo-
rum à veritate contexitur,vt quod verè non exiſtit , verborum vertigine quadam ad deci-
E piendos aſtantes oſtendatur.Quemadmodum enim lepores vulpéſque canibus aliam cur-
ſus monſtrantes viam,aliam conuerſi tenent:ſic huiuſcemodi orationis inuolucra ſpiritua-
lis doctrinæ ſimplicitatem ac viam detorquent . Strophæ quædam ſunt falſæ ſcientiæ obie-
ctiones.Exercitati nanque & eruditi in arte dialectica in vtránque partem diſſerendo per-
ſuaſione ſophiſmatum veritatis ſenſum peſſundant : Recipit attamen huiuſcemodi verbo-
rum contorta ille,qui in his fuerit inſtitutus Prouerbiis.Et ſi quandoque problemata ęquas
vtrinque probationes habentia inuenit, in quibus difficilis interdum veri ac veriſimilioris
inuentio fuerit,ſi in Prouerbiis exercitatus exiſtat,minimè mente confundetur, etiã ſi cum
quibus diſſerit verbis pugnare,ac pares ex æquo epicherematum plagas contrà inferre vide-
antur.Suffragatur & Prouerbium ad veram iuſtitiam cognoſcendam . Quoniam verò iu-
F ſtitiæ habitus eſt,qui pro dignitate cuique ſuum diſtribuit,difficilis eſt hæc inuentu aut co-
gnitu:partim quod deficiente prudentia non cuique pateat quod ſit æquum , partim quod
animo perturbationibus & affectibus humanis occupato rectum obſcuretur:quando & pau
peres deſpiciunt:potentes verò viros & iniuſtos minimè redarguunt . Quamobrem liberis
Prouerbiorum diſcipulis ſuis ſe veram iuſtitiæ notitiam daturum pollicetur . Et quoniam
plures ex multitudine & vulgo laudem quærentes,re quidem iniuſtitiam atque auaritiam,
vt ſibi commodam ante omnia ſectantes, verbo autem atque oſtentatione ius fáſque & æ-
quitatem admirantur . Hos itaque is qui Prouerbiis huiuſcemodi inſtructus fuerit, minimè
ignorabit,ſed cognoſcet quæ ſit vana ac falſa,quæ vera & ſincera iuſtitia. Quoniam autem

quidam extra fidem ſapientes multos de iuſtitia faciunt,ac comparant ſermones,ac illis o- G
mni ſtudio perſuadere contendunt,qui recto huius præceptionis conſilio non ſunt muniti,
liber hic ita veram promittit docere iuſtitiam,vt illorum ſophiſmata illæſi prætereant. Sed
& gentium leges ac mores multam inter ſe differentiam habentes, illorum prorſus mentes
confundunt,qui iuſtitiæ diligentem rationem minimè comprenderunt. Quidam enim po
puli patrem necare fas putant. Alij verò ab omni cæde abhorrent. Sunt item qui pudicitiam
maximè colunt.Nonnulli verò & matribus,& filiabus,& ſororibus commiſcentur. Deni-
que plurimi patrio & antiquo more detenti in rebus agendis abominandum deteſtabiléque
minimè diſcernunt.Idcirco liber hic veram oſtendens iuſtitiam homines ab animi pertur- H
bationibus liberat atque purgat.Eſt autem iuſtitia quædam inſita innatáque nobis,æqui di-
ſtributio. Quòd ſi non ad eius perfectam peruenimus notitiam, ſit alioqui mens bona iu-
ſtáque, ex eo quòd intendimus & quærimus, minimè aberrabimus, nec à ſpe illam conſe-
Iuſtitia diuina. quendi decidemus. Eſt etiam cœlitus quædam à iuſto iudice deducta iuſtitia, partim cor-
rectiua, partim retributiua ob variorum in ea præceptorum conſiſtentium magnitudinem
ſimul & ſublimitatem, valde quidem cognitu difficilis. Hanc ego Pſalmiſtam putauerim
dixiſſe. Iuſtitia tua ſicuti montes dei. Salomon igitur hanc veram diuinámque iuſtitiam
pollicetur iis, qui in hoc Prouerbiorum libro diligenter ſe exercuerint. Rurſus autem quo-
niam peccatorum aliqua inuoluntaria ſunt, aliqua verò ex mente praua proueniunt: fit vt I
non ſit eadem in illis iuſti definitio. Ponamus enim iudicandam eſſe fornicationem, con-
ſtituamúſque fornicatrices duas. Vna quidem lenoni empta corpus vi coacta inquinabit:
Impudico enim poſſeſſa domino parere oportebit. Altera verò ſponte per voluptatem & li-
bidinem ſponte ſe peccato tradet. Nonne prima quidem faciliter veniam conſequetur,& ex
animo prauo ſecunda iudicabitur? Item è duobus alter peccauit,quòd ab initio ab iniquis pa
rentibus malè fuerit educatus,verbíſque ac factis mala conſpexerit exempla:alter verò mul
ta ad virtutem facientia & liberum iuuantia arbitrium habebit educatus honeſtiſſimè,à pa-
rentibus omni diſciplina eruditus,à magiſtris diligenter inſtructus, diuinorum etiam præ-
ceptorum auditione legitimè imbutus,& vitæ cõuerſatione,& aliis munitus ſuffragiis,qui- K
bus anima ad virtutem facilè tendere ac aſpirare valeat. Deinde ſi in idem incurrat & ipſe
peccatum,quomodo non grauiores ante iuſtum iudicem pœnas dabit? Hic enim ſolis ſalu-
taribus ſubſidiis,mentibus noſtris infuſis,tantum accuſari poteſt,vt non rectè his vtens.Il-
le verò vt prodens omnem datam opem, & vt ob malam ab initio conſuetudinem in pra-
uam omninò diſtractus vitam. Quamobrem rectam verámque nôſſe iuſtitiam, magnæ cu-
iuſdam ſcientiæ perfectíque animi eſt,fortaſſè & promiſſionem habet,in iſtis parœmiis in-
ſtructum poſſe deinceps & ad theologiam ex arte cognoſcendam accedere. Vera nanque iu
De iudicio recto. ſtitia Chriſtus eſt,qui nobis ex deo factus eſt & ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & re-
demptio. Noſſe enim diligenter iuſtitiam,facit vt rem rectè iudicare poſſimus. Impoſſibi- L
le nanque non verſatum exercitatúmque in iuſti cognitione rem dubiam & in controuer-
ſia poſitam bene ac ordine dirigere. Neque ipſe Salomon niſi in hac iuſtitiæ ſcientia dili-
genter inſtructus fuiſſet, illud tam vulgatum de puero duarum meretricum iudicium tam
probè proferre potuiſſet. Quoniam enim ſine teſtibus hæc geſta erant,ad naturam cucurrit,
ac per ipſam quæ incognita erant inuenit, dum facilè inuenit: altera quidem ſine mœſtitia
pueri interitum admittebat: altera verò ob naturalem materni affectus amorem hunc do-
lorem caſúm ve minimè tolerabat. Igitur quiſque hanc iuſtitiam edoctus facilè ius fáſque
cuique pro dignitate reddet, ac rem ex æquo pulcherrimè iudicabit. Quemadmodum is
qui ſagittam tendens ad metam diriget, nec vltrà, nec citrà, nec vtrobique errando à via
propoſita excidet. Ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando perſonam accipiet. Noſcet M
enim quod minimè ad rem faciet. Neque item prouocatione aut contentione aget, ſed re-
ctum ac minimè obliquum proferet iudicium. Quid? ſi duo inciderint iudicanda, alte-
rum quidem plus æquo habens, alterum verò minus: diligentis erit iudicis partes adæqua-
re, tantúmque ab eo qui plus habet demet, quantum illi cui iniuria fit deeſſe videbit. Qui
autem non rectè ambulauerit, neque veram hanc in corde iuſtitiam geſſerit, ſed aut pe-
cunia corruptus, aut propter amicitiam placere ſtudens, ſeu odio compulſus, vel etiam
potentia perterritus fuerit, nequaquam rem iuſtè ſanctéque cognoſcere poterit. Huic igi-
tur Pſalmus ait: Itaque ſi verè iuſtitiam loquimini,rectè iudicate filij hominum. Argumen-
tum nanque iuſti,affectus eſt in iudicando rectitudo. Quod idem in orationis proceſſu innu
ere videtur,



A ere videtur,dicens: Pondus magnum & paruum,abominatio apud deum ſunt vtraque, non
æquum circa iudicium,ponderum id appellatione prouerbij modo figurans. Ex quo non ſo
lum iudicantibus,ſed cunctis in omni vita rerum agendarum electionibus, huiuſcemodi
iuſtitiæ inſtructio vtilis admodum fuerit. Quoniam autem apud noſipſos iudicium quod-
dam naturale habemus, per quod ab iniquis bona facilè diſcernimus: neceſſarium nobis in
agendorum optione recta facere rerum diſcrimina,& quaſi iudicem quencunque,qui iuſta
ſit alioqui mente, res cogniturum contrarias, fauere virtuti oportebit,damnare autem vi-
tium. Verbi gratia: Inceſtus & pudicitia apud te iudicantur, & alta mens tua pro tribunali
ſedet. Ex vna parte voluptas inceſtui ſuffragatur,dei timor pudicitiæ aſſiſtit. Si igitur pecca
B tum condemnans virtutem ſuperare volueris, rectum rei iudicium conſtitues. Si verò ad
voluptatem propenſus,hanc duxeris potiorem, obliquum miniméque rectum facies iudi-
cium,reus ſanè factus vocis illius: Væh dicentibus amarum dulce,& dulce amarum: qui di-
cunt lucem tenebras,& tenebras lucem. Quoniam igitur ex ipſius Salomonis ſententia: Co
gitationes iuſtorum iudicia ſunt viro ſapienti,omninò ſatagendum erit intra cordis arcana
tribunal conſtituere, rectáque facere iudicia: mentem quoque velut in trutina ſuſpendere
ad ea quę conueniunt, & ad quodlibet agendum æqua lance librare. Quando ſingula dei
mandata contra aduerſantem ſibi malitiam coram te iudicium experiuntur,da legi diuinæ
contra vitium victoriam. Iniquum & æquum apud te iudicantur. Reſponde contra concu-
piſcentiam alienorum bonorum. Da vt vincat virtus. Contumelia & patientia inuicem pu-
C gnant? vitupera contumeliam, lauda patientiam. Odium item & charitas? Alterum procul
reiice,alteram verò videlicet charitatem,propriam,familiarémque tibi redde. Simulatio &
ſimplicitas,fortitudo & timiditas: prudentia & imprudentia,iuſtitia & iniuſtitia,temperan
tia & intemperantia iudicantur? Tunc denique in tuæ mentis receſſu iudiciorum rectitudi-
nem oſtende, & veluti in tribunali tibiipſi aſſidere mandatum dei faciens, monſtra te vitiũ
abhorrere, ac omninò ab eo eſſe auerſum, virtuti verò fauentem ſtudentemq;. Si enim in
rebus cunctis quas agis apud te potiora & meliora vincere permittas, beatus in die illa fue-
ris,quando deus occulta hominum iudicabit, vt teſtatur euangelium,cogitationibus corda
ſimul hominum accuſantibus & defendentibus: nec condemnatus diſcedes, verùm iuſtitiæ
D corona ornaberis,qua tu item virtutem in omni vita redimiueris. Quàm ampla tibi bona
conciliabit iſte Prouerbiorum liber, docens & veram ſeruare iuſtitiam,& iudicia rectè di-
rigere? Quid igitur vltrà pollicetur? Vt dem,inquit, innocentibus prudentiam, filio iuue-
ni ſenſum ac intellectum. Innocentiam autem duplicem eſſe nouimus. Prima eſt à peccatis De innocentia duplici.
alienatio,mente ac propoſito per longam bonorum exercitationem acquiſita,ac malitiæ ra-
dice penitus extirpata. Sic innocentis demum appellationem recipimus. Altera verò inno-
centia eſt,ignoratio mali quædam & inexperientia,ſeu ob ætatem ſæpenumero & iuuentu-
tem,ſeu etiam quod alicuius artis & vitæ rationem quandoque probè non tenentis,fraudes
E in ea rectè cauere non ſunt edocti. Verbi gratia: Puer adhuc paruus dolum,aut aſtutiam,aut
ſuperbiam minimè nouit. Rurſus nonnulli in agris tantum, & in rebus agendis minimè
verſati,mercatorum fallacias, iudiciorum ac fori cõtentiones,varias cautiones captionéſq;
ignorant. Huiuſcemodi innocentes appellare ſolemus, non quòd ex propoſito aliquo op-
tionéue à malo abſtineant,ſed quòd mali experientiam & habitum nondum contraxerint.
Innocens autem propriè eſt, qualis erat Dauid, dicens: Ego in innocentia mea ambulaui.
Omnem ex animo ſuo iniquitatem ſeſe in virtute exercendo fugiens, vt hęreditatis bono-
rum dignus haberetur. Quoniam dominus non priuabit bonis eos qui ambulant in innocẽ
tia. Is itaque confidens dicet: Iudica me domine, quoniã in innocentia mea profectus ſum.
F Et iterum: Iudica me domine ſecundum innocentiam meam, & ſecundum iuſtitiam meã.
Innocentem ergo te oſtendet morum & ſimplicitas & candor, qualis erat Iacob minimè fi- Iacob innocens.
ctus,habitans domum,hoc eſt, naturæ vtens ſimplicitate, nihil ex arte ſimulatum figura-
túmue retinens,hoc eſt,nullam in verbis adumbratam decipientémue faciem præ ſe ferẽs.
Innocentem itaque in hoc Prouerbiorum loco, non ex propoſito,ſed ignoratione videtur
accipere,quem nullus vſus aut experientia laudatæ aſtutiæ teneat. Docens illum vt natura- τὸν ἀπειρόκακον.
li ſynceritati etiam eam adiungat prudentiam, quam generat rerum experientia, & quaſi
armis quibuſdam pulchræ cautionis munitus, aduerſariorum inſidiis ſeſe tutum reddat.
Oportet enim exiſtimo virum perfectum,ad virtutem prudentem eſſe,ad vitium verò ſim
plicem ac purum. Hinc itaque,tanquam ex fonte quodam, innocentes ſalutarem probatãq;

aſtutiam hauriant. Vir enim aſtutus thronus eſt ſenſus. Et vir aſtutus mala illa, quę mẽtem G
ſubeunt, abſcondit, qui verò illorum deprehenſionem cuſtodit, aſtutior eſt. Eſt igitur aſtutia
actio animi cum attentione quadam, & arte, & ſtudio laudabili rerum omnium agendarũ.
Sicut & verſutia mali tantum ſtudium & operationem exprimit. Quoniam igitur aſtutus
vniuerſorum ſuſcipit actionem, & in cunctis etiam mala reperiuntur, aſtuti appellatio duo
ſignificat. Improbus quidem ſenſu, & arte in alienis vtitur damnis. Laudabilis verò citò ac
ſolerter bonum proprium veſtigans, dolos & inſidias alienas rectè cognoſcit atque euitat.
Quamobrem huic attende aſtutiæ nomini diligenter, & vt eam cognoſcas operam dabis,
ſecundum quam hic quidem è ſalubri propoſito probatus, in propriæ proximiq; ſalutis vſu H
verſatur. Alter verò condemnatus, quòd aſtutia ad perditionem proximorum vtitur, tan-
quam ſubſidio quodam, ad malum ſtudio illius abuſus. Plena eſt autem hiſtoria vtriuſque
aſtutiæ, qua vſi ſunt homines. Pulchra fuit admodum Hebræorum aſtutia Aegyptios deci-
pientium, ac pro opere ædificatarum vrbium præmium ſuſcipientium, demum materiam
ad condenda tabernacula ſibiipſis inueniẽtium. Collaudata item nutricum aſtutia illarum,
quæ mares Hebræos ſeruauere. Pulchra quoque aſtutia Rebeccæ, quæ modum diligenter
repperit, quo filius magnam ſuſciperet benedictionem. Raab meretrix pulchrè item callida
fuit: pulchrè & Rachel: hæc quidem quod exploratores probè ſeruauerit: illa quòd patrem
Rachelis purgatio. officioſè deceperit, & ab idololatria omninò liberauerit. Contrà verò improba aſtutia Iſraë
litas deceperunt Gabaonitæ. Vſus eſt aſtutia mala & Abſalon, qui æquitatis ſpecie ſubditos I
& rebellium multitudinem in patris perniciem coëgit. Reprenduntur & plures qui contra
dei populum aſtutia mentéque vſi ſunt praua. Quamobrem aſtutia in hoc libro in bonam
aſſumi partem ex eo deprendi licet, quòd ad hominum vtilitates, & ad animas ſimpliciorũ
cautas in omni actione reddendas, traditur atque præparatur. Si enim hanc aſtutiam Eua
ab initio habuiſſet, non tam facilè à ſerpentis inſidiis decepta fuiſſet. Innocentem itaque qui
omni verbo paratus eſt cum animæ periculo facilè credere, præſens doctrina confirmat,
veluti adiumentum quoddam ad vitæ negotia, ex aſtutia officioſa præbens vtilitatem. De-
inde conſiderandum eſt & hoc quomodo filio iuueni ſe dare ſenſum ac cogitationem di-
Homo duplex. cat. Quoniam, vt ait Apoſtolus, duplex eſt homo: vnus exterior, alter interior, tam ſecun- K
dum eum qui videtur, quàm ſecũdum eum qui in abſcondito eſt, neceſſe eſt vt pariter ob-
ſeruemus quæ vtriuſque concernunt ætatem. Dicere autem nuper natum puerum, ſenſum
extrinſecus accipere corporeum, nonne abſurdum fuerit? Nam qualem hic liber ſenſum da
re poterit, & viſus, & auditus, & olfactus, & guſtus, & tactus, qui ſtatim nobiſcum generan-
tur? nec ex doctrina vlla, ſed ex natura animal per hos conſtituente, ſunt inſiti. Non igitur
puerum ex corpore intelligendum, nec ſenſum quem pollicetur, vllum ex iis quos ſupradi-
ximus, putandum, ſed de interioris hominis ætate velle dicere exiſtimandum eſſe liquet. Di
dicimus enim in multis ſcripturæ locis & animam quandoq; puerili ſtatu eſſe, & aliam eſſe
vegetam, & aliam iam ſenem. Quod & Paulus rectè in epiſtola ad Corinthios docuit, qui L
parui admodum ſpiritu erant, quamobrem lacte indigebant: hoc eſt, ſimpliciore & iſagogi-
ca quadam euangelij doctrina, nondum cibum fortiorem ac ſolidum in præceptis retinere
valentes. Iuuenis enim admodum eſt ſecundum animam, qui ex omni virtutis parte ad
perfectum proficit. Spiritu feruens, ac circa pietatis præcepta omniúmque bonorum
promptitudinem vigilans, qui ab euangelio & violentus appellatur, & regnum cœlorum
rapere valens. Hunc item ad laudandum deum aptũ ſanctus ſuſcipit ſpiritus. Dicitur enim:
Iuuenes & virgines laudent nomen domini. Et apud Iohelem promiſſiones habẽt iuuenes,
quòd ſint viſiones viſuri. Senior autem ſecundum animam eſt, qui prudentia perfectus eſt,
qualis erat Daniel, quanquam corpore iuuenis, ſapientiam ac grauitatem omni canicie
præſtantiorem præ ſe ferens. Idcirco ei dicunt illi, qui erant pleni dierum malorum: Huc M
accede, ſede in medio noſtrum, nuntiáque nobis quomodo ſenioris ac presbyteri honorem
tibi dederit deus. Itaquę & hic puerum ſeu iuuenem per baptiſmi regenerationem, vt infan
tem & mente renouatum appellat, & per hunc ſtatum aptum regno cœlorum. Itaque huiu-
ſcemodi ſic nuper genito ſine dolo & fraude lac appetenti liber hic Prouerbiorum in eis
exercitato & ſenſum, & intellectum tribuit. Senſum quidem pręſentium, intellectum verò
futurorum. Eruditos nanque in rebus humanis, & ſenſu, & rerum experiẽtia claros reddit,
vt neque abſurdis voluptatibus quiſquam ſeruiat, neque vanam mũdi gloriam admiretur.
Adfert deinde & futuri ſeculi intellectum, illumq; fide promiſſorum quæ commemorat,
promouet.



A promouet. Sed quoniam ætatum differentias ad interiorem hominem traducimus, con-
gruum ſanè eſt, & ſenſuum nomina ad animæ vires etiam transferre. Itaque quando dicit: Auditus in ſacris literis
Meis verbis aures adhibe tuas, conſiderare nos oportet quòd animi obedientiam & facul-
tatem requirit. Quemadmodum & dominus: Quicunque, inquit, habet aures audiendi, au-
diat. Item: Sermo ſapiens in aurem obtemperantem. Idcirco per hoc & ſi qua ſunt ſimilia,
iuueni ſanum auditus ſenſum tribuit. Quando rurſus ait: Ne intenderis fallaciæ mulieris,
neque item tuos oculos ad eam attollas. Item: oculi tui recta reſpiciant, manifeſtum quòd Viſus.
puero quaſi animæ viſum largiatur. Cum verò admonet, fili mi comede mel, vt tuæ fauces Guſtus.
dulcedine compleantur, figuratè mel diuinam nominat doctrinam, vt ait Pſalmus: Quàm
B dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Per hanc monitionem ſpiritalem ani-
mæ guſtum inſtituens, de quo dicitur: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Hinc Tactus.
& tactus quidam procedit, ſecundum quod animam attingit ſapientia, amatorem ſuum
quaſi complexa. Ama, inquit, illam, vt te comprendat. Et rurſus Eccleſiaſtes: Tempus com-
plectendi, & tempus fugiendi complexus. Corpora nanque per complexus impuros conta-
minantur, anima verò per ſapientiæ complexum tota per totam ad ſeipſam vnita, ſanctita-
te ac puritate completur. Sic itaque ſenſum pueris præbet. Quomodo verò intellectum in-
dit? Quando ait: Diuitiæ te in die mala non iuuabunt. Iniicit ſanè tuo cordi illius diei con- Cogitatio.
ſiderationem, in qua nec facultatum multitudo ſatis erit, neque te ex æterna pœna libera-
bit. Vel quando dicit: Innocentes hæreditabunt terram: illam videlicet terram, quam &
C manſueti poſſidebunt ſecundum Pſaltem dicentem: Manſueti verò hæreditabunt terram.
Et ſecundum ſententiam domini: Beati mites (inquit) quoniam ipſi hæreditabunt terram.
Et rurſus, Gloriam ſapientes hæreditabunt. Huiuſcemodi nanque promiſſiones ad bono-
rum promiſſorum deſiderium animas excitant. Puero hunc dat intellectum: timorem
quidem eorum quæ peccatoribus deus eſt minatus, deſiderium verò eorum quæ iuſtis pa-
rata ſunt, quæ omnia ſapiens audiens, ſapientior erit. Magnam hic ſermo Prouerbiis poten
tiam præbet, quòd excellant ipſam ſapientiam ſapientum, & quòd maiora huius libri præ-
cepta promiſſaque eſſe oſtendit, quàm ea quæ communia traduntur eis. Aliorum enim ma-
giſtrorum diſcipuli rudes admodum: huius verò libri auditores ſapientes exiſtunt. Quoniã
D autem ſapientum nomen æquiuocũ eſt, & ſapientes huius mundi dicuntur, & vera ſapien-
tia ſapientes ij, qui Chriſtum per fidem rectam recipiũt. Sermo hic ſapiẽtiores facere polli-
cetur eos, qui extra hanc ſapientiam altero modo ſupradicto cenſentur eſſe ſapientes, ſi huic
doctrinæ vacauerint. Nam & rerum vanarum doctrinam ſpernent, & ad veritatem ſe om-
ni ſtudio & admiratione conuertent. Vel ad hunc modum dici poteſt. Quoniam multifa- Sapiens multifariam dictus.
riam ſapiens dicitur: quando videlicet ſapientiam appetit, & quando in ipſius eſt profectu
contemplationis. Poſtremò cum ad perfectum ipſius prouenerit habitum. Sapientes pa-
riter appellati qui iſta audiunt, tam qui ſapientiam amat, quàm is quoque qui iam in illa
profecit, ſapientior erit. Multa nanque diuina præcepta edocebitur, multa iam humana
E ediſcet, hoc libro variè partim vitium ex animo pellente, partim verò virtutem introdu-
cente. Linguam noxiam frenat, oculum impura tuentem corrigit, manus iniuſtas co-
hibere præcipit, otium inſectatur, vana deſideria cupiditatéſque caſtigat, prudentiam
docet, fortitudinem monſtrat, temperantiam commendat. His igitur inſtructus ſapi-
ens malis ex ſeipſo fortiter repugnans, boníque deſiderium maiore impetu quaſi quodam
naturæ conſenſu poſſidens, cum ex propria inclinatione ac motu ſapiens ſit, ob huius au-
ditionem doctrinæ ſapientior fiet. Deinde ait: Et intelligens gubernacula tenebit. Oportet
eum qui aliquam ſuſcepturus eſt artem, aptam facilémque ad eam obeundam naturam ha
F bere. Luctatorem robur & corpus vegetum. Curſu certantem, bonam membrorum diſpo-
ſitionem ac pedum pernicitatem. Gubernatorem verò mentis citum, acumen, & iudicium.
Quamobrem non facilè ad hanc artem omneis euocat hic ſermo, ſed tantum intelligen-
tem. Quid eſt autem gubernatio? Aut omnino ſcientia animæ circa inſtabilem rerum hu-
manarum naturam, quemadmodum ipſam regere oporteat. Sæpe nanque vitam hanc, &
aquas & mare appellatam inuenimus, vt in Pſalmo: Miſit ex alto & accepit me. Suſcepit
me de aquis multis. Palàm eſt quòd huius vitæ tumultum ac turbationem, aquas appellat.
Non enim ſecunda omnia, & quibus plerique delectantur, perpetuitatem firmitatémque
habent: ſicut nec triſtia ſemper durant. Verum cũcta humana, mobilitate quadam rerum
inexpectatæ viciſſitudini ſubduntur. Sicut igitur mare in eodem ſtatu conſiſtere non diu

poteſt. Sed quid vides tranquillum, paulò poſt ventorum impetu turbatum aſpicies quodq; G
horridum & vndis feruens ac tumidum, mox multa quiete conſiſtere videbis: ſic humanæ
res, facile vtrinque conuertuntur. Propterea gubernatoris & vſu & arte opus eſt, vt in vitæ
tranquillitate dum omnia ex animi ſententia procedunt, rerum mutationes commode
excipiat, & ne præſentibus, ita vt nunquam perituris conquieſcat, neu in rebus duris ſe
rurſus affligat aut deſperet: néue mœſtitia nimium conſternatus ſubmergatur, præcépsque
feratur. Neque enim aut corporis ſalubritas, aut iuuentutis vigor, aut domus felicitas,
ſeu reliquæ vitæ proſperitas, diutius permanere ſolet. Quapropter in hac vitæ tranquil-
litate exiſtens, expecta rerum quandoque malè ſuccedentium tempeſtatem. Veniet enim
morbus, veniet & paupertas, non ſemper poſt puppim flantibus ventis: ſed & circumſpe- H
ctum in cunctis, ac omnia verentem, ſæpenumero inexpectata & improuiſa adoriuntur:
quæ omnem felicitatem, veluti turbines circunſtantes & inexcogitati exaſperant: malo-
rúmque continuatio ſicut vndæ conſequentes, & inuicem ſurgentes exiſtunt: quæ tibi &
vitam infeſtant, & procellam metuendam intentant. Sed & hæc quandoque prætereuntia
ſedatáque, & ad hilaritatem, ac dulcem quietámque vitæ rationem mutata conſpicies. Hic
itaque prudens gubernator eſt, qui directo ac firmo naturæ propoſito, iis vtitur quæ acci-
dunt, idémque ac ſimilis ſibi perpetuo permanet: nec elatus in proſperitatibus, nec rurſus
in calamitatibus demiſſus. Sed & alia de cauſa, vtile quoque nobis gubernationis prouiden
tia fuerit. Nam & alios fluctus ac tempeſtates timendas animæ, inſurgentes ex carnis af- I
fectibus nouimus. Iræ nanque & timores, voluptates, & dolores, vt quædam violenta pro-
cella, in canis ſuperbiam irruentes ſæpenumero male curatam animam deprimunt. Opor-
tet itaque mentem veluti quendam gubernatorem animæ affectibus præſidentem, & vt
carnis nauigium regentem, ac cogitationes veluti temonem peritè vertentem, fluctus no-
xios generoſè conculcare. Præterea in ſublimi manentem, ac dominantem perturbatio-
nibus: nequaquam earum amaritudine, veluti marinis aquis compleri, ſed continuò pre-
cantem dicere: Libera me domine ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum, non me
demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat ſupra me profundum. Vis tibi aliam enarrem
nauigationem, ad quam gubernationis virtus nobis neceſſaria fuerit? Regnum cœlorum K
ſimile eſt homini mercatori. Omnes enim angelicam viam ambulantes, mercatores ſumus,
per opera mandatorum nobis poſſeſſionem cœleſtium negotiantes. Oportet igitur nos mul
tas ac varias cœleſtes diuitias cogere, ſi pudefieri in operis monſtratione nolumus: & acci-
pientes talenta, illud audire: Serue nequam & piger. Quamobrem ſuam quiſque & mercem
& theſaurum ſuſcipiens, omni ſtudio ſecurus, hanc vitam pertranſire conetur: Plures nanq;
ab ipſa iuuentute multa congregantes, inſtantibus deinde malignorum ſpirituum incita-
mentis, tempeſtatis onus, arte gubernationis deficiente, ferre non valuerunt, ſed omnium
iacturam fecerunt. Ex quo circa fidem alij naufragium fecerunt. Alij autem pudicitiam,
quam vſque à pueris theſaurizauere, voluptate deinde peſtilenti, veluti procella quadam ir-
ruente perdiderunt. O miſerabile ſpectaculum, ô ſortem lugendam poſt ieiunia multa, poſt L
durum vitæ genus, poſt longas ad deum preces, poſt vberes effuſas lachrymas, deniq; poſt
annorum viginti ſeu triginta abſtinentiam, ob indulgentiam inconſiderantiamq;, nudum
omnibus, ac tot laborum mercede priuatum reperiri, & ſimilem omninò fieri mercatori
cuidam diuiti, qui de multitudine commeatuũ gloriatus, vento ſecundo nauem impellen-
te, timendas tuto per mare currens præterit procellas. Naufragio deinde prope portum ſu-
perueniente omnium poſſeſſione aceruatim ſimulq; deſtitutus apparet. Itaque mille labo-
ribus ſudoribúſque parta vno tantum dæmonis impulſu facilè amittes, peccato velut acer-
bo quodam turbine depreſſus. Ex quo ſic de virtute omni ſimul periclitanti naufragantiq; M
opportuna vox illa: Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me. Quamobrem vi-
tæ clauum tutò moderare, oculum rege, ne per eum, ſiue auditum, ſiue linguam, in con-
cupiſcentiæ fluctus incidas, aut noxium aliquid accipias: ne aliquid eorum quæ tacen-
da ſunt loquaris, ne te iræ tempeſtas ac furor euertat, ne formidinum terrores vrgeant,
neu triſtitiæ pondus deprimat. Fluctus enim ſunt animi perturbationes, quibus ſi
virtute occurres, ac illis te ſublimiorem reddes, tutus vitæ gubernator fueris. Si au-
tem per imperitiam & inconſtantiam quodlibet eorum prçterieris, veluti nauigium ali-
quod compagibus diſſolutum ac fractum, vndis omnibus obnoxium ac verbera-
tum iactatus, in peccatorum pelagus facilè corrues. Sed hæc gubernationis ſcientia quem-
admodum

De iis qui bene cœperunt nec tamen perſeuerant.



A admodum tibi adeſſe poterit, attende. Mos eſt naucleris in cœlum aſpicere, interdiu in ſo-
lem, noctu in arcton, vel aliud ſemper apparens aſtrum, ac per hoc rectam in pelago viam
commentari. Tu quoque oculos ad cœlum attollens, ſecundum eum qui ait: Ad te leuaui
oculos meos qui habitas in cœlis: habitantem in cœlo iuſtitiæ ſolem reſpice, ac velut aſtra
quædam ſplendentia dei mandata obſeruans, lumina vigilãtia retine. Ne dederis ſomnum
oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, vt idoneum itineris curſum ex diuinis præce-
ptis habeas. Lucerna, inquit, pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Nam ſi nun
quam ad claui moderationem conſtitutus obdormieris, & dum eris in hac vita, in huius
mundi rerum natura inſtabili, adiumentum eorum quæ ſunt agenda à ſpiritu nos comitan
B te acceperis, auris ſpiritualibus ac pacificis tutò nauigabis, donec incolumis ad portum e-
uadas illum tranquillum ac ſine fluctibus, diuinam ſcilicet voluntatem, Cui gloria & impe
rium in æterna ſecula, Amen.

## EXHORTATIO AD BAPTISMVM,

### *quæ & ad pœnitentiam quadrare uidetur.*

SAlomon quidem ſapiens rerum tempora ex ordine vitæ diuidens, ac cuilibet eo-
C rum quæ geruntur, quod illi peculiare & commodum eſt, tribuens ait: Omnia tem
pus habent. Et vnicuique rei ſuum eſt tempus. Tempus naſcendi, & tempus mo-
riendi. Ego quidem ſapientis vocem hanc paululum mutans vobis nuntium refe-
ram ſalutarem. Tempus, inquam, moriendi, & naſcendi. Quorſum hic ſermo mutatus?
Quoniam is quidem de geneſi & morte loquens corporali, geneſim morti, vt par erat, præ-
poſuit, cum mori non liceat, niſi prius naſcamur. Ego verò de ſpirituali regeneratione ora-
tionem facturus vitæ omninò mortem antepono. Nobis enim, ſi carni mortui fuerimus,
tum demum ſpiritu renaſci licet, quemadmodum ait dominus: Ego occidam, & ego viuere
faciam. Igitur moriamur, vti viuamus: carnis affectum, qui legi dei ſubdi nequit, extingua-
D mus, vt ſpiritus affectus, per quem vita páxque apta eſt dominari in nobis, roboretur. Cum
Chriſto ſimul tumulemur, vt cum eo qui primitias ſurgendi dedit, reſurgamus. Tempus
itaque aliud alij accommodatum. Somni proprium, aliud vigiliæ, belli item, & pacis. Baptiſ
mi verò tempus, vita hominis tota. Sicut enim corpus, niſi reſpiret, viuere nequit, ita nec a-
nima, niſi conditorem cognoſcat, ſubſiſtere poterit, cum ignoratio dei mors animæ ſit: citra
baptiſmum lux animæ non aderit. Sicut oculus lumine caſſus nec quæ ſua ſunt videt: ita nec
anima ſine hac luce quæ dei ſunt. Tempus itaque aliud alij opportunum negotio, ad baptiſ-
mi verò ſalutem quodlibet tempus accommodum eſt, ſiue dies ſit, ſiue nox, ſiue hora, ſeu
quodcunque temporis momentum etiam immitiſſimum. Opportunius tamen merito cen-
ſebitur, quod magis propriè ad baptiſmum facit. Quod autem tempus baptiſmo magis co-
E gnatum eſt, quàm Paſchalis dies? quòd ea lux reſurrectionis monumẽtum quoddam exiſtat.
Baptiſmi nanque ad reſurrectionem facultas quædam arrabóque eſt. Reſurrectionis ergo
gratiam in die reſurrectionis excipiamus. Quamobrem eccleſia ſuos procul alta voce con-
uocat alumnos, vt quos pridem peperit, tunc demum lacte ſanæ eruditionis fide catechume
nos enutritos cibi firmioris deguſtatione inſtitutóque perfecto corroboret. Ioannes enim,
ad quem omnis accedebat Iudæa, pœnitentiæ baptiſmum prędicauit, Dominus autem ado-
ptionis filiorum baptiſmum longè præclarius annuntiat. Quis igitur eorum, quibus ſpes eſt
in eo, non obediet? Initiatorium erat Ioannis baptiſma, iſtud verò perfectorium. A peccato
illud auocabat, iſtud cum deo coniungit & familiarem reddit. Vnius viri Ioannis prædica-
F tio omneis ad pœnitentiam deduxit. Tu autem perſanctè à prophetis edoctus es: Lauemi-
ni, mundi eſtote. Per pſalmos admonitus: Accedite ad eum, & illuminemini. Per apoſtolos
item ac prophetas inſtructus: Pœnitentiam agite, & in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti
in remiſſionem peccatorum baptizemini, & ſancti ſpiritus promiſſionem accipietis. Deni-
que ab ipſo domino inuitatus, dicente: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, &
ego reficiam vos. Hæc enim hodie omnia lecta ſunt. Quid cunctaris, aut quid conſulis?
Quid expectas? Cum à puero in doctrina Chriſti ſis imbutus, nondum veritati aſſueuiſti?
Cum ſemper didiceris, ad veritatis cognitionem nondum veniſti? Per omnem vitam expe-
rimentum capis, conſultas vſque ad ſenectutem, & quando chriſtianus eris? Quando te no-
ſtrum

ſtrum eſſe cognoſcemus? Anno ſuperiore hunc diem præſtolabare, nunc iterum futurum G
expectas? Vide ne longiorem tibi vitam pollicendo ſpe decidas: neſcis quid craſtina ſit ad-
uectura: ne tibi quæ non tua ſunt, in tua putes eſſe poteſtate. Ad vitam te homo vocamus,
quid vocationem fugis? Ad bonorum participationem inuitatus, quid donum tam egregi-
um ſpernis? Regnum cœlorum præparatur. Ipſe qui vocat, minimè fallax: via facilis, non tē-
pore, non ſumptu, non negotio tandem opus. Quid moraris? Iugum, inquam, bonum ac le-
ue eſt, minimè obterens colla: non vincit, ſed probat ceruicem ſponte ferentem, non inui-
tam detrectantémque expectat. Vides quomodo Ephrem veluti bucula per auia & legis iu-
gum ſpernens accuſatur. Subde cor indomitum, ſis Chriſti iumentum: ne ab hoc immunis
iugo, néve inconceſſam quærens vitæ libertatem, à feris deprendaris. Guſtate & videte, quo H
niam ſuauis eſt dominus. Mellis nanque ſuauitas melius ignorantibus nuntiari, quàm per
deguſtationem non poterit, quòd ſenſus omni ſermone ſit efficacior. Ad circunciſionem mi
nus Iudæus compellitur, quoniam omnis anima, quæ die octaua non circuncidetur, è popu-
lo pelletur. Tu autem circunciſionem non manufactam, quæ per baptiſmum in depoſitione
carnis perficitur, differre quæris? Ipſum audiſti dominum: Amen dico vobis, niſi quis rena-
tus fuerit ex aqua & ſpiritu, non ingredietur in regnum dei. Et illic dolor & hulcus, hic verò
ros animæ eſt, & cordis vulnus curatur. Adoras pro te mortuum, patere & cum eo per baptiſ
mum contumulari. Si non fueris complantatus ſimilitudini mortis eius, quomodo reſur-
rectionis ſocius eris? Iſraël olim in Moſem, in nube, & mari baptizatus eſt. Tibi nimirum fi- I
guras, & quandam inſequentium temporum monſtratæ veritatis formam oſtendens: Tu
autem baptiſmum fugis, non in mari figuratum, ſed in veritate & ſpiritu perfectum, non in
nube, ſed in ſpiritu: non in Moſen conſeruum, ſed in Chriſtum creatorem inſtitutum. Niſi
enim Iſraël mare tranſiiſſet, nunquam à Pharaone diſceſſiſſet. Sic tu niſi per aquam tranſie-
ris, nequaquam à diaboli ſæua tyrannide liberaberis. Nec vnquam ille ex ſpirituali petra bi
biſſet, niſi ex figura baptizatus fuiſſet: nec tibi aliquis veram potionem, niſi verè baptizato
præbebit. Panem angelorum ille poſt baptiſmum accepit: Tu autem quomodo viuentem
comedes panem, niſi ſumpto prius hoc ſacramento? Quin & ille per baptiſmum in terram
promiſſionis eſt ingreſſus. Tu autem quomodo in paradiſum hoc carens penetrabis? Non- K
ne vides quòd ligni viam gladius igneus cuſtodit, infidelibus quidem formidandus, cre-
dentibus verò propicius ac amœnè coruſcans? Et verſatilem illum fecit dominus, quando
fidelem conſpexerit, enſis terga oſtendit. Hoc verò charactere ſacro carentibus os aciém-
que intentat. Helias enim currus equóſque igneos ad ſe venientes minimè expauit. Verum
itineris ſuperni deſiderio incenſus, contra formidoloſa eſt auſus, ac hilaris gaudénſque flam
mantes aſcendit currus, cum adhuc eſſet in carne. Tu verò igneos currus minimè viſurus,
ſed per aquam tantum & ſpiritum in cœlum penetrare potens, cunctaris: nec vocationi ob-
temperare maturas? Helias item vim baptiſmi ſupra holocauſtorum aram, non per ignem,
ſed per aquam ſacrificans oſtendit, cum ignis naturá aquę aduerſetur. Nam tertio tunc aqua L
myſticè ſuper aram effuſa initium excitandæ flammæ velut oleum fuit. Accipite, inquit, hy
drias, & effundite ſuper holocauſta & ſuper ligna. Deinde ait: Iterate, & iterauerunt. Rurſus
tertio, effundite, & ita egerunt. Quæ oratio ſatis monſtrat quemadmodum deo per baptiſ-
mum propinqui & familiares efficimur, & lux clara cœleſtíſque per fidem in trinitatem a-
nimæ protinus refulget. Si enim aurum eccleſia diſtribueret, non profecto diceres, cras mit
te, cras dabis: verum tuam ſedulus portionem velociter peteres, differri autem ægrè ferres.
Quoniam verò non materiæ alicuius fucum, ſed animæ purgationem tibi rex munificus
pollicetur, moras excuſationéſque nectis, impedimenta cauſáſque affers. Debebas ad hoc do
num accurrere, ô rem admirandam: Renouaris, nec conflaris: Refingeris, nec contereris: Cu M
raris, nec dolorem ſentis, & tamen hanc gratiam non expendis. Si enim hominum ſeruus
eſſes, ac libertas omnibus proponeretur, nonne ad conſtitutum diem inſtructus venires, ad-
uocatos pretio conductos & iudices ſollicitares, vt omni conatu libertatem reciperes. Quin
alapam quoque extremam ſeruorum plagam pro liberatione omnis in futurum infamiæ ac
probri libenter ſubires. Poſtquàm verò te ſeruum, non hominum, ſed peccati, ad libertatem
præco vocat, vt te à ſeruitute ſoluat, ac angelorum conſortem ciuémque faciat: præterea dei
filium per gratiam factum, cœleſtium hæredem bonorum conſtituat: nondum eſſe tempus
hæc dona excipiendi cauſaris? O iniquas excuſationes. O infamem vanámque occupatio-
nem. Quouſque tandem voluptates, quouſque vani affectus? Longo nimis tempore mundo
vixímus.



A viximus. Reliquum vt & nobis ipſis viuamus. Quænam quæſo, animæ digna compenſatio?
Quid æquè regno cœlorum comparandum? Quis fidelior tibi conſiliarius quàm deus? Quis
ſapiente prudentior? Quis bono vtilior? Quis creatore familiarior? Nec Euæ ſerpentis con-
ſilio credidiſſe magis, quàm domini profuit. O ſermonem nefandum, ſanari curaríque non
vacat: ne lucem mihi oſtende: ne ad regem regnúmque me deducas. Nonne tu hæc, imò ab-
ſurdiora longè dicere videris? Enimuero ſi publicis tributis obnoxius eſſes, debitorum au-
tem remiſſio reis circunquaque nuntiaretur: deinde quiſpiam te hoc publico munere pri-
uare conaretur, doleres, clamaréſque communis gratiæ parte per iniuriam priuari. Poſt-
quàm verò non ſolum præteritorum remiſſio, ſed etiam futurorum dona palàm propo-
B nuntur, non audis, ſed ipſe te lædis, quantum nec inimici fortè læderent. Conſultúmne ti-
bi ac vtiliter cogitatum exiſtimas, ſi quis ius immunitatis tuum ac huiuſcemodi remiſſio-
nem tibi abſtulerit, ære quoque alieno te premi patiatur? Maximè cum ſcias, quòd mille ta-
lentorum fortè debitor remiſſionis munus facilè conſequeris, niſi tute tibi ex inhumanita-
te in proximum tuum gratiam abſtuleris. Quod ne patiamur, fratres dilectiſſimi, magno-
perè animaduertẽdum poſteaquàm hanc gratiam adepti ſumus, ſed debitoribus noſtris re-
mittamus, vt firmum nobis ſit hoc donum. Sciſcitare aliquantulum conſcientiam, ingre-
dere in promptuarium animæ ſecretius, præteritorum memoriam apud te parumper exci-
ta. Si enim plura ſunt peccata, multitudine ne terrearis. Vbi delictum abundauit, ſupera-
C bundabit & gratia, ſi eam receperis. Plus enim debenti plus remittitur, vt vehementius a-
met. Si autem parua, nec admodum lætalia fuerint delicta, quid de futuro ſollicitaris, qui
generoſe præterita etiam non Chriſtiana lege inſtructus diſpoſuiſti? Nunc verò tu te con-
ſidera, in examine trutináque tuam eſſe poſitam animam: hinc ab angelis, inde à dæmoni-
bus abſtrahi meditare. Quibus cordis lancem inclinabis? Quid apud te vincet, carnís ne vo-
luptas, an vitæ ſanctitas? Præſentium oblectatio, an futurorum deſiderium? Angelí ne te ſuſ-
cipiant, an retinebunt te, qui te iam impediunt ac detinent? Teſſeram duces ſub ſe militan-
tibus dant, vt amici facilius inuicem ſe noſcentes exhortentur, & ſi cum hoſtibus commiſ-
ceantur, eo facilius diſcerni ac ſeparari poſſint. Quòd ſi fortè commilitonum ſeparatio fiat,
D nemo te, quarum, noſtrarum, an aduerſarij partium ſis nouerit, niſi myſticis ſignis familia-
ritatem præ te feras, niſi ſignatum ſit ſuper te lumen vultus domini: niſi characterem in te a-
gnoſcat angelus, quonam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? Quomodo, in-
quam, dices dei ſum, ſigna non oſtendens? An ignoras quemadmodum ſignatas domos in
Aegypto exterminator præteriit, in non ſignatis verò primogenita peremit? Theſaurus non
obſignatus furibus facilè patebit. Ouis item abſque nota inſidiis protinus eſt obnoxia. Iuue-
nis es? ætatem freno baptiſmi retine. Flos abeſt ætatis? vide ne ſenectutis viaticum deſit, ne
arcem & propugnaculum per inconſiderantiam atque ignauiam amittas, neu de vndecima
hora ſicuti de prima cogita. Quandoquidem & illi qui iam primum incipit viuere, mortem
ante oculos habere continuò eſt opus. Si quis medicus commentis ac machinis quibuſdam
E te iuuenem è ſene reddere ſe receperit, ad eam profectò diem omni ſtudio venire curares, in
qua ætati floridæ te reſtituendum videres. At nunc cum anima tua, quam omni ſcelere con
taminatam reddidiſti, per baptiſmum renouari ac regenerari nuntietur, tantum deſpicis be
neficium, nec vltrò properas, aut id pollicenti ſis obuiam. Num non tanti muneris rem mi-
ram videre deſideras? Quomodo videlicet abſque matre regeneretur homo, quomodo ve-
tus ac ſecundum deſideria erroris corruptus rurſus in pubertatem, ætatíſque florem recon-
cinnetur? Baptiſmus igitur eſt captiuorum & æris alieni remiſſio, peccati mors, animæ rege- *Baptiſmi e-*
neratio, amictus ſplendens, character indeprenſibilis, cœli iter, regni cœleſtis conciliatio, a- *logia.*
doptionis gratia. Tantis itaque ac talibus bonis miſer potiorem ducis voluptatem? Noui e-
F nim tuam cunctationem atque pigritiam, quanquam rebus diſſimulare contendis. Ipſa e-
nim facta, & ſi taces, contra clamant. Mitte, inquis, ſuperſede: Interim carne, ætatíſque flore
abutar, in luto voluptatum porcorum more volutabor, manus ſanguine fœdabo, alienum
auferam, doloſè ambulabo, peierabo, mentiar. Tunc denique cum ſatur ero, malis deſiſtam,
baptiſmum ſuſcipiam. Si ergo res honeſta eſt peccatum, hoc vſque ad extremum cuſtodi. Si
patranti turpis ac nocens, quid in eo perſeueras quod pernicioſum eſt? Nullus enim bilem
euomere quærens, maiorem eam ex mala intemperantíque diæta reddere cogitabit. Corpus
nanque malis graſſantibúſque purgari humoribus, ne morbus conualeſcat, eſt opus. Videtur
nauis aliquouſque impoſitorum onera & grauitatem ferre, ſi vero modus excedatur plus ę-
quo

quo grauata periclitabitur. Vide ne & tu ſimilia patiaris, maiora continuò admittendo, G
quàm ea quæ remittenda tibi per baptiſmum promittebantur:& antequam ſperatum con-
tingas portum, naufragium facias. An putas tua facta deus non videat, tuam non conſide-
ret mentem, aut forte iniuſto tibi opituletur? Putaſti, pſalmus ait, quòd ero tui ſimilis. Tu
nanque mortalis hominis amicitiam reſpiciens, ob eius beneficia illi obſequens, ac morige
rulus exiſtis:dicíſque propterea ac facis, quæcunque ei grata eſſe putaueris. Deo autem fami
liaris eſſe filiúſque adoptari cupiens, illi tantum aduerſa inimicáque, vnde potius noxam
contrahis, continuò geris & per legis tranſgreſſionem deum inhonorans, inde tibi illius fa-
miliaritatem polliceris, vnde ipſum magis offendis. Vide ne liberationis ſpe, malorum tibi
aceruum congerens, peccatum quidem cumules, veniam autem non apprehendas. Non irri H
detur deus:ne mercare gratiam:neu dicas:Bona lex, ſed dulcius peccatum. Voluptas nan-
que diaboli eſt hamus, ad perniciem deducens. Voluptas, inquam, peccati mater, peccatum
vero mortis ſtimulus. Voluptas demum perpetui vermis nutrix, ad tempus admodum bre
ue poſſidentem demulcet. Poſtremò vero acerbioris exitum triſtitiæ ſortitur. Cunctatio
nanque ad baptiſmum pœnitentiámq;, nihil aliud clamare videtur, quàm in me ante regnet
peccatum, deinde aliquando regnet etiam dominus. Aſſint mihi membra, iniuſtitiæ & ini-
quitatis arma, deinde aſſumam aliquãdo etiam arma iuſtitiæ deo. Sic & Cain ſacrificia of-
ferre ſolebat, primum quidem pro voluptate propria, deĩde illius præbitori, ac creatori deo.
Quando facultas ætáſque viget, te libidinibus tradis. Quando vero membra languent, tunc I
deo potiſſimum offerre ſtudes: cum ſcilicet ob ingruentem & inualidam ſenectam, his vti
non amplius licet:quo maximè tempore, pudicitia ſeu temperantia vocari non poteſt: ſed
laſciuiendi potius & luxuriandi adempta facultas. Mortuus enim minimè coronatur. Nec
iuſtus aliquis dicitur, cui malefacere non licet. Dum itaque poteſtas adeſt, dum corpus valet
dum ratio viget, peccato dominare. Virtus enim hæc eſt vitatio mali, ſtudium boni. Vacare
autem à malo tantum per ſe, nec laude nec vituperatione dignum. Si ætate prohibitus à pec
cato deſiſtis, debilitati gratias agendum. Optione non neceſſitate bonos laudamus. Quis ti
bi vitæ terminum fixit? Quis ſenectutis metam terminauit? Quis apud te tam fide dignus
futurorum ſponſor? Non vides pueros ſæpenumero ab vbere raptos: non ætate floridos K
mori vides? Nullum certum terminum habet hæc vita. Quid expectas, beneficio febris ba-
ptizari, quando nec ſalutaria verba loqui, nec item audire commode poteris, morbo caput
occupante? Non manus in cœlum tollere, non in pedes erigi, non genua adorando flectere,
non commode doceri, non ſecure ac libere confiteri, non cum deo conuenire, non cum ad-
uerſario decertare, forte nec ſcite inter initiandum ſubſequi, dubitantibus etiam præſenti-
bus, num gratiã ſentias, an ſine ſenſu quæ agantur accipias. Quando vero cum ſcientia quo-
que gratiam accipis, tunc talentum quidem habes, lucrum vero nondum accepiſti. Hæc ita-
que animaduertens, ſtude Chananæam imitari. At, inquis: Filiam male à dæmonio poſſeſ- *Chananæa imitanda.*
ſam non habeo: habes tamen animam immundo ſpiritu occupatam. Quid ait Chananæa? L
Miſerere mei. Filia mea male à dæmonio torquetur. Magnus enim dæmon, peccatum. Qui
dæmonium patitur, miſericordiam inuenit: qui autem peccat, odium ſibi contrahit. Ille ve-
nia dignus, hic nequaquam excuſatur. Miſerere mei: breue admodum verbum. Magnum ve
ro Chriſti humanitatis pelagus vbi miſericordia, non exigitur ratio: vbi inquam miſericor- *Miſericordiæ efficacia.*
dia, iudicium vacat, ſalus permiſſa: denique ſalutaria omnia. Itaque quanuis extra gratiam
ſis clama: Dic, miſerere mei, non labra mouendo, ſed mente vocem emittens. Nam & ſilen-
tes audit deus. Non locus, ſed propoſiti initium requiritur. Hieremias enim in luto erat, &
deum attraxit. Daniël in leonum lacu deum placauit. Tres pueri in camino deum prome-
ruere. Latro non cruce prohibitus, quin paradiſum aſſecutus fuerit. Iob in ſtercore deum ad M
miſericordiam prouocauit. Igitur vbicunque fueris, ora: vel ſi ante iudicem, ora. Mare antè
aderat, retro Aegyptij inſectabantur, medius Moſes in loci anguſtia orabat: nihil attamen
loquebatur: & ait ei deus: Quid clamas, & os tuum tacet? Cor enim clamat. Tu quoque cum
ante iudicem aut præſidem minantem, aut vim afferentem fueris conſtitutus, ora deum.
Te nanque orante laborum ac tribulationis fluctus contrahentur. Dominus propè eſt: Non
hominem eſſe putes, continuò adeſt, vbique adeſt, & omnia complet. Si hominem fortè
adire ſeu petere vis, ac quid agat ſcire, dicunt: dormit, occupatus eſt. Imitare Eunuchum.
Incidit ille in inſtruentem docentémque, nec diſciplinam ſpreuit. Verum ſtatim diues pau-
perem in currum accepit: idiotam & deſpectum magnificus ac ſublimis: ac demum edoctus
euangelium



A euangelium regni continuò fidem in cordis penetralibus concepit, nec obſignationem ſpi-
ritus diſtulit. Nam mox vt incidit in aquam. Ecce, inquit, aqua. Cum gaudio hoc dicebat:
Ecce quam quærebamus: Ecquid, me baptizari prohibet? Vbi nanque prompta voluntas, ni-
hil eſt quod impediat. Qui vocat benignus, qui miniſtrat paratiſſimus gratia abundè expo-
ſita modo alacritas adſit, impedimentum ceſſet. Vnus eſt prohibens, qui nobis ad ſalutem
obſtruit viam, quem omni ſtudiò ac prudentia vitare oportet. Ille, inquam, torporem ac de-
ſperationem nobis iniicit, nos ad opus ſanctum exurgamus. Ille vana ſpe corda noſtra de-
ludit. Ipſius ergo cogitationes non ignoremus. An non hodie peccare, cras vero iuſtè agere,
pietatem differre, nos exhortatur? Idcirco dominus eius occurrens inſidiis: Hodie, inquit, ſi
B vocem meam audiueritis, nolite obdurare corda veſtra. Ille vero ait: Mihi hodie, cras deo.
Dominus contrà: hodie vocem meam audite. Noſce, obſecro, inimici dolos: vt omnino, ſta
timq; à deo auertaris, conſulere non audet. Nouit enim hoc graue admodum Chriſtianis.
Verum artibus inſidioſis aggreditur. Serpẽs eſt, & ad decipiendum argutus. Intelligit enim
quemadmodum nos homines, præſens libenter recipimus tempus: omniſq; actio humana
in præſens contendit atque ſpectat. Quamobrem hodiernum tempus nobis furatur aſtute,
& ſpem facit craſtini. Poſtquàm craſtinum venerit, rurſus malus diuiſor ſibi hodiernum,
craſtinum vero domino dari petit. Sic continuò diem de die trahens, voluptate præſenti
& ſpe frugis, noſtram ſubducit latenter vitam. Vidi ego iam auis aſtutę miram artem, cum *Hanc auem Helianus perdicem dicit eſſe.*
C pullos ſuos videat adhuc ob debilitatem prædæ periculo expoſitos, ſeſe aucupi ante illos
vt prædæ paratam offerre, ita ſeſe vertentem ac geſtus diſpenſantem, vt nec periculo pe-
nitus aut manibus ſe prębeat, neque item inſidianti ſpem omnino eripiat. Sic itaque illum
inter vtrunque verſando, occupando, in ſe retinendo, ſpatium dat natis otioſe fugiendi. Ip-
ſa ad extremum euolat. Caue igitur ne tu aucupi ſimilia patiaris, certa pro incertis relin-
quens, ſpem firmam vana commutans. Trade itaque te Chriſto totum, da nomen tuum,
aſcribéque eccleſiæ. Nam & miles legitimus catalogo aſcribitur. Athleta cõſcriptus pugnat.
Ciuis numero ciuium adſcriptus in ſua connumeratur tribu. His tu omnibus obnoxius es
vt Chriſti miles, vt pietatis athleta, vt conuerſationem adminiſtrationémque in cœlo ha-
D bens: in hoc libro præſenti conſcribere, vt in altero ſuperiore conſcribi merearis. Diſce euã
gelicam diſciplinam, oculorum modeſtiam, linguæ continentiam, corporis caſtigationem,
ſuperbiæ compreſſionem, cogitationis puritatem, iræ extinctionem. Vim patiens quod nõ
rapitur adde, defraudatus ne ad iudicium accerſe. Habitus odio, nihilominus ama. Inſecta-
tionem videns, tolera. Maledicto laceſſitus, obſecra. Moriare peccato. Cum Chriſto crucem
ſubi. Omnem transfer atque colloca in dominum charitatem. Dura hæc, inquis. Quid e-
nim bonum ac facile? Quis dormiens trophæum fixit? Quis in deliciis ac tibiis corona for-
tibus viris debita ornabitur? Nullus non currens brauium aſſequetur. Labores gloriam pa-
riunt, & anguſtiæ periculáque coronas promerentur. Per multas (inquit) tribulationes opor-
E tet nos intrare in regnum cœlorum, dico hoc & ego, ſed has tribulationes regni cœlorum fe
licitas ſubſequetur: peccatorum vero labores, gehennæ dolor, & immortalis triſtitia manet.
Nam qui diligenter res conſiderat humanas, facilè conſpiciet: nec ipſa diaboli opera patran
tes, à laboribus eſſe immunes. Nam cum temperantię nullus ſit æſtus aut ſudor, libidinoſus
voluptatis ſeruus, præterquam quòd eius gratia multas ſępe anxietates animi ſuſtinebit,
corpus & iam ex intemperantia tabefacit. Noctes, inquis, inſomnes ſunt in oratione vigi-
lantiũ. At longè duriores in iniuſtitia, iniquitate, ambitione, auaritia pernoctantium. Nam
& timor in furtis deprendi, aut in voluptatibus ardor & ſtimulus, omnem penitus requiem
& animi tranquillitatem aufert. Si viam anguſtam quæ ducit ad vitam euitas, & longè la-
tiorem peccati ſequeris, vereor ſatis ne non latam vſque ad extremum, deinde & compe-
F tens diuerſorium, inuenias. Theſaurus is dices ſeruatu difficilis? opus eſt vigilia. Habes ſi ve
lis adiutores, orationem noctis cuſtodiam, ieiunium domeſticam cuſtodem, pſalmodiam
animum recreantem. Has igitur ſuſcipe comites. Ipſe tibi per noctem in ſeruandis his rebus
pretioſis auxilio ſint. Quid enim præſtat, dic mihi, aut nos diuites circa rerum poſſeſſarum
curam ſolicitari, ſeu nihil ab initio quod cuſtodiamus habere? Nullus enim metu amitten-
di bona deſpiciet. Sic nanque in rebus humanis, ſi malos cuiuſlibet rerum euentus compu-
tare, aut cõſiderare velimus, nihil omnino poſſideretur aut ſubſiſteret. Nam & colonis me-
tuendum eſt ſterilitatis damnum: Mercatoribus naufragia, nuptiis viduitates, patribúſq; &
educationibus incertos liberorum exitus formidanda. Attamen in primis alacriter opus
aggredimur.

aggredimur,ſpe bona nixi:rerum vero exitum deo probè omnia diſponenti committimus. G
Tu vero ſanctificationem baptiſmi verbo quidem laudas, opere vero cum prophanis ac de
ploratis commercium habes. Vide ne te tuorum conſiliorum pigeat, cum te ſera nihílque
ploratis c ommercium habes. Vide ne te tuorum conſiliorum pigeat, cum te ſera nihílque
profutura pœnitentia ceperit.Diſce prudentiam,virginum exemplo. Illæ oleum in vaſis nó
habentes, quando ſponſo ire obuiam oportuit, tunc neceſſaria deficere ſenſerunt: Ideo fa-
tuas eas euangelium vocat, quoniam dum tempus ferendi erat olei, id prodigendo come-
dendóque abſumentes,extra fores ſunt eiectæ,ac à ſponſi pulchritudine prohibitæ. Ne igi-
tur & tu frater annum de anno,menſem de menſe,diem de die trahas,& oleum luminis nu
trimentum negligens,in diem quam non expectas quandoque incidas, ac te benefaciendi
occaſio vita deficiente deſtituat:& morbo præualente in animi anguſtia conſtitutus, à me- H
dicis domeſticiſq; deſeraris.Quando,inquam,extrema erit anxietas febriſq; ardore viſcera
adurentur,dolebis miſer,dolebis corde penitiore,nec habebis qui condoleat: ſed tantum ta
cito inexplicatoq; murmure muſſitabis, apud te dicens: quàm contempta eſt mea ſtultitia.
Quis baptiſmum dabit?Quis ſtupidum ac letali ſomno oppreſſum admonebit?Propinqui?
At hi mœrebunt.Alieni?At hi deſpicient.Amici?At hi talia memorãdo, te turbare verebun
tur.Scilicet & medicus decipiet:nec tu vitam omnino deſperabis, cum natura maximè om
nibus deſideretur. Nox forte continget, nec adiuuantium facultas,non item qui baptizat
aderit.Mors irruet,te rapientes ſtatim aduolabunt.Quis liberabit? Deus tibi deſpectus.At,
inquis,me tunc exaudiet:tu vero nunc non ipſum audis? Præſcriptum tempus aliquod ad- I
det.Scilicet quod dato bene es vſus?Ne miſer decipiaris: Nemo te inanibus ſeducat verbis.
Aderit tibi repentinum exitium,ac interitus ſimilis procellæ te euertet. Veniet angelus tri-
ſtis,per vim tuam rapiens tot peccatis irretitam animam: téque demum magnopere cru-
ciatum,& abſque voce querentem,præcluſo lamentis vocis organo, ad nigra tartara dedu-
cet.Heu quantum teipſum afflictabis, quantum præteritorum pœnitentia conſiliorum ſu-
ſpirabis,quando iuſtorum tot illuſtribus donis ornatorum videris claritatem: parte altera
peccatorum triſtitiam in profundis tenebris ſpectaueris, qualia tunc corde tecum voluta-
bis? Me miſerum dices, cur peccatorum grauiſſimam hanc ſarcinam, cum licuerit ac tam
facile fuerit, non abieci? O quàm durum malorum aceruum mecum traho? Me miſerum K
quòd haſce peccatorum ſordes non ablui,quod peccatis ita ſum commaculatus. Iam in bo-
nis cœleſtibus delitiatur.O praua mea conſilia:ob breuem peccati voluptatem æternum cru
cier?Ob carnis modicas delicias, æterno tradar igni? O iuſtum dei iudicium: vocatus erã,
nec audiebam:docebar & non attendebam.Obteſtabantur me, & ego ridebam. Hæc & his
ſimilia flendo dicens, hos edes ſupremo tempore queſtus, ſi ante baptiſmum hinc diſcedes.
Homo, ſi gehennam metuis, ſi regnum affectas ne vocationem ſperne, ne vanas innecte
cauſas, ad excuſationem nulla idonea cauſa, nulla ratio. Mihi autem lachrymas fundere
ſuccurrit, dum conſidero te gloriam dei turpibus ac probroſis factis poſthabere, & ob in-
continentiæ licentiam voluptariam in peccato fixum, vnde auelli difficile admodum fue- L
rit,tete à tanta bonorum expectatione per inconſiderantiam excludere, vt tibi cœleſtis Hie
ruſalem gloriam ſpectare non liceat. Ibi nanque angelorum millia, primorum parentum
conuentus,apoſtolorum ſedes,tribunalia Prophetarum,patriarcharum ſceptra, martyrum
coronæ, iuſtorum laudes cumulatiſſimè ſpectabuntur. Quamobrem tu ſi ſapis, inter hos
purgatus omni tabe, omníque crimine abſolutus, connumerari tota mente, totíſque viri-
bus exopta, gratia dei & domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui gloria & imperium in æterna ſæ-
cula. Amen.

Virgines fatuæ.

Beatorum cœtus.

## IN EBRIETATEM ET LVXVM QVIBVS *die Paſchæ populum affectum uidit.* M

MOuent me quidem fratres ad hunc ſermonem veſpertina ſpectacula: illud vero
meum retardat animum,meamq; in dicẽdo alacritatem hebetat atque abrumpit,
quod ex iis quæ apud vos tentaui,nullum prouenientem conſpiciam fructum.Nã
& agricola ſeminum primò iactorum germinibus nullis exurgentibus,deſperatio-
ne quadam pigritiaq; ad alias rurſus ſementes faciendas capitur. Si enim in tot admonitio-
nibus,quas & ſuperiore tempore vos adhortando non præteriuimus, & deinceps ſeptẽ iſtis
ieiunij



A ieiunij hebdomadis nocte ac die per euangelicam vos doctrinam ſine intermiſſione obte-
ſtati, nihil penitus profecimus: qua vos ſpe hodierna die alloquemur amplius, aut ad-
hortabimur? O miſeri, quot noctibus fruſtra vigilaſtis, quot diebus fruſtra conueniſtis,ſi
tamẽ & fruſtra.Nam qui in bonarum actionum profectu ſemel fuerit,deinde ad antiquam
viuendi redeat conſuetudinem, non ſolum eorum quos eſt paſſus laborum præmium non
ſumet,ſed longè grauioribus dignus eſt pœnis:quòd cum dei verbum deguſtauerit,& my-
ſteriorum notitia dignatus fuerit, breui admodum delinitus voluptate cuncta prodiderit.
Nam paruus quidem & infirmus venia dignus eſt: potentes vero (vt dicitur) potenter
examinabuntur ac punientur.Veſper vnus, impetus inimici vnus, omnem præteritum la-
B borem prodidit atque diruit.Quæ igitur alacritas,quæ induſtria dicendi reliqua mihi? Ita-
que ſcitote me omnino taciturum fuiſſe, niſi Hieremiæ metuerem exemplum: qui ad po-
pulum contumacem atque incredulum loqui minimè volens, illa paſſus eſt quæ ipſe nar-
rauit. Quomodo videlicet verbum dominum ſit illi factum velut ignis in interioribus,
qui & vbique illi adfuerit,& quem ferre nequiuerit. Fœminæ laſciuæ, dei timoris oblitæ,
ignis æterni minas nihili pendentes, in die tali, quando eas ob reſurrectionis memoriam,
domi honeſtè conſidere oportebat,ac illius diei recordari, in qua cœli quidem aperientur:
apparebit verò nobis iudex è cœlis,& tubæ dei, & reſurrectio mortuorum, & iuſtum iudi-
cium, & cuiuſque retributio pro iis quæ geſſit,pro eo, quod de his rebus cogitarent,corda
C ſua à malis concupiſcentiis repurgarent,præterita delicta lachrymis delerent, ad occurſum
Chriſti & magnum illum apparitionis ipſius diem ſeſe prępararent, abiecto ſeruitutis Chri
ſti iugo,capita honeſtis operta velaminibus impudicè retegentes,deum,& eius angelos de-
ſpicientes,ad marium aſpectus impudentes diffuſæ comas, tunicarum luxum oſtentantes:
Pedibus geſtientes, ac oculo petulco, riſu laſciuo, ad ſaltationem inſanientes, iuuentutis
intemperantiam in ſe prouocantes: In locis ſacris pro mœnibus ciuitatis choros conſtitu-
entes, ea profanauerunt,ac omnium probrorum officinas reddidere.Aërem inſuper mere-
triciis cantibus, terram vero pedibus laſciuè ſaltando contaminauere,inſtar theatri cuiuſ-
dam adoleſcentium cateruas ſibi circunſiſtentes. Denique inuerecundæ omnino ac inſanæ
D mulierculæ nullam inſaniam,nullum probrum prætermiſere.Hæc itaque quomodo tacebo?
quomodo dignè conquerar? Vinum profectò harum ſtragem animarum nobis fecit. Vi-
num dei donum ad infirmitatis robur ac ſuſtentationem ſapientibus conceſſum, nunc ve-
ro inſtrumentum incontinentiæ intemperantibus eſt factum. Ebrietas dæmon eſt volun-
tarius,ex voluptate animabus noſtris inditus.Ebrietas maliciæ mater eſt, virtutis inimica,
fortem virum reddit ignauum,ex temperato facit laſciuum,iuſtitiam ignorat,prudentiam
extinguit. Sicut enim aqua igni eſt aduerſa, ſic vinum immodicum rationem ſupprimit.
Quamobrem vereor contra ipſum aliquid dicere,non vt te paruo quidem aut contemnen
do malo,ſed quòd nihil ſim per meum ſermonem profecturus, nec aliquid vtilitatis allatu
E rus.Si enim ebrius inſanit ac tenebris obuoluitur, vanus labor fuerit apud non audientem
verba facere.Quos igitur alloquemur,ſi quidem is qui admonitione indiget,minimè dictis
auſcultat?Sobrius vero & qui ſapit,omni animi affectu purgatus,nullum ex verbis expectat
adiumentum? Quid igitur faciam,ſi & oratio mea ſit inutilis futura?ſilentium vero deſpe-
rationem reſipiens?præteribimus ne diligentiam? At negligentia periculoſa, quamobrem
loquar.Omnino loquar aduerſus ebrios,& apud ſepultas aures clamabimus. Quanquàm vt
in peſtilentia ſolet euenire, ij qui corpora curant, ſanos quidem & eo morbo liberos adiu-
mentis quibuſdam ad ſanitatem ſeruandam faciẽtibus,ſecuros reddunt: Illos vero qui iam
affecti ſunt,minimè attingunt: Sic ſermo noſter ex parte tantum aliqua proficere poterit,
cuſtodiam & cautionem his qui morbo iſto nondum laborant monſtrando: hos vero qui
F iam illo tenentur prætereundo. Qua in re dic homo miſer à brutis differs?nónne rationis
munere,quam à deo omnium conditore accepiſti,reliquæ creaturæ omnis factus dominus
& imperator? Hoc igitur te mentis lumine per ebrietatem priuans, inter beſtias ratione
carentes annumerari poteris, ſimilíſque illis videri. Imò & beſtiis longè peiores eos exiſti-
mauerim qui ab ebrietate ſuperantur, quum illæ coëundi ſtatas habeant leges & horas,at ij,
quòd plus æquo ſe vino ingurgitauerint, corpúſque ſuperuacuo calore concitauerint, in
commiſcendo nullius temporis & horæ rationem habentes, nequiſſimis complexibus &
amoribus inter ſe vtuntur. Nec ſolum eo peiores brutis quòd mente inſani aut ebrij, ſed
etiam quod ſenſibus longè infra illa deficere videantur. Quod,quæſo,animal ita viſu audi-
túue

Ebrietatis mala.

túue atque ebrius homo debilitatur? Nonne familiariſſimos interdum ignorant, alienis G
vero ſæpe vt domeſticis congrediuntur? An non vmbras ſæpenumero, tanquam ſulcos aut
loca prærupta tranſſiliunt? Aures terrifico ſonitu more fluctuantis maris refertas habent:
Terra interdum inſurgere, ac in arduum ac rectum erigi, montes vero circummoueri vi-
dentur. Quandoque ab re & præter modum rident: nunc vero ſine conſolationis remedio
plorant, nūc item audaces & temerarij: mox timidi & ignaui. His etiam ſomni ſunt graues,
ægrè reſpirantes & prope ſuffocantes, ac reuera morti vicini. Vigiliæ vero ſomnis ſtupidio-
res. Inſomnium quoddam eſt vita ipſorum, qui cum nec veſtem habeant, nec quod come-
dant vſque in craſtinum, & regna adminiſtrant & exercitibus imperant, in ebrietate, & ci-
uitates ædificant, & pecuniam diſtribuunt. Talibus vinum phantaſmatis, taliq; deceptione H
feruens ipſorum corda poſſidet. In aliis vero alios ſæpéque contrarios exercet actus. Non-
nullos videas deſperabundos, triſtes atque dolentes, ſemper querulos ac lachrymis refertos.
Vini effectꝰ Merum in differentibus corporum habitibus, differentes animæ perturbationes exercet.
Eos enim quibus ſanguinem ad ſuperficiem vſque ſuffundit, lætos & hilares animo reddit.
In eis vero qui graui habitudine, frigidóque circum præcordia ſanguine corripiuntur, con-
trarios producit effectus. Sed quid opus reliquam perturbationum cateruam numerare,
morum peruerſitatem, promptitudinem illam ad iracundiam, ad querelas, celerem ac re-
pentinam animi ad omnia mutationem, ſtrepitum multum ac tumultum, facilem ad do-
los deductionem, ad omnes iræ motus inconſiderantiam? Voluptatis vero incontinentia I
omnis, ex vini fonte originem vímque habens, præceps ad omnem impuritatem atque
intemperantiam ruit. Animalium omnium libidinum fœditatem ſuperat, quum bruta na-
turæ leges in hoc genere noſcant atque obſeruent: ebrij tantum in mare fœminam, in fœ-
mina marem quærunt atque optant. Nec cuncta quæ ex ebrietate mala procedunt, facilè
proſequi oratione fuerit. Nam incommoda damnáque & peſtilentiæ temporis interuallo
hominibus proueniunt, cœli grauitate paulatim hominum corpora inficiente. Quæ verò
ex vino ſunt, ſtatim irruunt: ſic animam perdentes, vt eam ſqualidam, ſtigmatéque pluri-
mo maculoſam relinquant. Sed & ipſum corporis habitum corrumpunt, dum non ſolum
abundantia voluptatum ad laſciuiam inſanientium illos labefactant, & diſſolutos reddunt. K
Sed & corpus tumidum, putidum, muſcoſum, & vitali vigore priuatum circumferentes.
Nam eos videre licet oculis liuentibus, cute ſuppallida, ſpiritu graui, lingua balbutiente ac
demiſſa, voce confuſa, pedibus puerorum more infirmis ac titubantibus, execrationes fre-
quentes ex inanimatis defluentes. Miſeri profectò, ac longè miſeriores quàm fluctibus agi-
tati, quos fluctus aliis alij ſuccedentes à tempeſtate liberari non ſtatim ſinunt: Sic horum a-
nimæ madentes, vino ſubmerſæ ſunt. Quamobrem veluti nauigia quando fluctibus procel-
læ acceptis grauantur, neceſſariò commeatus vacuatione ac proiectione leuanda ſunt: ſic
ebriis rerum ſtomachum grauantium vacuatio neceſſaria, ex quo & vomitione & deiectio-
ne frequenti vix leuari poſſunt: tantò naufragis deteriores, quantò illi res cauſantur exter- L
nas ventos & mare: hi verò ſponte periculum adeunt, & ex ebrietate ſibi volentes tempe-
ſtatem pariunt. Lymphatus & malo dæmone captus, miſericordia quidem dignus: ebrius
verò eadem ferè & ipſe patiens, minimè miſericordia dignus, qui ſpontaneo ſeruit dæmo-
ni. Quin & tales remediū quærunt ebrietati, non ne aliquid moleſti ab illa patiantur curan-
do, ſed minimè deſiſtendo, in eáque continuando. Dies enim admodum parua, breuis eti-
am nox vel hyberna potando videtur. Denique huius mali finis nullus eſt. Ipſum nanque
merum inexplebilem continuò ſitim addit, nec neceſſarium quærit vſum, ſed ad alium ir-
refragabiliter potum inuitat, quum ardentes ebrios, ac ſemper bibendi cupidiores reddit.
Fit autem vt dum ſtudio inexplebilem bibendi ſitim ſibi comparare volunt, contraria his M
penitus quæ optauerunt, patiantur, ac voluptatem, quam omni ſtudio quærunt, omnino a-
mittant. Luxus enim huiuſcemodi aſſiduitate ſenſus tabeſcunt. Nam ſicuti viſum id
quod ſummè ſplendet hebetat atque vaſtat, & magni ſonitus ac ſtrepitus ob exceſ-
ſum auditum tollunt: ſic & iſti ob aſſiduam atque immodicam voluptatem ſeſe va-
ſtant atque corrumpunt, & à delectationis via omninò auertunt. Vinum nanque illis
inſipidum ac dilutum eſt, etiam ſi ſit meracius. Tepida verò recentis ſuſceptio, etiam ſi ſit
copioſiſſima, etiam ſi nix ipſa ſit, vini tamen flammam intus ardentem ex potus
immodicitate extinguere non valet. Cui væ? Cui tumultus? Cui iudicia? Cui triſtitia
& rixa? Cui contritiones ſuperuacuæ? Cuius oculi liuentes ſunt? An non illis qui vino
immorantur,



A immorantur, & quærunt vbi nam bene poti euadant? Væh lamentabilis vox. Lamentatione
quidem digni ſunt ebrij, quòd ex Apoſtoli ſententia regnum dei non conſequantur. Tumul
tus in eis oritur & turbatio ob vini potentiam, rationi & cogitationibus aduerſantem. Præ- Ebriorum valetudo.
terea triſtitiæ ob amaros optandi voluptatis exitus. Horum nanque pedes vt vincti debili-
tantur. Manus ex fluxionibus vini cauſa eò deſcendentibus continuò mouentur: quanquam
ante omnia mala hæc in ipſo potationis tempore ſimilia phreneticorum eis eueniūt. Quum
enim cerebrum æſtu ex vini vapore redundāte vacillat, dolorem intolerabilem capiti parit.
Ex quo caput rectè ſupra humeros conſiſtere non valens, huc illuc vertebris diſſolutum ia-
ctatur. Rixam verò vocat immoderatas in ſympoſiis & contentioſam garrulitatem. Con-
B tritiones etiam nominat, corporis ægritudines ſignificans, in quas ebrij quoque ob varios
morborum caſus incidere ſolent. Sed quis horum admonebit vino ſepultos, qui ex crapula
continuò dormitant, capite grauantur, oſcitant, caliginem ob oculos habent, ob nauſeam fa
ſtidiunt. Quamobrem ſapientiæ magiſtros inclamantes minimè audiunt. Nolite inebriari
vino, in quo eſt luxuria. Et rurſus: Res eſt immoderata vinum, & probroſa ebrietas. Quibus
ſanè verbis ipſi minime auſcultantes, ebrietatis fructum nimirum referunt. Tumeſcit enim
corpus, oculi humoribus prægrauantur, ora ſiti ardentia, fauces continuò ſiccæ. Nam ſicuti
valles, donec torrentibus inundantur, plenæ eſſe videntur: vnda verò deſinente ſtatim ſiccæ
vacuæq; remanent: ſic & vinolentorum ora vino ac potatione durantibus exaturantur ac
C madeſcunt: paulò pòſt continua ſiccitate laborant, ex quo ad frequenter bibendum inuitan-
tur, vnde humor naturalis amittitur. Quæ nanque eſt hominis ſtructura adeò firma, quę tan
tis ebrietatis malis reſiſtat? Quis vnquam madidum ſemper & innatans vino corpus con-
ſeruabit, vt non exile, diſſolutum, & omnibus obnoxium morbis exiſtat? Hinc tremores,
hinc debilitates confracto ac debilitato vitali ſpiritu, & excidentibus robore membris ac
diſſolutis excitantur. Valetudo enim omni corporis inflationi tumoríque ineſt. Quis eſt qui
maledictionem Cain in ſeipſum transfert? An non qui vino tremit & vacillat per omnem
vitam? Naturali nanque firmitate deficiente, neceſſe eſt corpus continuò vacillet atque mo
ueatur. Quouſque tandem vinum? quouſque ebrietas? Periculum miſer eſt, ne pro homine
D cœnum lutúmque fias. Sic penitus vino deditus marceſcis, ac quotidianam crapulam meri
& hoc tabidi, haud aliter quàm vaſa putida redoles. Hos Eſaias luget: Væh ſurgentibus ma- Eſaias de vinolentis.
ne & ſiceram amantibus, ad veſperam vſque in vino permanentibus. Vinum enim illos cre
mabit. Poſt citharam & ſaltationes vinum bibunt. Opera verò domini non reſpiciunt, & o-
pera manuum eius non conſiderant. Sicera omne quod ebrietatem inducit apud Hebræos
vocari ſolet. Quos igitur nunc Propheta deplorat, ij ſunt, qui luce incipiente vinum quæri-
tant, œnopolia cauponáſque circumagunt, ſodales conueniunt, ac inuicem ad potandum
E inuitant. Omnem denique curam, cætera poſthabentes, in hoc collocant: nec temporis par-
tem aliquam in rerum cœleſtium atque operum dei conſideratione ponunt. Eorum oculi
nunquam ſuſpiciunt, aut ad ſidera tolluntur, vt pulchritudinem & omnem in rebus creatis
prouidentiam ſimul & iuſtitiam meditantes, ad ſummi ac ſapientiſſimi dei creatoris om-
nium cognitionem perfectam charitatémque perueniant: ſed ſtatim prima luce ſympoſia
meditantur & curant, tapetibus variis & aulęis ornant, famulos ad hoc exercent, in hoc o-
mnem curam & diligentiam oſtendunt, vt pocula comparent, vaſa refrigeratoria, crateras
ac phialas, ſicut in pompa quadam & feſta die ponentes, vt vaſorum varietas pulchritudó-
que ſatietatem excludat, admirationíque ſit, vtque poculorum commoditate ac mutatione
diutius potent. Sed & officia his obeundis adhibent: ſympoſiarchos, archiœnochoos, archi-
triclinos. Et demum ordo ac diſpoſitio in re inordinata confuſáque conſtituitur: vt quem-
F admodum principibus mundanis ex ſatellitibus augetur autoritas: ita illi & ebrietati velut
reginæ cuidam miniſtros diſponentes, ſummam illius turpitudinem, horum ſtudio mune-
rum obtegere contendunt. Inſuper coronæ adhibentur & flores, & vnguenta, & odorum
mille genera: quæ omnia rebus perituris ac minime laudandis ſuperuacaneum pariunt ne-
gotium. Deinde cum potatione procedente eò veniunt, vt de augenda hac inſania certent,
& de ebrietate per ambitionem contendant: cuius autorem legis diabolum habent: victoriæ
verò præmium, peccatum. Nam qui plus hauſerit meri, is præ cæteris laudatur, is victoriam
refert. Atque ita gloria in ignominia illorum eſt. Inter ſe nanque contendunt, & vt in iudi-
cio aliquo defenſitant. Quis nam ſermo turpitudinem eorum quæ hic fiunt vnquam ſatis
explicare poterit? Omnia ſunt confuſione inconſiderātiáque referta, vbi & qui vincunt &

 qui

qui vincuntur pariter ſunt temulenti:vbi miniſtri rident,manus labant,ora madent, ven- G
ter ciborum grauitate dirumpitur, miſerum corpus naturali vigore diſſolutum ac defluens
vim ponderis immodici ferre non valet.Miſerum profectò chriſtianorum oculis ſpectacu-
lum.Vir ætate florens,corpore robuſtus,obeundis in exercitu laboribus aptus,aliorum ſub-
ſidio domum reportatur,nec erigere ſeipſum valens,nec propriis incedere pedibus. Et qui
terrori hoſtibus fuerat,ridiculus in foro pueris videtur,occaſionémque vt ab omnibus con
temnatur præbet,ſine ferro vulneratus,ſine hoſtibus enectus.Vir militaris& iuuenis crapu-
læ mancipium fit,ab inimicis quæcunque iuſſerint pati paratus. Ebrietas itaque rationis in-
teritus,fortitudinis pernicies,ſenectus immatura, mors momentanea. Quid quæſo ſunt e-
brij,quàm gentium idola?Oculos habent,& non vident:aures habent, & non audiunt:ma- H
nus paralyſi affectas habent, pedes infirmos ac facilè offendentes. Quis hæc machinatur?
quis horum cauſa malorum? quis inſaniæ huius pharmacum nobis propinauit? Tu homo
prælium committis.In aciem iuuentutem educis, facilè vulneratur, ætatis florem vino ab-
ſumis,vocas ad cœnam vt amicum,poſtea eiicis vt cadauer,anima illius extincta. Cum pu
tantur iam eſſe bene poti,tunc bibere incipiunt,potántque pecudum more, vt ex fonte pe-
renni æquas ſcaturigines accumbentibus adminiſtrante. Procedente autem potatione pro-
dit in medium adoleſcens nondum ebrius phialam vini refrigerati humeris ferens. Is ſub-
moto illorum pincerna in medio aſtans per obliquas fiſtulas æquam conuiuis diſtribuit e-
brietatem. Nouum genus hoc menſuræ, vbi nullus eſt menſuræ modus, vt per poculorum I

Aequales calices.

æqualitatem inter eos nulla ſit inuidia, nec alius alium bibendo circumueniat aut defrau-
det.Arripit quiſque ante ſe poſitum canalem,vt ex quadam ciſterna more boum ſine reſpi-
ratione vno hauſtu tantum bibere contendat, quantum vas illud per argenteam fiſtulam
ſuppeditat. Reſpice parumper ad miſerum ventrem vaſis magnitudinem, vini menſuram
capientem quanta ſit conſidera. Hanc tu nequaquam in vas vinarium reponis, ſed in ven-
trem tuum dudum repletum demittis. Quamobrem iure clamat Propheta: Væh ſurgenti-
bus manè,& ſiceram potantibus,& in vino perdurantibus vſque ad veſperam,& diem in e-
brietate conſumentes,ac nullum tempus ad conſiderandam dei ſapientiam, & opera ma-
nuum eius dignoſcenda interponentes.Vinum illos comburet. Quod ſanè dicit, quoniam K
vini feruor corpori infuſus, incendium fit ignitorum inimici iaculorum. Rationem enim
ac mentem vinum deprimit: voluptates & animi cæteros affectus malos velut apum exa-
men excitat. Quis, dic mihi,currus equorum indomitorum ita præceps fertur, dominum
ſuum excutiens? Quod nauigium ita gubernatore deſtitutum, ita fluctibus exagitatum &
concuſſum, ſi contingat, vt non ſit ebrio ſecurius? Ex talibus itaque malis viri ac fœminæ
communes conſtituentes choros,malóque dæmoni miſeras tradentes animas, ſeſe inuicem
libidinum telis confodiunt atque lacerant.Riſus inter ſe hiſtrionicos,cantus probroſos, me
retricios geſtus ad libidinem inuitantes exercent.Rides,dic mihi,& gaudes inepta ſtolidá-
que lætitia:quum lacrymas fundere,ac dolore ob ea quæ admiſiſti fas erat?Cantus profanos
exerces, oblitus pſalmorum & hymnorum quos didiciſti. Moues pedes, & inſanus ſaltas, L

Populꝰ chriſtianorum pſalmos & hymnos edoctus.

Choreas ducis imprudens, cum genua ad dei & domini noſtri Ieſu Chriſti cultum flectere
oporteat.Quas ego fleam,puellâs ne coniugij expertes,an viris coniunctas? Hæ quidem a-
miſſa virginitate reuerſæ ſunt:illæ verò pudicitiam viris minimè ſeruauerunt. Nam ſi quæ
forſan peccatum corpore vitauere,animo tamen admiſere:quæ quidem & viris mihi ſimul
dicta monitáque ſint.Vidit ille malè,viſa eſt illa malè. Qui mulierem ad concupiſcendum
viderit,iam mœchatus eſt in corde ſuo. Si fortuiti occurſus iis qui obiter mulierculam in-
ſpexerunt,tantum pariunt periculi,quantò maius fuerit quum de induſtria congrediuntur,
quum dedita opera mulieres in ebrietate & conuiuio, omni laſciuo geſtu, ſaltatione, cantu
impudico ad libidinem effrenes iuuenes inuitantes ſpectantur? Quid dicunt aut quid cau- M
ſantur ex his ſpectaculis,vbi tot mala congregantur? Nonne ob voluptatem ſe ac ad exci-
tandam concupiſcentiam ſpectare?Itaque inexcuſabilis laſciuiæ pœnas apud iuſtum dei iu-
dicium quandoque dabunt.Quomodo vos ô miſeri pentecoſte ſuſcipiet,qui ita paſcha con
tempſiſtis?Pentecoſte ſancti ſpiritus aduentum efficacem omnibúſque notum habet.Tu ve
rò te ipſum iam contrarij ſpiritus habitaculum reddidiſti.Ex quo non templum dei ob in-
habitantem ſpiritum ſanctum,ſed idolorum factus es.Quamobrem veram facis Prophetæ
execrationem ex dei perſona dicentis. Conuertam feſta eorum in luctum. Sed quomodo,
dicite mihi,ſeruis imperare poteſtis, quum & ipſi cupiditatibus veſtris tanquam mancipia
ſeruiatis?



A ſeruiatis?Quomodo filios monetis veſtros,animas proprias incaſtigatas retinentes, ac pro-
cul ab omni diſciplina viuentes?Quid igitur?Vos in his relinquam?Sed vereor,ne ſi reme-
dium his malis prætercam,alius peruicacior fiat, aliꝰ verò ob triſtitiam illatã deſperet. Me-
dicina enim,inquit,magna delicta ſedabit.Ieiunium ebrietatem curet,Pſalmus turpes can-
tus,lacryma riſum.Pro ſaltatione genu deo flectatur,pro tripudio pectus pulſetur. Pro ve-
ſtium ſumptu atque ornatu humilitas.In omnibus verò eleemoſyna peccata diluat: redem-
ptio animæ viri diuitiæ. In communionem ſocietatémque orandi dei plures admittite eo-
rum qui tribulati ſunt,ſi quo pacto tibi malitiæ culpa remittatur.Quando enim ſedit popu-
lus manducare & bibere,tunc & ſurgebat ad ludendum:luſus verò illorum idololatria erat:
B tunc leuitæ contra fratres ſeſe armantes ex eis viginti tria millia ceciderunt:ſic enim manus
ſuas,inquit hiſtoria,conſecrârunt.Et vobis nunc deum timentibus dico,qui probra hęc ſce-
leráque minimè probatis.Illud monemus,vt ſi quos pœnitentes horum quæ admiſerunt, vi
deatis,eorum vos miſeratio vt propriorum membrorum affectorum capiat. Si verò à vitiis
minimè diſcedentes,& veſtra ſuper his monita veſtrúmque dolorem aſpernantes animad-
uertitis,ex eorum medio diſcedite ac ſeparemini,& immundum ne contigeritis,vt hoc pa-
cto illi quidem pudefacti ad propriæ malitiæ agnitionem veniant. Vos verò pro iuſtitia ac
zelo præmium Phinees cõſequamini apud iuſtum iudicem deum & patrem domini noſtri
Ieſu Chriſti,cui gloria & imperium in æterna ſecula,Amen.
C

## HOMILIA DE FIDE.

DEi quidem continuò reminiſcendi, apud pias & ei dicatas animas nulla eſt ſatie-
tas.Quæ vero ſunt dei, ſermone proſequi ac narrare, audax profectò facinus fue-
rit,quum infra materiam tam arduam noſtra ſit longè cogitatio.Rurſúſque de deo
cogitata ſeu cognita nec ſermo vllus ſatis aperte explicare poſſit. Si igitur mens
noſtra diuinarum rerum conſideratione ac notitia multo reperiatur inferior,& oratio infra
D mentem ipſam & cognitionem maxime exiſtat: quomodo non erit neceſſarium ſilere, ne
theologiæ dignitas verborum penuria & tenuitate periclitari videatur? Cunctis enim tam
doctis quàm indoctis,natura quidem eſt inſitum hominibus, vt deum glorificare cupiant:
enarrare autem ipſius magnitudinem nullus ſanè inuenitur idoneus. In cultu vero ac pie-
tate erga illum,alter ab altero diſtamus.Nemo enim ita demens, aut tanta mentis cæcitate
eſt,vt ad ſummam dei comprenſionem ſeſe perueniſſe exiſtimet:ſed quanto magis ad ipſius
notitiam accedere videbitur,tanto maiorem ſentiet infirmitatem.Talis erat Abraham, ta-
lis Moſes. Quando enim deum videre,quantum fas erat homini,potuerunt: tunc maxime
vterque ſe humilem tenuemq; putauit:Abraham ſe terram ac cinerem nominans,Moſes ve
ro ſe lingua balbum,ac ſermone tardum appellans.Videbat enim ſe rerum cognitarum ma
E gnitudini nequaquam linguæ debilitate poſſe reſpondere. Sed poſtquàm omnium aures ad
theologiæ auditionem ſunt apertæ:nec vlla ſatietas,aut vllus finis in eccleſia talium acroa-
matum,Eccleſiaſtici ſermonem verum faciunt,dicentis: Nõ implebitur auris ab auditione:
neceſſe item nobis pro facultate aliquid de hac enarrare.Dicemus autem non quãtus ſit de-
us,ſed quantum nobis deprendi poſſit.Nam vt quæ ſunt intra cœlum & terram media, licet
plane aſpicere oculis non valemus:non tamen propterea cauſa nobis fuerit,vt quantum poſ
ſimus non aſpiciamus. Sic & nos paucis nunc verbis pietatis in hac parte officio ſatiſfacie-
mus.Naturę vero magnitudini triumphum contra omnem ſermonis facultatem concede-
mus.Nam nec angelorum linguæ,qualeſcunq; aut quantęcunq; hæ ſunt,neque item archã-
F gelorum cum omni rationali natura congregatæ,vel minimam illius diuinitatis partem ſa
tis congrue proſequi,nedum toti explicãdæ pares eſſe valebunt. Tu autem ſi aliquid de deo
dicere aut audire cupis,mitte corpus vnà cum ſenſibus corporeis:relinque terrã,mare,& aë-
rem ſub tuis ponito pedibus.Tranſi contemplatione temporum pulchre diſtinctas ordina-
tiones,terræ ornatus.Supra æthera mentis oculos attolle.Siderum curſus mirandámq; natu
ram pręteri,ordinem,magnitudinem,quantos omnibus vſus præbeant,ſplendorem, motũ,
collocationem,quemadmodum inter ſe iungantur,ac diſtent,mirabili quadam ac perpetua
ratione,omnia mente ſublimior factus deſpice.Deinde ſupra cœlum aſcende, & animo pul
cherrima quæ ibi adſunt contemplator,cœleſtes exercitus,angelorum choros,prȩſulatus ar-

changelorum,gloriam dominationum,ſedes thronorum,virtutes,principatus, poteſtates, G
ſingula percurrendo creata:mentem amore diuino incenſus altius illis attolle, ac omnium
conditricem naturam diuinam intuere ſtabilem,immobilem , nihil in ſe alienum retinen-
tem,ſimplicem,impaſſibilem,indiuiſibilem,incompoſitam,lucem habitantem inacceſſam,
potentiam ineffabilem, magnitudinem incircumſcriptam, gloriam ſupermicantem, boni-
tatem deſiderabilem , pulchritudinem inenarrabilem : quæ anima vehementer conſternata
contingi quidem,ſermone autem nequaquam explicari poteſt. Ibi nanque pater,filius,& ſpi
ritus ſanctus,Increata natura,dominica maieſtas,naturalis bonitas . Pater omnium princi-
pium,omnium cauſa exiſtentium,animantium radix:vnde vitæ fons orta eſt:ſapientia,po-
tentia,imago ipſiſſima inuiſibilis dei,Filius ex patre genitus,verbum viuens, deus exiſtens, H
& ad deum exiſtens:exiſtens,non factus,ante omnia ſecula,non poſtea creatus . Filius,non
ſeruus,creator non creatura . Cuncta exiſtens , quæ eſt & pater, filius inquam & pater. Has
mihi proprietates probe cuſtodi . Manens igitur in eſſentia filius, omnia eſt, quæ pater eſt.
Secundum ipſius domini vocem,dicentis:Cuncta quæ habet pater mea ſunt. Reuera nanq;
imaginis ſunt omnia,quę in prototypo ſiue exemplari exiſtunt:Vidimus,inquit Euangeliũ,
gloriam eius,gloriã quaſi vnigeniti à patre:Hoc eſt,non ex munere aut ex gratia,hæc ei mi-
randa data ſunt:ſed ex naturali communitate patriæ diuinitatis dignitatem obtinente filio.
Accipere nãq;,commune quiddam cum creatione eſt:habere autem ex natura, propriũ ge- I
niti.Vt ergo filius,naturaliter ea quæ ſunt patris poſſidet:vt autem vnigenitus,omnia in ſe-
ipſo comprẽdit,nihil cum altero diuidens.Ex ipſa igitur filij appellatione diſcimus,quòd na
turæ ſocius eſt,non naſci iuſſus,ſed ex poteſtate ſplendẽs:ſine interuallo,ſine tempore, cum
patre coniunctus:æqualis in bonitate,æqualis in potentia,eiuſdem ſocius gloriæ, quid enim
aliud eſt,quàm ſphragis & imago,totum in ſe patrem oſtendens:Quæcunq; autem poſt hæc
tibi de ipſo filio corporea dicuntur,vt videlicet ob ſalutem hominum carnem aſſumens ſe
nobis manifeſtauerit,quodq; miſſum ſe,& nihil per ſe poſſe,& mandatum à patre accepiſſe,
& his ſimilia dixerit:nullam tibi occaſionem præbeant,vt ipſius vnigeniti diuinitatem vlla
ex parte minuas.Non enim ea quę humiliter ac tenuiter de domino ob tui ingenij debilita-
tem dicta ſunt,cauſam minuendi,aut aliquid detrahẽdi diuinæ potẽtiæ dignitati congruam K
habent.Sed naturam quidem deo competentem intellige,humiliora vero verba diſpenſato
riè accipe.De quibus ſi in præſentiarum exacte tractare vellemus,obſcuri vehementer eſſe-
mus,multam infinitámq; penè verborum copiam ſubiecto adducentes. Sed ad propoſitum
reuertamur Si mens noſtra ſeſe corporeis affectibus purgare atq; exuere, & omnem intelli-
gibilem creaturã deſerere poſſet,& quemadmodum piſcis ex profundo ad ſummum adna-
tare,in primã creationis puritatẽ reducta,ibi ſpiritũ ſanctũ videret:vbi filius,& vbi pater o-
mnia cũ ipſo coniunctim & ſecundũ naturã,bonitatem,rectitudinẽ,iuſtitiã,ſanctitatẽ poſ-
ſident.Dicitur enim:Spiritus tuus bonus.Et rurſus:ſpiritus rectus.Itẽ:Spiritus ſanct⁹.Et Pau
lus ait:Lex ſpiritus vitę.Horũ nihil aliunde illi acceſſit,nihil poſtea eſt factũ . Sed quemad- L
modũ calefacere minimè ab igne ſeparatur,nec à luce ſplẽdere:ſic nec à ſpiritu ſanctificare,
viuificareq;,ſeu bonitas,ſeu rectitudo.Ibi igitur ſpiritus conſtitit,ibi,inquam, in natura bea
ta:non cũ multitudine cõnumeratus,ſed in trinitate conſideratus.Vnicè enuntiatus: non in
numero aliquo,aut cõſortio compreſus:vt enim Pater vnus,& filius vnus, ſic & ſpiritus ſan
ctus vnus eſt.Miniſtrãtes aũt ſpiritus in ſingulis ordinibus,multitudinẽ nobis vix numerabi
lẽ oſtendũt.Ne igitur in creatione quod ſupra creationẽ eſt quæras:nève id quod ſanctificat
coniunge ſanctificatis.Is autem ſpiritus angelos & archangelos implet , poteſtates ſancti-
ficat,omnia deniq; viuificat.Is item in omnẽ creaturã diuiſus cum aliter ab alio capiatur ni-
hil tum minuitur à participantibus.Omnibus quidẽ gratiã ſuam largitur, nõ tamẽ cõſume- M
tur,ſed participes ipſius implentur,& ipſe in nullo deficit.Quẽadmodũ ſol corporibus lucẽs
varie à quolibet ſumitur,nec tamen propterea diminuitur,ſic & omnibus quidẽ gratiã præ-
bens,infractus remanet ac indiuiſus.Omneis quidẽ ad agnitionem dei illuminat,Prophetas
inſpirat,legiſlatores ſapientes reddit,ſacerdotes ſacris inſtituit,regibus fortitudinem addit,
perficit iuſtos,ornat modeſtos,gratiam ſanitatum operatur,mortuos viuificat,ſoluit com-
peditos , alienos in filios per regenerationem ſupernam adoptat . Si telonarium depren-
dat credentem , euangeliſtam conſtituit . Si piſcatorem inueniat , theologum reddit . Si
perſecutorem pœnitentem , gentium apoſtolum , præconem fidei , vas electionis decla-
rat . Per hunc etiam ſpiritum , debiles redduntur robuſti , pauperes in diuitias veniunt.
Idiotæ,

Pater.

Filius.

Gloriã quaſi vnigeniti.

Spiritus ſanctus.



A Idiotæ,ingenio & eloquentia cæteris quidem ſapientibus ſapientiores euadunt . Paulus de-
bilis,ſed ob præſentem ſpiritum eius corporis ſudaria ſanitatem ſuſcipientibus præbent.Pe-
trus & ipſa humana velatus debilitate , ob eiuſdem ſpiritus gratiam vmbra corporis mor-
bos ægrotantium pellebat.Pauperes Petrus & Ioannes, argentum & aurum non habebant:
verum ſanitatem diuitiis longè pretioſiorem pauperi claudo apud portam ſpecioſam do-
nauerunt.Qui cum ex multis aurum acciperet,nihilominus rogabat.Ex Petro gratiam cum
ſuſcepiſſet , rogare amplius deſtitit , veluti ceruus proſiliens , ac deum collaudans.Ioannes
mundi ſapientiam nunquam didicit aut nouit:Attamen loquutus eſt potentia ſpiritus ver-
ba,quæ nulla ſapientia deprendere valet.Is denique ſpiritus in cœlo eſt, & terram impleuit,
B vbique adeſt & nuſquam circunſcribitur,totus in quolibet inhabitat, & totus cum deo eſt:
non quidẽ miniſtri modo dona diſtribuit,ſed dominica ac principali poteſtate chariſmata
diuidit.Diuidit,inquam,propria cuilibet vt vult.Mittitur diſpenſatoriè,ſed operatur ſua au
toritate.Quamobrem fratres amatiſſimi,hunc animabus noſtris adeſſe omni ſtudio quęra-
mus:nec vllo vnquam tempore nos deſinere,in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti:Cui glo-
ria & imperium in æterna ſecula. Amen.

## HOMILIA IN VERBA ILLA

C

## *In principio erat uerbum.*

OMnis quidem euangeliorum vox , reliquis omnibus ſancti ſpiritus præceptis emi-
nentior eſſe dignoſcitur:quòd in aliis per prophetas ſeruos,in euangeliis autem ip
ſe per ſe dominus nos eſt allocutus. In ipſius autem euangelij laudibus , & ſermo-
nis magnitudine , & ſententiarum grauitate, Ioannes filius tonitrui primas obti-
net.Cuius prooemium iam lectum audiuimus: In principio erat verbum & verbum erat a-
pud deum,& deus erat verbum.Hæc ego noui multos etiam extra veritatis rationem,mun
D dana ſapientia prędítos, iactantes & admirantes, ac ſuis decretis & ſcriptis miſcere auden-
tes.Fur enim diabolus,& noſtra extra nuntiant,ad ſuos †hypophetas transfert.Si igitur car-
nis ſapientia hanc virtutem verborum tantopere admiratur: quid nos ſpiritus ſancti diſci-
puli faciemus?fruſtráne & ſine attentione audiemus,& paruam admodum eis ineſſe virtu-
tem exiſtimabimus?Et quis ita ſine mente eſt ac ſenſu, vt talem ſententiarum pulchritudi-
nem,ac deſcriptorum indeprenſibilem veritatem non ſtupeat & admiretur, ac eius verita-
tem deprendere cupiat?Veruntamen admirari quidem pulchra nequaquam difficile eſt,ſed
perfectam ac diligentem eorum aſſequi cognitionem,hoc ſanè captu difficile . Nam & ſo-
lem hunc ſenſibilem nemo eſt qui non laudet,& ipſius magnitudinem , ſimulq; pulchritu-
E dinem,& radiorum ſymmetriam,& lucis ſplendorem admiratus . Si vero in eum diligen-
tius ac pertinacius intuebitur,& indies eius aſpectum conſiderabit , non ſolum ea quæ ſen-
tit in eo deprẽdet,ſed etiam oculorum acie debilitatus abſcedet. Tale quidem mihi videor
mente pati , ſi ardua ſublimiſq; verborum prædictorum veſtigatio requiratur . In princi-
pio erat verbum.Quiſnam dignè quæ ſunt circa principia cognoſcet? Quænam verborum
virtus inueniatur,quæ poſſit cognitum pro ipſius dignitate oſtendere ? Ipſe Ioannes de filij
dei theologia tractaturus , nullum aliud exordium orationis aptius quàm principium om-
nium prætulit. Præuidebat iam tum ſpiritus ſanctus futuros eſſe,qui ſophiſmata in audien-
F tium euerſionem machinarentur.Quoniam ſi genitus eſt,non erat:& antequam generare-
tur non erat.Et,ex his quæ non ſunt, hypoſtaſim accepit . Talia enim linguæ loquuntur ad
perſuadendum aptæ, ac ſuper omnem gladium ancipitem penetrabiles & acutæ . Ne igitur
alicui huiuſcemodi tendiculas vſurpare liceat,ſpiritus ſanctus occurrit per euangelium,lo-
quens:In principio erat verbum.Si hanc vocem rectè tenueris, nihil à viris contentioſis ac
captioſis graue patieris.Si enim ille dixerit:Si genitus eſt,nõ erat:Tu dic:In principio erat.
Sed,inquit,prius quàm genitus eſſet,quomodo erat? Tu ne dimittas illud erat,non item re
linquas:In principio.Principij nanque ſummitas nequaquam deprẽditur. Quod autem ex-
tra principium ſit,non inuenitur.Ne quis te decipiat varia dictionis ſignificatione . Multa
enim ſunt principia diuerſarum rerum in hac vita,verum vnum eſt principium,quod om-
 nia

† Hypophetæ ſunt ij vates, qui aliunde acceptum oraculum promũt

Principium variè accipitur.

nia pręcedit.Principium bonæ vitę,dixit Prouerbium:Sed viæ quidem principium,primus G
motus,vnde iter incipimus:cui quod eſt retro,inueniri poteſt:Et,Principium ſapientiæ ti-
mor domini.Artium nanque comprehenſionem elementaria inſtitutio præcedit: primum
itaque elementum ſapientiæ eſt timor domini. Sed hoc principio eſt aliquod antiquius:vi-
delicet animæ conſtitutio,nondum factæ ſapientis,nec domini timorem adeptæ. Principia
dicuntur ciuiles quoque potentatus dignitate præcellentes. Sed iſta principia aliquorum
ſunt principia, & quodlibet illorum aliquò refertur. Principium enim lineæ punctum. Et
principium ſuperficiei linea:& principium corporis,ſuperficies, & orationis principia, ele-
menta. Illud autem de quo dicimus principium, non tale eſt: nulli alligatur, nulli ſeruit,
cum nullo conſideratur: ſed liberum eſt ſine domino, ſolutum omni ad alterum coniun- H
ctione, cogitatione indeprenſibile, vltra quod aliquid inuenire non eſt. Si enim phanta-
ſia mentis contenderis principium præterire, inueniet ipſum te præteriens, & tuas omni-
no decipiet cogitationes. Dimitte tuam mentem,quantum ipſa cupit percurrere, & ad ſu-
periora conſcendere: Deinde ipſam reperies in infinitum errantem, ac per multa vacua
ſpatiantem, rurſus vero ad ſuiipſius vnitatem redeuntem: quoniam antiquius ſeipſa
principium reperire nequeat. Idcirco ſemper principium omni cognito exterius, ac
ſuperius inuenitur. Igitur in principio erat verbum. O rem mirabilem, quomodo cun-
ctæ inter ſe voces congruè ſunt coniunctæ? Nam erat, idem valet ac vox hæc: In prin-
cipio. Vbi blaſphemus? vbi lingua Chriſto aduerſaria dicens. Erat aliquando, quan- I
do non erat? Audi euangelium: In principio erat. Si autem in principio erat, quan-
do non erat? Impietatem eorúmne ploro, an ignorantiam abominor? Sed antequam fa-
ctum eſſet,non erat.Noſti quando ſit genitus,vt quod prius eſt tempore poſſis inferre?Illud
enim antea,temporalis eſt vox,aliud alij vetuſtatis gratia præponens.Temporis autem con
ditorem quomodo congruum eſt generationis temporalis appellatione eſſe ſubiectum? In
principio igitur erat.Quod ſi ab hoc verbo,erat,non deficies aut te alienaueris,nullum bla-
ſphemiæ dabis aditum.Sicut enim per mare euntes, quando inter duas anchoras fluctuant,
tempeſtatem deſpiciunt:ſic & tu hanc prauam tempeſtatem, quam ſpiritus maliciæ in vi-
tam inferunt mortalium multorumq; fidem concutiunt, ridebis: ſi horum verborum ſecu- K
ritate, animam confirmatam munitâmque habueris. Quærit mens noſtra, quodnam hoc
in principio verbum ſit: humanúmne verbum an angelorum: quoniam innuere nobis
Apoſtolus videtur, angelos propriam habere linguam, dicens: Si linguis loquar homi-
num & angelorum. Sed & verbi duplex eſt ſenſus: Vno modo per vocem prolatus,& aë-
rem verberans, ſtatímque periens: Alio modo intra nos poſitum, & noſtris cognitum
cordibus. Logos inſuper artificioſa eſt oratio. Vide itaque, ne vocis huius æquiuocatio te
forte decipiat. Quomodo enim erat in principio humanum verbum, cum homo initium
generationis poſtremò acceperit? Nam ante homines, & beſtiæ, & volucres, & ſerpentes,
omnia denique terreſtria, aquatilia, volatilia, aſtra, ſol, luna, herbæ, terra, mare, cœlum. L
Non igitur in principio humanum erat verbum, ſed neque angelorum eſſe poteſt. Omnis
nanque creatio inferior æuo eſt,principium à creatore accipiens: Verbum autem intrinſe-
cus cordibus naſcens, & ipſum eſt illis quæ intelliguntur poſterius. Sed audi verbum hoc,
ita vt deo condignum eſt. Nam de vnigenito diſſerens verbum ipſum appellauit. Quem-
admodum igitur illum paulò pòſt & lucem, & vitam, & reſurrectionem vocat. Cum verò
lucem audis,non hanc ſenſibilem oculiſque viſibilem exiſtimabis.Neque cum vitam audi-
ueris, hanc communem putaueris, qua & bruta viuunt. Similiter & verbum audiens, caue
mentis imbecillitate ad humiles terrenáſque ſententias deprimaris, ſed verbi poteſtatem
ac ſenſum diligentius inueſtiga. Cur verbum? Vt quod ex mente procedit, oſtendatur. M
Cur,inquam,verbum?Quoniam ſine motu genitum eſt.Cur verbum? Quoniam imago eſt
genitoris, totum in ſe monſtrans genitorem, nullam inde partem diducens, & perfecta in
ſe exiſtens: quemadmodum ferè verbum noſtrum quod totius noſtræ cogitationis imagi-
nem refert. Quæ enim ſecundum cor nouimus, hæc verbo proferimus. Et quod loquimur
exemplar habet eius quod corde cogitamus.Ex cordis enim abundãtia verbum pronuntia-
tur. Nam cor noſtrum veluti fons eſt quidam, verbum verò emiſſum veluti riuus ex fonte
profluens. Tantum igitur profluens eſt, quantum id vnde profluit, ac quale opertum, tale
item apparens extat. Verbum itaque dixit, vt impaſſibilem patris generationem oſtendat,
& perfectam filij ſubſtantiam theologizet, & coniunctionem ſine tempore filij ad patrem
per hæc

Filius quare dictus verbum.



A per hæc oſtendat. Nam & verbum noſtrum, mentis generatio, ſine paſſione generatur.
Neque enim ſcinditur, neu diuiditur, neque fluit,ſed manens tota mens in proprio ſtatu
verbum totum & continuum emittit,ac procedens verbum omnem generantis mentis vir
tutem in ſeipſo complectitur. Tua igitur tantum ex verbi voce vnigeniti theologiam ac-
cipe,quantum pietas permittit.Quod quidem obſcurum verbum,& inconditum, ac incon
cinnum apparens inueneris, hoc vitabis, & omninò præteribis. In principio erat verbum.
Si dixiſſet:In principio erat filius, appellatione filij cogitatio de paſſione generationis ſub-
iiſſet. Quoniam apud nos genita & tempore & paſſione generantur. Idcirco de induſtria
verbum dixit, vanis hominum ſuſpicionibus occurrens, vt tuam animam incolumem
B conſeruaret. Et verbum erat apud deum. Rurſus erat. Propter impios qui blaſphemant,
dicentes: quoniam non erat. Vbi non erat verbum? Non in loco. Non enim in loco quæ
ſunt incircumſcripta continentur. Sed vbi? Apud deum. Neque enim pater in loco, nec
filius in circunſepto aliquo aut circunſcriptione certa deprenditur. Sed infinitus pater, in-
finitus filius. Totum quodcunque noueris, & quocunque ſpiritu tuo penetraueris, deo
plenum, ſimul & hypoſtaſim filij coniunctam inuenies. Et verbum erat apud deum. Ad-
mirare cuiuſlibet vocis virtutem. Non enim in deo verbum erat, ſed apud deum, vt hy-
poſtaſeos proprietas conſiſtat. Non dixit in deo, ne auferendæ hypoſtaſeos occaſionem
daret. Etenim peruerſa eſt & illorum blaſphemia, qui omnia commiſcere, & vnum ſub-
C iectum ſtatuere: patris verò, ac filij, ac ſpiritus ſancti differentes appellationes vni rei
adaptatas eſſe aſſerere conantur. Impietas hæc peſſima fugiendáque, non minus quàm ſi-
milem eſſe ſecundum ſubſtantiam filium dei à deo patre blaſphemantium. Et verbum e-
rat apud deum. Poſtquàm verbi voce vſus eſt ad exprimendam generationis Chriſti im-
paſſibilitatem, id quod in eo verbo nocere nobis poterat, moderatur, & veluti blaſphe-
mantium ſycophantiæ eripit, qui dicunt: Quid eſt verbum? dum ſubiungit, dicens:
Deus erat verbum. Ne callidè quorundam verborum differentias mihi afferas. Néue ex
arte aſtuta tua aliquam doctrinæ ſpiritus blaſphemiam incutias. Habes ſententiam. Sub-
ditus eſto domino. Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Rurſus ſum-
D mans paucis verbis omnem ſuam de vnigenito theologiam nobis euangeliſta tradit.
Hoc. Quod hoc verbum? Deus. Poſtquam enim mentem tuam de illo correxit, & qua-
ſi animæ tuæ inſculpſit quæ ignorabas, per doctrinam & verbum cordi tuo indidit. Hoc,
inquit.Quod hoc? Ne extrà per vocem demonſtratiuam reſpice,oſtenſúmque tibi veſtiga,
ſed in animæ tuæ occulta penetraliáque ingredere, & qualem didiceris deum vt in prin-
cipio exiſtentem, vt verbum procedentem, vt apud deum exiſtentem, hunc dominum
tuum obſerua, cole, adòra, ac demum per inſitam tibi doctrinam intellige: quòd hic e-
rat in principio: hoc eſt, ſemper apud deum eius patrem. Has mihi paucas voces ſeruate,
quaſi ſignaculum illas memoriis veſtris imprimentes.Ipſæ nanque contra inſidiantium in-
E curſus tanquam firmiſſimum munimentum erunt. Ipſæ, inquam, propugnaculum & cu-
ſtodia fuerint animarum,ſalutaris defenſio ipſas tuentibus. Si quis autem tibi dixerit:Cum
non eſſet, genitus eſt. Si enim erat, quomodo genitus eſt? Hanc vt dæmonum vocem,
ac contra vnigeniti gloriam blaſphemam repelle. Tu verò inſurgens ad euangelij voces
accurre: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc
erat in principio apud deum. Quartum, dic erat, & blaſphemiam illorum confutabis,qua
dicunt, non erat. Hæ itaque voces tanquam fidei fundamenta immobiles perſiſtant. Su-
per has & reliqua deo fauente ſuperædificabimus. Nec enim vos omnia ſemel docere va-
lemus, ne forte orationis longitudine inutilia vobis quæ ſtudioſè ſelecta ſunt, reddamus.
Omnia nanque percurrere, mentis debilitati haud aliter fuerit, quàm ventrem ob nimiam
F ſaturitatem ea quæ ſumpſerit ad concoctionem deducere non poſſe.Opto autem fratres,vt
iſta vobis & guſtu ſint dulcia,& digeſtione & concoctione vtilia.Ego verò me paratum ad
reliqua quæ reſtant vobis enarrãda libenter obtulerim.In Chriſto Ieſu domino noſtro:Cui
gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

Et verbum erat apud deum, cur non in deo.

# HOMILIA BASILII MAGNI *in ſanctum baptiſma.*

QVi baptizatur,in ſanctam triadem baptizatur, in patrem,& filium,ac ſanctum ſpi
ritum:non in principatus, non in virtutes,nec in reliquas aliquas creaturas. Sciat
ergo manifeſtè quòd ſupra creaturas ſit ſancta trinitas, nec quicquam illius crea-
turis connumerare conetur. Memor ſit domini, qui ſpiritum ſanctum diſcipulis
ſuis inſpirauit,pérque illam inſpirationem ſpiritum eſſe diuinæ eſſentiæ,& non creatæ natu H
ræ oſtendit.Reputet etiam ſecum Apoſtolicam de trinitate expoſitionem, in qua videmus
vnam eſſe operationem patris,& filij, ac ſpiritus ſancti, vt neque filius,neque ſpiritus crea-
tus ſit,aut factus ſecundum naturam.Non enim deus,vt ſuam operationem abſoluat, ſua-
ipſius opus habet creatione.Dicit autem Apoſtolus:Diuiſiones donorum ſunt,& idem ſpi-
1.Cor.14. ritus.Et diuiſiones ſunt miniſteriorum,& idem dominus. Et diuiſiones ſunt operationum,
idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus. Itaque quæ deus operatur,eadem opera-
tur & ſpiritus. Omnia, inquit, operatur vnus ac idem ſpiritus diuidens vnicuique vt vult.
Non itaque ſeruituti deputet ſpiritum,cum audiat illum omnia quę dei ſunt operari quem-
admodum vult.Et iterum dicit: Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi verò domini ſpiritus eſt,
ibi & libertas eſt.Etenim niſi diuinitatem habitare in nobis diceret per ſpiritum,qui in no- I
bis habitat, dicente Ioanne: In hoc cognoſcimus illum in nobis eſſe, ex ſpiritu videlicet,
quem dedit nobis,omnem nobis ſpem adimeret.Si enim deus in nobis non eſt,neque vita,
neque vllis bonis ſempiternis potiemur.Dicit autem iterum Paulus:An ignoratis quòd tē-
plum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis?Rurſus: Corpora veſtra templum ſpiritus ſan
cti ſunt, qui in vobis eſt, quem habetis à deo. Creatura quidem reuelatione opus habet,vt
quæ dei ſunt cognoſcat.Spiritus verò nobis illa reuelat.Deus,inquit,reuelauit vobis per ſpi
ritum ſuum.Et in vobis ſcrutatur.Nam in ipſo ſcrutationem facimus,ſpiritus inquit, ſcru-
tatur etiam profunda dei. A ſeipſo autem cognoſcit, quemadmodum & noſter ſpiritus.
Quis enim hominum,inquit,nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt?Ita & K
quæ dei ſunt nemo nouit,niſi ſpiritus dei.Viuificat etiam deus.Dicit enim Paulus:Denun-
tio coram deo,qui omnia viuificat.Vitam dat autem & Chriſtus, qui dicit: Oues meæ vo-
cem meam audiunt,& ego do illis vitam æternam.Viuificamur verò & per ſpiritum, teſte
Paulo,qui dicit:Is qui Chriſtum excitauit ex mortuis,viuificabit & mortalia veſtra corpo-
ra per ſpiritum ſuum,qui habitat in vobis. Eſt itaq; viuificatio à deo per Chriſtum in ſpiri-
tu.Quapropter & quoniam omnis operatio filij per ſpiritum manifeſtatur, Dominus no-
minatur ſpiritus,nomine domini,& Chriſtus nomine Chriſti, quemadmodum iam dixi-
mus.Dominus autem ſpiritus eſt. Dictum eſt autem & hoc: Vos non eſtis in carne, ſed in
ſpiritu:ſiquidem ſpiritus dei in vobis eſt.Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non L
eſt eius.Deinde ſubiungit:Si verò Chriſtus in vobis eſt, pro eo quod conſequenter debebat
dicere,ſi verò ſpiritus in vobis eſt. Non eſt diuina vox, quæ ſpiritum facturam eſſe docet.
Quod enim alibi dicitur:Omnia per ipſum facta ſunt,de multitudine creaturarum dictum
eſt.Spiritus verò in illa non comprehenditur, ſed cum diade patris ac filij triadem adim-
plet,& alienus eſt à conſortio creaturarum, vtpote creaturas ſanctificans & viuificans, &
vnctio in nobis exiſtens,imò & in ipſa domini carne. Non autem per creaturam dominus
noſter Ieſus Chriſtus ſanctificatur,vt Petrus dicit,Ieſum à Nazareth, quem vnxit deus ſpi-
ritu ſancto ac virtute,nec per creaturam potens eſt, ſed dicit: In ſpiritu dei eiicio dæmonia,
neque per creaturam dicitur. Scriptum eſt enim: Ductus eſt per ſpiritum in deſertum.De
autoritate dei veteres quidem prophetæ clamarunt: Hæc dicit dominus. Poſteriores verò M
ac noui hæc dicit ſpiritus ſanctus.Et Apoſtoli dixerunt: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis.
Quapropter & Apoſtolus vt oſtendat ſe diuina verba proloqui,aliquando dicit:An experi-
mentum quæritis eius, qui loquitur in me Chriſti aliquando? Puto autem & me ſpiritum
dei habere.Eſt autem & veteris inſtrumenti ſcriptura ſpiritus glorificatione referta: Verbo
domini,inquit Pſaltes, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis virtus eorum.Et in li-
bro Iob ſcriptum eſt:Spiritus verò diuinus,qui me fecit. Quemadmodum autem non po-
teſt præter filium aliud poni verbum,quo cœli facti ſunt(alioqui iam nō eſſent per dominū
Ieſum facti,ſi per aliud verbum facti eſſent)ita neque alius ſubſtituendus eſt ſpiritus, qui cū
verbo

Κύριος ὀνομάζεται τὸ πνεῦμα τῷ τοῦ κυρίου ὀνόματι, καὶ Χριστὸς τῷ τοῦ Χριστοῦ.



A verbo virtutes cœlorum confirmet. Cum verò ſpiritum oris audimus,non humani quic-
quam intelligamus,ſed quòd diuinæ maieſtati conueniat, quemadmodum & in verbo fa-
ciendum eſt.Non enim verbū hoc euanidum aliquod dictum eſt,ſed,vt Pſaltes ait,in ſem-
piternum Domine verbum tuum permanet in cœlo. Neque ſpiritus diffuſus quidam flatus
eſt,ſed conſtans ac permanens.Quo enim ibo à ſpiritu tuo,inquit Dauid, videlicet exiſten
te,& plenitudine ſua obtinente omnia, inq; diuina maieſtate conſtituto. Quod nanque de
ſpiritu dixit, idem & de facie ac dextra dei dicit, conſequenter ſubiungens: Et quo à facie
tua fugiam?Si aſcendero in cœlum,tu illic es.Si deſcendero ad infernum,ades.Si ſumpſero
alas meas diluculo,& habitauero in extremis maris locis, etenim & illic manus tua dedu-
B cet me, ac tenebit me dextera tua. Et vox dei eſt, de ſe ipſo pariter & ſpiritu ſuo dicentis:
Ego ſum in vobis,inquit dominus,& ſpiritus meus præſto eſt in medio veſtri. Neque igitur
alienus eſt à gloria dei ſpiritus,ex ineffabili ore ineffabiliter prolatus,neque ipſe deus eſt,ſed
dei ſpiritus,& apud deum,qui & à deo mittitur,& per filium nobis ſuppeditatur.Quemad-
modum ex perſona patris dicitur:Spiritus meus qui ſupra te eſt.Dicitur & ab ipſo domino:
Mittam vobis paracletum,quem vocat etiam ſpiritum veritatis. Vnum itaque patrem, v-
num filium,vnum & ſpiritum ſecundum diuinam traditionem confiteri oportet,non duos
patres,non duos filios,quandoquidem ſpiritus non eſt filius, neque filius nominatur. Non
enim à ſpiritu vel patrem,vel filium accipimus,quemadmodum à filio ſpiritum, ſed ipſum
nos accedentem & ſanctificantem ſuſcipimus,diuinitatiſq; cum illo communionem, ado-
C ptionis filiorum dei participationem,ſempiternæ hęreditatis arrhabonem,ac futurorum bo
norum primitias.Neque igitur quiſquam extra ſacra hæc nomina curioſè quicquam intro-
ducat,neque filij appellationem aut generationem ad ſpiritum detorqueat,ſed in ſpiritus ap
pellatione & ſimilitudine contentus quieſcat.

οὐ γὰρ παρὰ τοῦ πνεύματός τινα λαμβάνομεν

## BASILIVS MAGNVS DE BARLAAM *martyre.*

D PRimum quidem ſanctorum mors planctu ac lacrymis cohoneſtabatur.Vehemē-
ter mortuum Iacob defleuit Ioſeph.Et Moſis mortem Iudæi haud parum planxe-
runt.Samuëlem quoque multis lacrymis ornarunt. Nunc vero morientibus ſan-
ctis exultamus. Triſtium nanque poſt crucem domini immutata eſt natura. Iam
non amplius ſanctorum obitus lamentationibus proſequimur,ſed tripudiis diuinis circum
ipſorum ſepulchra veluti choreas ducimus.Somnus autem iuſtis eſt mors. Imò magis mi-
gratio ad vitam meliorem.Hinc eſt quod martyres exultant dum trucidantur. Nam deſide
rium fœlicioris vitæ iugulationis dolorem extinguit & emortuum reddit.Pericula non reſ
picit martyr,coronas reſpicit,plagas non horret, ſed præmia numerat. Non videt lictores
E inferne flagellantes,ſed angelos ſuperne lætis ominibus acclamantes imaginatur, non ſpe-
ctat ad temporaria pericula, ſed ad præmiorum æternitatem. Splendidum & à nobis iam
arrhabonem aſſequitur,dum diuinis acclamationibus ipſi applauditur ab omnibus,& innu
meros vinctos è ſepulchris conuertit & attrahit. Hoc ipſum ſanè hodie forti ac ſtrenuo
Barlaam vſuuenit.Inſonuit enim bellica martyris tuba,& armatos pietatis milites, vt vide
tis collegit.Athleta Chriſto adhærens prædicatus eſt, & ſtatim excitatum eſt eccleſiæ thea-
trum.Et quemadmodum fidelium dominus dixit, Qui credit in me,etiam ſi mortuus fue-
rit,viuet,mortuus eſt fortis Barlaam,& applaudit illi panegyris. In ſepulchro conſumptus
eſt,& ad conuiuium aduocat.Nunc tempus eſt vt exclametis.Vbi eſt ſapiens,vbi ſcriba?vbi
F diſceptator ſæculi huius?Agreſtis homo inſuperabilem nobis hodie pietatis exhibet doctri-
nam,quem Tyrannus rapuit quidem,veluti facilem prædam ac venationem nactus, poſtea
vero inſuperabilem militem ſenſit, quem tanquam inſana ac delira loquentem riſit, mox
vero angelica virtute ſtrenuum horruit. Mores enim hominis non fuerunt cum organo
linguæ barbari, nec ratio cum ſyllabis claudicare viſa eſt. Sed erat alter Paulus cum Paulo
dicens,etiamſi ſermone ſum rudis, non tamen ſcientia. Torpebant iam flagellando licto-
res, martyr vero robuſtior inueniebatur. Lacerantium manus eneruabantur,verum mens
lacerati haud quaquam flectebatur.Neruorum harmonias iam flagra remiſerant,ac fidei vi
gor vehementius ſtringebatur. Perfoſſa latera abſumebantur, mentis vero philoſophia flo-
rebat.

rebat.Maior carnis ipſius portio emortua erat,at ipſe martyr quaſi nondum inito certami- G
ne firmus erat.Nam quando pietatis amor animum hominis præoccupat, quodcunque illi
pugnarum genus ridiculum reddit,& quotquot illum deſideratæ rei gratia conuellunt, de-
lectant magis quàm conſternant . Teſtis mihi eſt affectus ille ac deſiderium Apoſtolorum,
vnde Iudæorum ipſis aliquando flagella iucunda reddita ſunt . Abibant enim, inquit, gau-
dentes à conſpectu concilij,quod digni habiti eſſent,qui pro nomine Ieſu contumeliam pa
terentur.Talis & nobis hodie laudatur miles,qui ſupplicia loco gaudij duxit.Flagellis ſe tã-
quam roſis impeti arbitratus,pietatis obfuſcationem non ſecus atque iacula quædam decli-
nauit.Iudiciarium furorem quaſi quandam fumi offuſionem reputauit.Efferas ſatellitum a- H
cies riſit,pericula calcauit,quaſi ſuper roſis tripudiaret.Plagis affectus lætatus eſt,ac ſi hono-
re afficeretur.In ſuppliciis vehementioribus non ſecus exultauit,quàm ſi præclara brabia ac-
ciperet.Nudatos gladios deſpuit,manus lictorum cera molliores ſenſit. Lignum tormento
deputatum,veluti ſalutiferum complexus ſalutauit . Carceris clauſura quaſi prato quodam
viridi oblectatus eſt , tormentorum adinuentionibus veluti variis floſculis iucundatus eſt.
Dexteram habuit igne firmiorem , cuius illi machina poſtremò ab hoſtibus applicabatur.
Aræ nanque pro more dæmoniaci libaminis,igne impoſito,martyrem adductum ſiſtentes,
focóque incenſo dexteram ſupinam impendere iubentes,manu quaſi æreo altari abuteban-
tur,thure illi ardenti malicioſe impoſito.Sperabant enim ignis vi expugnatam manum ne- I
ceſſariò ac velociter incenſum thus in aram excuſſuram,papæ,quàm multiiuga ſunt impio-
rum præſtigia.Quoniam innumeris vulneribus,inquiunt,contentioſi pugilis mentem non
fleximus,vel manum illius flamma incendamus.Quoniam variis machinis animum illius
haud quaquam permouimus , dexteram igni admotam permoueamus . At ne hac quidem
ſpe miſeri potiti ſunt.Nam flamma manum quidem ambedit , perdurauit vero illa cineris
inſtar flammam ferens.Tergum ſæuiẽti igni non dedit,quemadmodum fugitiui & imbel-
les ſolent,ſed immota perſtitit ſtrenue contra flammam dimicans, & Propheticas martyri
voces proferendas adminiſtrans,vt diceret,Benedictus dominus deus meus,qui docet ma-
nus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum.Ignis cum manu confligebat,ſed ignis vin K
cebatur.Luctabantur inter ſe flamma ac dextera martyris,ſed dexteræ noua quædam certa-
minum victoria concedebat,dum flamma quidem per mediam manum exigebatur,ipſa ve
ro manus adhuc ad luctam porrecta erat . O manum igne contentioſiorem , ò manum ab
igne flecti neſciam.Et ò ignem à manu vinci doctum.Ferrum videtur ignis tyrannide emol
liri,æs cedit ignis potentiæ.Solet illo lapidum quoque vinci duricies . Nunc vero martyris
dexteram extenſam ignis ille comburens non flexit,cuius vigor omnia domat.Merito ſanè
martyr iſte ad dominum huius gratia clamaret : Tenuiſti manum dexteram meam , & in
voluntate tua deduxiſti me,& cum gloria ſuſcepiſti me.Quomodo te ò ſtrenue Chriſti mi
les appellabo?Statuam ne vocabo?Sed multum ita de tua tolerantia detriuero. Nam acce- L
ptam ſtatuam ignis emollit,dexteram vero tuam adigere non potuit , vt vel videretur ali-
quoſque moueri . Si ferreum nominauero , & iſtam imaginem dexteritate tua inferiorem
inuenio:Nam tu ſolus flammæ perſuaſiſti,ne manum domaret,tu ſolus dexteram loco aræ
habuiſti , tu ſolus ardenti dextera facies dæmonum percuſſiſti , & tunc quidem flammante
manu capita illorum liquefeciſti,nunc vero eadem incinerata exercitus illorum peſſundãs
excæcas . Sed quid puerili balbutie victorem extenuo? Quin magnificentioribus laudum
ipſius linguis cedamus.Sonantiores doctorum tubas ad illius præconia aduocemus. Exur-
gite nunc ò præclari athleticorum geſtorum pictores.Mutilam ducis imaginem veſtro illu-
ſtrate artificio,& obſcurius à me depictum coronatum athletam,veſtræ induſtrię coloribus
conſpicuum reddite.Abibo certaminũ ac victoriarum martyris à vobis poſita imagine vi- M
ctus,gaudebo tali hodie per veſtram dexteritatem victoria ſuperatus . Video manus huius
luctam cum igne exactius à vobis depictam , video alacriorem pugilem per veſtram depi-
ctum imaginem : plorent dæmones & iam martyris in nobis perculſi victoriis , ardens ite-
rum illis ac victrix manus oſtentetur , pingatur in tabula vna & certaminum agonotheta
Chriſtus,cui ſit gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

IN



A IN GORDIVM MARTYREM MILI-
*tem Cæſarienſem.*

NAturæ lex eſt apibus innata fratres dilectiſſimi , vt niſi rex prius agmen præcedat,
ab aluearibus nuſquã diſcedant . Vos autem dei populum , cum nunc primum ad
martyres tanquam ad flores cœleſtes exeuntes,& huc frequentes conuenire vide-
rim,quo id duce feceritis exquiro. Quis ingentem hunc æſtum excitauit? Quis hye
malem hanc triſtitiam in vernam ſerenitatem commutauit , vt populus ex ciuitatis ædifi-
B ciis tanquam ex apum aluearibus hilaris egreſſus , ad ſuburbanum decus præclarumq; mar-
tyris ſtadium conflueret?Quoniam igitur & nos,infirmitatis noſtræ oblitos celebritas mar
tyris excitauit , age & ipſi quoque quantum voce contendere licet , veluti bombantes apes
vernantibus floribus circumfuſæ,præclara ipſius geſta perſonemus:rem quidem piam agen
tes,ſimul & gratam iis qui adſunt. In laude nanque iuſti populus lætabitur . Salomonis le-
ctio nobis nuper recitata,quidnam per latentem huiuſcemodi prouerbij ſenſum ſibi velit,
mecum ipſe cogitabam:an forte dicat,quod populus oratione magnifica,ac planè culta rhe
toris cuiuſdam potentis quæ auditorum aures demulceat,oblectetur:præterea ſermonis or-
natum,rerumq; inuentionem,ac diſpoſitionem elegantem exoptet.Quod profectò mihi ve
C riſimile non videtur , cum ipſe nuſquam huiuſcemodi dicendi genere vſus fuiſſe inuenia-
tur.Nam & ſanctorum memorias, orationis & eloquentiæ fuco proſequi , non fas erat ad-
monere,illi præſertim , cuius ſcripta ſermone ſimplici , nullóque ſtili apparatu conſpiciun-
tur.Quis ergo illorum verborum ſenſus?Is videlicet,quòd populus ſpirituali lętitia gaudet,
ſi eorum tantum admoneatur quæ iuſti patrarunt,atque inde ad æmulationem recte facto-
rum,ab iis,quæ audit accenditur . Illorum enim qui in fide claruerunt hiſtoria ſimplex , ve-
lut lucem quandam dei cultoribus ad virtutis iter oſtendit.Quamobrem cum in ſacris vo-
luminibus Moſis vitam,morúmque lenitatem noſtræ naturæ magnopere optatam narran-
te ſpiritu ſancto audimus,ſtatim ęmulamur.Quod ſi reliquorum facta virorum eloquentiæ
D floribus ornantur,ſanctis tantum ad ea quæ maxima geſſere demonſtranda , ſat fuerit ora-
tio ſimplex.Itaque dum vitam eorum qui in pietate conuerſati ſunt exponimus, dominum
cum primis per ſeruos ſuos glorificamus,deinde & iuſtos ipſos teſtimonio eorum quæ ſci-
mus celebramus,& populum per auditum rectè factorum exhilaramus . Ioſeph dum audi-
mus aut legimus vitam , illius aſſequi caſtitatem magnopere cupimus . Si vero Samſonis
narratur hiſtoria,ad illius imitãdam fortitudinem accendimur.Sacra igitur ſchola,præce-
pta rhetorum aut inſtituta non ſequitur : nudam rerum expoſitionem pro encomiis habet,
quam & ſanctis,ac nobis ſatis eſſe exiſtimant . Illis quidem ad virtutis eorum præconium:
nobis vero ad imitationis gloriam atque formam . Encomiorum nanque lex eſt patriæ di-
E gnitatem oſtendere,generis originem ex alto repetere,educationis incunabula diligentius
referre.Noſtrum vero dogma hæc tanquam ſuperuacua dimittit:& quæ ſunt propria,ac ver
nacula ſectatur.Quidnam ego ſum melior,ſi mea ciuitas olim magna bella geſſit,aut de ho
ſtibus triumphauit?Si eadem optimo ſit in loco ſita,æſtateac hyeme,cœli que temperie frũ-
atur?Si fertilis eſt viris gignendis,ſi ager paſcendo pecori ſufficiat?ſi meliores nutriat equo-
rum greges quàm vſquam reperiantur?Quid,inquam,iſta?An ad virtutem commendatio-
res nos reddere poſſunt?Nos ipſi profectò decipimus,ſi in montis cacumine conſtituti , nu-
bes nos tranſcendere,ac ſublime cœlum nobis cedere videntes , hac de cauſa nobis aliquid
accedere exiſtimamus . Ineptum inſuper, ſi ſanctis, qui res orbis vniuerſas contempſerunt,
his eſſe opus commendationibus putamus . Igitur noſtri tantum cauſa profectus,ſat fuerit Sanctorum
F illorum celebrare memoriam.Non enim noſtris indigent laudibus ornari,ſed nos ipſorum memoriam
vitæ hiſtoria & commemoratione,imitationis gratia indigemus . Quemadmodum enim non illorum
ex igne naturaliter emicat ſplendor, ex vnguento quoque præſtanti diffunditur odor : ſic è ſed noſtri
ſanctorum commemoratione geſtorum,ad omneis prouenit vtilitas . Fuerit haud modici cauſa cele-
momenti eorum quæ olim geſta ſunt veritatem exacte tenere . Nam obſcura quædam fa- brandam.
ma,viri huius præclara facta conſeruans,ad nos vſque venit. Quamobrem pictoribus rectè
comparabimur . Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt,vti par eſt,à prima for-
ma plurimum recedunt.Nos item cum rerum geſtarum aſpectu caruerimus,valde metuen
dum, ne dicendo rerum veritatem atteramus . Verum quando eius hodie feſtum celebra-
mus,

Gordij martyris hiſtoriç initium.

mus,qui in huiuſcemodi die certamen pro Chriſti nomine ſubiit , quantum ex eius hiſto- G
riæ notitia deprendere licebit,enarrabimus . Fuit hic martyr beatiſſimus ciuis noſter Cæſa-
rienſis : ex quo non mirum , ſi noſtræ mentis affectus ad eum potiſſimum dirigitur , quod
profectò ad verum ac domeſticum nobis facit ornamentum . Nam ſicut arbores quæ bona
ferunt poma , propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo : ſic iſte ex noſtræ vrbis
prodiens vtero,ad ſummúmque gloriæ culmen euectus,patriæ quæ eum produxit atque a-
luit,honorem glorioſiſſimi martyrij tribuit.Iucunda nempe ſunt quidem & externa poma,
modo ſapore delectent : ſed longè noſtro gratiora guſtui propria quàm peregrina , præter-
quàm quòd & gloriam quandam nobis conferre videntur.Militiam exercuit,in qua locum
admodum inſignem tenuit , ita vt centum milites eius imperio parerent : quódque animi H
virtute & corporis viribus præcelleret,cunctis inter ordines militibus præſtantior habeba-
tur.Ea ſanè tempeſtate,cum tyrannus impius qui tunc imperitabat,in Chriſtianum nomen
virus ſuæ feritatis effunderet,manúmque deo inimicam aduerſus eccleſiam exerceret , tota
vrbe præconis tuba ſonabat,toto foro & per compita tyrannicum promulgabatur edictum,
ne quis Chriſtum adoraret.Qui vero contra iuſſa faceret, morte plecteretur . Idola propo-
nebantur adoranda omnibus, lapideáque ac lignea hominum ſimulacra pro vero numine
colenda,& ſi qui recuſarent extrema intentabantur.Confundebatur tota ciuitas,quæ rei no
uitate attonita,tota tumultuabatur : Chriſtianorum domus ſingulæ vaſtabantur : Innocen-
tium facultates diripiebantur . Fidelium & ingenuorum corpora, carnificum manibus di- I
ſcerpebantur . Matresfamiliâs per vicos trahebantur . Nulla iuuenum commiſeratio , nul-
la ſenum reuerentia erat . Inſontes noxiis ac maleficis digna patiebantur . Complebantur
ſupra modum carceres, domus inſignes & opulentæ vacuabantur . Pleni ſaltus , plena per-
fugis loca deſerta : ob vnum tantum crimen, quòd Chriſtum colerent. Prodebat patrem fi-
lius . Pater filium accuſabat . Frater aduerſus fratrem inſaniebat . Seruus domino inſulta-
bat. Adeò diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in tenebris agen-
tes, ſeſe minimè cognoſcerent . Præter hæc autem , domus orationis prophanorum mani-
bus vaſtabantur,aræ ſanctiſſimæ euertebantur, nec erat oblatio vlla, nec thymiama . Diui-
næ rei nullus iam locus erat amplius relictus . Cuncta mœror ingens veluti diffuſa caligo K
occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur.Sacer omnis conuentus cladem inſolitam ex-
pauescebat.Dæmones vero tripudiabant , & nidore ac ſanguine victimarum infecta cuncta
madabant.Hæc igitur exempla crudelia cum Centurio generoſus conſpiceret , tantorum ma-
lorum exitum præueniens,abiecto militiæ baltheo , ſponte ſibi exilium delegit . Itaque reli-
ctis honoribus,relictis omnis generis facultatibus,ſeruis, propinquis,amicis, voluptatibus,
& rebus aliis,quas cæteri maximè appetere,ac magno ſtudio parare ſolent, ad vaſta deſerta
& hominibus inuia loca contendit : longè ſecum melius agi putans , ſi in ferarum receſſi-
bus,quàm inter idola vana cum hominibus habitaret : Heliæ prophetæ ſecutus exemplum:
qui cum Sidoniorum conſpiceret impietatem quotidie inualeſcentem ,in montis Oreb ſpe- L
luncam ſeceſſit,ac ſeſe ab omni humana conuerſatione,vt deum quæreret ac videret, abdi-
cauit. Vidit tandem, quantum fas eſt homini mortali . Eodem modo noſter Gordius ſpre-
tis omnibus,vrbanos fugiens tumultus,fori clamorem,magiſtratuum ambitionem,tribu-
nalium faſtum,obtrectatores,ementes, vendentes,peierantes, mentientes,mimos, ſcurras,
cæteróſque huiuſcemodi generis homines,quibus magnæ vrbes refertæ ſunt,multóſque ſe-
cum tanquam magnæ naues alligatas puppibus cymbas per æquora trahunt . Inſuper viſu
auditúque,ac animo à vitiis purgato & libero , deum ipſum contemplando videre meruit:
tum magna diſcere myſteria,quæ non ab hominibus,nec per homines fuit edoctus, ſed ma
gno vſus præceptore ſpiritu veritatis.Quamobrem ſecum meditans , quàm ſit fallax & ina- M
nis vita humana , ac ſomnij phantaſmatis æquiparanda , in ſupernæ illius vocationis amo-
rem exarſit:ac veluti fortis athleta ſeſe ieiuniis, vigiliis,orationibus, ſtudiis demum diuinæ
eruditionis probè exercitatum & ad certamen inſtructum animaduertens , hunc maximè
diem obſeruauit,in quo frequens ciuitas viſendo equeſtri ſpectaculo erat intenta:quod hoc
in loco ea tempeſtate,in Martis, ſeu potius furentis bellorum dæmonis, honorem celebra-
batur.Populus omnis ex edito ſpectabat,nec vllus deerat,non Iudæus,non gentilis, non itē
chriſtianorum multitudo,quæ negligenter viuebat,& cum vanitatis concilio commixta ſe-
debat:non declinās cōuentus malignātium,ſed & ipſa tum equorum curſum & aurigarum
agilitatem ſpectabat.Serui eo die ab opere liberi.Pueri è ſcholis ſpectatū currebant.Fœminæ
proſtitutæ



A proſtitutæ ac ignobiles aderāt.Plenum erat ſtadium,& omnis iam turba cōſederat,equeſtre
certamen videre intenta.Tunc magnanimus ac fortis heros per mōtis cliuum in theatrum
properans,non populum horruit, non quàm hoſtilibus ſe manibus traderet penſitauit , ſed
corde intrepido & animo excelſo quaſi quædā cōtinua ſaxa,aut arbores multas,eos qui cir-
ca ſtadium ſedebant prætercurrens , in medio conſtitit ſtadio , complens dictum illud,Iu-
ſtus vt Leo confidenter agit.Quid plura ? adeo intrepido excelſoq; animo fuit,vt cum in e-
minentiore theatri parte ſtaret,ingenti voce,quam qui audierunt extant adhuc aliqui , ex-
clamauerit,& clare illud Apoſtoli ad Romanos dixerit:Ecce inuentus ſum ab iis qui me nō
quærunt:his qui me non interrogabant palàm apparui . Quibus ſanè verbis ſe in eum ve-
B niſſe locum ſignificauit minimè coactum, ſed vltrò ſe ad certamē exhibuiſſe ſeruatoris ex-
emplum ſecutum , qui cum per atram noctem minimè videretur , ſe Iudæis manifeſtauit.
Omnium igitur oculos ſtatim in ſe conuertit.Erat enim aſpectu horridus, & quòd monta-
na diu incoluerat ſqualenti capillo , barba promiſſa, veſte obſita,corpore toto aridus , pera
præcinctus,baculo innixus.Quæ ſanè omnia horrorem quendam vulgo aſpicienti incutie-
bant,ſimul & eum illuſtrem magnopere reddebant.Vbi autem quis eſſet,cognitus fuit, gen
tilium ſimul & chriſtianorum clamor eſt ortus : his quidem ob gaudium ſui commilitonis
exultantibus, illis vero qui veritati repugnant iudicis animum ad eius cædem accendenti-
bus & iam ad mortem condemnantibus. Igitur clamor atque tumultus omnia complebat.
C Equos,currus aurigas,iam deſpiciebant.Fruſtra rotarum ſtridor aërem verberabat , nullus
aliud quàm Gordium videre malebat , nullus quàm Gordium verba ſonantem audire ſtu-
debat.Totum denique theatrum murmure more venti per aëra ſonantis perſtrepebat & e-
quorum curſum ſuperabat.Vbi vero per præconem ſilentium imperatum , conticuere buc-
cinæ,ſopię fiſtulæ,varia muſicorum inſtrumenta ſiluerunt:Solus aſpiciebatur Gordius, ſo-
lus audiebatur.Hinc ad præſidis tribunal qui tum in eodem loco ſedebat, certamenq; inſti-
tuebat confeſtim adductus & ab eo quiſnam aut cuias eſſet interrogatus,& patriam & ge-
neris & dignitatis locum quem tenuerat:pręterea fugæ cauſam ac reditus pariter enarrauit.
Reuerſus ſum,inquit,palàm oſtendens,quòd tua edicta nihil omnino curo,ſed Ieſum Chri
D ſtum ſpem meam,meumq; præſidium profiteor: cumq; acceperim te reliquos homines cru
delitate ſuperare,hoc ſanè tempus explendo meo voto maximè idoneum ſumpſi . His ſanè
verbis velut ignis ira præſidis accenſa,quicquid in eo furoris erat in hunc ſubito conuertit.
Præſto ſint,inquit,lictores,flagella,plumbatæ, corpus rotis ſcindatur, in equuleo ſuſpenda-
tur,omne tormentorum genus excogitetur : Feroces adſint feræ , igni tradatur, gladio fe-
riatur,in altum deiiciatur barathrum.Verum parua hæc omnia viro execrando, digno qui
non vna tantum morte intereat. Quin,inquit Gordius,damnū profectò me facere videor,
ſi ſæpe variiſq; modis extingui,variaq; pro Chriſto pati ſupplicia nequeo . At ille his magis
iritatus verbis , magiſq; ſe lædi ac ſperni ob talem loquendi licentiam exiſtimans,naturali
E eius feritati vehementior acceſſit impetus:ac eo truculentior fiebat , quo ille conſtantior in
contemnenda pœna videbatur.Cum nulla tormentorum ratione,nullis armis à cœpto pro-
poſito auerti poſſet,quin in cœlum oculos attollens,ſacra pſalmorum carmina decantabat:
dominus mihi adiutor , non timebo quid faciat mihi homo.Et rurſus:Non timebo mala,
quoniam tu mecum es.Et alia iſtis germana, quæ de ſacris promebat voluminibus , ad ani-
mum confirmandum,& in propoſito perſeuerandum maximè facientia. Tātúmque abfuit,
vt intentatas horreret pœnas, vt eas vltrò in ſe prouocaret,ſuppliciiq; moras vehemēter in-
creparet.Quid,inquit,tardatis?Quid ſtatis?Corripite corpus, membra fruſtatim cædantur:
Denique quodcunque de me ſuppliciū volueritis,ſumite. Nolite mihi beatā ſpem inuidere.
Quanto enim mihi plus tormentorum acceſſerit,tanto plus referam pręmiorum.Res enim
F in hac vita aduerſæ,nobis apud deum perpetuam pariunt voluptatem . Si vulnera mille ac
cicatrices patimur,in reſurrectione ſplendido induemur amictu. Pro contumelia atque ig-
nominia, palmas coronáſque aſſequemur. Pro vinculis & carcere,per ampla paradiſi ſpatia
læti vagabimur. Pro accuſatione demum atque iniqua condemnatione , gloriam ex deo &
angelis referemus.Minæ veſtræ ſemina mihi ſunt diuina, vnde immortalitatem perpetuaq;
gaudia metam.Cum tandem vir beatus hac ſeueritate à fide obſtinata auerti nō poſſet, alia
tunc via præſes eſt aggreſſus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus eſt,cum præ-
ſertim diabolus hac vti ſoleat arte , vt timidos metu perterreat, fortes leniat atque palpet.
Quod imitatus præſes, vbi illum rebus terribilibus non flexit, dolis ac placabilitate circun-
uenire

uenire quærebat:quamobrem magna ſe daturum ſpondebat,quorum alia tunc haberet,alia G
imperatorem daturum ei affirmabat, locum inter milites illuſtrem,facultates,opes quic-
quid denique animus cuperet. At ille nec ſic quidem victus, præſidis inſaniam ridebat,qui
compenſare dignum aliquid ſupernis ſedibus exiſtimaret.Impius ille tunc laxatis iræ habe-
nis furore percitus, enſem vagina diripit, lictorem coram aſtare iuſſit, & manu & lingua
nefanda ad viri damnationem ſe accinxit.Ad tribunal omnis theatri multitudo conuenit:
reliquus vero populus,qui adhuc in vrbe fuerat,prorumpẽs,ad hoc nouum properauit ſpe-
ctaculum,quod & angeli & homines verebantur, dæmones vero perhorrebant. Quid plu-
ra?Concurrentibus eò cunctis,vrbs penè vacua facta eſt,fluminis inſtar tota incolarũ mul-
titudine extra vrbem ad locum martyrij confluẽte.Matresfamiliâs nobiles, ignobiles pro-
perabant,domus ſine cuſtodibus relictæ,tabernæ negotiatorum deſertæ,in foro venalia diſ H
iecta iacebant.Ex hoc tantum vrbs tuta, quòd omnibus extra mœnia egreſſis, nemo intus
remanſerat, qui nefas aliquid perpetrare poſſet. Serui miniſterio neglecto,auidi ſpectandi
erant.Qui etiam publico non fuerant adſueti, ad virum hunc adcurrebant. Virgines tunc
primo extra domos prodeuntes,marium vultus conſpexere.Valetudinarij ac ſenes ipſi quo-
que extra muros contendebant. In tanto itaque ciuitatis concurſu,beatum Gordium alte-
ram vitam iamiam per mortem corporis ſpectantem atque tenentem,neceſſariorum ami-
corúmque turba circunſiſtebat,amplectebantur,oſcula dabant,demum flentes adhortaban
tur,ne ſeſe in ardentes flammas coniiceret,ne florem proderet iuuentutis, aut æthereas au- I
ras,ſoliſq; dulce iubar relinqueret.Nonnulli quando à fide omnino auertere non poterant,
aut fas putarent,quibuſdam eum veriſimilibus aggrediebantur rationibus,& Chriſtum tan
tum corde ſi cuperet retinere,ore autem negare ſuadebant.Non enim deum verba, ſed lo-
quentis animum inſpicere: Hoc ferme modo exaſperatum iudicis animum demulceri, &
deum nihilominus propicium poſſe reddi aſſeuerabant.At ille tanquam cautes immota ma
ris exagitantibus fluctibus,nulla vi,nullóque verborum impulſu quaſſatus,in obſtinato cœ
ptoq; propoſito inexorabilis permanſit. Vt enim ſapientis domum ſupra petram ædificatã,
vis nulla ventorum aut imber è cœlo vehemens, nec torrentis impetus quaſſare poteſt:ita
demum nec preces vllæ, aut minæ conſtantiam eius in fidem Chriſti euertere potuerunt. K
Cumq; mentis acies huc illuc circumcurſantem diabolum, & eius impulſu ac arte hinc la-
chrymas oriri,inde vim eloquentię ſuadendiq; copiam ſubminiſtrari animaduerteret,illud
domini verbum flentibus ait:Nolite flere ſuper me,ſed flete ſuper dei inimicos,qui in chri-
ſtianos continuò graſſantur.Ipſos,inquam, flete, qui ignem nobis parant,ſibimet gehennæ
incendia,irámque in die iræ theſaurizantes. Meum ſolicitare aut emollire animum deſini-
te.Ego enim pro nomine domini Ieſu Chriſti mille pericula, millèque mortes ſi opus fo-
ret,adire ſum paratus.Aliis vero qui Chriſtum ore negare adhortabatur reſpondit: Lingua
quidem quam Chriſti beneficio retineo,adduci non poſſum,vt ſuum neget autorem.Cor-
de nanque credimus ad iuſtitiam, ore vero confitemur ad ſalutem. Num militaris ordo, L
deſperatam habet ſalutem?Nullus ne Centurio pius erit?Primi Centurionis exemplum ſuc
currat,qui cruci ſeruatoris aſſiſtens,eius diuinitatem per prodigia facta cognoſcens,non eſt
veritus adhuc Iudæis furentibus,in cæde nomen eius palàm fateri. Quod enim animo ſen-
ſit,id ore ſubito manifeſtauit:Vere dei filius erat iſte.Alius item Centurio,Chriſtum adhuc
in carne exiſtentem deum & regem virtutum eſſe nouit,qui poſſet ſolo verbo opem ſuam
per miniſtros ſpiritus egentibus adferre, cuius & fidem dominus vniuerſo Iſraëli prætulit.
Cornelius item Centurio angelum domini videre,& per Petrum ſaluus fieri meruit, cuius
dominus preces ſimul & eleemoſynas reſpexit.Horum igitur Centurionum libenter diſci-
pulus & imitator eſſe cupio.Negem ego deum meum,in cuius cultu ſum educatus? Nonne M
cœlum,ſol,& aſtra omnia,lumen mihi clauderent ſuum? Credam profectò humum quam
pedibus tero mihi ruituram. Nolite errare. Deus nequaquam irrideri poteſt, ex ore noſtro
nos iudicat,ex noſtris,inquam, verbis nos ſeruat & damnat. Nonne tremendam domini
ſententiam audiuiſtis:Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre
meo qui in cœlis eſt? Mihi conſulitis vt deum noſſe diſſimulem? Quamobrem? vt vitam
prorogem?mortem differam?dies adiiciam?At ſupernæ vitæ longæuos perdam annos. An
vt corporis cruciatus effugiam?At ſic non videbo bona iuſtorum.Nam iri perditum dedita
opera & fraude ac dolo,ſæuas tartari pœnas mercari,manifeſta inſania eſt. Vobis igitur con
ſulo,ſi malè ſapitis,ſapientiam ac veritatem diſcite.Si verò diſſimulatis,temporiq; obſequi-
mini,



A mini,vos hortor rogoq; relicto mẽdacio vera loquamini.Dicite quoniam dominus noſter
Ieſus Chriſtus eſt in gloria dei patris. Nam hanc vocem emittet omnis lingua, quando in
nomine Ieſu omne genu flectitur,cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.Omnes profectò
morti ſumus obnoxij,ſed non omnes inclytam martyrij mortem ſortiuntur.Non igitur na
turalem vitæ curſum præſtolemur, mundana funera, ſupremas noſtrorum lachrymas de-
ſpiciamus, cœleſtem gloriam violenta immaturaq; morte præueniamus. Velociter ex hac
vita,quæ potius eſt interitus longus dicenda, breui quidem labore ad veram vitam commi Pulchra exhoratio ad martyrium.
gremus.Quid miſeri ſupremum ætatis finem inutilem,ſterilem,infructuoſum, ſtultum,va
num, hominibus pariter & brutis communem expectatis? Quicunque enim nati ſunt,aut
B ſenio tabeſcunt,aut ægritudine corporis reſoluuntur, aut violento improuiſoq; caſu aliquo
concidunt.Quando igitur omninò ſemel è vita migrandum eſt,martyrium pro Chriſti no
mine,vt ſemper viuatis,alacriter aſſumite:ac vitæ,quam omninò relinquere oportet,ne par
cite:ſit pro neceſſitate voluntas.Quanquam etiam ſi ſempiterna eſſent terrena iſta, nihilo-
minus ſic quoque pro cœleſtibus commutanda eſſent. Verum quoniam fluxę fragileſq; ſunt
& illorum comparatione magnoperè indignę,quis furor in his inuigilare,& illorum ſtudio
ſpem illam beatam credentibus repoſitam negligere? Hæc vbi dixit Chriſti miles, crucis ſe
ſigno communit,& animi magna conſtantia,vultu intrepido,colore nuſquam mutato, ad
ſupplicium hilaris contendit: vbi tantam cordis præ ſe ferebat alacritatem, vt non lictorũ,
ſed angelorum manibus ſe committere videretur, qui ſubitò poſt interitum ſublimem eum
C in cœlum deferrent.Ad hæc tantus illius populi clamor ac tumultus eſt factus, vt vel tonan
te cœlo nunquam ſimilis ſit auditus.Hoc igitur huius præclari martyrij certamen fuit. Hoc
hodierna dies ſpectaculum vidit,quod proculdubio tale eſt,vt nec temporis diuturnitas vn
quam abolere, nec longæ conſuetudinis faſtidium tollere, nec aliud quidpiam quanuis ma
gnum exuperare valeat.Nam quemadmodum ſolem quantò magis aſpicimus, tantò magis
eum admiramur,nec vllo modo aſſiduitate vileſcit: ſic & huius viri ſanctiſſimi memoria,
quo maiori eam temporis ſpatio retinemus, eo recentior in noſtris animis floret. In me-
moria enim æterna erit iuſtus. In terris quidem, dum terra durabit: In cœlis verò apud
æquum & altiſſimum iudicem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Cui honor & impe-
D rium in æterna ſecula, Amen.

## IN QVADRAGINTA MARTYRES.

QVis modus aut quæ ſatietas martyrum memoriam proſequendi erit,illi pręſertim,
qui eorum amore ac charitate magnopere tenetur? Nam honor in bonos à conſer
uis collatus,beneuolentiæ ſignificationem apud communem dominum habet.Pa
làm eſt enim,quemadmodum is qui generoſos homines ac fortes cum honore ex-
E ceperit,in ſimili ſi forte contingat occaſione,imitari non dedignabitur.Venerare igitur le-
gitimè martyres,vt egregiæ tuæ voluntatis te teſtem adducas, ac demum ſine perſequutio-
ne, ſine igne,ſine verberibus ac plagis,eodem cum illis præmio dignus habearis.Nobis ho-
dierna die non vnum propoſitum eſt celebrare, neque duos, neque decem,ſed viros qua-
draginta: qui vnam in diuerſis corporibus animam retinentes, in vna conſpiratione &
concordia fidei, eandem erga res arduas conſtantiam, & pro veritate ſtabile propoſitum
oſtenderunt. Omnes inter ſe ſimiles,pares ſententia, pares certamine, Quamobrem & pa-
rem coronæ gloriam ſunt promeriti. Quæ digna laus,quæ ſermonis copia his poterit adhi-
beri? Non enim linguæ quadraginta ad proſequendam talium virorum virtutem ſat fue-
F rint. Nec ſolum multitudo tanta, phalanx militaris, cuneus inſuperabilis, æquè & in bel-
lis inexpugnabilis, ac in laudibus inenarrabilis. Sed horum vnus tantum, ſi legitimè fue-
rit oratione commendandus, noſtram facilè vim ingenij ſermoniſq; facundiam ſuperabit.
Igitur in medium eos per commemorationem adducentes, ad communem omnium hic
aſtantium vtilitatem conſtituere,palàmque omnibus,quemadmodum in pictura,fortia il-
lorum facta reddere conabimur.Nam magnifica in bellis geſta,& oratores ſæpenumero, &
pictores pulcherrimè demonſtrant. Hi oratione, illi tabulis deſcribentes atque ornantes:
ambóque plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim ſermo hiſtoriæ per
inductionem præbet, eadem & pictura tacens per imitationem oſtendit. Sic & nos marty-
rum

**G** rum virtutem commemorantes, vos aſtantes excitabimus, ac vobis ſub aſpeƈtum ipſorum faƈta reducentes, eos qui ſunt animo aliquantulum generoſo, ac ipſis voluntate propinquiores, facilè ad imitandum accendemus. Hæc eſt enim martyrum vera laus, alios ad eorum virtutem æmulandam inuitare. Non enim encomiorum legibus, aut eorum quæ in genere demonſtratiuo reperiuntur, ſermones de ſanƈtis vllo modo ſeruiunt. Quoniam qui laudant cæteros, ex mundi huius rebus materiam vſurpare ſolent: quibus autem mundus crucifixus eſt, quomodo ex eo quicquam quod ad laudem faciat, mutuari poterit? Non erat his ſanƈtis vna patria, alius aliunde venerat. Quid igitur, ſine patria dicemus eos? aut orbis ciues? **H** Sicut enim in ſymbolorum collationibus, quæ oblata ſunt communia exiſtunt omnium conferentium: ſic & in his beatis cuiuſlibet patria communis omnium erat: & omnes è diuerſis terrarum locis tanquam ex vno duxerant omnia communia. Sed quid opus terreſtres memorare patrias, cum liceat quæ iam illis vera patria ſit noſſe? Patria igitur horum martyrum, dei ciuitas eſt, cuius autor atque conditor ipſe deus. Hæc eſt ſuperna Hieruſalem, quæ libera eſt, quæ eſt mater Pauli & omnium ei ſimilium. Genus autem humanum aliud alij. Genus vero ſpirituale vnum omnibus omnino. Communis nanq; eis pater deus, & fratres omnes non ab vno & vna deſcendentes, ſed ex adoptione ſpiritus in vnam concordiam inter ſe per charitatem conuenientes. Chorus paratus, conuentus maximus eorum qui ab initio deum laudant: non ſigillatim congregati, ſed cumulatim diſpoſiti. Quis autem diſpoſitionis modus? **I** Hi magnitudine corporis, & ætatis flore, ac virtute, cæteris omnibus præcellentes, ad militares ordines regendos promoti ſunt. In tantam quoque imperatoris dignationem venerunt, vt ob bellorum experientiam & animi fortitudinem, primas apud eum obtinerent. Vbi vero iniquum præconium, ediƈtumq; omnibus denuntiauit, ne quis Chriſtum profiteretur, propoſitáque omnia pœnarum genera confitentibus: multa quoque à iudicibus iniuſtis ira & feritas prodit: multæ tendebantur vbique inſidiæ, doli, delationes: ignis inſuper paratus, enſis in promptu, crux affixa, bothrus, rota, flagella. In tanta igitur fidelium turbatione, nonnulli fugiebant, aliqui ſuccumbebant, alij fluƈtuabant quidem ante certamen ſolis minis abſterrebantur: alij vbi coram videbant intentatos cruciatus, conſternabantur: **K** alij certamen ineuntes, deinde vſque ad finem laborum durare nequeuntes, pugnam ac periculum detreƈtabant: & velut in pelago naufragantes, quæ virtute patientiæ parta multorum annorum ſecum in naui vehebant, per impatientiam amiſerunt. Tunc igitur hi quadraginta inuiƈti & generoſi Chriſti milites, cum præfeƈtus imperatoris literas oſtédiſſet, & obedientiam requireret, libera voce, audaƈter ac fortiter, nihil ex iis quæ viderant exemplis expaueſcendo, ſed minas omnes contemnendo in medium procedentes, ſeſe Chriſtianos eſſe faſſi ſunt. O beatas linguas, quæ ſacram illam vocem emiſerunt, quam aër quidem excipiens ſacer eſt faƈtus, angeli audientes plauſerunt, diabolus vero cum dæmonibus magnam accepit plagam, dominus poſtremo in cœlo deſcripſit. Igitur horum quilibet in medium procedens: En, ait, Chriſtianus ſum. **L** Et velut in ſtadiis qui ad certamen prodeunt, dicunt ſua nomina, & in locum pugnæ deſcribuntur: ſic & hi tunc nobilitatis generiſq; ac dignitatis propriæ obliti, tantum ſeruatoris ſui profeſſi ſunt nomen, quod omnes ordine fecerunt. Ex quo faƈta eſt omnium vna appellatio. Non enim talem ac talem, ſed chriſtianos omneis ſe clamantes. Hoc itaque cernens præfeƈtus, anxius ac dubius erat, an blandis verbis vel potius minis eos ad obtemperandum deduceret. Primum quidem ipſos, ſi quo modo à pietate obſtinata poſſet auertere dulci aggreditur ſermone: Nolite, inquit, iuuenes ætatem perdere veſtram, neque intempeſtiuam mortem cum dulci hac & amœna vita commutare. Abſurdum nanque eos, qui in bellis ſunt aſſueti fortia gerere faƈta, morte prauorum hominum perire. Poſt hęc pecuniam pollicebatur, honores ex imperatore, dignitateſq; ac ordines militiæ primos offerebat. **M** Cum his rebus nihil proficeret, aliud genus aliúmque modum tentauit: plagas, mortes, pœnas intolerabiles oſtendit. Et hic quidem talia. Martyres vero qualia? Quid, inquiunt, muneribus tuis nos demulcere ſtudes dei hoſtis vt diſcedamus à deo viuente ac dæmonibus pernicioſis ſeruiamus. Putáſne tantum te daturum, quantum eripere contendis? Tua reſpuo dona, que nocumentum mihi conciliant, non accipio honorem vnde mihi naſcetur ignominia. Pecuniam da quæ permaneat ac continuò duret, gloriam quæ ſemper floreat. Me imperatori vis facere familiarem, ſed me à vero rege alienare quæris? Quid enim hæc minima, quæ tu vocas magna, ex mundo polliceris: cum mundus vniuerſus à nobis deſpiciatur?

Martyrum laus vera.





**A** Non ſunt omnia quæ videri poſſunt ſpei paria, quam continuò retinemus. Vides hoc cœlum, vt aſpeƈtu pulchrum, vt magnum: & terram quanta eſt, quótve in ipſa mirabilia? Nihil horum iuſtorum fœlicitati ac beatitudini æquiparari poterit. Illa nanque velociter tranſeunt, hæc continuò durant. Vnam tantum iuſtitiæ palmam expeƈto, circa vnam gloriam quę in regno eſt cœlorum, ſolicitor. Honoris ſuperni cupidus ſum, pœnas vanas gehennæ metuo. Illius ignis mihi formidoloſus. Nam ignem eum quem vos nobis intentatis, conſeruus eſt. Nouit & ipſe vereri eos qui idola contemnunt. Sagittas infantium veſtras plagas exiſtimamus. Corpus enim cædis, quod eò clariorem aſſequetur coronam, quo magis tibi reſiſtet. Si vero defecerit, eò citius à iudicibus violentis ſolutum abſcedet, qui quoniam corporum **B** dominum accepiſtis, etiam animabus dominari contenditis: & niſi deo noſtro præferamini, non ſecus indignamini, quàm ſi ad extremum vſque à nobis vituperemini, & hac ratione horrenda hæc ſupplicia intentatis, vt pietatem noſtram culpabilem reddatis. At naƈti eſtis non meticuloſos, neque huius vitæ cupidos, nec qui facilè conſternantur. Pro charitate próque fide in deum & in rota poni, & cruci affigi, & flammis vri, ac omnibus demum modis torqueri parati ſumus. Vbi vero hæc audiit barbarus ille ac ſuperbia tumidus, audaciam ac loquendi libertatem minimè ferens furore percitus modum conſiderare cœpit, quo mortem eis acerbiſſimam prolixámque pararet: inuenit tandem. Audite itaque rem quàm duram ſit commentus. Animaduerſo ille regionis naturam ſalebroſam, & collibus præruptam **C** eſſe, ac brumæ tempus inſtare: obſeruauit in qua maximè parte frigus vehemens, ac boreæ flatus horridior eſſet. Iuſſit omneis nudos ſub dio in media ciuitate congelando mori. Noſtis autem fratres dileƈtiſſimi omneis, qui hyemis horrores eſtis experti quod ſit genus hoc pœnæ. Non enim nôſſe licet, niſi iis qui exemplis ſimilibus periculum fecerunt. Corpus in primis frigore proſtratum, primum in pallorem concreto ſanguine vertitur: deinde turbatur & fremit, dentes frendunt, venæ contrahuntur, adeóque & totum corpus conſtringitur. Dolor inſuper quidam acutus, & labor inenarrabilis per medullas penetrans, intolerabilem facit ſic frigore concretis dolorem. Deinde in acutum tendit, vt ab igne, cum ſumma cremantur. Ab extremis nanque corporis partibus conſequens vapor, & ad interiora ac pe**D**nitiora confugiens, quædam vnde abſiſtit mortua relinquit: nonnulla vero ad quæ tendit doloribus afficit morte paulatim procedente. Igitur ſanƈti dei ſub dio pernoƈtare in ſtagno quodam iuſſi ſunt, quod pro mœnibus ciuitatis erat: ac per brumam ita glacie concretum apparebat, vt equis peruium & accolarum pedibus tritum eſſet. Aquæ vero ſolitum non retinerent curſum, earúmque natura mollior in lapidis duritiem concreſceret. Boreæ nanque mordentis ſpiritus animantia omnia iuxta verſantia interimebat. Hic itaque audito damnationis iuſſu, martyres, conſiderate quanta fuere conſtantia: qui loco cum ſumma lætitia conſpeƈto, vltimum nuditatis amiƈtum alacriter reiicientes, per frigus ad mortem properârunt: non tanquam ad ſupplicium, ſed ad glorioſiſſima ſpolia rapienda, ſe inuicem hortando deſcendentes. **E** Non enim, inquiunt, amiƈtum exuimus, ſed veterem hominem, concupiſcentiæ deceptione corruptum deponimus. Gratias agimus tibi domine, quod cum iſto amiƈtu ſimul & peccatum exuere licet: quoniam ob ſerpentem eum induimus, ob Chriſtum verò exuimus. Relinquamus hunc amiƈtum propter paradiſum quam perdideramus. Quas domino qui pro nobis eſt ſpoliatus, dignas gratias reddemus? Quid magnum ſeruo, ſi ea quæ paſſus eſt dominus ſubeat? Nos cauſa ſumus vt illi veſtis detraheretur, longè magis quàm militum audacia, qui eam diripuere ac ſortiti ſunt. Durum profeƈtò frigus, ſed dulcis paradiſus. Affligens glacies, ſed deleƈtabilis requies. Breui tempore durantes, ſinus Abraham nos perpetuò fouebit. Vnam noƈtem cum æuo ſempiterno commutabimus. Incendatur frigore pes, vt cum angelis continuò ſaltet. Torpeſcat frigore manus, vt facultatem ha**F**beat in deum attollendi. Quot enim noſtri commilitones ceciderunt, fidem mortali regi ſeruantes? Nos pro fide in verum deum ſeruanda hanc vitam non proiiciemus? Quot item malefici homines mortem tulerunt in ſcelere deprenſi? Nos vero pro iuſtitia mortem non ſubeamus? Ne obſecro commilitones emolliamur, neu terga diabolo demus. Quando ſemel mori oportet, moriamur vt viuamus. Fiat ſacrificium noſtrum coram te domine: & velut hoſtiæ viuentes tibi placentes, noſmet hoc ſæuo gelu immolantes abs te recipiamur. Pulchrum quidem ſacrificium, pulchra oblatio, pulchrum holocauſtum: non quidem per ignem, ſed per frigus abſumptum. Hæc igitur & his ſimilia credibile eſt inter ſe dixiſſe, ac communem laborem in domino ſolatos eſſe. Veluti quandam in bello cuſtodiam inſtruen-

Frigore eneƈti.

Martyrum gratiarum aƈtiones.

quomodo eum ſcriptura laudat,qui leuia magis quàm aſpera viderit?Sic & damnare vide- G
tur montes,& valles,& ſcopulos,& ſaltus,& nemora quæ germinibus denſa, adeóque aſpe-
ra ſunt vel etiam mare ſæpenumero à ventis exaſperatum,vel terram ab aratro proſciſſam,
ac de plana molliterque iacente inæqualem tumuloſamque factam. Num hæc qui viderit
condemnabitur?& vbi,quæſo,dei iuſtitia,ſi ea quæ coacti patimur,in his damnandi ſumus.
Si videro terram aliquam inæqualem quæ vt condita eſt,ita videtur: huiúſne gratia con-
demnabor? Verum nihil illud. Qui leuia videt, ſublimius expende. Adſunt tibi ob oculos
fratrum differentiæ? Hic pauper,ille diues, alius hoſpes, alius domeſticus,ſeu te iudice, ſeu
te iudicij participe vtuntur. Si iudicaueris, ne inæqualia videas, ne videas diuitem ſubli-
mem, pauperem humilem. Si tuis adſtiterit, qui neceſſitati ſuæ conſultum cupit, ne tum H
Non acceptandę perſonæ.
quidem inæqualia videas. Neu dicas: Hic mihi amicus, hic propinquus: ille mihi vtilis,
alius peregrinus, ignotus, alienus: hoc enim modo miſericordiam apud deum non inue-
nies: nec plana ſpecta. Natura nanque vna eſt. Homo & hic & ille: vna in vtriſque neceſ-
ſitas. Da fratri & peregrino. Nec fratrem auerſare, & alienum tuum fac eſſe fratrem. Ae-
qualia igitur reſpicere oportet. Ne præ notis alienum relinquas: eius neceſſariò ſubuenias
vſui. Quærit ille te, vt ſuæ calamitatis ſolatium ac refugium, non perſonæ acceptatorem,
non propinquo ſolummodo benignum, hoſpitem vero abiicientem.Omnes enim in Chri-
ſto propinqui: Omnes fratres, & ex vno patre nati ſumus. Si ſpiritualem quæris, cœleſtis
Patre vno nati ſumus.
eſt pater deus. Si terrena quæris, mater terra eſt. Ex eodem luto omnes ſumus conſtructi. I
Ex quo ſoror eſt natura ſecundum carnem, ſoror item generatio eſt ſecundum ſpiritum.
Eundem tecum ſanguinem habet: ex primo hominem eandem tecum à domino gratiam
accepit. Reſpice igitur plana, vt apud deum miſericordiam inuenias. Ne dicas, ille diues
eſt, & honore dignus, hic pauper, contemno autem pauperem. Noli in diſtribuendis ho-
noribus reſpectus habere inæquales.Eſt enim diues ſæpe mendax,rapax, libidinoſus:pauper
vero iuſtus. Non igitur tantum faciem ſpectabis, ſed occulta penitioráque conſidera. Eum
honora qui pretioſa poſſidet.Virtus veræ ſunt diuitiæ. Quid,quæſo, ab externis probas ho-
mines,præcordia vero mentémque minimè curas?Bel externe quidem æs habuit, lutum ve
ro ſub ære fulgente abſconditum. Si illuſtres in vita videris,conſidera æs eſſe apparens,in- K
tus cœnoſa omnia. Contrà vero quidam aurum intus habent,exteriore teſta circundatum:
hoc eſt,theſaurum in vaſis fictilibus abſconditum.Hic caſtus eſt,ille libidinoſus.Vtrum ho
rum ditior;qui caſtitatem ſeruat,an qui pecuniam ex iniuria poſſidet?Certe qui caſtus. Hu-
ius memoria ſempiterna: illius fragiles ſunt diuitiæ,huius theſaurum fur nullus effodiet:
illius diuitiæ hodie florent,cras marceſcent,igitur reſpice ęqualia ac plana,ſuum cuique tri-
buens honorem:pretioſiorum rationem habe,vt miſericordiā inuenias. Proſequitur dein
De ira.
de:Et cum homine iracundo noli commorari.Dic age,eſt ne inter vos quiſquam inanis glo
riæ cupidus,qui non ſit iracundus?cupidus es inanis glorię?Non vides plana. Iracundus es?
Et cum viro iracundo ne ſedeas. Vides quomodo per breuiloquentiam vitia noſtra corri- L
gantur. Itaque niſi aures veſtras ſermonibus noſtris pulſemus,cordibus veſtris ſenſum eo-
rum quæ dicta ſunt breuiter, haud inſinuabimus. Tu itaque cogita, vbi lectum eſt quod
me concernit? Quæ de iracundis ſunt lecta, agnoſce pro tuis qui iracundus es. Dicito,hic
meus eſt morbus, agnoſco infirmitatem meam. Accipe remedium. Si acceſſeris medi-
cum, & videris apud eum varia pharmaca variis contenta tabellis, conſiderabis quid tuo
morbo conueniat. Non enim qui pede offendit, quærit oculi curationem: ſed qui ocu-
lum habet affectum, commodam opem quærit oculo. Itaque quiſque ſibi ex ſcripturis mor
bo ſuo conuenientia ſumat. Iracundus es? cohibe iram. Vir iracundus, inquit, turpis eſt:
diſce ex hac ſcriptura. Sit vultui tuo ſpeculi vice. Nam impia cogitatio mentem obtene- M
brans non ſinit agnoſcere, quale ſit ira peccatum. Scriptura vero tibi dicit, vir iracundus
turpis eſt. Quomodo turpis eſt? Decorem nanque & humanam quaſi figuram amittit: fe-
ræ ſpeciem indutus. Conſidera parumper iratum. Furit, debacchatur, immutantur ocu-
li, turbidi ſanguineíque fiunt, cor accenditur, ſanguis commouetur. Hunc videas vt a-
prum dentes acuentem: loqui ſæpe incipientem, ac verba imperfecta relinquentem.Mul-
ta quoque in corde non apparentia voluntatem, nec parentum nec liberorum rationem
habet: nullis demum (vt libidini propriæ ſatisfaciat) parcit. In alieno malo teipſum cu-
ra: diſce periculis alienis, ne & tu in idem incidas malum. Igitur ſcripturæ verba ſæpe te-
cum repete. Vir iracundus, indecens: & cum iracundo noli ſub eodem tecto agitare. O
quàm



A quàm malum cum tali commiſceri,qui continuò latrat. Niſi enim eius fugias conuerſatio-
nem,neceſſarium eſt eius te vias ediſcere.Dixit acerbum aliquid,iam animum tuum com-
mouit.Veluti enim canis latratus, alterius canis tumultum prouocat:ſic & animum tuum
quieſcentem ac dormientem vox illius excitauit,& facti eſtis inter vos latrantes, & contro
uerſi veluti fundatis verba,& inepta & turpia inuicem iactantes.Dixit ille aliquid contume
lioſum:tu vero inſipientis imitatus ſtultitiam, maiore fœnore reddis. Recipiens ille è ſer-
mone contumelioſo vices, non deſtitit: ſed auget magis iram, magisq; linguam acuit. Tu
rurſus accipiens,extolleris in tumorem.Qui autem in hac malorum contentione victor fu
erit,longè miſerior apud deum erit.Ergo vir iracundus, turpis eſt:& cum eodem noli com
B morari.Néue cœnabis cum viro inuido.Hic alius eſt morbus,vitæ hominum peculiaris, & De inuidia.
animis noſtris à natura inſitus,& corda magis conſumere aptus quàm ferrum. Liuor nanq;
vnus eſt in quo multa ſunt mala. Vnum tantum vtile, quod ipſi autori eſt incommodus.
Inuidus enim ei cui inuidet parum admodum, ſibi vero multum nocere videtur. Triſtitia
doloréque in aliena felicitate abſumitur:nec vicini agrum,ſed ſeipſum deſtruit. Ne transfe De auaritia.
ras terminos æternos.In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere. Alium hæc verba morbū
curant:auaros notant.Ne ingrediaris,inquit,in orphanorum poſſeſſionem,vt ad tuam poſ-
ſeſſionem ingrediaris.Poſſeſſio vero tua eſt regnum cœlorum. Terminos patrum ne mo-
ueas,ne cupias proximi agrum.Ne villam villæ coniūgas,vt tuā paulatim adaugeas.Quan-
C to enim magis ex aliena poſſeſſione tibi fines dilatabis,tanto maiori culpæ obnoxius fueris.
Deinde terra quidem hic remanet,tibi breui tempore poſſidenda: nec tua ob auaritiam fa-
cta,ſed eius qui tibi ſuccedit, cui rem dimittis, vnde forte iniuſtè viuat.Terra ſtat in æter-
num,peccatum vero animam vt vmbra corpus ſequetur. Vt enim vmbra corpus ſequitur,
ſic peccatum animæ inſitum.Ne adaugeas tibi peccatum. Auaritiæ nāque malum ſtare ne-
ſcit aut quieſcere:ſed ignis naturæ ſimile.Ignis enim poſtquàm incendium attigit, omnem Auar⁹ igne voracior.
properat abſumere materiam.Nec prius deſiſtere poterit,quàm materia defecerit. Auarum
autem quid retinere poterit? Igne vehementior eſt, omnia continuando finibus ſuis occu-
pat:ea quæ ſunt vicini, ſibi aufert. Mox vbi alium ſortitur vicinum, & quæ illius ſunt ad ſe
D rapit.Non ea quæ retro ſunt attendit, ſed quæ his deſunt, quæue ante ſe proſpicit,à vicinis
poſſeſſa,deſiderat.Non ob ea quæ poſſidet lætatur,ſed ob ea quibus caret angitur. Neque iis
quæ congregauit,fruitur:ſed cupiditate plura conſequendi,ſe magis excruciat. Deinde vigi
liæ ac curę hinc oriuntur.Quanto enim diuitiæ magis augeſcunt,tanto plus adferunt cura-
rum.Iudex expectatur,& auarus cogitat ne in ius trahatur, ne orphanus ſuas lachrymas in
foro palàm faciat.Nocte conſultat, quomodo mane acerbos aduocatos quoſdam ſibi præ-
paret: quomodo perſuaſa teſtimonia conducat: quomodo & potentiam præualendo, & in
iudicio mentiendo, pauperem deſtitutum ac ſolitarium opprimat, & vtroſq; expugnet, & Auari miſeria.
iudicem decipiens,& pupillum circumueniens. Eius animam hæ curæ continuo mordaces
E abſumunt.Canis latrat,auarus putat furem eſſe.Mus forte perſtrepit,& auari cor ſalit, quē-
libet vel puerum ſuſpectum habens.Filios iam grandes vt inſidiatores aſpicit, quòd eorum
iam ætas ſucceſſionem expetere videtur.Quin auaris aliud oritur incommodum:Vitam vi
ctúmque ſuum in digitis expēdit: Ex opibus alias palàm, alias vero clàm habet,ad ſpes in-
certas ſeponens:ſpes,inquā,non ſpes. Si enim ad ſpes veras erat,ad æternā illam recta præ-
paratio fuiſſet. Nunc in cubili occultas abſcondit diuitias, venientia quandoq; incommo-
da,futuram forte metuens egeſtatem:quæ quidem an veniat,incertū.Veniet quidem tem-
pus,quo pecuniam non diſpenſaſſe pœnitebit.Hoc certū,& ego ſum ſponſor. Meæ ſunt par
tes,fratres amantiſſimi,de omnibus vobiſcum vitiis diſſerere:veſtræ autem diligēter atten
dere, ac ex iis vtilitatem quæ auditis accipere. Veſtrum quilibet peccatū veluti ſerpens ſe-
F nectutem exuens,ſic affectibus ſpoliatus iuſtitiamq; indutus redeat,alius ex alio factus.Hac
enim de cauſa fit iſte conuentus, ac patres noſtri has fidelium congregationes in templis
ſtatuerunt,vt quæ ſingulis diebus diſcere non valemus, ob eorum penuriam qui hæc doce-
ant & admoneant, ſingulis annis illa in communi ſolennitate ac celebritate conuenientes
accipiamus. Deinde ea tāquam viaticum ad reliquum tempus cuſtodiamus,& velut in re-
centi memoria continuò reſonantia teneamus.Fugiamus itaque peccatum,opus iuſtitię ſe-
quamur.Noli,inquam,transferre terminos ſempiternos. In poſſeſſionem orphanorum ne De iis qui filiis theſaurizant.
ingredere.Ne filios tuos auaritię cauſam facias. Filios habes? Eis theſaurum ſempiternum
theſauriza.Theſaurus nanque pecuniæ pietas eſt.Relinque bonam filiis memoriam, magis
 quàm

quàm diuitias multas.Fac omnes filio tuo ratione pietatis ac beneficentiæ patres . Neceſſe G
enim te quandoque è vita diſcedere , deinde filium relinques paruum,tutorum auxilio in-
digentem.Si bonus honeſtúsq; fueris,quilibet ex te deſcendentem vti ſuum nutriet. Remi-
niſcetur quòd & tu quoque orphanorum pater dum licuit fuiſti. Si vero in malicia vixeris,
ac multos in vita læſeris , & omni fera truculentior fueris, iis qui tecum commercium ha-
bent,demum cum è vita diſceſſeris , filium tuum communem omnium hoſtem relinques.
Quemadmodum enim ſcorpij filium,quicunque aſpexerit metuet, ne vbi per ætatem licu-
erit,patris venenum imitetur: ſic item & ex te deſcendentes liberos , vt paternæ iniquitatis
hæredes futuros,priuſquam ad ætatem veniant,omnes cauebunt,illisq; inſidiabũtur. Quid H
igitur plures inſidiatores ac inimicos tuis liberis paras : quum potius ſi toto tempore viue-
res,dare te operam oporteat , multorum beneuolentiam ad tuorum tutelam habere adiu-
tricem?Quoniam autem incertum eſt,quàm diu viuas,relinque per beneficentiam multos,
qui pro te rem curent:ne quando te diſcedente è vita, deinde diuitiis quas cõgregas,ad ſuc-
ceſſorem , ob odium forte apud homines contractum, minimè prouenientibus , moueant
omnes caput ac dicant , quomodo male parta male dilabuntur, & ad filios minimè tranſ-
miſſa ſunt.Hæc ego tibi prædico ex humanis rationibus: quæ vero tibi à domino ex euange
lio dicuntur,facilè noſti.Ne igitur liberos prætexas . Ne honeſtam apparentem cauſam ad
peccati occaſionem afferas.Qui enim filium fecit & te fecit. Qui etiam tibi occaſiones nu- I
triendi præbet,& filio præbebit vitæ ſubſidia.Quilibet enim propriæ vitæ rationem deo red
det. Quid noſti,cui theſaurizas ? Theſaurizat,inquit pſalmus,& neſcit cui congregabit ea.
Filius nanque eorum eſt ſæpe occaſio quæ cumulantur:quæ tamen deinde aut furis rapaci-
tas,aut paraſitorum ſycophantarúmve nugæ,ſiue hoſtium prædę diripiunt ac lacerant, aut
fames graſſando abſumit . Multa ſunt enim quæ rem tollant atque abſumant.Dic obſecro,
quando à deo liberos petiiſti,quando filiorum pater eſſe deſiderabas,num tuis precibus hoc
addidiſti:Da liberos rogo vt illorum prætextu auarus factus gehennæ tradar?da liberos,ne
mandatis tuis obediam?da liberos, vt euangelium deſpiciam? Nõ profectò hac conditione
poſtulaſti,ſed filios quęrebas vitæ adiutores communis . Doce miſer bonis & verbis & ex- K
emplis,quales eos erga deum oporteat eſſe,qualesq; ſæpenumero vidiſti. Hę nanq; ſunt ve-
ræ diuitiæ,ipſa pecunia multo pretioſiores.Hæc hæreditas bona, à patre filiis relicta.In poſ-
ſeſſionem ergo orphanorum non intrabis,cum viro inuido non ſimul cœnabis.Dictum ſu
pra de inuidia.Ad maiorem eius mali cuſtodiam nunc rurſus aliquid addemus : Ipſa nãque

De inuidia rurſus.

proprium eſt diaboli vitium.Non enim diabolus ſtatim creatus eſt diabolus:ſed cum ange-
licam poteſtatem accepiſſet,in dæmonis naturam conuerſus eſt , & factus iniquus dæmon.
Hac enim iniquitate imbutus,& à dei familiaritate alienatus,ac ad partem defectionis con
uerſus:poſtquam vidit hominem, paruum quidem animal ſupra omnem creaturam hono

Inuidia diaboli in hominem.

ratum:quum eſſet antiquior homine,facilè conſpexit, quemadmodum natatilia verbo tan L
tum facta ſunt,omniáque in mari viuentia(Producant enim,inquit, aquæ reptilia animarũ
viuentium.Nam verbo fecit deus, & cete illa quæ in mari Atlantico agunt) Verbo item ter
reſtria,elephantes, equos, boues, greges animalium , armentaq; omnia: quodq; mirabilius,
verbo cœlum & ſolem,verbo herbas, verbo vndas , tam quę ſupra cœlum ſunt , quàm quæ
ſubtus in terra ſtagnant & concaua replent,factas eſſe vidit: ſolum hominem manibus dei
plaſmatum eſſe.Hunc ei honorem inuidit.Eum nanque ſole præſtantiorem animaduertit,

Hominis creatio ſingularis.

quum ille verbo,hic manibus ſit conditus:& ille ob hominem conſtitutus,homo vero pro-
pter deum.Homo item vt deus eſſet,ſol,vt homini famularetur.Conſiderauit inſuper quẽ-
admodum primum creaturæ,deinde,homo eſſet,quod ipſi tantum veluti patrifamilias cui-
dam domum plenam deus prępararit.Non enim ante omnia fecit hominem,ne pauper in- M
opsq; foret:ſed prius cœlum,tanquam tectum nobile ſponte conſtructum conſtituit. Terrã
ſtrauit,vt hominis pedibus ſolidum ſtatueret pauimentum. Illam omni copia genereq; her
barum ac fructuum florere,ac abundare voluit. Iumenta item omnia, animalia quoque om
nis generis,aliqua ſub paſtoribus,nonnulla ſylueſtria ad corporis exercitationem: quædam
cum labore poſſidenda,vt chariora eſſent:quædã præſto parata, vt vſui humano facilè ſup-
peditarent,ſubiecta protinus illi eſſe.Inſuper fructum omnigenum è terra paratum. Vniuer
ſam creaturam hominis vſui conceſſam eſſe vidit.Tantámque beneuolentiam diuinam ac
benignitatem erga eum proſpexit,vt non contẽtus deus tot ei commoditates tribuiſſe , ſed
eum tanquam ſuas delitias & ornamentum proprium eligens,in paradiſo collocauerit:in-
ſuper



A ſuper angelos ei pædagogos adhibuerit . Deum poſtremò cum eo conuerſantem , & eadem
lingua cum eo colloquentem.Vbi igitur agnouit hominem , vbi vidit tam exile animal ad
angelorum dignitatem à deo vocatum,& per virtutem modeſtámque vitæ cõuerſationem
ad vitæ perfectionem tendentem , inuidia motus,eum per inſidias aggredi cogitauit : nec,
dum ſolus erat, potuit, aut cauſam vllam habuit. At poſtquàm creata eſt mulier , tenerum
quidem animal , cui conditor teneriorem naturam dedit , vt paruulos humanius ac beni-
gnius educaret ( Si enim mulier auſterior fuiſſet , nunquam plorantem infantem vlnis ac Mulier.
pectore foueret , ac complecteretur : nunquam proprij ſæpe cibi oblita, vbera ſitienti tan-
ta patientia præberet. Nunc autem matrum viſcera ſomnum ſæpe à palpebris diſcutiunt , ſi
B quando infanti breue quid acciderit)Vt,inquam, puer probè nutriatur,mulieris natura dul
cior eſt, & humanior creata . Huius itaque humanitatis occaſionem nactus diabolus, faci-
litatem eam , quæ virtutis gratia conceſſa erat, ad vitium conuertit.Eſt itaque inuidia dia-
boli proprium malum,quod ſatis exprimi nequit quod medicinam ſpernit. Qui caput , aut
membrum aliquod dolent , medico morbum aperiunt : at qui ægrotat inuidia,quid dicet?
Angunt me proximi bona ? Nam veritas hæc eſt , attamen hæc quiſque verba fateri erube-
ſcit . Quid, quæſo,te affligit,proprium malum,an alienum bonum?Certe malum tuum in-
curabile. Canes enim nutriendo, manſuetos reddimus: inuidum vero & malignum bene-
ficio noſtro deuinciendo,longè peiorem reddimus.Non enim gaudet in iis quæ recipit bo-
C nis:ſed tua triſtatur felicitate,quòd facultas tibi ſit eius vſui ſubueniendi. Noli igitur in dia
boli deceptionem incidere. Inuidit enim tibi, inuidit, inquam, quum te è paradiſo expulit.
Per illum ſentes & tribuli,per illum ſudor & exilij principium : in quod incidens , ne obli-
uiſcaris antiquæ patriæ. Memento nobilitatis tuæ.Recordare patriæ vnde excidiſti.Remi-
niſcere , quanto ille te damno mulctauit.Ne ſequere illum, neue cum eo commercium ſu-
ſcipe vllum.Bis enim te læſit.Primum quum te ab initio eiecit.Deinde nunc reditum tuum
turbare contendit.Incommodum nanque tibi primum intulit per mulierem . Et rurſus per
mulieris concupiſcentiam reſtitutionem tibi prohibet amiſſorum . Fornicationem excogi-
tauit,vt regno cœlorum prohibearis.Prima iactura minimè contentus, ſecundas etiam ex-
D cogitat vias,curſum nobis ad beatam vitam obſtruendo:quando murus eſt quidam,& im-
pedimentum nobis iter facientibus, ipſi mendacium innumeræ ſunt ipſius remoræ quibus
nos impedit. Illius ſunt quaſi germina,crudelitas,aſperitas,auaritia,contumelia,& quęcun-
que verbo veritatis repugnant , hæc omnia ſunt diaboli aduerſus nos tela infeſta . Oſor eſt
hominis quoniam & aduerſus deum rebellis eſt , primum odio habuit,deinde & repugna-
uit omnipotenti , contempſit dominum, alienatus eſt à deo:Vbi vidit hominem ad ipſius
imaginem factum,quum non poſſet in autorem ipſum, quem ante omnes lædere cupit , in
eius imaginem ſuam exercuit malignitatem.Veluti ſiquis homo, quando regem inimicum
attingere non valet, eius ſimulachrum cæderet . Vidi ego iam,partim audiui,res certa eſt,
E inter animalia hominibus inimiciſſima,pardalim quandoque in ſtadiis hominis oculos prę Pardalis in hominẽ ira.
ira inuadentem. Qui feræ deludere furorem quærunt , hominis imaginem ei ex charta o-
ſtendunt. Illa ſtatim furibunda eam concerpit atque dilacerat: hoc argumento ſatis oſten-
dens, quanta ſit eius aduerſus hominem inimicitia . Sic item diabolus in dei imagine quo
ſit erga deum odio oſtendit , quando deum ipſum attingere nequit. Sic & contra nos bel-
lum ipſius ſatis oſtendit,dei eſſe illum aduerſarium , & ante omnia deum petere. Ille miſe-
rum hominem ex vrbe Hieruſalem, in Hiericunta deiecit: hoc eſt, altis locis ad ima.Eſt e-
nim Hieruſalem in colle ſita , Hiericus autem in ora maris.Si quis veſtrum locum vidit,
ſcire poteſt rei veritatem,quemadmodum Hiericus in curuis Palęſtinæ locis recumbat:Hie
ruſalem vero in monte longè diffuſa,ſupra reliqua loca eius regionis attollatur.Itaque ho-
F mo è ſublimi ad inferiora deſcendit,vt in latrones incideret : E Hieroſolymis tanquam ſe-
curo loco exiit,vt incideret in latrones ſolitudinem occupantes , qui eum & cæciderunt &
ſpoliauerunt.Prius plaga,deinde nuditas narratur.Nam animæ plaga , peccatum . Nuditas
vero animæ,immortalis amictus eſt ereptio.Peccatum nanque,gratiam per baptiſmi rege-
nerationem nobis datam abolet.Fornicatio plaga eſt,adulterium alia plaga,alia inuidia,li-
bido alia plaga,auaritia item alia:quodlibet horum plaga eſt à latronibus,hoc eſt,dæmoni-
bus noſtris,ad culpam miniſtris,nobis inflicta.Poſt plagas vero ſpoliatus eſt. Si autem cor-
porea fuiſſet veſtis,prius ſpoliaſſent , deinde plagas addidiſſent , vt veſtis ſeruaretur.Nunc Plagæ ante ſpoliationẽ ſpiritualiũ.
autem plagæ præcedunt , vt planè diſcas, quemadmodum culpa,gratiæ priuationem atque

amiſſionem præcedit, quæ nobis per humanitatem domini noſtri Ieſu Chriſti data eſt: Cui G
gloria & imperium in æterna ſecula, Amen.

## BASILIVS MAGNVS DE HVMILITATE.

DEbebat homo in gloria quam apud deum habebat manere, Et ſublimitatem ha- H
buiſſet non fictam ſed veram, potentia dei ſublimis, ſapientia diuina præclarus, æ-
terna vita illiusq; bonis ſeſe oblectans & alacris. Poſtquàm verò diuinæ gloriȩ de-
ſiderium mutauit, & maiorem ſperauit, & quam non poterat accipere apprehen-
dere ſatagens, quam habere poterat perdidit, maxima illi ſalus eſt, quod & morbum curare
licet, & ad priſtinam dignitatem per animi ſubmiſſionem redire, nec aliquem gloriæ præ-
textum per ſeipſum comminiſci, ſed à deo quærere. Hoc nanque pacto lapſum corriget, ita
ad ſacrum præceptum quod deſeruit recurret. At diabolus quo falſæ gloriæ ſpe mortalibus
imponat, non ceſſat à ſeipſo incitatus ac prouocatus innumera ad hoc machinamenta com
miniſci, è quibus ſanè magnum eſt, quod pecuniarum opulentiam oſtendit huiuſmodi, vt I
illius nomine inſoleſcat, vt cura illius afficiatur. Quæ quidem ad gloriam nihil confert,
confert autem plurimum ad periclitandum. Quæſtus nanque pecuniarum, argumentum
eſt auaritiæ, poſſeſſio illarum nihil facit ad bonam exiſtimationem, ſed fruſtra inflat, inani-
ter extollit, & fere idem facit animæ, quod inflammatio corpori. Inflammatorum enim
corporum tumor, nec ſanus eſt nec vtilis, ſed morbidus ac noxius, periclitandi principium
adferens, & pereundi occaſionem. Tale quid & circa animam facit ſuperbia. Et non ſolum
ex pecuniis naſcitur animi elatio, neque ſuperbo tātū qui ex pecuniis eſt victu & veſtitu in
ſublime feruntur homines, ſumptuoſiores quàm neceſſitas exigit, ac voluptuarias menſas
ſtruentes, nec pro neceſſitatis vſu ſeſe veſtientes, amplas ædes adornātes, famulorumq; ſub- K
ſequentium copiam, & adulatorum innumerabilium cœtus poſt ſe trahentes, ſed & Magi-
ſtratus honorem ex populi ſuffragiis adepti, ſupra naturā exaltantur. Si populus Magiſtra-
tum dederit, ſi quam præſidendi dignitatem aſſignauerit, & prærogatiuȩ honorem decreue
rit, & hic quaſi humanam excellant naturam, tantum non ipſis ſe putantes inſidere nubi-
bus: proterendos arbitrantur ſubiectos homines & aduerſum eos quoq;, vnde dignitatem
quam habent acceperunt, eriguntur, & per quos quod ſunt eſſe videntur, aduerſum illos in-
ſoleſcunt, rem committentes dementia plenam, cum gloria illorum quouis ſomno inanior
ſit, & ſplendorem habeant nocturnis ſpectris vaniorem, & à populi nutu pendentem. Qua-
lis erat demens ille Salomonis filius, ȩtate iuuenis, mentis vſu iuuenilior, qui populo mitio- L
rem regni adminiſtrationem petenti, duriorem comminatus, & per minas illas amiſſo re-
gno, inde dignitate quam habebat deiectus eſt, vnde maiorem regni gloriam ſperabat. In-
ſolentem quoque reddit hominem manuum dexteritas, pedum celeritas, & corporis venu-
ſtas, quæ obiter morbis abſumuntur, nec animaduertunt, quod omnis caro fœnum, & om-
nis gloria hominis eſt ſicut flos fœni, quod fœnum areſcit & flos illius decidit. Talis erat ro
boris gratia Gigantum arrogantia, & Goliath fatui deum impugnans ſuperbia, & venuſta-
tis gratia intumeſcens Adonias, & comæ magnitudine ſuperbiens Abſalom. Et ipſa quoque
humana ſapientia & prudentia, quæ inter reliqua mortalium bona potiſſima reputatur, &
ſolidiſſima, inanem habet elationem, & in ſublimitatem extollit non veram, nec quicquam M
Diaboli aſtutia irrita facta. iſta valent, vbi diuina ſapientia deeſt. Aſtutia nāque diaboli, qua aduerſum hominem vſus
eſt, irrita facta eſt: & quod ille inſidioſe contra hominem machinatus eſt, non animaduertit
ſibi ipſi fore aduerſum, non tantum illum lædens, quem à deo & vita æterna abalienaturum
ſe ſperauerat, quantum ſeipſum prodens apoſtata à deo factus, & morte ſempiterna con-
demnatus. Et laqueo quem domino ſtruxit ipſe captus, inque eo crucifixus eſt quem ſe cru-
cifixurum, & mortuus in eo quem morte ſe extincturum ſperauerat. Si vero princeps
iſte mundi, primus, maximus, & inuiſibilis mundanæ ſapientiæ ſophiſta, ſuis ipſius
commentis capitur, & in extremam reuoluitur inſipientiam, multomagis illius diſcipu-
li & æmulatores etiam ſi innumera commententur, vbi ſe ſapientes eſſe dicunt, ſtulti fa-
cti ſunt.



A cti ſunt. Pharao interitum callidè ſtruit Iſraëli, ſed obſeruauit inde irritam fore ſuam a- Pharao.
ſtutiam vnde nihil huius expectabat. Quod videlicet infans propter ipſius mandatum
morti expoſitus, occultè in aula ſua regia enutritus, & ipſius ac totius Gentis Aegyptiacæ
vires demoliturus, & Iſraëlem ſaluti reſtituturus eſſet. Abimelech vero, homicida ille, Abimelech.
Spurius Gedeonis filius, qui ſeptuaginta germanis illius filiis occiſis, & aſtutum hoc ad
Regni confirmationem adinuentum ratus, quos cædis huius habuerat adminiſtros conte-
rit quidem, ſed & ipſe viciſſim ab illis conteritur, & tandem per mulieris manum ac lapi-
dis iactum perit. Et Iudæi omnes conſilium contra dominum ſibi ipſis exitioſum commen Iudæi.
ti ſunt dicentes, Si permiſerimus eum ad iſtum modum, omnes credent in illum, & veni-
B ent Romani ac tollent noſtrum locum & gentem. Hoc conſilio necem Chriſti aggreſſi,
quaſi Gentem ac locum ſuum ſeruaturi, ſuo ipſorum conſilio vtrunque perdiderunt, extor-
res facti & ab inſtitutis ſuis & cultu abalienati. At in ſumma, innumeris exemplis poteris di
cere, quàm ſit inane, humana ſapientia excellere, & quàm exile ſit & humile magis quàm
magnificum ac ſublime. Itaque nemo prudens, vel de ſua ipſius ſapientia vel aliis prærroga-
tiuis quas recenſui, quicquam gloriabitur, ſed obtemperabit parænesi beatæ Annæ, & Pro-
phetæ Hieremiæ, qui dicit, Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec glorietur robuſtus in ro
bore ſuo, nec diues in diuitiis ſuis. Sed quænam eſt vera gloriatio, & qua in re magnus eſt ho
mo? In hoc, inquit, glorietur, qui gloriatur, ſi ſciat & cognoſcat me eſſe dominum. Hæc eſt
hominis ſublimitas, hæc gloria & magnificentia, verè cognoſcere hoc quod magnum eſt, &
C illi conglutinari, ac gloriam à domino gloriæ quærere. Dicit autem Apoſtolus, Qui gloria-
tur in domino glorietur, vbi dixit, quod Chriſtus nobis factus ſit à deo ſapientia, iuſtitia,
ſanctificatio & redemptio, vt ſicut ſcriptum eſt, qui gloriatur in domino glorietur. Nam ea
demum perfecta & omnimoda gloriatio eſt in deo, quando neque propter ſuam ipſius quis
iuſtitiam extollitur, ſed agnoſcit ſe quidem vera deſtitui iuſtitia, verum ſola in Chriſtum fi-
de iuſtificatum eſſe. Et gloriatur in eo Paulus quòd ſuam ipſius iuſtitiam contemnat, ſecte- [redacted]
tur autem per Chriſtum eam iuſtitiam, quæ ex deo eſt in fide, vt cognoſcat ipſum & poten-
tiam reſurrectionis ipſius, & paſſionum ipſius communicationem, configuratus morti illi-
us, ſi quo pacto ad mortuorum reſurrectionem pertingat. Decidit hic vniuerſa arrogantiæ
D ſublimitas. Nihil tibi relictum eſt, ò homo, de quo gloriari poſſis, cuius gloriatio & ſpes in
eo ſita eſt, vt omnia tua mortifices, & futuram in Chriſto vitam quæras, cuius primitias ha-
bentes in his nunc ſumus, per vniuerſum in gratia ac dono dei viuentes. Et deus eſt qui ope
ratur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, deus item eſt, qui ſapientiam ſuam,
prædiffinitam ad noſtram gloriam, per ſpiritum ſuum reuelat: deus eſt qui in laboribus dat
virtutem. Abundantius omnibus, inquit, Paulus, laboraui. Non autem ego ſed gratia dei,
quæ eſt mecum: deus eſt qui eripit è periculis, idque præter omnem humanæ rationis ſpem.
Ipſi, inquit, in nobis ipſis ſententiam mortis acceperamus, ne confideremus in nobis ipſis
ſed in deo, qui mortuos excitat, qui ex tanta morte nos eripuit, & eripit, in quem ſperaui-
E mus quòd & in poſterum erepturus ſit. Quid igitur teipſum, dic quæſo, extollis, quaſi pro-
pria habeas bona, cum gratias pro donis agere debeas largitori? Quid enim habes quod non
acceperis? Si vero & accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis? Tibi non innotuit deus
per tuam iuſtitiam, ſed tu deo, per illius bonitatem: cognoſcentes, inquit, deum, imò magis
cogniti à deo. Tu Chriſtum non per tuam apprehendiſti virtutem, ſed te Chriſtus per ſuum
aduentum. Inſequor, inquit, ſi quo pacto apprehendam quatenus & apprehenſus ſum à Chri
ſto. Non vos me elegiſtis, inquit, dominus, ſed ego elegi vos. An ideo ſuperbis quod hono-
re effectus es, & acceptam miſericordiam ad occaſionem arrogantiæ rapis? Et tunc cogno-
ſces ipſum quiſquis es. Sicut Adam eiectus è Paradiſo, ſicut Saul deſtitutus ſpiritu dei, ſicut
F Iſraël à ſancta radice reſectus. Fide, inquit, ſtas? Noli ſublime ſapere, ſed time. Gratiam ſe-
quitur iudicium, & quo pacto donis ſis vſus, requiret Iudex. Si vero ne hoc quidem intel-
ligis, quod honore potitus es, ſed gratiam dei præ nimia ſtupiditate propriam reputas vir-
tutem, non es honoratior beato Apoſtolo Petro. Neque enim Chriſtum plus potes diligere
quàm ipſe, qui vſque adeò illum dilexit, vt & mori pro eo voluerit. Verum quoniam arro-
gantius dixerat, etiam ſi omnes ſcandalum patiantur in te, ego tamen nunquam ſcandalum
patiar, humanæ traditus eſt puſillanimitati, & prolapſus eſt in negationem, lapſu inſtitutus
ad pietatem, & edoctus etiam aliis infirmis parcere, vbi ſuam ipſius cognouit imbecillita-
tem, & conſpicue didicit, quod quemadmodum, cum in pelago mergeretur, dextera Chri-
ſti

ſti releuatus eſt,ita & in ſcandalorum fluctibus,cum per diffidentiam periclitaretur Chriſti G virtute ſeruatus ſit,qui etiam ipſi quod poſtea accidit prædixerat, Simon Simon, inquiens, ecce Satanas expetiuit vos,vt cribret inſtar tritici,& ego pro te rogaui,ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Petrus itaque ad hunc modum reprehenſus,merito opem domini adeptus eſt,vt arrogantiam reiiceret, & infirmis parceret inſtitutus: Phariſæus vero ille,impudens & vehementer ſuperbus qui non ſolum in ſeipſo confidentiam habuit,ſed & publicanum apud deum traduxit,iuſtitiæ gloriationem ſuperbiæ vitio perdidit, & deſcendit publicanus præ ipſo iuſtificatus, propterea quod gloriam ſancto deo dedit,& nec ſuſpicere auſus fuit,ſed ſolum propiciationem expetiuit, ſeipſum & habitu,& pectore percuſſo & ſolam quærendo propitiationem condemnans. Vide igitur & ob- H ſerua exemplum grauis nocumenti,quod adfert ſuperbia.Iuſtificationem amiſit per ſuperbiam elatus, mercedem perdidit per confidentiam temerarius, infra humilem & peccatorem abiectus eſt,ſeipſum ſupra illum extollens,& non dei iudicium expectans, ſed ſuum ipſius proferens.Tu vero aduerſus neminem vnquam inſoleſcas,ne vehementer quidem peccatores.Animi modeſtia & humilitas eum ſæpenumero eripit, qui plurimum & in magnis deliquit.Nolis itaque teipſum præ quoquam iuſtificare,ne quo pacto fiat, vt per tuam ipſius iuſtificatus diuina ſententia condemneris.Non iudico meipſum, inquit Paulus, nihil enim mihi ipſi conſcius ſum.At in hoc non iuſtificatus ſum. Qui vero me iudicat dominus eſt. I Putas quod aliquid rectè feceris? Gratias age deo, nec contra proximum extollere. Opus ſuum,inquit,probet vnuſquiſque,& tunc in ſeipſo tantum gloriationem habebit & non in alio. Quid enim vtilitatis attuliſti proximo, quòd fidem es confeſſus, aut exilium propter nomen domini perpeſſus, aut ieiunandi moleſtias toleraſti? Horum vtilitas non eſt alterius,ſed tua.Metue ſimilitudinem ruinæ qua cecidit diabolus, qui contra hominem elatus ſubtus hominem cecidit,& in proculcationem traditus eſt ei quem ipſe calcauerat.Talis eſt & Iſraëlitarum ruina. Elati nanque aduerſus Gentes tanquam immundas, ipſi vere facti ſunt immundi:Gentes vero purificatæ, & illorum iuſtitia facta eſt inſtar panni menſtruatæ mulieris:Gentium vero iniquitas & impietas per fidem eſt abluta.Omnino veræ memor e- K ſto parœmiæ.Superbis, inquit, reſiſtit deus, humilibus verò dat gratiam. In promptu habe dictum illud domini. Quiſquis ſeipſum humiliauerit exaltabitur, & qui ſeipſum exaltauerit humiliabitur.Ne ſis iniquus tuiipſius iudex, neque ad gratiam teipſum examina, ſi boni quicquam habere te putaueris,illud in numerato tenens, eorum ſponte oblitus, neque eorum gratia quæ hodie rectè facis inſoleſcas, eorum quæ paulo ante atque olim male deſignaſti,veniam tibi ipſi largitus,ſed ſi quando te præſens benefactum nonnihil elatum reddit,ad memoriam reuoces quid olim mali feceris,& ceſſabit inſenſata illa animi inflatio.Et ſi quenquam in præſentiarum delinquere videris,ne hoc ſolum in illo ſpectes,ſed cogita ſimul quæ rectè vel fecerit olim vel nunc quoque faciat, & deprehendes ſæpenumero talem L ſi ſingula inquiſieris, nec particulas quaſdam duntaxat ſcrutatus fueris, te eſſe meliorem. Neque deus enim hominem particulariter examinat. Nam ego,inquit, & opera & cogitationes ipſorum coniunctim producturus venio. Et cum Ioſaphat Regem aliquando propter peccatum recens commiſſum reprehenderet,ſimul & rectè factorum mentionem fecit dicens.Veruntamen & actus quidam boni inuenti ſunt in te.Iſta & ſimilia contra animi ſuperbiam perpetuò nobis ipſis occinamus,nos ipſos deturbantes vt à domino exaltemur, imitantes dominum qui ad extremam vſque humilitatem è cœlo deſcendit,& rurſus ex humilitate ad competentem ſublimitatem exaltatus eſt.Vniuerſam nanque domini diſpenſationem ad humilitatem nos inſtruere deprehendimus.Cum infans eſſet, mox in ſpelunca,

Humilitas Chriſti.

nec lecto ſed præſepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & matris pauperculæ enutritur M ſubditus matri & illius ſponſo.Docetur,audiens quorum non egebat, interrogans vero, & interrogando admirabilem declarabat ſapientiam.Subditur Ioanni, & baptiſmum ſuſcipit à ſeruo dominus.Nemini aduerſariorum reſiſtit,neque inenarrabilem ſuam poteſtatem in quenquam vibrat, ſed quaſi potentioribus cedit, & poteſtati temporariæ potentiam quam illa habebat permittit.Principibus ſacerdotum in forma rei ſiſtitur,ad præſidem ducitur, & iudicium illius ſuſtinet.Et cum poſſet calumniatores ſuos arguere, ſilentio tolerat illorum calumnias.Conſpuitur à ſeruis ac viliſſimis pueris.Morti traditur, eíque hominum iudicio turpiſſimæ.Ita hominem omnia ab ipſa natiuitate ad mortem vſque exercuerunt. Poſt tantam vero animi humilitatem tandem & gloriam ſuam exerit, vnà ſecum glorificans quot-

quot



A quot cum ipſo ignominiam tulere, quorum primi ſunt beati diſcipuli qui pauperes ac nudi orbem percurrerunt,non in ſapientia ſermonis,non ſequacium multitudine ſuffulti,ſed ſoli,& piſcatores,& deſolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæſi, lapidati, perſequutione iactati,tandem occiſi.Iſta ſunt nobis paternæ ac diuinæ inſtitutiones. Ad horum nos imitationem conferamus, vt ex humilitate nobis ſempiterna naſcatur gloria, quæ perfectum eſt ac verum Chriſti donum.Quonam igitur pacto ad ſalutarem hanc animi humilitatem pernicioſa ſuperbiæ elatione relicta deſcendemus?Si perpetuo ſtudium modeſtiæ exerceamus,nec quicquam contemnamus tanquam à quo nihil ſimus læſi. Vitæ nanque ſtudiis & exercitiis aſſimilatur anima,& qualia facit talis etiam formatur,& eiſdem configuratur.Sit B tibi & ornatus,& indumentum,& inceſſus, & cathedra, & certa ac tranquilla alimonia, & lectus paratus, & domus,& vaſa domeſtica, quorum omnium vſus ſit ad frugalitatem, & ſermo,& cantus & proximi conuictus,& hæc ad mediocritatem magis quàm ad faſtum.Vide ne in ſermone arrogantiam vſurpes ſophiſticam,neque in cantu ad voluptatem accommodatæ voces ſuperiores habeant,neque dictionem oſtentes ſuperbam ac grauem. Sed in omnibus ſplendori ac magnificentiæ detrahas,comis erga amicum,manſuetus erga domeſticum,patiens erga temerarios,humanus erga humiles,patronus adflictis,inuiſens in dolore conſtitutos,in ſumma,neminem contemnens,ſuauis in appellatione,alacer in reſponſione,dexter,& expoſitus vniuerſis,neque tua ipſius celebrans encomia,neque alios qui hoc fa C ciant ſubornans,neque inhoneſtam de proximo famam admittens,& virtutes tuas ac prærogatiuas quantum fieri poteſt obtegens,peccatorum vero gratia teipſum accuſans,nec expectans, vt ab aliis reprehendare, vt idem facias quod iuſtus, qui in principio ſermonis ſeipſum accuſat, & ſis qualis erat Iob, † quem non puduit vrbis tumultuationem propriam contra ſe deprædicare ruinam.Ne ſis increpando moleſtus ac ſeuerus,neque ſtatim,aut cum animi commotione quenquam reprehendas. (Reſipit enim hoc contumaciam quandam) neque propter modica delicta condemnes aliquem,quaſi rigidus ac prædurus iuris exactor, ſed eos qui deliquerunt complectare, & ſpiritualiter inſtruas, quemadmodum admonet Apoſtolus,conſiderans teipſum,ne & tu tenteris.Et tantum ſtudij impendas ne apud homi D nes glorioſus habeare,quantum impendunt alij vt glorificentur, ſiquidem Chriſti memor fueris, qui mercedem apud deum amittit, dicit, ſi ſponte apud homines cupias illuſtris haberi,& bonum ad hoc facias vt conſpicuus ſis hominibus. Abſtulerunt enim, inquit, mercedem ſuam.Itaque nolis tibi ipſi nocere,apud homines conſpicuus eſſe cupiens. Quandoquidem deus, magnus ille, ſpectator eſt, illi placere geſtias, nam ſplendide remunerat. At prælatus es aliis, & concomitantur te homines ac glorificant? Par eſto ſubiectis, non tanquam dominium exercens aduerſus cleros,vt Apoſtolus,inquit,neque ſecularibus te principibus conformes. Qui nanque primus eſſe cupit, omnium hominum ſeruum eſſe iubet Chriſtus.Vt ſummatim dicã,ita perſequitor animi humilitatem,vt decet humilitatis ama- E torem.Ama illam,& glorificabit te.Hoc pacto rite ad veram gloriam pertinges,quę eſt coram angelis,quæ eſt apud deum. Agnoſcet te Chriſtus tanquam diſcipulum ſuum, coram angelis, & glorificabit te, ſi humilitatis ipſius fueris imitator, qui dixit, diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris,cui ſit gloria & imperium in ſeculorum ſecula, Amen.

† ὃς οὐ διετράπη πολυοχλίαν πόλεως ἐπ' αὐτὸν ἐξαγορεῦσαι τὸ ἴδιον πταῖσμα. Vel qui non eſt verit⁹ vrbis tumultuationem, propriũ contra ſeipſum prædicãs caſum.

## HOMILIA BASILII MAGNI, NON *Adhærendum eſſe rebus ſecularibus.*

F VErebar quidem ego,dilecti,ne moleſtus vobis eſſe viderer, dum frequẽter ſermonis ſtimulos vehementius admoueo,tanquam ſuperfluam quandam animi confidentiam oſtendens,quæ nec hoſpitem deceat nec ei qui & ipſe ſimilibus vitiis obnoxius eſt competat. Vos vero reprehenſionibus iſtis ad beneuolentiam potius prouocati eſtis,& linguæ noſtræ verbera maioris deſiderij incitamentum feciſtis. Nec inſolens aliquid commiſiſtis.Eſtis enim ſapientes in iis quæ ſunt ſpiritus. Argue autem ſapientem & diliget te, dicit alicubi in prouerbiis ſuis Salomon. Quapropter etiamnum fratres eandem parænesim aggredior,vt quocunque pacto,quantum mihi poſſibile fuerit,à diaboli vos rete ac laqueis abducam. Plurimum enim nos dilecti & variis modis veritatis hoſtis

quotidie

quotidie impugnat. Impugnat autem ita,ſicut ſcitis, vt noſtris ipſorum deſideriis iaculo- G
rum vice aduerſum nos vtatur,& perpetuo è nobis ipſis vires ſumat quibus nos lędat.Quo-
niam enim maiorem potentiæ illius vim dominus inſolubili lege preſſit, nec permiſit, vt
vno impetu genus mortalium à facie terræ deleret, per noſtram inſipientiam inuidus fur-
tim contra nos victoriam molitur. Et quemadmodum peruerſi quidam & ſubdoli homi-
nes,quorum ſtudium eſt & propoſitum ex aliorum bonis diteſcere, eam tamen potentiam
non habent,vt aperta violentia vtantur,vias inſidioſè obſidere ſolent, & ſi locum aliquem
circa illas aut conuallibus profundis interruptum,aut dumorum denſitate obſcurum vide-
rint,in illum ſeſe abdunt, & huiuſmodi velamento viatorum circumquaque conſpectum,
ne præuideantur,amoliti,ex inopino illos adoriuntur,ne quiſquam eorum laqueos pericu- H
loſos videre prius queat, quàm in illos incidat, ita & Satan infenſus nobis & antiquus ho-
ſtis mundanarum oblectationum vmbris ſeſe inſinuans,quæ periculoſe circa vitæ huius vi-
am latronem occulere ſolent,& latibula præbere inſidiatori, inde improuiſos nobis perdi-
tionis laqueos ſubſternit. Oportet itaque nos ſiquidem tuto propoſitam vitæ noſtræ viam
percurrere, & animam noſtram ſimul ac corpus à vulnerum dedecore liberare, Chriſto ſi-
ſtere,& victoriæ coronas apprehendere voluerimus,animi oculos perpetuò vigiles circun-
quaque diducere, & quicquid iucundum apparet mox ſuſpectum habere & prætercurrere,
nec aliquam illi cogitationem applicare,etiam ſi aurum copioſe propoſitumvideatur,& ido
neum quod à volentibus tollatur. (Diuitiæ nanque,inquit,ſi affluxerint, cor illis apponere I
nolite) etiam ſi quaſcũque delitias terra proferat,& pretioſa tabernacula oſtentet (noſtra e-
nim conuerſatio in cœlis eſt, vnde & ſeruatorem expectamus Chriſtum)etiam ſi choreas,co
meſſationes,ebrietates & menſas concentuum modulatione iucundas videamus. (Vanitas
enim,inquit,vanitatum,& omnia vanitas)etiam ſi offeratur venuſtas corporum, in quibus
animæ peruerſæ habitant (A facie nanque mulieris ſicut à facie ſerpẽtis fuge,inquit Sapiẽs)
etiam ſi copia detur potentatuum,ac tyrannidis,& ſatellitum,vel adulatorũ,ad hæc & thro
nus ſublimis ac ſplendidus ſubiectas habens ad voluntariam ſeruitutem,& gentes & vrbes.
(Omnis enim caro,inquit,fœnum eſt,& omnis gloria hominisſicut flos fœni:arefactum eſt
fœnum,& flos decidit.) Sub his nanque omnibus ita iucundis latebras ſuas habet commu- K
nis noſter hoſtis,expectans num per obiectorum ſpectacula illecti relicta regia via ad ipſius
aliquando inſidias ipſi vltrò declinemus.Et plurimum ſanè timendum eſt, ne quo pacto il-
lis incautè adcurrentes,& oblectationem illam quam vſurpantibus offerunt,nihil habere pe
riculi putantes,primo ſtatim guſtu doloſè abditum hamum voremus,atque illo poſtea,no-
limus velimus,ligati ad terribiles latronis latebras,mortem ſcilicet, per huiuſmodi illece-
bras imprudentes trahamur.Neceſſarium itaque omnibus & vtile eſt fratres,vt quemadmo
dum viatores ſolent ac curſores cautè proficiſcamur,& ad perficiendum hunc curſum ani-
mabus noſtris vndique agilitatem venati,ſine vllo reſpectu ad viæ huius terminum prope-
remus.Et nemo me noua fingere nomina ſuſpicetur,quòd iam humanam vitam viam vo-
co,cum & Dauid propheta vitam hanc ita nominarit,nunc quidem ita alicubi dicens:Beati L
immaculati in via,qui ambulant in lege domini: nunc verò ad dominum ſuum clamans:
Viam iniquitatis amoue à me,& in lege tua miſerere mei.Et vbi pręproperum dei auxilium
contra calumniatores collaudans,& ad lyram ſuam illud iucundè applicans,dicit:Deus qui
præcinxit me virtute,& poſuit immaculatam viam meam,merito vbique terrenam homi-
num conuerſationem,ſiue celebrandam,ſiue prauam,ita vocandam eſſe ratus.Quemadmo
dum enim qui inſtitutum iter expediunt,pedum greſſus,ad curſum inter ſe concertantesad
anteriora proferentes,& priorem ſemper pedem terrę innixum veloci alterius tranſpoſitio-
ne poſteriorem oſtendentes,facilè ad viæ terminum promouent, ita & qui ad vitam hanc
à conditore producti ſunt, confeſtim in illius principio temporum articulis ingredientes, M
& priorem ex illis ſemper poſteriorem relinquentes,ad vitæ metam pertingunt. An non &
vobis præſens hæc vita quaſi continua quædam via porrecta,& iter quoddam ętatibus,quaſi
quibuſdam viatorum diuerſoriis diſtinctum videtur,quod vnicuique profectionis initium
quidem parturitionem maternam exhibet,curſus verò terminum ſepulchrorum ſcenas ſub
monſtrat,& ad illas quoſuis deducit,alios velocius,alios tardius, & hos quidem per omnia
temporis interualla proficiſcentes,illos autem ita vt ne prima quidem vitę diuerſoria tene-
ant. Aliæ itaque viæ quæ ab vrbe vna ducunt,in aliam declinari poſſunt, ne per illas ambu-
let,qui non vult:hęc verò,etiam ſi differre curſum queamus, viatores ſuos vi correptos ad
deſtinatam



A deſtinatam à domino metam trahit.Nec fieri poteſt, dilecti, vt qui portam ad hanc vitam
ferentem egreſſus, & hanc viam ſemel ingreſſus eſt: non etiam ad illius terminum perue-
niat,ſed vnuſquiſque noſtrum poſtquàm materna clauſtra euaſit,ſtatim temporis obligatus
fluctibus prouoluitur,eum ſemper diem,quem iam vixit,poſt tergum relinquens, & ad he-
ſternum nunquam,etiam ſi cupiat,redire valens. Nos verò lætamur ad anteriora delati,&
vbi ætates protulimus,quaſi augmentum aliquod nacti gaudemus,beatúmque ducimus, ſi
è puero quiſquam in virum,& è viro in ſenem euaſerit:ignari quòd ſingulis diebus tantum
de vita hac amittimus, quantum temporis viximus: nec ſentimus quàm vita noſtra abſu-
matur,licet perpetuò illam à prætercurrente,ac præterlabente tempore metiamur: neq; co-
B gitamus quàm incertum ſit hoc tempus, quod ad perficiendũ curſum noſtrum,qui in hanc
nos profectionem emiſit,concedere propoſuit,& quando vnicuique noſtrum portas, quas
ingrediamur,reſeraturus ſit, & quòd oporteat nos quotidie ad migrandum ex hac vita pa-
ratos eſſe,& nutum domini fixis oculis expectare. Sint lumbi veſtri,inquit,præcincti,ac lu-
cernæ ardentes, & vos ſimiles eſtis hominibus expectantibus dominum ſuum, quando re-
uertatur à nuptiis, vt venienti ac pulſanti confeſtim aperiant. Nec diligenter ſpectare ſa-
tagimus, quænam onera facilia nobis ad hunc vitæ curſum ſint, & talia quæ cum collecto-
ribus ſuis hinc transferri,ac futuram vitam propria poſſidentium ſe facta iucundam redde-
re queant,& quæ ſint grauia,moleſta,terræ adhærentia,& quæ non ſoleant hominibus pla-
nè appropriari,nec talia,quæ propter portæ illius anguſtiã poſſeſſores ſuos ſequi valeãt, ſed
C quæ colligenda fuerant,relinquimus,quæ verò contemnere conueniebat,illa colligimus: &
quę nobiſcum vniri, & animæ ſimul & corpori verum & cognatum ornamentum eſſe poſ
ſunt,iſtis animum non aduertimus:quæ verò perpetuò aliena à nobis perſeuerant,& ſolam
nobis turpitudinis labem aſpergunt, hæc coaceruare conamur: fruſtra nobis ipſis moleſti,
laborémque inſtituentes haud diſſimilem ab eo, ſi quiſquam ſeipſum ſeducens in dolium
pertuſum aliquid infundere voluerit.Hoc ſanè omnibus puto etiam idiotis cognitum eſſe,
quòd nihil eorum quæ in hac vita iucunda ſunt, & quorum gratia plerique inſaniunt, verè
noſtrum ſit,aut fieri ſoleat,ſed omnibus ſimul aliena videantur,tam qui illis frui putantur,
quàm qui ne attingunt quidem. Neque enim ſi quidam infinitam vim auri in hac vita co-
D aceruant, idcirco perpetuò illis aurum hoc proprium manet, ſed vel à viuentibus adhuc,li-
cet vndique obligatum,ad potentiores transfluens aufugit,aut in mortis iam articulo con-
ſtitutos deſerit, nec vult vnà cum poſſeſſoribus ſuis emigrare, ſed iſti quidem ab eo,qui ani
mas violenter à miſera hac carne ſeparat, ad neceſſariam compulſi migrationem, ad pecu-
nias crebrò reſpectant, & quos à prima ætate ſudores illarum gratia tulerunt,deplorant:di-
uitiæ verò aliorum manibus inhiant,iſtis colligendi tantum labore & auaritiæ crimine in-
flicto.Neque ſi terræ quiſquam innumera poſſideat iugera, domos magnificas,omnis gene
ris animantium greges,& omnem acquirat inter homines potentatum,perpetuo iſtis frue
tur,ſed modico quidem tempore ab ipſis nominatus, aliis iterum opulentiam ſuam cedit,
E ipſe exigua tellure conditus. Sæpenumero autem & antequàm ſepeliatur, & antequàm bo-
nis cedat,videbit illa in manus veniſſe aliorum,idq; forſan inimicorum quoque.Aut igno-
ramus quàm multi agri,quàm multæ ædes,gentes, & vrbes adhuc illis viuentibus à quibus
olim poſſidebantur, aliorum dominorum nomina induerint, & quomodo qui olim ſerui
fuerunt ad principatus thronum aſcenderint, ac rurſus aliquando domini ac heri vocati,
cum ſubditis ad ſeruiendum præſto eſſe ſoliti fuerint, & ſuos ipſorum ſeruos venerati ſint,
rebus, vt in taxillorum circumuolutionibus fieri ſolet,repente mutatis.Ea certè quæ ad ci-
bum nobis ac potum adinuenta ſunt,& alia omnia, quæ ſupra neceſſitatis vſum opulentia
contaminans, ad ingrati ventris ac nihil continentis cultum excogitauit, quando noſtra
F ſunt,etiam ſi continuò hauriantur?Quæ vbi guſtu modicum aliquid voluptatis, idq; in trãſ
itu tantum reliquerunt,mox tãquam moleſta & ſuperflua ægrè toleramus,& ſtudioſè quo-
cunque pacto eiicimus,vt plurimũ de vita periclitantes, ſi viſceribus immorari permittan-
tur.Itaque multis attulit mortem ſatietas,& cauſam dedit,vt nullo cibo amplius vti potue-
rint.Laſciua denique cubilia, & impuri congreſſus, & quæcunque anima furens & efferata
operatur,an non quanlibet naturam manifeſtè lædunt,& conſpicuè vitiant,& quę verè cu-
iuſque ſunt propria bona abalienant & imminuũt corporis vigore per concubitus attenua-
to,ac membrorum legitimo, & ad corporis habitudinem attemperatiſſimo nutrimento di
repto? Proinde & vnicuique illorum, qui cubilibus impudicis inuolutantur, vſuuenit,vt
poſt

BIBLIOTECA UNIVERS… GRANADA

poſt actum,mox atque carnis œſtrum elanguit,& ad deteſtabilem finem eorum quę tenta- G
uit,animus pertingit,ac veluti ex ebrietate quadam & grandi tempeſtate ſeſe recolligens,
vbi nam ſit otium recogitandi nactus eſt,vehemens illum incontinentiæ pœnitudo ſubeat.
Sentit enim iam corpus ignauius,& ad ea quæ neceſſaria ſunt obeunda torpidum & imbe-
cille factum. Hoc ſanè & pædotribis conſiderantibus temperantiæ & continentiæ lex in pa
læſtris data eſt,quæ adoleſcentum corpora contra voluptates communiret,nec permitteret
certantibus vel tantillum illuſtres contueri formas,ſiquidē capitibus ſuis coronas aptarent,
propterea quòd certanti riſum adferat incontinentia,non coronam.Hæc quidem tanquam
omninò aliena & inania,& quæ nulli propria fieri poſſunt, bonum eſt clauſis oculis pręter-
currere:eorum autem quæ verè noſtra ſunt , multam conuenit habere rationem.Quid au- H
tem verè noſtrum eſt:Anima ſcilicet qua viuimus,tenuis cuiuſdam & ſpiritalis naturæ exi-
ſtens,nec quoquam eorum quæ naturam hominis premunt , opus habens, & corpus quod
animæ vehiculi loco ad hanc vitam à conditore datum eſt (Hoc enim homo eſt, mens vi-
delicet accommodæ ac competenti carni incluſa.) Et hoc à ſapientiſſimo omnium opifice
in vtero materno fingitur , hoc in lucem è thalamis illis obſcuris parturitionum tempore
producitur,hoc ad principatum terrenorum diſpoſitum eſt , illis creatura ad virtutis exer-
citium ſubſtrata eſt:illi vis quædam ineſt imitari opificis potentiam , & conſtantem cœle-
ſtium rerum moderationem adumbrare in terris . Hoc euocatum ex hoc ſeculo emigrat,
hoc tribunali eius,à quo deductum eſt, ſiſtitur , hoc in iudicium vocatur , hoc actorum in I
hac vita retributionem accipit. Et virtutes quoque in noſtram tranſire poſſeſſionem depre
henderit quis,quando per exercitium ac diligentiam eo euadunt,vt cum ipſa noſtra natura
quaſi coaleſcant & iucundentur,& neq; in terra nos adflictos deſerere cupiant(niſi violen-
ter ipſas vltrò per inductionem peiorum actuum abigamus)& ad futuram vitam properan
tes pręcurrāt, inq; ordinem angelorum creatum collocant,ac ſub cōditoris oculis in ſeculū
reſplendent.Opulentia verò & potentatus, & ſplendor, & delitiæ, & omnis huiuſmodi cu-
mulus, qui quotidie per noſtram inſipientiam augetur, neque nobiſcum ad hanc vitā pro-
ceſſit,neque cum quibuſdam ex illa migrauit vnquam, ſed in quolibet homine fixum eſt &
conſtans , quod à iuſto quodam olim dictum eſt,nempe, nudus egreſſus ſum ex vtero ma- K
tris,nudus etiam abibo.Itaque qui ſibi optimè conſulit,animæ quidem quam maximè curā
habebit, illiúſque ſynceritatem ac genuinam puritatem perpetuò illibatam conſeruare co-
nabitur:carnis verò, ſiue illa fame tabeſcat, ſiue cum frigore & æſtu luctetur,aut morbis pre
matur,aut violentum quid à quibuſdam patiatur , exiguam rationem habebit in vnaquaq;
moleſtia illud Pauli clamans,ac dicens:Etiam ſi externus noſter homo corrumpitur, inter-
nus tamen renouatur de die in diem.Nec vbi vitam ſuam in periculum vocare viderit,me-
tu perculſus apparebit,ſed ad ſeipſum cum fidutia dicet:Scimus quòd ſi terrenum noſtrum
huius tabernaculi domicilium reſolutum fuerit, ædificationem ex deo habemus , domici-
lium non manufactum, ſempiternum in cœlis. Si verò quiſquam & corporis rationem ha- L
bere voluerit,vtpote talis poſſeſſionis,quæ vna ſit animę neceſſaria,& quę illi ad viuendum
ſuper terram cooperetur,pauca quædam ad huius vſum neceſſarium impendet , vt illud &
contineat tantum , & ad miniſterium animæ mediocri cura ſanum conſeruet, non vt præ
ſatietate laſciuire permittat.Quòd ſi viderit illud quandoque plurium deſiderio quàm pro-
ſit incenſum,reclamabit illi dictum Pauli præſcribens . Nihil intulimus in hunc mundum,
conſpicuum eſt quòd neque efferre quicquam poterimus:habentes autem alimenta & qui-
bus tegamur,his contenti erimus.Iſta illi continuè occinens & inclamans, morigerū ſimul
& expeditū ſemper ad cœleſtē profectionem reddet, & hoc magis ad ea quæ propoſita ſunt
obeunda cooperarium habebit.Si verò laſciuire permiſerit,& quibuſuis quotidie quaſi ferā M
quandam immitem oppleri,fiet tandem vt violentis illius reluctationibus adactus & con-
uulſus iaceat ac fruſtra ingemiſcat,& ad dominum abductus , in conuerſationis huius ter-
reſtris,quæ ipſi conceſſa fuerat,fructum exactus,vbi reddere nequiuerit, plurimum lamen-
tabitur,& tenebras continuas inhabitabit, delitias præſumptas & illarum ſeductionem ve-
hementer quidem accuſans,quòd per hanc ſalutis priuatus ſit occaſione, nihil verò vtilita-
tis amplius ex lachrymis capiens . In inferno nanque quis confitebitur tibi, inquit Dauid.
Fugiamus igitur quocunque pacto quàm poterimus velociſſimè, & nos ipſos vltrò vel ob-
torto collo retrahamus.Si vero quiſquam iam olim ineſcatus, vel diuitiarum puluerem ex
iniuſtitia in ſeipſum coaceruauit,& animum curis illarum obſtrinxit, vel ſcelus laſciuiæ di
lutu



A lutu difficile naturæ adfixit , aut aliis ſeipſum vitiis onerauit , is , dum adhuc opportunum
eſt , antequàm ad conſummatam perditionem perueniat, plurimum ex oneribus deponat,
& antequam ſubmergatur ſcaphus,ſarcinarum iacturam faciat,quas præter decorum con-
geſſit, atque ita imitetur eos quibus in mari negotium eſt . Illi nanque, etiam vbi neceſſa-
riorum aliquid naui intulerunt,tempeſtas autem feruens ex pelago inſurgat, ac nauem o-
neribus preſſam fluctibus obruere minitetur , quàm poterunt citiſſimè plurimum de pon-
dere tollunt & abiiciunt, & merces ſuas abſque vlla detrectatione in mare profundunt , vt
nauem ſupra fluctus ſublimiorem reddant,& animabus tantum,ſi ita poſſibile ſit,& corpo-
ribus è periculo euadere liceat.Multo autem magis nos iſta & conſultare conuenit & face-
B re.Nam illi quidem,quicquid ſit quod abiiciunt, mox perdunt, & paupertatis deinceps ne-
ceſſitas illos occupat,nos verò quanto magis prauum hoc onus effuderimus , tanto plures
& meliores animabus noſtris diuitias coaceruabimus.Fornicatio quippe & quæcunque ta-
lia ſunt,proiecta diſpereunt,& eo abeunt,vt ne ſint quidem amplius lachrymis diluta.San-
ctimonia verò & iuſtitia in illorum poſtea locum transferuntur , res faciles ac leues, & quæ
nullis fluctibus opprimi queant . Pecuniæ ſanè bene eiectæ, nec pereunt eiicientibus ac di-
ſpergentibus,ſed velut in alias quaſdam tutiores naues,pauperum videlicet ventres, tranſ-
latæ conſeruantur, & ad portus pertingunt, & cuſtoditur eiicientibus ornatus citra pericu-
lum. Adigamur itaque fratres eo,vt & in nos ipſos humani ſimus,& facultatum noſtrarum
C pondus, ſi quidem omninò quæſtum facere voluerimus, in multos diuidamus, qui & por-
tent illud alacriter,& in ſinus domini,veluti tuta penetralia recondant , vbi nec tinea cor-
rumpit , nec fures effodiunt neque furantur . Demus facultatem diuitiis in egenos exube-
rare cupientibus . Ne præteruolemus lazaros illos, etiamnum oculis noſtris expoſitos , ne-
que menſæ noſtræ micas ad ſatietatem illis ſufficientibus inuideamus , nec crudelem illum
diuitem imitati ad eandem cum ipſo gehennę flammam migremus. Alioqui illic conſtitu-
ti vehementer implorabimus Abrahamum, vehementer quoque quemlibet eorum qui be-
ne vixerunt,neque tamen quicquam clamando impetrabimus . Frater enim non redimit,
redimet homo ? Reclamabit autem nobis illorum quiſque dicens : Ne quæras beneuolen-
D tiam,quam ipſe erga alios ſpreuiſti,neque velis tam ampla bona accipere,cum minora ero-
gare nolueris.Fruere nunc illis,quæ cum viueres congeſſiſti . Plora nunc , quoniam in vita
conſtitutus cum fratrem illachrymantem videres,illius non es miſertus. Hæc nobis illi di-
cent , & merito : Vereor autem ego ne nos acerbius ſint obiurgaturi , quoniam diuitem il-
lum malitia , vt ſcitis , ſuperamus . Neque enim vt diuitiis prorſus parcamus humi pro-
ſtratos fratres præterimus , neque vt liberis vel aliis domeſticis opulentiam noſtram con-
ſeruemus , petentibus egenis aures occludimus , ſed in peiores ſumptum facimus , & per-
E uerſam illam liberalitatem malitiæ fomentum conſtituimus iis qui eam exercent . Quot
enim quorundam menſas circunſtant , quorum alij conuiuatorem obſcœnis verbis demul-
cent , alij importunis intutibus & geſtibus incontinentiæ ignem accendunt , quidam ve-
rò inter ſe ſcommata eiaculantes , riſum illi mouere volunt , à quo ſunt vocati : rurſus a-
lij mendacibus illum encomiis qualem volunt fingunt . Et hi non ſolum hoc lucrantur vt
ſplendidè conuiuentur , ſed & manus pretioſis denariis plenas reportant , & à nobis diſ-
cunt quòd magis ipſis conducat iſtis ineptiis incumbere & operam dare , quàm virtutibus.
Si verò nos pauper aliquis acceſſerit , vix etiam præ fame loquens , auerſamur hominem
eiuſdem nobiſcum naturæ , faſtidimus , & ſtudioſè aufugimus , quaſi veriti ne & de ipſa
miſeria nonnihil , ſi tardius progrediamur , contrahamus . Et ſi vultu fuerit in terram,
ex calamitatis pudore demiſſo , hypocriſeos artificem eſſe dicimus . Si verò nos liberè ac
F fidenter grauiter à fame ſtimulatus adſpexerit, impudentem rurſus & raptorem vocamus.
Quòd ſi dono alicuius veſte tectus eſt integriore , tanquam inſatiabilem pellimus, & pau-
pertatem illum ſimulare iuramus . Si verò marcidis fuerit ac laceris panniculis obtectus,
vt grauè olentem iterum abigimus . Nec immitem hunc animum noſtrum flectere po-
teſt , ſiue conditoris noſtri nomen precibus ſuis adhibeat , ſiue continuo iuramento nos
talibus paſſionibus haudquaquam fore obnoxios , ſi commiſereamur , confirmet . Qua-
propter ſuſpicor ignem gehennæ nobis grauiorem quàm diuiti illi futurum. Quòd ſi tem-
pus permiſiſſet , & dicendi nobis ſufficiens adeſſet facultas , omnia vobis illius, vt in ſcri-
pturis demonſtrata ſunt , exponens ſermonis officium , ac munus abſoluiſſem, nunc ve-
rò hora eſt , vt feſſos vos dimittam . Ipſi autem , ſi quid eſt quod propter intellectus ſimul
ac

ac linguæ imbecillitatem non attigimus , vobis ipſis quaſi quædam pharmaca componen- G
tes, animarum medeamini vulneribus . Da nanque ſapienti occaſionem,& ſapientior erit,
inquit ſcriptura . Potens eſt autem deus, vt abundare faciat in vos omnem gratiam , vt in
omnibus ſemper omnem habentes ſufficientiam, abundetis in omne opus bonum. Verum
ſermonem noſtrum fratres quidam ad portum iam, vt videtis , adductum , iterum in ad-
monitionis curſum reducunt , iubentes , ne quæ à domino heri ſunt miraculoſe patrata,
prætereamus , neque tropæum illud , quod contra diaboli furias ſeruator fixit,obticeamus,
ſed magis occaſionem vobis cum laude domini exultandi demus.Nam denuò quidem , vt
ſcitis, rabiem ſuam contra nos oſtendit diabolus , & flamma ignis à ſeipſo armatus eccle-
ſiæ ſtabula impugnauit , denuò verò victoriam retulit communis mater,& hoſtile machi- H
namentum in ipſum hoſtem repreſſit, nec quicquam ille effecit, niſi quòd inimicitiam pu-
blicauit . Contrario flatu inimici facibus reſtitit gratia domini , templum manſit illæſum,
non valuit inducta ab hoſte tempeſtas quaſſare petram , ſuper quam gregis ſui ſtabulum
Chriſtus ædificauit . Et nunc quoque vobiſcum quaſi in acie præſto eſt, qui olim in Baby-
lone caminum ignis extinxit.Quàm putatis hodie ingemiſcit diabolus, conatus ſui finem ,
quem volebat,non aſſequutus? Nam confinem quidem eccleſiæ pyram inimicus accendit,
vt noſtras perderet. Et vndique flamma violentis ipſius flatibus excitata & aucta , ſuper ea
quæ corripuit , eminuit , & vicinum aërem depaſta eſt ipſa templa corripere coacta , & in
calamitatis conſortium nos quoque inuoluens. Verum ſeruator in illius eam caput reflue- I
re fecit , à quo fuerat incenſa , & veſaniam ſuam in ſeipſum reſorbere iuſſit : & arcum qui-
dem inſidiæ ſuæ diabolus parauerat , iaculum verò emittere non eſt permiſſus, immò emi-
ſit quoque , verùm in ipſius caput retortum eſt . Ipſe iam ſibi amaras illas lachrymas ha-
bet , quas nobis parauerat. Sed infligamus inimico , fratres , vulnus aliquanto grauius,in-
tendamus illi luctum. Quo verò pacto id fieri poſſit , ego quidem dicam. Vos autem illud
facite . Sunt quidam per conditorem noſtrum ex ignis potentia erepti , ſed ita , vt nullum
illis ſuperſit vitæ ſubſidium , propterea quòd anima tantum & corpore periculum euaſe-
runt . Nos itaque quotquot nullum calamitatis huius guſtum cepimus , facultates noſtras
illis communes faciamus , & obuiis vlnis ægrè ſeruatos fratres complexi dicamus de ſin- K
gulis ſinguli : Mortuus erat , & reuixit , perierat , & inuentus eſt , & cognatum corpus ob-
tegamus . Opponamus noſtram conſolationem vi & calumniis inimici , vt nihil ille quod
alicuius ſit momenti etiam vbi lædere voluit , nocuiſſe videatur , & nullum poſſit oſten-
dere quem impugnando vicerit, & fratrum facultatem deprædatus, noſtra liberalitate vi-
ctus appareat . Vos autem fratres , qui periculum hoc euaſiſtis , non admodum diſcrucie-
mini malis , quæ vobis acciderunt , neque cogitationibus turbemini,ſed excutite mœſtitiæ
caliginem,& animos veſtros generoſioribus cogitationibus corroborate, & quod accidit,
in coronarum occaſionem mutate.Nã ſi immoti perſtiteritis,& fide probatiores inſtar no-
bilis auri ex igne reſplendentes deprehendimeni,pudorem inimico auctiorem reddetis,tã- L
quam qui ne lachrymulã quidem vobis inſidioſis ſuis conatibus excutere potuerit. Admo-
nete vos ipſos conſtantiæ qua vſus eſt Iob. Dicite ad vos ipſos quæ ille ſibi dixit: Dominus
dedit,dominus abſtulit,ſicut domino viſum eſt,ita & factum eſt. Et nemo veſtrũ ex iis quę
paſſus eſt,permoueatur,vt cogitet ac dicat, nullam prorſus eſſe prouidentiam, quæ res no-
ſtras moderetur : neque diſpenſationem ac iudicium domini accuſet , ſed athletam illum
adſpiciat,& melioris ſpei conſiliarium ipſum faciat.Recogitet omnia ex ordine certamina,
quæ ille ſtrenuè decertauit,& quibus iaculis à diabolo petitus nullum lethale vulnus acce-
pit.Demolitus quidem eſt rerum ipſius proſperitatem, ipſum verò crebris & irremiſſis ca-
lamitatum rumoribus obruere ſtatuit.Adhuc enim priore quid calamitatis accidiſſet,nun- M
tiante , alius nuntius maiorum malorum triſtitiam adferens adueniebat , atque ita cala-
mitas calamitati coniuncta erat , vt ſimiles fuerint crebris fluctuum inſultibus , & prius
quàm priores ceſſarant lachrymæ , aliarum adferebatur occaſio . Iuſtus verò quaſi quod-
dam ſaxum tempeſtatis impetum fortiter excipiens , & fluctuum vim in ſpumam com-
mutans , immotus ſtabat , & gratam hanc ad dominum vocem emittebat , dicens:Domi-
nus dedit , dominus abſtulit , ſicut domino placuit ita & factum eſt , nec aliquid eorum
quæ acciderant lachrymis dignum reputabat . Vbi verò aduenit qui narraret quomo-
do filiis & filiabus conuiuantibus , domum oblectationis ſpiritus quidem violentus con-
quaſſârit , tunc primum veſtimentum ſcidit , naturæ compaſſionem oſtendens , & per hoc
quod



A quod faciebat patrem ſe eſſe,liberorum amantem declarans. [illegible] & tum dolori termi-
num ac modum ponens, & piis illis vocibus quod factum f[illegible] ornans, dixit : Dominus
dedit,Dominus abſtulit,ſicut Domino placuit ita factum eſt,[illegible] non clamans ad hunc
modum:Vocatus ſum illorum pater,tantiſper dum ille qui me condidit,voluit. Iterum mi
hi ſtirpis auferre coronam ſtatuit.Non illi repugno quo minus ſua auferat . Quod Domino
videtur,hoc obtineat.Ipſe generis huius plaſtes eſt,ego ſum organon,quid neceſſe eſt , cum
ſeruus ſim,fruſtra quod factum eſt ægreferre,& decretum,quod irritum facere nequeo, in-
cuſare?Huiuſmodi verbis iuſtus diabolum quaſi iaculis quibuſdam confecit.Poſtquàm ve-
rò illum inimicus iterum victorem eſſe vidit,nec aliquo iſtorum concuti potuiſſe,ipſi illius
B carni tentationis machinã admouit,& corpore infandis plagis cæſo effecit,vt quaſi ex fon-
te quodam vermes ex ipſo ſcaturirent , & à regni throno virum deductum in ſterquilinio
ſedere fecit.Ille verò etiam talibus adflictionibus percuſſus,immotus manſit,& corpore con
uulſo in abſcondito animæ tutum ſeruauit pietatis theſaurum.Cum itaque non haberet am
plius quod faceret hoſtis , veteris aſtutiæ memor , vxoris mentem ad impiam & blaſphe- Vxor Iob.
mam ſententiam inſtigauit,& per illam concutere athletam tentauit.Et illa prolixi tempo-
ris impatiens facta iuſto aſtitit,& infernè ſedentem intuita,manibus ſuper his quę videbat,
comploſis,& pietatis illi fructus opprobrauit,& ita priſtinam illi proſperitatem recenſuit,vt
præſentia mala ſubnotaret,& quam ex quibus inſtitutis vitam ſortitus eſſet,& quam multa-
rum oblationum à Domino mercedem reportâſſet,obiiceret . Ecquidem perpetuò mulie-
C brem puſillanimitatem referentia loquuta eſt,talia tamen,quæ quemuis virum turbare , &
fortem quoque animum ſubuertere poſſent.Vaga,inquit, & famulæ inſtar circũeo, & quæ
regina fui,nunc ſeruio , & à ſeruorum meorum ſubſidiis pendere me coëgiſti , & quæ mul-
tos olim liberaliter alui,iam ex alienis bonis nutrior . Addidit melius eſto & vtilius , ſi im-
piis verbis vſus irati conditoris gladium contra ſe exacueret , atque ita ſeipſum è terra tol-
leret,quàm ſi per iſtam malorum tolerantiam & ſibi ipſi & vxori moleſtiam prorogaret.Ille
verò iſtis verbis magis quàm aliquo priorum malorum offenſus , & oculis animi commo-
tionem atteſtantibus,& ad vxorem tanquam hoſtem conuerſus quid dixit?Quare tanquam
vna ex inſipientibus mulieribus loquuta es?Pone,inquit, ô vxor, hanc mentem . Quouſque
D verbis tuis communem hanc vitam calumniaris? Et de conuerſatione mea, qualia nollem,
falſa dixiſti,& vitam meam verbis tuis accuſaſti.Iam dimidia mei portione impiè egiſſe vi
deor.Siquidem ex ambobus vnum corpus coniugium fecit , tu verò in blaſphemiam deci-
diſti.Si bona de manu domini ſuſcepimus, mala non feremus? Admone te ipſum præteri-
torum bonorum , oppone malis meliora . Nullius hominis vita prorſus beata eſt . Semper
proſperè agere ſolius eſt dei.Tu verò ſi propter præſentia iam doles,ex præteritis tibi ipſi con
ſolationem deſume.Nunc ploras?at prius ridebas.Nunc eges?at antea diues fuiſti.Bibiſti li-
quidum vitæ laticem,& turbidum iam toleranter bibe. Ne fluuiorum quidem riui omninò
E puri videntur.Eſt autem,vt ſcis,vita noſtra fluuius quidam,continuè & irremiſſis ac inde-
ſinentibus fluctibus plenus,quorum alio præterlapſo iam alius adhuc in curſu præſens eſt,&
hoc quidem è fonte ſuo iam promanante, ille adhuc promanaturus , & hoc pacto ad com-
mune mortis mare properamus omnes.Si bona de manu domini ſuſcepimus,mala non fe-
remus?Cogimus ne iudicem,vt omnia nobis æqua & paria perpetuò ſufficiat?Docemus ne
dominum quo pacto vitam noſtram moderari debeat ? Ipſe decretorum ſuorum poteſta-
tem habet.Res noſtras pro ſuo arbitratu inſtituit.Eſt autem ſapiens,& quæ vtilia ſunt ſeruis
ſuis admetitur.Ne curioſe iudicium domini inſectare . Dilige tantum quæ ab illius ſapien-
tia diſpenſantur.Quicquid dederit cum gaudio accipe.In rebus triſtibus declara quòd præ-
F terita lætitia digna fueris.His dictis Iob,& iſtum diaboli incurſum repulit, & conſummato
iam illum tanquam victum pudore perfudit.Quid igitur poſtea accidit?Fugit ab illo mor-
bus tanquam fruſtra aggreſſus , & iam nihil amplius effecturus:rediit in alterum ætatis flo-
rem caro,refloruit vita omnibus ſuis bonis,& duplicatæ vndique diuitiæ ad illius ædes con
fluxerunt,primum vt eſſet tanquam nullo damno affectus , deinde vt eſſet iuſto tolerantiæ
merces.Quapropter & equos,& mulos,& camelos,& oues,& agriculturam,& omnem opu
lentiæ fructum ex duplo recepit : liberorum verò numerus mortuis par emerſit , quoniam Liberi Iob.
bruta quidem iumenta & omnes eiuſmodi diuitiæ corruptæ in conſummatam perditio-
nem ceſſerant : liberi verò etiam poſt mortem optima naturæ portione viuebant . Ornatus
itaque denuo aliis à conditore filiis & filiabus , & eam poſſeſſionem duplam habebat . Iſti
ſ quippe

quippe præſentes in hac vita parentes exhilarabant: illi verò qui iam ex hac vita præceſſe- G
rant,parentem expectabant,tunc omnes complexuri Iob quando humanæ vitæ iudex vni-
uerſalem mortalium eccleſiam congregabit,quando tuba illa regis aduentum prænuntians
ſepulchra mortuorum vehementius circuntonabit, & corporum depoſitum repetet. Tunc
& qui iam mortui videntur,citius ſiſtentur omnium opifici quàm viui. Hac ratione,puto,
cum reliquas illi diuitias geminatas admenſuraret,liberos totidem quot antea habuerat,ſuf
ficere cenſuit. Vides quanta ſibi ipſi bona Iob per patientiam congeſſerit? Et tu itaque ſi te
moleſtum quid ab igne illo dæmonum inſidiis nuper incenſo apprehendit, conſtanter fer-
to,& adflictionis mœſtitiam melioribus cogitationibus conſopito,iuxta quod ſcriptum eſt: H
Iacta ſuper dominum curam tuam,& ipſe te enutriet,quem decet gloria in ſecula,Amen.

# AD ADOLESCENTES QVOMODO *ex gentilium doctrinis proficiant.*

MVlta me,iuuenes,adhortantur ad ea, quæ vobis & optima eſſe & planè vtilia, vo-
lentibus iudico conſulenda.Nam & hoc ætatis ad quod iam perueni,& rerum mu-
tatio variarum ſimul & experientia ſatis humanæ conditionis me peritum reddi-
derunt,vt vobis qui in vitæ eſtis exordio,tutiſſimam viam facilè poſſim oſtende- I
re, qui præſertim iure ac propinquitate naturæ me proximum parentem habeatis, & eum
qui ſe nihilo minore beneuolentia,quàm ſi pater vobis affici fatetur.Vos item (niſi fortè ve
ſtra de nobis exiſtimatio me decipiat) arbitror,ſi me reſpicitis,parentem minimè deſidera-
turos.Si igitur hæc mea dicta prompti receperitis,in ſecundo ordine eorum quos Heſiodus
laudat,eritis. Sin minus ego quidem nihil moleſtum dicam,vos autem ipſi carminum re-
miniſcamini,quæ ille conſcripſit:

Heſiodi carmina.

*Optimus ille quidem, qui per ſeſe omnia nouit:* K
*Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.*
*At qui nec ſapit ipſe, neque audierit ſapientem,*
*Vtilis hic nulla eſt omninò in parte putandus.*

Ne miremini ſi ad magiſtros aſſiduè vobis euntibus, & libros quos veterum probatiſſi-
mi reliquerunt euoluentibus aliquid ex me inueniſſe vtilius affirmauerim.Nam talibus vi-
ris,quibus operam datis,moneo ne veſtras ſententias velut ancoras nauigij omninò firmas
tradatis:Sed quæ tantum ex his vtilia fuerunt,conſectari:reliqua vt nihil profutura reſpue-
re malitis.Quæ ſunt igitur hæc,& quomodo diſcernenda, hoc planè docebo: hinc ſument
exordium ô iuuenes,vt nihil eſſe in humana vita admirandum aliquid exiſtimamus,aut o-
mninò bonum putamus,aut nominamus,quòd hic finem quãdoque ſit habiturum.Quam- L
obrem nec progenitorum claritatem,nec corporis robur, aut pulchritudinem, aut magni-
tudinem,non ex hominibus honores,non regnum ipſum: non denique quodcunque quis
dixerit rerum humanarum magnum:nec voto quidem digna iudicamus, aut ea poſſiden-
tes aliquo modo admiramur: verum ſpe longius procedimus, & ad alterius vitæ præpara-
tionem cuncta dirigimus.Quæ igitur ad futuram faciunt vitam, hæc etiam nos & amare,
& proſequi totis viribus:nihil verò profutura totis viribus deſpicere oportere dicimus.Quæ
autem hæc ſit vita,& vbi,aut quando ſeruanda,ſi in præſentiarum docenda ſit,longius mi-
hi quidem quàm ſecundum præſentem conatum procedere foret opus. Maiorum quoque
veſtri æqualium auditorum prouincia fuerit. Tantum dicam, atque ex hoc fortaſſè oſten-
dam quòd omnem ſanè fœlicitatem, quæ ab initio generis humani fuerit, ſi quis in vnum M
oratione comprenderit,non minimam partem bonorum illorum inueniet æquantem, ſed
eorum dignitate longè inferiorem,vmbram ſiue inſomnium rebus veris.Magis autem ex-
emplo propriore vtemur.Quantò anima pretioſior eſt corpore,tantò vtranque inter ſe vi-
tam differre palàm eſt.Ad hanc itaque ſacra volumina per abſcondita myſteria nos inſtru-
unt,quorum ſenſus altitudinem vos ob ætatem attingere non admodum facile eſt. In aliis
verò non omninò differentibus,velut in vmbris quibuſdam & ſpeculis veſtrorum oculos
animorum quadam tenus exercitabimus, eos imitantes, qui in gymnaſiis ſeſe exercent, &
manu pedéque inſtructi, poſtmodum vtilitatem ex eius artis diſciplina in legitimo certa-





A mine referunt.Et vobis quoque proponi omnium certamen maximum putare oportet,pro
vobis omnia facienda, & omnibus viribus ad huius præparationem laborandum. Inſuper
poëtis & oratoribus & omnibus hominibus vtendum, vnde futura ſit aliqua vtilitas, quæ
ad animæ faciat ædificationem.Velut enim fullones ac tinctores,qui medicamentis quibuſ
dam rem tingendam præparant,atque ita demum colorem quem cupiunt,ſiue purpureum,
ſiue aliquem alium inducunt:ſic & nos ſi gloria pulchritudinis vitæ huius, quam tantoperè
laudamus, illita nobis manſura ſit, niſi prius purgati ſacras & arcanas ſcripturæ diſciplinas
non facilè attingemus aut percipiemus.Et quaſi ſolem in aqua videre,aſſuefacti,ſic illi lumi
ni oculos iniiciemus. Quamobrem ſi noſtrorum ſermonum ac gentilium vlla eſt conue-
B nientia,vobis illorum valdè conferet notitia.Sin minus,eos ſaltem ſimul conferendo dif-
ferentiam diſcere licebit,cum ad melioris optionem atque delectum non parum compara-
tio faciat, & inferiora ſæpe collata ſint potioribus ornamento. Veluti plantis,quibus pro-
pria virtus eſt fructu pulcherrimo ſcatere,folia nihilominus ramis coniuncta quendam fe-
runt ornatum:Sic & anima,cui præcellens quidem veritas fructus eſt, non ab re tamen ex-
teriore ſapientia circundatur,ſicuti foliis quibuſdam vmbram fructui ac aſpectum non in-
tempeſtiuum præbentibus.Dicitur enim & Moſes ille,cuius eſt in ſapientia nomen apud o-
mnes homines maximum,Aegyptiorum diſciplinis mentem exercitatus,ita ad eius qui eſt
contemplationem proceſſiſſe.Similiter autem & in ſequentibus temporibus Danielem Ba-
C bylone Chaldæorum ſapientiam dicunt didiciſſe,tunc denique diuinas attigiſſe doctrinas.
Et hactenus quidem quòd diſciplinæ prophanæ non ſunt animæ omninò inutiles,ſatis nar- Poetæ quomodo ſunt legendi.
ratum.Quomodo verò deinceps ipſis vtamur, & ex quibus eas ſumamus dicendum. Pri-
mum quidem (vt à poëtarum diſciplinis, quòd varij ſint in dicendo,incipiam) non omni-
bus quæ dicunt mentem adhibendam,ſed eis tantum quæ bonorum hominum facta dictá-
ve nobis enarrauerunt, illáque imitari, & omnibus modis ſimiles eis eſſe conari cenſeo.
Quando verò ad infames & nefarios homines veniant, hæc omninò vitare, his aures ob-
ſtruere,non minus quàm Vlyſſem ad cantus Syrenarum feciſſe dicunt, oportebit.Nam pra
uis aſſueſcere ſermonibus,via quædam eſt ad rem ipſam.Ideo omni cuſtodia animi cauen-
D dum eſt,ne per ſermonis voluptatem deliniti,prauum aliquid ſimul aſſumamus,veluti qui
venena cum melle concinnant atque occultant.Non itaque poëtas laudamus contumelio- Qui poetarũ vitandi.
ſos,non cauillantes aut ſcommata iactantes,non amantes vel ebrios,nõ qui in cibis & men
ſarum lautitiis ſeu cantibus obſcœnis fœlicitatem ponunt.Ante omnes verò qui de diis diſ-
ſerunt,præſertim ſi plures aut diuerſos ponunt, minimè inter ſe concordes. Frater enim a-
pud illos cum fratre contendit, & pater aduerſus filios, & filius aduerſus patrem inſurgit.
Bellum eſt ſine præcone. Adulteria præſertim, ſtupráque, & amores deorum obſcœnos, &
hos maximè principis omnium & dominatoris Iouis,vt aiunt: Quæ ſanè ſcelera ſi quis de
feris dixerit,erubeſceret.Nos illa ſcenæ relinquemus. Eadem quoque & de hiſtoricis dicere
E habemus,eis maximè,qui vt audientium animos corrumpant, verba faciunt. Artem verò Oratoria quatenus laudanda.
oratorum ad decipiendum inſtitutam nequaquam imitabimur.Nam nec in iudiciis, neque
in actionibus accommodum nobis eſt mendacium,viam vitæ rectam ac veram ingredien-
tibus,quibus non contendere iudicio lege præcipitur. Sed ea magis illorum recipiamus in
quibus virtutem laudauerunt,vel vitium vituperauerunt. Velut enim florum reliquis qui-
dem vſque ad odorem vel colorem eſt vſus,apes autem mel ex ipſis excerpere nouerunt:ſic
& qui diligentes in legendo exiſtunt, non ſolum quod dulce iucundúmque fuerit, in eo-
rum libris perſequuntur, ſed quandam ex eis vtilitatem animo referre contendunt. Velut
item apes (quando hæ nobis probè huic exemplo ſuppeditant) non omnibus floribus ſimi-
liter inſidunt,neque ex eis ad quos accedunt,omnia auferre conantur,ſed quantum ipſis ad
F opus neceſſarium fuerit comprendentes, reliquum dimittunt. Nos etiam vt ſobrij ſapien-
téſque,quantum congruum nobis propinquúmq; veritati ex ipſis fuerit,perſequamur:reli-
quum prætereamus.Et ſicut in legendis roſis ſentes vitamus,ſic in talibus ſermonibus quic
quid eſt vtile carpentes,noxium vitemus.Statim igitur ab initio quamlibet doctrinam con
ſiderare,& ad finem certum accommodare,ac ex Dorico prouerbio lapidem ad funiculum
applicare oportebit.Et quando per virtutem ad vitam hanc veram aſcenditur,virtus autem
ipſa plurimum à poëtis,hiſtoriographis,multo magis & philoſophis commendatur talibus
eorum ſermonibus maximè vacandum.Nam prima quidem vtilitas eſt in animis iuuenum
virtutis eſſe commercium,ac conſuetudinem,quorum ſemel acceptæ doctrinæ ob animo-

rum teneritudinem perpetuò remanent intimè illis infixæ. Nec aliam ob cauſam Heſio- G
dum putamus hos ſcripſiſſe verſus ab omnibus decantatos, niſi vt iuuentutem in primis ad
virtutem adhortaretur:

Heſiodi carmina.

*Ad uitium facilis uicináque ſemita cunctis*
*Panditur, at uirtutis iter poſuere remotum*
*Cœlicolæ, durúmque prius, ſed uertice ſummo*
*Dum fuerit, planum ſe offert quærentibus illud.*

Mihi autem his carminibus videtur nihil aliud autor voluiſſe, quàm ad amplectendam
virtutem iuuenes excitare, vt nec initio voluptati confiderent, neu rerum tædio ac labore
ante conſequutum terminum deficerent. Quamobrem ſi quis alius his ſimilia ac conueni- H
entia bonis moribus loquutus fuerit, omninò recipiendus. Vt ego quidem ex viro graui, qui
maximè poëtarum ſenſus tenebat, accepi, omnis Homeri poëſis, virtutis eſt laus, & eius om-
nia ad hunc finem referuntur, vt nihil ab re aut parergum ſit poſitum. Maximè autem vbi
ducem Cephalenſium nudum è naufragio ſeruatum ſcripſit. Primum quidem reginam ap-
parentem ſolum veritum eſſe, tanti modeſtiam ac nuditatis verecundiam extimâſſe: vnde
loco veſtis virtutis ornatum ſumpſit, ac Phæacibus omnibus tanti poſtea fuit, vt relictis illi
delitiis, quibus magnoperè dediti fuerant, eius imitarentur exemplum, & ſe nihil potius o-
ptarent, quàm eſſe Vlyſſem, quanquam nudum & è naufragio ſeruatum. Quo ſane exem- I
plo enarrator mentis poëtæ, nihil aliud Homerum intendere, & tantum non clamare vo-
luiſſe affirmat, quàm: O viri, curanda nobis ante omnia virtus eſt, quæ naufraganti præſto
adeſt & connatat, & in terra nudum exiſtentem honoratiorem Phæacibus delicatis ac fœli-
cibus reddit. Et profectò ſic res habet. Nam alia quidem omnia non magis poſſidentium,
quàm quorumlibet ſunt, velut in talorum ludo huc illuc tranſpoſita. Virtus autem ſola poſ-
ſeſſio immortalis atque immobilis, & viuenti & morienti permanens. Vnde Solon mihi vi-
detur iure illud ad diuites dicere: Nos nequaquam commutabimus cum virtute diuitias,
quòd virtus firma ſit, diuitias verò alius alias ac aliter interdum habet. His quoque ſimilia à
Theogne dicta referuntur: Deum (quencunque ipſe deum dicat) hominibus variè talen- K
tum appendere: Interdum quidem eos diuitiis affluere, interdum nihil habere. Quidam ve-
rò ſophiſta Chius in ſuis ſcriptis his ferè ſimilia in virtutem & vitium philoſophatus eſt, cui
profectò mens adhibenda, quum nequaquam vir deſpiciendus videatur. Ego verò quantum
eius ſententię teneo dicam, quando verba non memini, niſi quòd hęc ille ſimpliciter ac pro-
ſa dicit oratione. Quod iuueni quondam Herculi, & eadem ferè ætate, in qua nunc vos e-
ſtis, ſecum conſulenti ad vtram viarum ſe conuerteret, an eam quæ ad virtutem per labores
ducit, an facilem per voluptates ingrederetur, duas ei fœminas virtutem ac voluptatem,
quarum mox tacitus apud ſe ex diuerſo habitu differentiam agnouerit, apparuiſſe. Altera
quidem forma conſpicua, molliore facie, laſciuis oculis, ſermone blando, omnia fauſta fa- L
ciliáque & ad vitæ ſolatia tendentia per otium pollicendo Herculem ad ſe trahere conaba-
tur. Altera verò vultu rigido, ſqualenti mœſtóque ore, magnam fidutiam atque conſtan-
tiam præ ſe ferens, nihil iucundum, nihil amœnum oſtendebat, ſed mille pericula, laborés-
que immenſos terra maríque ſubeundos. Præmium tamen horum immortale, ad extre-
mum verò moriẽtem Herculem ſe ſecuturam, & inter deos collocaturam recipiebat, hánc-
que ſecutum Herculem dicit. Et prope omnes qui aliquid de ſapientia, ſiue modicum, ſiue
multum dicunt, quiſque pro viribus virtutis laudem ſcriptis ſuis proſequutus eſt, quibus ſa-
nè obtemperandum, tentandúmque vt ipſa vita quæ commendant exprimantur. Itaque qui
opere confirmat eam philoſophiam, quæ apud alios verbis tantum commendatur, is ſanè
ſapiens eſt. Qui autem verbo tenus ſunt philoſophati, nec vita ſermonem ſunt comitati, M
vmbris comparandi, & ſimile aliquid pictoribus præ ſe ferentes exiſtunt: qui hominis pul-
chritudinem in tabulis imitantes talem effingunt, qualis ille verè reperitur. Quoniam ma-
gnificè quidem virtutem laudare, & in medium longos de hac ſermones facere, priuatim
verò voluptatem temperantiæ præferre, & rem malè partam iuſtitia potiorem habere, ſimi-
lem ego dixerim hiſtrionibus, qui in ſcena fabulas agunt, & vt reges ac principes ſæpenu-
mero ingrediuntur, quum nec reges, neque principes, & forſan omninò ne liberi quidem
exiſtant. Et muſicus vt populo canat lyram diſcordem non facilè ſumet, nec chori prin-
ceps officium ſuum peraget, niſi ex æquo reſpondentem chorum habeat: & hoc pacto quiſ-
que à ſeipſo diſſidebit, dum ſermoni vitam non adhibet conſonam, ſed lingua quidem vir-
tuti

Homeri poeſeos commẽdatio.

Virtutis laus Solonis ſcitum.

Theognis.

Prodic' Chius de Hercule.



A tuti conſonam, mentem verò adfert diſparem, vt ſecũdum Euripidem dicat: Cupio bonus
videri magis quàm eſſe. Sed hic eſt extremus iniuſtitię terminus, ſi quid credendum eſt Pla
toni, iuſtum videri eum qui non ſit iuſtus. Eos itaque qui præcepta tradunt, & de virtute
diſſerunt, ſic recipimus. Verum quoniam antiquorum virorum nonnullæ ſtudioſę actiones
factáque, vel memoriæ beneficio, vel poëtarum vel hiſtoricorum ſcriptis cuſtodita ad nos
vſque penetrant: ex his nobis non omninò aliqua deerit vtilitas. Verbi gratia: Homo quidã
in foro Periclem probris omnibus inceſſebat: Is autem minimè curare viſus toto ferè die
ſuſtinuit. Deinde veſperi iam diſcedentem cum lumine comitatus eſt, ne quid in philoſo-
phiæ ſtudio amitteret. Rurſus quidam Euclidi Megarenſi animo concitatus mortem ſe iu-
B rauit illaturum. Ille vero contra ſe patienter laturum iurauit, placatumq; & ei quanuis infe
ſto ſe conciliatum iri. Quamobrem valdè quidem ad nos excitãdos refert, vt talia virorum
iram cohibentium exempla noſtram ſubeat memoriam. Neque enim tragœdiæ credendum
omninò dicenti: Ira manus inimicas armabit. Verum iraſci nullo modo tutius eſſet. Quod
ſi fieri non poterit, ratione ſaltem ira moderanda, nec longius efferri permittenda. Rurſus
autem ad exempla laudabilia redeamus. Quidam vehementi impetu Socratis faciem cæci-
dit, hic autem minimè commotus furentem debacchari, & iram ſatiare permiſit, ex quo eũ
totum ex plagis tumidum ac contuſum reddidit. Vbi verò ille cædendo deſtitit, nihil aliud
Socrates feciſſe dicitur, quàm fronti propriæ inſcripſiſſe. Talis fecit, veluti ſtatuæ cuidam
C autoris nomen, & eo modo ſeſe vindicaſſe. Quę omnia profectò noſtris congruentia viden
tur, ac magnopere imitanda cẽſerem. Nam Socratis, hoc germanum eſt illi præcepto, quòd
maxillam verberanti & alteram præbere iubet. Illud verò Periclis vel Euclidis, ſimile illi,
quòd perſequentes ſuſtinere, ac manſuetè illorum iras tolerare, & inimicis etiam bona pre-
cari, neu execrari deceat. Et talibus inſtructus exemplis, hoc arduum patientiæ præceptum
ſeruare poſſe non omninò diffidat. Veniam ad alias virtutes, & in primis illud Alexãdri ma
gni non præteribo, qui Darij filias captiuas admirabili forma, & decore conſpicuo, vt fama
eſt, nec etiam videre dignatus eſt: turpe eſſe exiſtimans victores his quas ipſi ſuperaſſent gẽ
tibus ſuccumbere. Hoc enim illud referre videtur, quod ad concupiſcentiam mulierem aſpi
D ciens, & ſi adulterium opere non compleuerit, ob id tamen quòd concupiſcentię conſenſit,
à culpa vacuus non erit. Illud quoque Cliniæ vnius è ſecta Pythagorea difficile eſt credere,
quòd caſu non de induſtria noſtros imitatur. Nam illi dum per iuramentum mulctam triũ
talentorum vitare liceret, iniuriam pati maluit quàm iurare, idq; cum non eſſet falſo iura-
turus, atque ita iam tum quaſi illud de iuramento nobis interdicto pręceptum audiuiſſe vi-
detur. Quamobrem ad idem quod ſuprà dixi reuertar. Non omnia deinceps nobis, ſed vti-
lia tantum recipienda. Enimuero turpe eſt ſi ea quæ in cibis noxia ſunt repellimus, in ſer-
monibus verò ac ſcriptis eorum quæ noſtram nutriunt animam, nullam omninò rationem
habere, ſed more torrentis omne obuium ſecum trahere. Quam habet rationem, quòd cum
E gubernator haud temerè ſe ventis committat, ſed nauim rectà moderetur ad portum, & ſa
gittarij ad metam ac ſcopum iaculentur. Item fabri diligentia ſiue architecti ex arte ſua rem
ad finem aliquem perducant: nos talibus artificibus ſapientia inferiores ſumus, ad planè cõ-
ſideranda quæ ad noſtri profectum animi faciant. Erit itaque operariorum conſideratio fi-
nis operis, & humanæ vitæ conſideratio finis non fuerit? Quem proculdubio finem reſpi-
cere, & eius gratia cuncta facere ac dicere illum, qui brutis æquiparari non cupit, oportet.
Quo ſanè neglecto, noſtra mens veluti ſine arte nauigium nullis inſidentibus gubernacu-
lis, temerè huc illuc exagitatur. Huius, inquam, finis tanta vis eſt, vt nemo ex arte laudem
conſequatur, niſi eam in qua exercitatus fuerit, ad effectum perducat. Et in gymnicis cer-
taminibus nemo ſeſe ad palæſtram aut pancration exercens, deinde citharizare aut tibias
F inflare meditatur. Nam Polydamas in Olympia ob robur ac vires coronatus fuit, cum cur-
rentes agitatóſque currus manu retineret. Et Milo à ſcuto perunctо nulla vi, nullóque im-
pulſu mouebatur, ſed quemadmodum ſtatua quędam plumbo circundata reſiſtebat, Iſtis o-
mninò exercitationes nihil aliud quàm certaminum præparationes erant. Quòd ſi Marſiæ
vel Olympij Phrygum muſicorum modos & inſtrumenta in certando tentare voluiſſent,
puluerem gymnicum relinquentes, profectò coronas & palmæ gloriam non eſſent aſſecuti,
aut certè aufugiſſent, ne ob corporis robur ridiculi apparuiſſent. Timotheus quoque ſi mu-
ſica reiecta ſe in palæſtra exercuiſſet, non tantum cæteris omnibus in ea arte præſtitiſſet, cui
tanta fuit artis excellentia, vt ſi quando auſteriorem acriorémque harmoniam emiſiſſet, ani

f iij mum

Pericles.

Euclidis patientia.

Socratis patientia.

De Alexandri pudicitia & humanitate erga Darij filias.

De Clinia, qui iurare etiam verũ noluit.

Timothei muſici peritia.

mum ad iracundiam excitaret. Rurſus ſi dulcioré ac mitiorem eundem emolliret ac man- G
ſuefaceret.Hac item arte quandoque apud Alexandrum , cum Phrygios modos tibiis ede-
ret, illum in medio conuiuio ad arma concitaſſe dicitur . Et rurſus eundem ſono mutato,
quietum ac ſedatum conuiuis ac menſæ reſtituiſſe . Tantam vim & in muſica,& in gymni-
cis certaminibus ad finem conſequendum exercitatio præbet . Quoniam verò coronarum
atque athletarum memini:illi mille ſupra mille patientes labores,& multis modis robur ac
vires ſibi comparantes , multúmque in gymnicis ſudantes exercitationibus, plures inſuper
plagas ex pædotriba accipientes, diætámque non iucundam,ſed gymnaſticam ſubeuntes,&
alia perquàm multa(ne per omnia diſcurram)ſuſtinentes ſanè oſtendunt,vt omnis ferè vi-
ta ante certamen ſit certaminis exercitatio præparatióque. Tunc demum probè inſtructi ad H
ſtadium procedunt,vbi & laborant: rurſus & maximè periclitantur, vt oleaſtri,aut apij, ſeu
cuiuſuis alterius frondis coronam accipiant, vt à præcone victores declarentur. Nobis au-
tem quibus vitæ præmia adeo,ſiue magnitudinem illorum,ſiue multitudinem aſpicias,mi-
randa proponuntur,vt explicari ſermone nequeant:hæc dormitando & ſine cura viuendo,

Homer° de Margite.

altera manu tantum capere ſperamus?Hoc fermè modo & deſidia laudaretur, & Sardana-
palus,vel Margites ille , quem nec araſſe , nec fodiſſe, neu aliquid aliud eorum quæ ſunt in
vita neceſſaria,geſſiſſe Homerus dixit,primas in felicitate partes tenerent. Hæc quidem Ho

Pyctaci ſententia.

meri ſunt. An non potius verus Pyctaci ſermo?qui ait: Difficile eſt bonum permanere . Per I
multos enim labores tranſeuntibus vix facultas nobis bona illa conſequi fuerit,quibus ſu-
prà memorauimus,nihil rerum humanarum poſſe comparari.Non itaque nobis dormien-
dum,neque ob breuem deſidiam ſpes magnas amittendum, ſi probra aut pœnas ſubire no-
lumus: non quidem hic apud homines , quanquam nec hoc parum rectè ſentienti , ſed vel
ſub terra,vel vbicunque ſunt illa iudicia . Qui enim inuitus à recto iuſtitiáque decidit, ali-
qua profectò apud deum venia dignus.Qui verò de induſtria peiora ſectatur, nullo modo
excuſabitur,nec euitare poterit quin pœnarum plus multo ſuſtineat . Quid igitur faciamus,
dicet aliquis?Quid aliud? niſi vt cæteris omiſſis animæ curam in primis geramus. Non ita-
que corpori ſeruiendum,niſi quantum expoſcit vſus:animæ verò meliora tribuenda , & ob K
ſocietatem ad corpus ea tanquam è carcere per philoſophiam ſoluenda,& corporis ſeruitu-
te ac perturbationibus leuanda . Ventri autem tantum quod ſit ſatis , non autem vſque ad
delitias & voluptatem miniſtrandum. Quemadmodum quidam menſæ diligentius ſtuden
tes , & coquos inquirentes , & terram omnem ac mare veſtigantes , miſerabili admodum
ſeruitute premuntur,& grauiſſimo domino tributa pendunt,miſerè otioſi ac nihil lenius pa
tientes,quàm ij qui apud inferos dant pœnas , veru ignem diuidentes, aquam cribro feren-
tes,ac fracta dolia implere conantes:nullum denique finem laborum habentes. Comas au-
tem aut veſtes ſuperuacuas curare,vel infelicium eſt(vt ait Diogenes)vel iniuſtorum. Nam
quid ex talibus expectandum aut ſuſpicandum,niſi vt laſciuus ille ornatus fœminas prçter- L
euntes inuitet,aut alienis matrimoniis inſidietur ? Quid enim apud eum qui ſapit differre
poteſt tenuem ſumptuoſámque veſtem induere,an vilem ferre?modo ſatis hæc ad frigus ca
lorémque arcendum fuerit . Et ad hunc modum etiam in reliquis quicquid neceſſitatis v-
ſum excedit,vitãdum,neque corpori plus ornatus dandũ eſt, quàm quantum animæ proſit.
Nam viro generoſo & verè hac digno appellatione,non minus fuerit probrum laſciuè or-
nari , aut corporis curam ſuperuacuam gerere , quàm alia aliqua nota ſeu affectu prauo per
ignauiam affici . Omne nanque ſtudium adhibere,vt quod extra fuerit, bene pulchreq; co-
latur & appareat , ſeſe cognoſcentis non erit : neque ſapiens illud prçceptum intelligentis,
nos admonens,quemadmodum non id quod aſpicitur,eſt homo. Excellenti enim quadam
opus eſt ſapientia,per quam noſtrum quilibet (quicunque ſit) ſeſe cognoſcat : quæ profectò M
mente minimè purgatis non magis euenire poteſt,quàm lippienti ſolem aſpicere.Hanc ve-
rò animæ purgationem, vt ſemel & quod vobis ſatis ſit dicam, voluptates per ſenſus eripi-

Quod muſicæ genus probandum

unt.Oportet enim nec oculos ſpectaculis,nec vanis præſtigiatorum oſtentationibus trade-
re,nec per aures animarum corruptricem melodiam haurire . Hoc enim muſicæ genus ſer-
uitutis & ignobilitatis fructus parere,præterea libidinum ſtimulos acuere ſolet . Alia nobis
muſica longè melior exiſtit,& ad meliora nos excitans ſequenda.Dauid ſacrorum cantico-
rum poëta cithara ex inſania Saulem regem liberauit. Dicitur & Pythagoras in ebrios olim

Pythagoras

incidens iuſſiſſe tibicinem conuiuio luxurioſo prçſidentem mutare harmoniam,ac dorion
ipſis canere.Atque hoc modo melodiæ illos ad ſobrietatem reduxiſſe : qui eiectis de capite
coronis



A coronis ſanè omnes erubuere. Cæteri verò ad tibiam Corybantum modo ac debacchãtium
verſantur.Tanta ſanè melodiæ rectę differentia à turpi atque obſcœna eſt,vt eam quæ nunc
in vſu eſt,non minus fugere debeatis, quàm rem aliquam turpiſſimam. Eos verò qui olfa-
ctu delectabiles, ac omnimodos ſpirant odores, vel vnguentis vtuntur exoticis , me quo-
dammodo reprehendere pudet.Quid de his dicendum voluptatibus , quæ guſtu aut tactu
proueniunt:an dubitandum quin illæ quoque eiuſmodi ſint,vt quos ſibi deditos habent, vẽ
tri aut fœmori ſeruire veluti pecora compellant . Vt autem vno dicam verbo, totum cor-
pus circunſpiciendum atque ab omnibus cuſtodiendum ei , qui ipſius voluptatibus veluti
cœno cuidam immerſus eſſe nolit : aut ipſi tantum indulgendum,quantò ei opus eſt (vt ait
B Plato)vt philoſophiæ miniſterium atque auxilium ſuppeditet.Quod ſanè dictum cum Pau
li conuenit ſententia , qui monet nullam corporis habendam diligentiam rationêmue ad
concupiſcentiæ materiam.Hi nanque qui eius nimiam gerunt curam, animam verò negli-
gunt , nihil ab his differunt , qui ſenſibus tantoperè ſtudent , at per ipſos agentem ſpiritum
contemnunt,aut iis qui inſtrumentorum multam, artis verò quæ per inſtrumẽta operetur,
nullam habent rationem.Eſt itaque totum corpus caſtigãdum magis, ac feræ cuiuſdam in-
ſtar cohibendum,& ab ipſo aduerſus animam tumultus orientes ratione veluti flagello cõ-
peſcendi:nec frenum voluptati omnino laxando , mens velut auriga ab equis contumaci-
bus & minimè obtemperantibus miſerè feratur ac rapiatur, ac inter cætera Pythagoræ me-

Pythagoræ dictum.

C miniſſe dicti oportet , qui videns quendam exercitationibus ac cibis,lautè appoſitéque ſeſe
curantem ac ſaginantem:Heus,inquit,miſer,non deſinis continuo duriorem tibi carcerem

Academiæ Plato locũ peſtilentem delegit.

præparare?Ideo & Platonem dicunt cognito quod ex corpore eſt nocumento,Academiam
Athenis in loco peſtilenti elegiſſe, vt nimiam corporis proſperitatem veluti vitem palmite
luxuriantem amputaret . Ego verò bonam valetudinem quæ in ſummo ſit,ex medicis ſæpe
audiui fallacem eſſe.Quando igitur ipſa corporis diligentia & corpori pariter & animæ inu
tilis eſſe apparet,hanc ſarcinam delinire,& illi famulari manifeſta fuerit inſania . Si autem
hoc cõtemnere ſtudeamus,nihil aliud rerum humanarum facilè admirabimur. Quid enim
diuitiis nobis opus voluptatem corpori inſitam ſpernentibus? Ego verò non video, num,
D vt in fabulis eſt de draconibus , voluptatem quandam ferat theſauris defoſſis inuigilare.
Qui enim ad hæc deſpicienda probè inſtitutus fuerit , procul ab eo erit, vt diuitiarum gra-
tia ſordidum quid ac turpe,vel verbo vel opere deſignare velit . Quod enim vltra neceſſi-
tatem eſt,etiam ſi id Lydia ſit arena, & formicarum aurum ferẽtium opus:tanto magis in-
honeſtum putabit,quanto minus indigebit . Ipſe nempe vſus ad naturæ neceſſaria , non ad
voluptatem ac libidinem definitur.Qui verò extra illius fines egrediuntur,ſimiles erunt iis
qui ad prærupta curribus feruntur,nequaquam curſus ad vlteriora ſiſtere valentes. Sed quo
magis plura poſſident,non minoribus,imò hoc pluribus opus habent,vt concupiſcentiæ ſa-
tisfaciant iuxta Execeſtiden Solonem,qui ſic dicit : Diuitibus nullus eſt opus certus termi-
E nus.Et ad idem Theogne autore vti poſſumus,cuius hæc ſunt verba : Quamobrem Theo-
gne magiſtro in hac parte vtamur,dicente:

*Non amo diuitias,non opto magna , ſed adſint*
*Parua,modo ut uiuam lætus, & abſque malis.*

Diogenis laus.

Ego verò Diogenem admirari magnoperè ac laudare ſoleo rerum humanarum omnium
contemptorem, qui ſe rege Alexandro ditiorem paruo contentus oſtendit: quum ille pro-
culdubio ad ſuum ſtatum ſuſtinendum pluribus indigeret. Nobis autem ſi non Pythiæ My

Pythias Myſius.

ſij adſint talenta,& iugera, tot terræ,paſcuáque ac greges innumerabiles , nulla ſatietas eſt.
Exiſtimo item æquè & abſentes ſpernere diuitias, & præſentes non plus curare,quàm qua-
tenus illas probè diſpenſare nouerimus. Ex quo illud Socratis rectè memoratur,qui diui-

Socratis dictum.

F tem hominem ob opes valdè ſuperbientem non prius admirari dixit , quam his vten-
tem videret & experiretur . Phidias quidem & Polycletus , quorum alter Elienſibus Io-

Phidias. Polycletus.

uem, alter verò Iunonem Argiuis fecerunt : ſi auro & ebore ſtatuarum tumidi facti , & a-
lienis opibus honeſtati , artem ſpreuiſſent , ex qua aurum iucundius & honoratius euaſit,
proculdubio ridiculi fuiſſent.Nos autem ſi humanam virtutem ſibiipſi non ſufficere ad or-
natum exiſtimauerimus, minori verecundia digna facere putabimur ? An diuitias quidem
ac voluptatum ſenſus contemnemus, aſſentationem verò & blanditias ſectabimur , & Ar-

Vulpes Archilochi.

chilochi vulpeculæ aſtutiam & verſutiam æmulabimur? At non eſt aliud quicquam æquè
fugiendum ſapienti,atque gloriæ ſtudere, & ea quærere quæ multitudini placeant, & ratio-

 nem

nem vitæ ducem non rectam habere. Ex quo omnibus pariter hominibus honeſti gratia G
reſiſtere: præterea ignominiam, labores, periculáque ſubire: neque ab iis quæ recta eſſe co-
gnoſcimus, vllo modo diſcedere fas erit. An eum qui non eſt ita comparatus ab Aegyptio
illo ſophiſta aliquid differre putabimus? Qui & planta factus eſt, & beſtia, & ignis, & aqua,
& omnes opes quando ei luberet. Sic & animo varius oſtenditur adulator, nunc quod iu-
ſtum eſt apud eos qui iuſti rationem habent, laudat, apud iniquos vituperat, more poly-
podis, qui colorem terræ quam attigerit, reddit. Sed iſta, quæ commemorauimus, per-
fectius ex noſtrorum autoritate ac ſermonibus diſcere licebit. Tantum hic ſciographiam
virtutis quandam ex alienorum diſciplinis deſcripſimus. Quibus enim ſtudioſè ex ſingu-
lis vtilia coaceruantur, velut magnis fluuiis multum vndique accreſcit incrementum. Par- H
uum enim ſupra paruum imponere, iuxta Heſiodi ſententiam, non magis ad argenti au-
gmentum, quàm ad quancunque ſcientiam facere credendum eſt. Nec Biantis ſaluberri-
mum dictum præteribo, qui ad Aegyptios eunti filio ac percuntanti, quòd ei maximè gra-
tum faceret: Viaticum, inquit, ſenectutis poſſidendo, virtutem videlicet viaticum appel-
lans, ac breui definitione deſcribens, vt humanæ vitæ vtilitatem ſuppeditantem definiuit.
Ego autem & ſi Tithoni ſenectam, & Arganthonij, ac Mathuſalem illius, qui mille an-
nos triginta minus vixiſſe dicitur: denique ſi tempus omne ab initio quo cœperunt homi-
nes, computes, ſanè vt pueri ſententiam ridebo, ad prolixum illud, & nulli ſenio obno-
xium ſeculum reſpiciens, cuius nec finem eſt vllum mente deprehendere, non magis quàm I
immortalis animæ mortem cognoſcere, ad cuius poſſeſſionem admonemus comparan-
dum eſſe viaticum, ac omnem lapidem ſecundum prouerbium mouendum, vnde aliqua
nobis vtilitas ad hoc conſequendum prouentura ſit. Nec iſta vt valde difficilia ſeruatu de-
trectemus, ſed memores ſimus eius qui dixit oportere quemque optimam eligere vitam,
iucunditatem verò illius expectandam eſſe ex vſu rerum optimarum. Turpe quidem præ-
ſens proiicere tempus, ac ſero poſtea reuocare præteritum, quando nullum eſt lapſæ virtu-
ti remedium. Ego itaque quæ optima eſſe iudico, hæc dixi, quæue in omni vita vobis ſer-
uanda maximè conſulo. Vos verò, cum tria ſint infirmorum genera, nolite ei ſimiles eſſe,
quod incurabile eſt, nec in animi morbo cum iis vobis conueniat, qui corpore labo- K
rant, quorum qui modicè ægrotant, medicos ipſi accedunt, qui verò grauius medicos
ad ſe vocant: at qui incurabili melancholia occupantur, neque ad ſe venientes medicos
admittunt. Quod videre eſt, ne & vobis vſuueniat, ſi ab illis qui iudicio recto valent
abhorrueritis.

Heſiodi dictum.

Biãtis dictũ

Virtus viaticum ſenectutis.

Omnem lapidem mouere.

## DE HVMANA CHRISTI GENERATIONE, *in die natali aut epiphaniæ.*

CHriſti generatio propria ac præcipua diuinitatis eſt, quæ quidem ſilentio magis ac L
fide veneranda, quàm diſputatione aliqua noſtra ſeu curioſitate veſtiganda. Vbi
enim nec tempus, neque æuum intercedit, neque item modus intelligitur, nec ſpe-
ctator adfuit, nec eſt qui exponat, quomodo mens aliquid imaginabitur? quomo-
do mentis cogitationibus lingua famulabitur? Pater erat, & filius eſt genitus. Ne dicas, quan
do: ſed neglige hanc quæſtionem. Ne quæras, quomodo. Eſt enim hic impoſſibilis reſpõſio.
Nam, quando, tempus habet: Quomodo vero ad modos corporeos imaginationem quan-
dam. Dicere poſſum è ſacris voluminibus, quòd ſplendor gloriæ & imago ex archetypo ſit.
Veruntamen quoniam nec ratio nec cogitatio talibus renouationis verbis tuæ curioſitati
ſatisfacit, ad ineffabilẽ incomprehenſibilemq; gloriam confugio, & fateor indeprenſum, ac M
verbis humanis inenarrabilem diuinę generationis eſſe modum. Caue autem dicas: ſi geni-
tus eſt, ergo aliquando non erat. Nec aut verborum prauitate, aut cogitationis ineptæ vani-
tate committe, vt huiuſcemodi ſermonibus manifeſtę veritati aduerſando, ſacrã inquines
& euertas theologiam. Genitus eſt, inquam, vt eius principium & cauſam non vt tempore
inferiorẽ oſtendam. Mens tua in temporum ac ſeculorũ cogitatione non euaneſcat, vt ea fi
lio priora exiſtimes, quę nunq̃ fuerunt aut erunt. Quomodo enim creata, ipſorum cõditore
fuerint priora? Verum ego quod ab initio vitabam, in hoc verborum conſequentia quadam
cõpulſus ſpõte incidi. Illius igitur æternæ ineffabiliſq; generatiõis ratiões relinquẽtes, id om
nino



A nino cogitemus, quòd mens res iſtas comprehẽdere nequeat, & ſermo quoq; huiuſmodi co-
gitata exprimere haud quaquam poſſit. Conſiderandum itaque eſt quantus ſit à veritate ad
ſermonem vſque delapſus. Enimuero mens quæ ſunt natura indeprenſibilia attingere ne-
quit. Sermonis item naturam adæquantem ea quæ quomodocunque inuenta ſunt, inquire-
re, impoſſibile eſt. Nec mirum. Deus enim in terra eſt, deus inter homines verſatur: non per
ignem, tubam & montem fumantem, vel per turbinem & nubem & tempeſtatem, animas
auditorum legem ferendo perterrens, ſed proprio corpore cum hominibus cognatis piè
conuerſans ac diſſerens. Deus, inquam, in carne, non ex interuallo agens, ſicut in prophetis,
ſed coniunctam ſibi humanitatem retinens, per carnem ſuam, noſtræ cognatam ad ſe traxit
B humanitatem. Sed quonam modo per vnum, inquis, ad omneis ſplendor? quomodo in car-
ne diuinitas? Quemadmodum ignis in ferro, non ex progreſſu, ſed ex participatione. Non
enim in ferrum ignis currit aut accedit: verum in loco remanens, ſuarum particeps virium
ferrum reddit: cúmque ſe totum illi communicet, nihil propterea de ſua natura, nihil de ſu-
is amittit viribus. Sic & deus verbum, nihil ex ſeipſo commotus, cum noſtram accepit hu-
manitatem, neque item conuerſationem commutationémque aliquam ſuſtinuit. Et ver-
bum caro factum eſt. Nec propterea cœlum ſuo continente deſertum, & terra nihilominus
ſinu ſuo cœleſtem recepit. Nec tu inſuper motum, aut deſcenſum diuinitatis meditaberis.
Non enim vt corpus, de loco ad locum migrat. Neque item diuinitatem in carnem com-
mutatam imaginabere. Nam quod immortale eſt, id & immutabile eſt. Quomodo igitur,
C inquis, deus verbum, humana fragilitate non eſt correptus aut inquinatus? Facilè reſponde-
mus. Sicuti & ignis de ferri proprietatibus non accipit. Nigrum quidem ferrum ac frigi-
dum eſt: attamen ignitum ac candens, ignis formam ſubit. Et quanquam ex eo ſplendens,
ignem tamen ſua nigredine non inficit. Itémque ardens flammam ſua frigiditate non de-
ſtruit aut tollit. Sic & humana domini caro, ita particeps diuinitatis facta eſt, vt propria fra
gilitate illam minimè contaminauerit. Sed quanquam ex humana debilitate hac vti ſimi-
litudine neceſſe eſt, ne tamen hunc ignem diuinitati omnino ſimilem imaginare: cum is
qualitates recipiat, illa nihil omnino patiatur. Quod ſi quæris, quomodo mortalis natura,
ob dei coniũctionem communionémque, immortalitatem induerit? Diſce myſterium. Ex
D hoc enim deus in carnem venit, vt inſitam carni mortem interficeret. Nam ſicut veneno-
rum antidotum corpori permixtum ac perfuſum, omne ſuperat noxium ac letale: itémque
vt in domo aliqua tenebræ, luminis aduentu diffugiunt ac pereunt: ſic mors in natura domi
nans humana, diuinitatis præſentia diſparuit. Velut etiam in aqua glacies tantum humido
dominatur, quantum nox vmbráque durant, ſolis vero calfacientis radiis ſubito liqueſcit:
Sic demum mors vſque ad Chriſti aduentum imperauit. Poſtquàm vero dei gratia ſaluta-
ris omnibus apparuit, & iuſtitiæ ſol ortus eſt: abſorpta eſt mors in victoriam, & veræ vitæ pe
regrinationem nequaquam ſuſtinuit. O altitudinem benignitatis humanitatíſque dei: ex bo-
nitatis copia à ſeruitute vendicamur. Sed cur deus homo factus eſt, rationem exquirunt ho
E mines: cum magis eius bonitatem adorare deceat, quàm diuinitatem curioſius indagare.
Quidnam tecum agendum homo? In ſublimi deum agentem minimè quærebas: ad te vero
per carnem venientem & tecum conuerſantem non recipis. Sed quomodo deo familiaris
fias rationem quæris? Hanc itaque diſce. Carnem ſuſcepit deus, quoniam execrabilem con-
taminatámque hanc, purgatam ſanctámque reddi oportuit, infirmam ac debilem corrobo-
rari, à deo ob peccatum alienatam conciliari, è paradiſo excidentem in cœlum referri: &
quæ eſt diſpenſationis huius officina? Virginis beatæ corpus. Quæ autem generationis prin-
cipia? Spiritus ſanctus virtúſque altiſſimi obumbrans. Sed ipſa, quæſo, Euangelij verba pa-
rumper audi: Cum eſſet, inquit, Maria mater ipſius deſponſata Ioſeph, priuſquam conueni-
F rent, inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Et virgo erat & viro deſponſata, & apta
coniugali officio obeundo putata, vt & virginitas in honore ante omnia haberetur, & ma-
trimonium non propterea improbaretur. Virginitas enim vt apta, proximáque ſanctitati e-
lecta eſt. Per deſponſationem vero nuptiarum initia expreſſa ſunt. Simul autem vt & Io-
ſeph domeſticus puritatis Mariæ teſtis eſſet: & ne propterea calumniatoribus illa foret ob-
noxia, vt virginitatem commaculans, ſponſum habuit, vitæ ſanctæ cuſtodem. Sed poſſum
& aliam huic rei rationem reddere, priore non admodum inferiorem videlicet quòd aptum
ad incarnationem dominicam tempus, iam diu inde à mundi conſtitutione prouiſum atq;
ordinatum tunc venerat: ex quo ſpiritum ſanctum & altiſſimi virtutem, deiparam illam cõ-
ſtituere

Cur de᷒ homo fact᷒ eſt

Deſpõſa cur fuerat Maria.

ſtituere carnem oportebat.Quoniam vero ea tempeſtate nulla puritate par Mariæ virgini- G
tas,inter homines ad effectum ſancti ſpiritus excipiendum eſt reperta,& illa iam deſponſa-
tione erat occupata, electa eſt beata virgo , ita vt nihil detrimenti ex deſponſatione acceſ-
ſerit virginitati . Affertur & alia ratio à quodam ex antiquis: Vt Mariæ virginitas , ſecu-
li huius principem diabolum lateret, nupta Ioſeph fuit: vt nuptiarum nomine ſuſpenſus fa-
cilè deciperetur . Virgines nanque in primis obſeruabat , è quarum vnam parituram ex
Propheta cognouerat , dicente : Ecce virgo concipiet , & pariet filium . Virginitatis igi-
tur inſidiator obſeruatórque , ſub matrimonij ſpecie factus ignorans , à malignitate abſti-
nuit.Sciebat enim ſuum imperium ob dominicam carnis generationem perditum iri . Ita-
que priuſquam conuenirent,inuenta eſt in vtero habens de ſpiritusancto.Vtrumque Ioſeph H
reperit,& conceptionem , & cauſam è ſpiritu ſancto. Quamobrem hoc ignorans ab initio,
talis nominari vxoris maritus metuens , voluit eam occulte dimittere , verens patefacere
quæ circa ipſam acta fuerant.Verum quoniam vir iuſtus erat,ex deo myſteria nôſſe meruit.
Igitur hæc eo cogitante , ecce angelus domini apparuit ei,dicens : Ne timeas accipere Ma-
riam coniugem tuam . Nec illud cogites quomodo abſurdis ſuſpicionibus peccatum ob-
ſcures : eſt enim iuſtus appellatus . Viro iuſto non competit ſilentio facinora obtegere . Ne
metuas accipere Mariã coniugem tuam,Oſtendit,quòd illam non ſit abominatus nec mo-
leſtè tulerit,ſed quòd eam metuerit, vt ſpiritu ſancto plenam . Quod in ipſo eſt , de ſpiritu
ſancto eſt.Hinc enim deprendi licet,quòd non ſecundum communem modum carnis cõ- I
ſtitutio domino fuit.Conceptum nanque illico perfectum fuit , non per interualla paula-
tim formatum, vt planè verba declarant . Non enim dicit, quod in ea conceptum eſt : ſed,
quòd in ea natum eſt.In ſanctitate nanque caro conglutinata , digna quidem vnigeniti di-
uinitati coniungi fuit.Pariet filium,& vocabis nomen eius Ieſum . In quo illud obſeruan-
dum,quod vbi de induſtria nomina ponuntur,ſubiectam oſtẽdunt naturam : vt Abraham,
Iſaac,Iſraël.Horum enim quodlibet non magis corporis characterem quendam, quàm vir
tutis ſalutaris proprietatem oſtendit.Hac ratione & nunc Ieſus ſeruator appellatur,id eſt,ſa
lus populi,quod myſterium& ante ſecula ordinatum,& olim per prophetas prędictum iam
manifeſtum habet exitum.Ecce virgo in vtero concipiet,& pariet filium, & vocabitur no- K
men eius Emmanuël,hoc eſt,nobiſcum deus.Hæc item appellatio , omnis penitus myſterij
declarationem retinet,quod deus inter homines adſit:quoniam nominis interpretatur na-
turam,Nobiſcum deus.Cauendum inter hæc omnino,ne in perfidiam infidelitatémque in-
cidas Iudaicam,qui affirmant non virginem,ſed puellam à propheta vocari:Ecce enim,in-
quiunt,puella concipiet . Primum quidem abſurdiſſimum eſt omnium & ineptiſſimum , à
domino id dari ſignum tanti myſterij,quod naturæ commune ſit omni . Quid ait Prophe-
ta?& adiecit dominus loqui ad Achaz dicens:Pete tibi ſignum in profundum &c. Et dixit:
non petam,neque tentabo dominum.Deinde paulopòſt ait:Propter hoc dabit deus ipſe vo
bis ſignum:Ecce virgo concipiet & pariet.Quoniam vero non petierat ſignum,nec in pro- L
fundum nec in ſublime vt cognitum eſſet , quod qui deſcendit ad inferiores partes terræ,
idem & ſupra omnes cœlos aſcenderet,ideo ipſe dominus ſignum dedit: Signum autem nõ
vulgare,neque commune,ſed extraordinarium & prodigioſum, ac valde communem ex-
cedens naturam,virgo videlicet & mater,& in virginitate ſancta perſeuerans , gloriam ni-
hilominus ac benedictionem pariendi ſortita.Si qui tamen interpretati Hebraicam vocem
pro virgine puellam reddiderunt,nihil ſanè noſtræ rationi officiunt. Inuenimus nanque in
ſacris voluminibus,ſæpe puellam pro virgine vſurpatam,vt in Deuteronomio:Si quis inue
nit filiam virginem,quæ nupta non fuerit,& aliquis eum violauerit , cum eáque cubauerit,
& deprehenſus fuerit,det ille qui cum virgine dormiuit patri puellæ drachmas quinquagin M
ta.Excitatus autem Ioſeph accepit vxorem ſuam cum affectu,dilectione,& omni diligentia
domeſticos concernente,pro vxore illam habuit,à nuptialibus vero congreſſibus abſtinuit.
Non enim cognouit eam,inquit,donec peperit filium ſuum primogenitum . Hoc vero nũc
ſuſpicionem generat , ne forſan poſteáquam puritate ſua generationi dominicæ , per ſpiri-
tum ſanctum adminiſtratæ ſeruiuit , tum demum nuptialia opera viro Maria non negaue-
rit . Nos vero licet nihil hoc doctrinæ pietatis officeret (nam donec diſpenſabatur Chriſti
generatio , neceſſaria erat virginitas) quid vero poſtea ſit factum ad myſterij huius doctri-
nam non anxiè coniungendum eſt.Veruntamen ne hoc eorum,qui Chriſtum amant, ferre
cogantur aures,quòd genitrix dei aliquando deſierit eſſe virgo , has rationes ſufficere puta-
mus.

Chriſt[9] vbi cõceptus ſtatim natus,id eſt,perfect[9] homo fuit.

Contra Iudæos.

Ecce virgo concipiet.

Puella pro virgine.



A mus.Ad hoc quidem quod dicit & non cognouit eam , donec filium ſuum primogenitum
peperit , illud dicimus,quod,donec,& ſi temporis alicuius terminum circumſcribere vide-
tur,verè tamen infinitum aliquod præ ſe fert.Sic & à domino verbum hoc memoratur:Ec-
ce,inquit,vobiſcum ſum omnibus diebus,vſque ad conſummationem ſeculi. Poſt ſeculum
dicere,non erat neceſſe.Non enim cum ſanctis vnquam dominus eſſe deſinet. Nec præſen-
tium promiſſio,futurorum eſt exceptio.Eodem fermę modo,& nunc illud,donec accipitur.
Quod vero dictum eſt,primogenitum,primogenitus non omnino ad ſuccedentem prolem
comparationem habet.Omne adaperiens primum vuluam,primogenitum vocatur. Quod
autem Maria perpetuo virgo remanſerit,etiam Zachariæ declarat hiſtoria quædam, quę ex
B traditione ad nos vſq; peruenit.Zacharias enim,Mariam poſt domini conceptionem in vir
ginum loco cõſtituens,à Iudæis inter templum & altare interfectus eſt.A populo nanq; ac-
cuſatus,quòd rem prodigioſam inauditamq; prædicaret, virginem videlicet parietem citra
virginitatis corruptionem.Ieſu igitur nato in Bethlehem Iudæ,in dieb[9] Herodis regis,ecce
Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam,dicentes:Vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorum?Ge
nus Perſicum Magi,incantationibus & magicis,& naturalibus quibuſdam effectibus,aſtro-
nomiæq;,& rebus ſublimibus vacabant.Eiuſdem ferè magicæ Balaam ille videtur fuiſſe,qui
à Balaac miſſus,vt verbis quibuſdam populo Iſraël malediceret . Qui & in quarta parabola
talia de domino dicit:Homo videns & audiens verba domini,qui nouit altiſſimi doctrinã,
C & viſiones omnipotentis vidit,qui dormit apertos habens oculos:Videbo eum,ſed nõ mo-
do:intuebor illum,ſed non propè.Orietur ſtella ex Iacob,& conſurget homo ex Iſraël.Quo-
niam igitur aſtrum ortum,naturæ prodigium habuerunt:ſciſcitari Magi decreuerunt,quiſ-
nam homo ex Iſraël exurgeret.Quamobrem Iudææ locum veſtigãtes,ex antiquo vaticinio
in ciuitatem venerunt,interrogantes,vbinam eſt qui natus eſt rex Iudæorum? forſan & per
aduentum domini aduerſariam poteſtatem iam debilitatam,irritata ſua energia,ſentientes
magnæ virtutis teſtimonium nato attulerunt.Ex quo puerum tandem inuẽtum, cum donis
adorauerunt.Hic contemplator,vt Magi alienum à deo genus,& à teſtamentis gens pere-
grina,primum adoratione dignati ſunt,quod ex inimicis teſtimonia longè præſtantiora fi-
D de digniorаq; eſſent.Si enim Iudæi primum adorâſſent,ſuum ipſorum genus ornaſſe, extu-
liſſeq; forſan putarentur.Nunc autem alieni,vt deum prius honorauere,vt iuſto in eos ani-
maduerteretur iudicio qui illum cruci affixerunt,quem alieni adorauerunt.Sed quando mo
tibus cœleſtibus ſtudebant,non fruſtra inter cœleſtes obſeruationes prodigium ſunt cõtem-
plati,ſtellam videlicet nouam,ac minimè conſuetam,in dominico natali effulgentem.Cu-
ius ſanè ortum,nemo in aſtrologiæ rationem computationemq; trahat . Qui enim ex aſtris
iam exiſtentibus geneſim inſpiciunt, aliquam talem cœli figuram horoſcopantem , cauſam
cuiq; euentuum eſſe affirmant.Hic vero nulla ſtella ex his quæ iam ſunt dominicam natiui
tatem ſignificauit.Neq; enim iſta ex aliarũ numero fuit.Nam quę ab initio orbis creatæ ſunt
E omnino immobiles exiſtunt,aut certe continuò mouentur.Quæ & ſtat & mouetur,vtrunq;
habere videtur.In illis quæ ſunt,aliæ obfirmatæ nunquam mouentur,alię vero errantes nũ-
quam conſiſtunt.Hæc vero de qua loquimur,vtrunq; habuiſſe palàm eſt,& motum & quie-
tem.Ex quo nullam cum cęteris habuiſſe rationem,aut naturam apparet.Mota in primis eſt
ex oriente in Bethlehem:Conſtitit autem ſuprà,vbi erat puer.Idcirco ex oriente Magi exci-
tati,ſtellam ſunt ducem ſecuti,venientes autem Hieroſolymam totam vrbem aduentu ſuo
turbarunt:&,regi Iudæorum metum addiderunt,de Iudęorum rege nuper nato percunctã-
do:quem tandem reperientes,donis honorauerunt,auro,thure,& myrrha.Nimirũ Balaam
vaticinium ſequi ſunt viſi,qui de Chriſto talia viſus eſt dicere:Accumbens dormiuit vt leo
F & quaſi pullus leonis,quis ſuſcitabit eum?Qui benedixerit tibi,erit benedictus: & qui male-
dixerit,in maledictione reputabitur.Per leonem enim eius imperium ſermo demõſtrat. Per
accubitum vero ſupplicium.Per benedictionis virtutem,eius diuinitatem . Igitur vaticiniũ
hoc ſequentes,vt regi aurum,vt morituro myrrham,vt deo thus obtulerũt. Neq; item illud
ſuperuacaneum fuerit contra eos dicere,qui affirmant hoc aſtrum cœlo apparẽs,cometis ſi-
mile fuiſſe,qui regum ſucceſſiones & imperia noua portendere vidẽtur. Verum cometæ im
mobiles continuò ſunt,& in vna tantum cœli accenſi parte circumſcripti.Pręterea cometa-
rum diuerſa genera & appellationes:trabeales bothyni.Figuræ autem diuerſæ,& cuiq; ſua ap
pellatio eſt.Omnium vero generationis eadem eſt cauſa:Quum inundans circa terram aër,
in ſerenam cœli partem diffunditur,quaſi materiam quandam igni cœleſti præbens , ſordiũ
videlicet

Donec vel vſquequo pareret primogenitum

Primogenitus.

Zachariæ cædes.

Magi qui.

Balaam de Chriſto.

Magi cur primi Chriſtum adorarint.

Stella quæ apparuerat Magis.

Vaticinium Balaam.

Cometarũ generatio.

videlicet & humorum terreſtrium craſſitudinem,ad ſuperiora tractam atq; inflãmatam,ta- G
lis ſideris criniti apparentiam facit.Hoc vero ſidus vbi Magos ad inquirendam domini ge-
neſim permouit,rurſus diſparuit,donec ipſis dubitantibus ac ſuſpenſis,iterũ in Iudæa ſe ma
nifeſtauit.Ex quo ſatis oſtenditur,alicuius gratia ſeparatim hoc aſtrum eſſe factum,ac vt ali
cui ſeruiret famulareturq;:quod ſanè ex re ipſa deprẽdim⁹.Stetit,inquit,ſuprà,vbi erat puer.
Magi vero videntes,gauiſi ſunt gaudio magno.Nos etiam in cordibus noſtris item gaudiũ
ſuſcipiamus.Hoc inquam gaudium & angeli paſtoribus nuntiant:cum Magis quoq; adore-
mus,cum paſtoribus item deum laudemus,cum angelis deniq; canamus,choreasq; læti du-
camus,quod eſt hodie nobis ſeruator natus,deus ac dominus Ieſus Chriſtus. Apparuit autẽ
nobis nõ dei forma,ne quod erat debile perterrefaceret:ſed in forma ſerui,vt quod erat ſer H
uile,liberaret.Quis itaq; tam animo ignauus,quis ita ingratus? vt nõ hodie lætetur, nõ exul
tet,non præſentia ſolennia omni animi hilaritate ſuſcipiat?Feſtum hoc ingẽs,ac nouę crea-
tionis,vbi cœleſtia archangelos ad Zachariam Mariamq; mittunt:ac choros angelorum cõ
ſtituunt dicentium:Gloria in excelſis deo,& in terra pax,in hominibus bona volũtas. Aſtra
è cœlo mouentur.Magi ex gentibus properãt.Terra in ſpelunca lucem recipit. Nemo ſit nõ
lætus,nemò ingratus.Nos quoq; cum his lætitiam voce,geſtuq; exprimamus. Noſtrum hoc
eſt feſtum,Theophaniam appellamus,in quo mundi ſalutarem concelebramus diem:domi
ni natalem hodiernum piis mentibus concelebremus.Hodie nanq; Adami maledictio ſolu
ta.Non eſt quid amplius dicamus:Terra es,& in terram reuerteris:ſed cœleſti cõiunctus, in I
cœlum aſſumeris.Non eſt vt iam dicatur:In doloribus paries filios.Beata enim quæ Emma
nuel peperit,& vbera quæ lac præbuerunt.Natus eſt nobis filius & datus eſt nobis,cuius im-
perium ſuper humerum eius.Cor mihi floridum quid germinat,mens eſt alacris,lingua ve-
ro modica,& ſermo exilis eſt ad hoc vt tantum gaudium exprimat.Cogita de incarnatione
domini magnifice.Intellige diuinitatem eſſe intactam & immaculatam, quæ & ſi in mate-
riali ſit natura,ita illi ineſt,vt eius imperfectum fragiléque corrigat:non autem vt ipſa paſ-
ſionum debilitate inquinetur.Nónne ſolem conſpicis in luto ſe volutantem,minimeq; con
taminantem:& ſuper cœno coruſcantem,minimè tamen fœtidum aliquid referentem?Ita-
que contrario modo magis eorum quæ diutius contingit putredinem exiccat. Quid igitur K
dubitas de immenſa incorruptáque natura,ne aliquam ex nobis maculam contraxerit? Hac
enim de cauſa natus eſt vt nos eiuſdem generis expiaret:propterea inquã Ieſus creuit, vt fa-
miliaris deo fieres.O dei bonitatem altiſſimam.Ob beneficiorum excellentiam ei qui bene-
fecit minimè credimus,ob eius ingentem humanitatem ad ſeruitutis iugum ducimur,ò ab
ſurdam & prauam ingratitudinem.Magi adoratum veniunt.Et chriſtiani curoſius quærũt,
quomodo in carne deus ſit & quali carne, & an aſſumptus homo perfectus ſit an imperfe-
ctus.Taceant curioſi,& in eccleſia dei ſuperuacanea veſtigare deſiſtant.Laudentur quæ no-
bis concredita ſunt;ac de quibus ratio omnino non redditur,ne veſtigentur.Illis te coniun
ge,qui è cœlo cum gaudio Chriſtum recipiunt.Cogita paſtores in diuinis laudibus ſapiẽtes L
factos,ſacerdotes prophetantes,fœminas collætantes. Quando Maria gaudere docta eſt ac
iuſſa ab angelo Gabriele.Quando Eliſabeta Ioannem in vtero exultantem ſenſit:Anna pro-
phetiſſa euangelizauit, Simeon in vlnas accepit in exili infante magnum deum adorantes,
non quod videbant contemnentes,ſed diuinitatis ipſius amplitudinem glorificantes:pellu-
cebat enim diuinitas per humanum corpus,perinde atq; lux quædam per vitream capſulam
eos illuminans,qui cordis oculos mundos habebant.Cum quibus & nos vtinam annumere
mur,domini gloriam reuelata facie contemplantes,vt & nos quoq; à gloria in gloriã tranſ-
formemur.Ipſi autem ſit honor & imperium in æterna ſecula, Amen.

## DE MARTYRE MAMANTE M

*Baſilius magnus.*

NOn ignoro quanta ſit encomiorum publici conuentus magnitudo. At vt illam
ſcio,ita & imbecillitatem meam ſentio.Cauſa nanque ipſa exigit,vt dignum quid
dicatur his qui conuenerunt, & quod ſpei reſpondeat, quam illi de nobis concepe
runt,ipſi demum quoque argumento quod tractandum eſt.Quoniam maxima ex
parte martyrum hodie memoriam agimus,erecta eſt cuiuſque mens,& paratus auditus, ex-
pectans vt dignum aliquid tanto martyre dicatur,quod & Eccleſiam deſiderio circa illum
permouet. Ita nanque comparati ſunt ſynceri & candidi filij, vt magnifica de parentibus
ſuis



A ſuis exigant encomia, nec facile ferant amplitudinem eorum quæ deprædicanda ſunt per
dicentis periclitari humilitatem. Quapropter quanto maior eſt animorum ad audiendum
auiditas,tanto maius imminet dicenti periculum.Quid igitur faciemus? Quomodo & de-
ſideriis veſtris ſatisfaciemus & ne ipſi in præſentiarum nihil vtilitatis ad ea quæ tractanda
iam ſunt adferentes inutiles abeamus, cuiuſque animum adhortabimur, vt quæ in cogni-
tione habet ad memoriam reuocans ac mente renouans,ex ſeipſo ſibi alimoniam paret, vt
propriis exhilaratus ſubſidiis domum reuertatur. Memores eſtote martyris quotquot illo
per ſomnia potiti eſtis, quotquot in hoc loco conſtituti adiutorem ipſum ad precandum
habuiſtis,quibuſcunque ex nomine aduocatus ipſis adfuit operibus,quotquot aberrantes ad
B viam reduxit,quoſcũque ſanitati reſtituit, quibuſcunque pueros iam mortuos ad vitam re-
ductos reddidit, quotquot vitæ terminos prorogauit. Collectis in vnum his omnibus ex cõ
muni ſymbolo, martyri encomium conſtruite.Conferte inter vos mutuo,quæ quiſq; nouit
illa ſubminiſtret ignoranti,quæ ignorat,illa accipiat ab eo qui nouit,atque ita quaſi ad con-
uiuium quod quiſque habet,conferentes,noſtrę ignoſcite imbecillitati.Iſta nanque demum
ſunt martyris encomia, ſpiritalium chariſmatum diuitiæ. Non enim eſt,quod illum more
ſecularium & externorum encomiorum cohoneſtemus. Nõ eſt cur patres ac progenitores
illuſtres proferamus.Nam turpe eſt aliunde ornare eum qui propria ipſe virtute illuſtris eſt.
Lege nanque conſuetudinis talia inter encomia vſurpant. Alioqui veritatis lege,quæ cuiq;
C ſint propria,adferenda encomia exiguntur. Neque enim velocem equum reddit, quod is,
vnde natus eſt, ad curſum aptus fuit, nec canis encomium eſt,ex velociſſimis prognatum
eſſe.Sed quemadmodum & aliorum animantium virtus in vnoquoque propria conſidera-
túr,ita & propria viri laus eſt,cuius ex rebus ab ipſo bene geſtis teſtimonium habet. Quid fi
lio confert, de illuſtri natum eſſe parente? Ita hic martyr non accepit aliunde quem habet
ſplendorem, ſed ipſe per vitæ conuerſationem gloriæ faculam accendit. A Mamante reli-
qui, non ab aliis Mamas gloriam habet.Hi pueri,qui pietatem ab illo ſunt edocti,per illum
ſunt in honore.Nam ipſe ex ſeipſo virtutem quaſi ſcaturigine quadam producit. Non ha-
bet vt torrens,qui ex alieno confluxu glorioſus apparet,ſed fons eſt,decorem ſuum ex pro-
D priis venis effundens. Celebremus virum non alieno ſed proprio ornamento decoratum.
Vides eos qui equeſtri certamine vicerunt? vides ſplendida illorum monumenta,quomodo
lapides ſint neglecti? Ad martyris vero memoriam & tota regio mota eſt, & ad illius feſtũ
diem vrbs vniuerſa immutata geſtit. Neque cognati diuitum ad maiorum ſuorum ſepul-
chra declinant,ſed omnes ad pietatis locum tendunt.Patrem hunc veritatis ducem, & non
eos qui corporum ſunt parentes,duces appellitant.Vides honorem conſtare ex virtute non
ex diuitiis?Ita eccleſia in quibus eos qui præceſſerunt honorat, ad ea ipſa ſectanda admonet
E prę ſentes,ac ſi dicat,noli diuitias ſectari,noli deditus eſſe ſapientię huius mundi,quę abole-
bitur:neque gloriæ,quæ caduca eſt ac fluxa.Hæc enim vna cum ipſa vita intereunt.Sed pie-
tatis eſto ſtudioſus operator. Illa te ad cœlum vſque extollet, illa & immortalem tibi me-
moriam, & perennem apud homines gloriam per hoc parabit, quod eos qui præceſſerunt
honore afficit.Si quiſquam igitur paſtoris memor eſt,ne admiretur diuitias. Conuenimus
enim non vt diuitem laudemus, ne diuitem admiratus domum abeas, ſed vt paupertatem
cum pietate coniunctam extollamus. Paſtorem eſſe,nihil habet magnificum,nihil quod ſa-
pientiæ & induſtriæ referat exercitium.Caue ergo ad iracundiam motus probri gratia eum
qui te læſit paſtorem voces,nihil habentem,niſi quod ad victum attinet quotidianum, perã
& clauam remiſſè, tanquam diurna ſubſidia geſtantem, nullam craſtini curam habentem
beſtiis:hoſtem,animalibus manſuetis compaſcuum, forum ac tribunalia fugientem, ſyco-
F phantarum ac mercaturę ignorantem,diuitias neſcientem, proprium tectum non habentẽ,
ſed ſub eo quod mundo commune eſt agentem, noctu ad cœlum ſuſpicientem, & per aſtra
conditoris admirabilem potentiam conſiderantem.Ne pudeat nos veritatis. Ne fabulato-
res illos extraneos imitemur, ne veritatem verborum ornatu obuelemus. Nuda eſt veritas,
abſque patrocinio ipſa ſeipſam declarans. Humilitatem illius multo ſermone, imò magis
encomio celebrabis.Paſtor ac pauper.Hæc ſunt homini chriſtiano ornamenta. Si doctrinæ
pietatis duces inquiſieris,piſcatores inuenies ac publicanos.Si diſcipulos† coriarios paupe- †Vel ſuto-res.
res.Nuſquam ſplendor.Hęc omnia cum ipſo mundo abolentur.Vide igitur,cuius hominis
diem feſtum agamus, cuius gratia alacres omnes ſimus, propter quem immutata ſit ratio
vitæ noſtræ. Quoniam videlicet paſtoris admoniti ſumus. Ne contemnas virum, vbi pa-
ſtorem

ſtorem audis.Qui deo primus placuit,Abel,paſtor fuit.Quis illum imitatus eſt? Moſes ma- G
gnus ille legiſlator,qui vt periculum declinaret quod à Pharaone imminebat aufugit, † qui
paſtorum deteſtatus fuit inſidias, ille inquam pecudes pauit in mõte Choreb,& per paſturã
ad colloquium dei peruenit. Angelum in rubo non iudicio diſceptans ſed paſtorem agens,
cœleſti colloquio dignatus vidit.Quis Moſen ſubſequutus eſt? Iacob patriarcha qui pecudes
paſcendo pro veritate patientiam oſtendit & in modica imagine vniuerſam vitam ſuam
quaſi quodam charactere obſignauit.Cui conuerſationis huiuſmodi zelum poſt ſe reliquit?
Dauidi. Dauid à pecudum paſtura peruenit ad regnum. Sorores quædam ſunt paſtura &
regni adminiſtratio. Niſi quod illa irrationalium, iſta vero rationalium animantium curã
habet.Ita ſcilicet ad maiorem illa ſcientiam tranſitum habet.Quapropter dominus vtramq; H
complexus & paſtor eſt & rex, irrationales paſcens, maiori ratione præditos ſub regni gu-
bernationem includens. Vis diſcere quãtæ dignitatis ſit paſtor? Dominus,inquit,paſcit me.
Quomodo vero regiæ gubernationis ſoror eſt paſtura? Quis eſt iſte,inquit,Rex gloriæ? Qui
illic paſtor, hic rex dicitur. Neq; putes illum ab aliis quidem paſtorem vocari,ipſum vero id
appellationis pudoris gratia non agnoſcere,quin ipſe degeneres paſtores compeſcens,in ſe-
ipſum veræ paſturæ teſtimonium transfert.Ego,inquiens,ſum paſtor ille bonus. Arcet de-
generes, & veritatem ſibi ipſi vendicat. Ego ſum paſtor ille bonus. Diſce quis ſit paſtor, &
quis ſit bonus ille.Ipſe hoc interpretatur.Verus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.
Mercenarius vero,& qui non eſt paſtor,cuius non ſunt oues propriæ,illi nihil eſt curę quan I
do lupum venientem videt.Hic quærit eccleſia,ſi dominus paſtor eſt, quis ſit mercenarius
paſtor.Num diabolus? Et ſi diabolus mercenarius paſtor eſt, quis ſit lupus.At lupus diabo-
lus eſt beſtia immitis,rapax,inſidioſa,communis omnium hoſtis. Habeat propriam appel-
lationem mercenarius paſtor. Tunc quidem mercenarios paſtores dominus eos vocauit
qui tunc degenerauerant.Sunt vero & nunc qui non vt proſint ouibus paſtores agunt,qui-
bus proprie mercenariorum appellatio conuenit. Tunc principes ſacerdotum notabantur,
& phariſæi,& omnis illa Iudaica ſecta.Illos dixit mercenarios eſſe paſtores,qui nõ veritatis
ſed quæſtus ſui gratia paſcendi poteſtatem vſurparant,qui vano prætextu precationibus in-
ſtabant,vt panem comederent viduarum & orphanorum. Mercenarij ſunt, qui proprium K
compendium curant.Qui præſentia ſectantes ad futura non adſpiciunt:mercenarij ſunt nõ
paſtores.Et nunc mercenarij multi ſunt,qui pro miſera gloriola vitam ſuam impendunt ac
produnt, qui iam quoque contra ſana domini verba ſchiſma ſuſcitant. Cum enim & tum
eadem dominus dixiſſet, ſchiſma inter Iudæos oriebatur. Quidam dicebant, dæmonium
habet,quidam vero,dæmon oculos cæcos vt videant illuminare non poteſt.Vides veterem
hunc eſſe ſchiſmatis morbum? Mox enim ventilabrum adeſt.Paleas ſecernit à frumento,&
quod leue eſt & inſtabile ſeiungit ab eo quod alendi vim habet.Quod autem ſpiritali conue
niens eſt alimonię, agricolis deputatur.Quapropter ſchiſma factum eſt,& alij iſto,alij alio
modo præſtantes fuerũt. Iudæorũ eſt in partes ſcindi. Eccleſia vero dei,tunicam inconſuti- L
lem,deſuper contextam adepta,quę à militibus ne ſcinderetur conſeruata eſt,Chriſtúmque
induta veſtimentum illius ne ſcindat. Et cognoſco oues meas,& cognoſcunt me meæ. Et
hæc ad blaſphemiæ ſuę ſtructuram rapuit hęreticus.Ecce,inquit,dictum eſt,cognoſcunt me
meæ,& cognoſco oues meas.Quid ergo vocat cognoſcere? An eſſentiam ſuam intelligere?
An magnitudinem emetiri? An ea contra diuinitatem ſentire, quæ tu ore impudenti & te-
merario pronuntiaſti? vel non ex præcedentibus menſuram cognitionis huius intelligis,
quid in deo cognoſcamus? Oues meæ, inquit, vocem meam audiunt. Ecce quomodo co-
gnoſcatur deus.Ex eo quod præcepta illius audimus, ex eo quòd illa audientes opere adim
plemus.Hæc demum eſt cognitio dei, obſeruantia videlicet præceptorum dei, non inanis M
illa curioſitas,non eſſentię dei & ſupramundanorum inueſtigatio, non rerum inuiſibilium
conſideratio. Cognoſcunt me meæ, & cognoſco meas.Satis tibi ſit ſcire, paſtorem eſſe bo-
num,animam ſuam poſuiſſe pro ouibus.Terminus hic ſit diuinæ cognitionis.Quantus ve-
ro ſit deus,& quæ illius menſura,& qualis eſſentia,talia ſciſcitanti ſunt periculoſa ei qui ro-
gatur perplexa,& talium medicina eſt ſilentium.Oues meæ,vocem meam audiunt.Audiũt,
inquit,non diſputant.Hoc eſt,non ſunt inobedientes, non contendunt. Audiſti filium, at
non ita generationis modos.Neque igitur vel à me petere,vel ipſi rationi ſubiicere,de qui-
bus nulla poteſt haberi ratiocinatio,neque per ſchiſma quod coniunctum eſt ſeparare velis.
Hac te ratione præoccupans euangeliſta communiuit ac cautum reddidit.Audiſti mane,&
continuo

† τὸ μισήσας τῶν συννόμων τὸ ἐπίβουλον, quod etiam de eo poteſt intelligi quod rixas fratrum Hebræorũ ferre non potuit.

πολυπραγμοσύνη.



A continuò audis. In principio erat verbum, ne filium humanam eſſe progeniem putes, quæ
ex non exiſtẽte prouenerit. Verbum illum eſſe dixit, propter impaſſibilitatẽ: vitã, propterea
quod tempori ſubiectus non eſt:principium, vt natum patri coniungeret. Vides morigerã
ouiculam,quomodo audiat vocem domini? In principio,inquit,& erat,& verbum. Ne di-
cas,quomodo erat? Et,ſi erat,genitus non eſt.Et,ſi genitus eſt,non erat. Ouicula non eſt iſta
dicens.Pellis ouilla eſt,intus vero lupus latet.Qui hæc dicit,pro inſidiatore habeatur.Oues
meæ,vocem meam audiunt. Audiſti filium? Intellige ſimilitudinem quam habet ad patrẽ.
Similitudinem dico propter imbecillitatem valentiorum corporum.Et alioqui veritas ita
habet.Non enim vereor accedere veritati. Non ſum ad ſycophantiam commodus. Verbo
B patris & filij identitatem ſeruo.Proprietatem in ſubſiſtentia filij,formam intellige paternã,
vt exacte imaginis rationem cuſtodias,vt competenter de deo ſentias. Ego in patre,inquit,
& pater in me eſt.Non confundit eſſentias,ſed vel ſimilitudinem identitatem exprimit. At
enim dilecte res iſta ſumme videtur contraria, vtpote quod veſtra audiendi obedientia im
becillitatem noſtram adegit in medium aliquid adferre ac dicere,vt potentia dei in organi
imbecillitate potiſſimum illuſtraretur. Nam hac forſan ratione imbecillitas noſtra ſupera-
bũdauit, vt hoc amplius glorificetur qui quod infirmum eſt corroborat. Qui vero noſtram
hanc panegyrim reduxit,& finem fecit anni præteriti votis, ac initium dedit tempori iam
imminenti(Hæc nanque dies præteriti nobis temporis circulum terminat,& rurſus initium
eſt iam aduenienti)qui & nos huc congregauit,& futuri energiam largitur,in illo nos cuſto
C diat indemnes,illæſos, & à lupi rapacitate ſecuros,& eccleſiam hanc immotam,ac magnis
martyrum turribus munitam conſeruet,& omnes furentium hæreticorum inſidias & incur
ſus in tranquillitate ac ſilentio auertat,nobis vero donet vt diuina oracula diſcamus,& do-
ceamus,ſubminiſtrata à ſpiritu ſancto gratia cui cum patre & filio ſit gloria & imperium,
nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

δι᾽ ἀσθένειαν τῶν δυνατωτέρων σωμάτων.

## HOMILIA BASILII MAGNI DE *ſpiritu ſancto.*

D

COgitet omnis anima de diuinioribus rebus quæſtionem inſtituens,an tales habeat
oculos,vt talia quærere,& quæ ſenſui videndi inuiſibilia ſunt, videre, & ad hunc
modum quærens apud eum quem quærit,iuxta quod ſcriptum eſt,habitare poſſit.
Scriptum eſt enim:Si quæris, quære, & apud me habita. Habitat autem tum apud
illum, ſi cum fide quærat.Nam etiam ſi non mox inueniat, à fide tamen eius quem quærit,
non diſcedit,ſed cum beato Dauide dicit: Admirabilis ex me facta eſt ſcientia tua,corrobo
rata eſt,nec potero ad ipſam.Et cum patre lunatici pueri:Credo domine,ſuccurre incredu-
litati meæ.Hunc itaque ſcopum habentes, cum fide de natura ſancti ſpiritus quæramus, ab
E ipſo eius quod quęrimus cognitionem petentes.Ipſe nãque eſt quod quæritur, ipſe ſuiipſius
cognitionem largitur,& vt de ipſo per diuinas ſcripturas didicimus,ipſe eſt qui ſanctos ſan
ctificauit,& qui diuinam vitam deum per ipſum petentibus exhibet. Neceſſe autem eſt, vt
excellat eos qui iſta accipiunt,qui ſanctificantur ipſo præſente, & corrumpuntur ipſo deſe-
rente,cum ipſe ſit perpetuus,ac fons quidam vitæ ſempiternæ.Quis autem ſit ſufficientię hu
ius ac facultatis modus,quo ſpiritus & omnibus & ſingulis præſto eſt.Conſideret mens di-
gna habita tali conſideratione,libera ab omni errore,hæreſi, & reliquis incantantium ac il-
licientium muliercularum voluptatibus.Accedat autem ad iſtam conſiderationem in qui-
F ete ac tranquillitate conſtituta.In tranquillo verò ſit non ſolum corpus,quo circundata eſt,
& corporis ſolita perturbatio,ſed & tota illa circumferentia,cœlum,terra,mare,& quicquid
in illis ratione præditum eſt. Deinde cogitet omnia ſpiritu dei referta eſſe,illum in omnia
vndique plenum, quaſi illabi & infundi,vndique ſubuenire & illuceſcere.Spiritus enim do
mini repleuit orbem,& quod continet omnia,ſcientiam habet dei. Illuceſcit autem omni-
bus dignis,quemadmodum ſolis radij nubes illuminant, & aſpectu fulgido ſplendeſcere fa
ciunt:ita & ſpiritus ſanctus corpus hominis ingreſſus vitam dedit, immortalitatem dedit,
ſanctimoniam dedit,& quod iacebat erexit.Quod verò à ſpiritu ſancto perpetuò mouetur,
animans ſanctum factum eſt. Habet autem homo per inhabitatorem ſpiritum dignitatem
propheticam,apoſtolicam,& angelicam,cum antea fuerit terra ac cinis.Erit verò nobis ma
niſeſtior

Hic ſermo habetur in fine libri. 5. contra Eunomium ex antiqua trãſlatione.

nifeſtior,& magis cōſpicua virtus & natura ſpiritus,quanta illa ſit, ſi cogitemus quomodo G
complectatur & ducat pro ſua voluntate ſanctos,vniuerſamque rationalem naturam. Seip
ſum nanque vniuerſæ cum cœleſtium virtutum,tum iuſtorum multitudini dedit, & totam
illam iuſtorum,ſiue magnorum,ſiue paruulorum,angelorumq; & archangelorum hypoſta
ſim ſanctificauit. Et licet vbiq; terrarum diuerſoq; modo aliis atq; aliis locis collocata ſint
corpora,ac reliquæ virtutes quoque diſcriminis aliquid inter ſe habeant, ſintq; à ſeinuicem
diuiſę,non tamen ita habet ſpiritus,nec per partes minutatim in ſingulos diuiſus diuinitus
illos viuere facit,ſed omnia tota illius virtute viuunt.Et adeſt vbiq; ſimilis deo, à quo mit-
titur,cum exiſtendo,tum vbique & in omnibus ſimiliter exiſtendo. Cū Mariæ Gabriel, aut
alius alicubi angelus cuipiam ſanctorum deſtinatum adferret euangelium,& quiſque pro- H
phetarum vaticinaretur,& Paulus Romæ,Iacobus Ieroſolymis,Marcus Alexandriæ,in aliis
alij ciuitatibus euangelium prædicarent,ita ſpiritu ſancto pleni erant, vt nulla locorum in-
terualla prohiberēt,quo minus eadem in ſingulis operaretur gratia. Et huius gratia deus eſt
quiſque ſanctorum.Dictum enim illis à deo eſt: Ego dixi dij eſtis,& filij excelſi omnes.Et:
Deus deorum (vtique ſanctorum) loquutus eſt.Et: Videbitur deus deorū(videlicet ſancto-
rum)in Sion. Neceſſe eſt autem diuinum eſſe ſpiritum,& ex deo eſſe,qui diis diuinitatis eſt
cauſa.Quemadmodum enim ardens eſſe,quod rebus ardentibus ardoris eſt cauſa:& ſanctū
eſſe oportet,quod ſanctos facit : ita deus ſit neceſſe eſt, qui diis,vt dij ſint, cauſam admini-
ſtrat. Cum itaque ſpiritus ſancti poſſeſſio tam ſit bona atque diuina,vbi iam illi fidem de- I
diſti,ſecurè & cum fidutia Chriſtum illius ſuppeditatorem quæres.Nam nemo Ieſum domi
num dicere poteſt,niſi in ſpiritu ſancto.Vitam autem, quam in alicuius hypoſtaſim effun-
dit ſpiritus,hanc in illo non circumſcribit,ſed quemadmodum in igne caliditas eſt,partim
quam in ſe habet, partim quam adfert aquæ aut alij eiuſmodi materiæ: ita & ſpiritus,& in
ſeipſo habet vitam,& qui participes illius ſunt,diuino quodam modo viuunt,vitam adepti
diuinam ac cœleſtem. Omnia nanque immortalia in ſeipſo complectitur, omnem men-
tem,omnē angelum,omnem animam,& neque mutationem quærit,cum bene habeat,ne-
que mutuationem, cum omnia habeat apud ſeipſum, imò nec auxeſim, cum ſit perfectiſſi-
οὐδὲ μεταλ-θεῖν. mus.Quapropter & omnia in illo perfecta ſunt,dilectio,gaudium,pax,tolerantia, bonitas, K
prudentia,ſapientia,conſilium,ſecuritas,pietas,ſcientia,ſanctimonia,redemptio,fides, ope-
rationes virtutum,dona ſanationum,& quæcunque alia iſtis ſimilia.Nihil habet in ſe quod
ſit aliunde aſcitum,ſed omnia perennia habet tanquam ſpiritus dei,& ex deo prodiens,deū
ſui cauſam fontis inſtar habens & ex illo promanans.Fons eſt autem & ipſe, bonorum ſci-
licet,de quibus iam diximus.Verùm ſpiritus ex deo promanans eiuſdem cum illo eſt ſubſi-
ſtentiæ:quæ verò ex ſpiritu profluunt,ipſius ſunt operationes. Hunc ſpiritum ſanctum deus
opulentè in nos per Ieſum Chriſtum effudit.Effudit,inquam,non creauit,dedit,non condi
dit.Contentioſè idem repeto tui gratia, quem oportet vndique firmum ac munitum eſſe,
vt ſcias quid ab iſto ſpiritu doctus, vbi quæſtionem mouentibus reſpondendum eſt, dicat. L
Doctus à deo vocatur à propheta dicente : Et erunt omnes docti à deo. Multum itaque de
hoc numine ineſt animæ rationali, niſi propria ignauia deficere ab illo velit. Si verò illi ſe
coniunxerit,& quaſi in vnum coierit,audiet illud Apoſtoli: Qui domino adhæret, vnus cū
illo ſpiritus eſt,cui ſit gloria, Amen.

## CONTRA SABELLIANOS ET ARIVM *& Anomœos Baſilius Magnus.*

M
PVgnat Iudaiſmus cum Gentiliſmo, & vtrique cum Chriſtianiſmo. Quemadmo-
dum Aegyptij & Aſſyrij,& inter ſe hoſtiliter diſſidebant, & vtrique Iſraëli infenſi
erant.Vt in malitia deprendimus, & audaciam pariter ac timiditatem inter ſe pu-
gnare,& nihilominus ambas à recta animi fortitudine diſſidere. Talis quædam pu
gna etiam contra rectæ fidei cōfeſſionem ex vtroque latere inter ſe diſſidētium hoſtium ex-
citata eſt,illinc Sabellio, hinc iis qui Anomœū prædicant irruentibus. Nos vero,quēadmo-
καὶ τὸ πολύθεον αὐτῶν. ἄθεον εἶναι κατέγνωμεν dum Gentiliſmum euaſimus ac prauam illius idololatriam declinauimus,multorūq; deorū
cultum impium eſſe cognouimus:ita & Iudæorum blaſphemiam filium dei negantium eua
ſimus,minas illas veriti,quibus dictū eſt à domino.Qui me negauerit corā hominibus, ne-
gabo



A gabo ipſum & ego coram patre meo,qui in cœlis eſt.Fugiamus itaque, vt par eſt, & eos qui
& Gentiliſmo & Iudaiſmo cognata dogmata contra doctrinam veritatis adinuenerunt.
Poſtquàm enim callidiſſimus ad nocendum diabolus Chriſtianorum à Gentibus ac Iudæis
abalienationem, & quod ad illorum appellationem mox hoſtile quiddam ſpiramus, ani-
maduertit,noſtro vtriſque impoſito nomine, Iudaicam iterum negationem, ac Gentilem
multorum deorum cultum introducere conatur. Illi nanque cum vnigenitum opus ac fa-
cturam dei eſſe dicunt, & illum nihilominus adorant, diuinòque honore afficiunt, aperte
Gentiliſmum creaturæ ſeruientes & non deo introducunt.Iſti vero deum ex deo negantes,
& nomine quidem filium confitentes, re ipſa vero ac veritate ſubſtantiam illius reproban-
B tes,Iudaiſmum denuo renouant.Nam quando verbum illum eſſe confitentur, interno ver-
bo comparant, & cum ſapientiam illum eſſe dicunt, ſimilem faciunt habitui qui in anima
eruditorum conſiſtit.Quapropter & vnam conſtituunt patris & filij perſonam, quod & ho
mo vnus dicatur,non diuiſus,propter verbum quod habet & ſapientiam.Atqui Euangeli-
ſta mox in Euangelij ſui exordio clamat, dicens. Et deus erat verbum, quia ſanè ſententia
propriam filio ſubſtantiam tribuit. Si nanque in corde erat verbum, quomodo deus erat?
quomodo erat apud deum?Neque enim verbum quod in homine eſt,homo,neque apud ho
minem eſſe dicitur,ſed in homine.Etenim nec viuidum eſt,nec ſubſiſtens. Dei vero verbū,
vita eſt & veritas.Et noſtrum verbum,ſimul atque dictum eſt,amplius non eſt, de dei vero
C verbo quid dicit pſalmus? In æternum domine verbum tuum permanet in cœlo.Et hinc
quidem hoc bellum mouetur, ex alia vero parte, quæ eſt, & qualis eſt contra veritatem lu-
cta?Illi ſubſtantiam quidem filij concedunt,& propriam filio perſonam & patri quoq; pro-
priam ſtatuunt,inæqualitatem vero naturæ introducunt, & nomen filij, ſi vocem ſpectes,
concedentes,reipſa ad creaturam vſque illud deducunt, nihil veriti vocem domini, qui ſe
ipſum patrem videre geſtienti diſcipulo oſtendit dicens. Qui me vidit,patrem vidit. Hæc
autem vox,ſi rectè reputetur,vtrorumq; blaſphemias obturat.Neque enim patrem ſeipſum
eſſe dicit,qui perſonas conſpicue diuidit,cum dicit,qui vidit me.Nam hinc propriam ſuam
perſonam demonſtrat.Cum vero ſubiungit,vidit & patrem meum,ad patris perſonam reſ
D picit,& manifeſte illam à ſua diuidit.Quod & in eò facit,vbi dicit. Si cognouiſſetis me, &
patrem meum vtique cognouiſſetis. Non enim iſta perſonarum confuſionem ſignificant,
ſed indifferentem per omnia diuinitatem commendant. Audiant autem hunc ipſum ſer-
monem aduerſarij quoque,quod paterna gloria priuatus non ſit,qui,vt filius paternæ digni
tatis conſors eſt.Alienum enim genitor non genuit,ſed talem,qualis ipſe eſt.Audiat Ano-
mœus.Ego & pater vnum ſumus.Audi & tu Sabelli.Ego exiui à patre,& ad ipſum vado.V-
terque vulneri ſuo ex euangelij doctrina remedium ſumat. Et tu quidem vnitatem ad te-
nendam naturæ indifferentiam hinc collige, tu vero ex eo quod dicit, exiui à patre, & ad
ipſum vado,differentiam perſonarum diſce.Coëamus igitur in iſtis,& pacem amplexi pro-
E lixum illud contra pietatem bellum,abiectis impietatis armis ad nocendum acutis, & lan-
ceis in aratra,gladiis vero in falces commutatis,ſoluamus.Neque tu tantum dicas,ſed con-
ſequere eum qui dixit.Non ſum ſolus ſed pater qui miſit me,mecum eſt.Alius itaque eſt pa
ter qui miſit, & alius filius qui miſſus eſt. Et iterum. Ego, inquit, teſtimonium de me ipſo
perhibeo,& teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater. Et in lege veſtra, inquit, ſcri-
ptum eſt,quod duorum hominum teſtimonium verum ſit.Numera,ſi placet,perſonas.Ego
inquit,vnus ſum,qui teſtificor.Et teſtificatur de me qui miſit me.Ecce duos teſtes. Ego non
auſim ita numerare.Verum dominus ipſe ita docuit dicens.In lege veſtra ſcriptum eſt,quod
duorum hominum teſtimonium verum ſit. Tu vero,qui alio impietatis genere deo repu-
gnans,filium deo natura non eſſe ſimilem dicis, qui æqualitatem negas, ac vitæ ſeparatio-
F nem inducis,Paulum reuerere dicentem.Qui eſt imago dei inuiſibilis, ac imagini viuenti
hoc tribue,quod vitæ,vt archetypo ſuo, per omnia ſimilis ſit. Confitere patrem filium ge-
nuiſſe,non vt creaturam condidiſſe.Et in vera patris confeſſione parem honorem filio cum
patre adſcribe,memor Euangelici teſtimonij,quod deum patrem ſuum eſſe dixit, æqualem
ſeipſum deo faciens. Aequalem autem eſſe patri:de natura, non de corporali quadam ad-
menſuratione intelligendum eſt.Quomodo vero rapinam non eſt arbitratus æqualem eſſe
ſe deo,ſi nunquam deo,vt tu blaſphemas,æqualis fuit?Quomodo in forma dei fuit, qui ſe-
cundum tuam opinionem nunquam deo ſimilis fuit? Talis quidem vtrinque pugna nobis
eſt,veritas vero quæ? Neque tibi horror ſit confiteri perſonas, ſed dic patrem,dic & filium,

non vni rei duo nomina tribuens,ſed ex vtraque appellatione cuiuſque proprium intelle- G
ctum edoctus.Grandis enim improbitas eſt,non admittere doctrinas domini, tam conſpi-
cue perſonarum nobis alterationem ſecernentis.Nam ſi abiero,inquit,rogabo patrem,& a-
lium vobis paracletum mittet. Filius itaque eſt rogans, pater qui rogatur, paracletus vero
qui mittitur.An non igitur manifeſte impudens es,qui cum audias,ego,de filio,ille,de pa-
tre,alium,de ſpiritu ſancto,omnia miſces,omnia confundis, & vni rei omnes haſce appel-
lationes imponis?Attamen rurſus neque tu perſonarum diuiſionem rapinæ loco ad impie-
tatem tuam ſtabiliendam abripito. Licet enim numero duo ſint pater ac filius, natura ta-
men diuiſi non ſunt,neque qui duas perſonas dicit,ſtatim alienationem inducit.Vnus deus
eſt,& pater,vnus deus & filius,non dij duo.Nam patri filius ſimilis eſt. Non enim aliam in H
patre diuinitatem intueor,& aliam in filio, neque aliam illius & aliam huius naturam po-
no. Vt igitur perſpicua tibi ſit perſonarum proprietas ac differentia, numera ſeorſum pa-
trem,ſeorſum quoque filium.Ne vero in errorem plurium deorum deficias,vnam in vtro-
que eſſentiam confitere.Hoc pacto & Sabellius cadet,& Anomœus côteretur.Quando ve-
ro vnam eſſentiam dico,ne duas perſonas ex vna tanquam in duas partes diuiſa cogitare ve
lis,ſed ex princip[io] patris filium ſubſiſtentem, non patrem & filium ex vna eſſentia, quaſi
præcedente, deſcendentes. Non enim fratres dicimus, ſed patrem ac filium confitemur.
Quod autem ad eſſentiam attinet,pares ſunt. Ex patre nanque filius, non mandato factus,
ſed ex illius natura genitus eſt,nô ſeparatus à patre,ſed ex patre ſempiternè perfecto,perfe- I
ctus reſplendens.Nolo autem mihi quotquot vel non perfectè dictis noſtris attenditis, vel
calumniandi gratia nos circundatis,non aliquid à nobis vtilitatis quærentes.Sed verbis no
ſtris inſidiantes,circumquaque curſitando dicatis, duos deos prædicat, cultum multorum
deorum annuntiat.Non ſunt duo dij,neque enim ſunt duo patres.Qui duo principia indu-
cit,ille duos quoque deos prædicat.Talis autem eſt Marcion,& ſi alius quiſquam illi impie-
tate ſimilis eſt.Rurſus & ille duos eſſe deos dicit qui alterius eſſentię genitum eſſe dicit à ge
nitore,propter eſſentiæ diſſimilitudinem multorum deorum errorem introducens,dum cô
trarium genito faciens ingenitum,contrarias abſque dubio & illorum eſſentias conſtituit.
Siquidê,vt tradit,patris eſſentia eſt ἀγεννησία,eſſentia vero filij ἡ γέννησις. Itaque non iam du- K
os tantum deos dicis,ſed & inter ſe diſſidentes,& quod omnium eſt peſſimum,non ex vo-
luntatis propoſito,ſed naturali conſtitutione diſſidentes,quæ nunquam in pacem & concor
diam redire queat.Verum doctrina veritatis,vtrinque contrarietates iſtas euaſit.Vbi nanq;
vnum principium,vnumque ex ipſo principio,& vnum archetypon,ac illius vna imago tra
ditur,ibi vnitatis doctrina non corrumpitur, propterea quod ex patre genitus, patrêmque
in ſeipſo naturaliter exprimens,vt imago quidem, per omnia illi reſpondet, vt progenies
vero ὁμοούσιον obtinet.Neque enim qui regiam in foro conſpicatus imaginem Regem qui
in tabula depictus eſt,dicit,duos ob id Reges confitetur,imaginem videlicet,& eum qui per
imaginem repræſentatur,neque ſi demonſtrato eo,qui in tabula pictus eſt, dixerit, hic Rex
eſt,mox imaginis prototypon Regis appellatione priuauit.Imô magis per hoc quod imagi L
nem Regis Regem appellat,Regi ſuum confirmat honorem. Si nanque imago Rex voca-
tur, multo magis par eſt Regem eſſe eum, cuius cauſa facta eſt imago. Sed hic quidem, li-
gnum, cera, & pingendi artificium imaginem facit corruptibilis hominis corruptibilem,
figuram videlicet eius,qui arte exprimitur.Illic vero,quando imaginem audis,ſplendorem
gloriæ intellige.Quis vero eſt ſplendor ille,& quæ gloria?Ipſe hoc ſtatim Apoſtolus expo-
ὑπόστασις. ſuit,dicens,& character ſubſiſtentiæ.Idem eſt ergo ſubſiſtentia quod gloria:character,quod
ſplendor.Manente itaque gloria iſta perfecta,ita vt nihil imminuatur, perfectus quoque ex
ipſa procedit ſplendor.Ad hunc modum quæ de imagine dicuntur magnifice ac deo com-
petenter ſumpta,diuinitatis nobis vnitatem commendant.Eſt enim filius in patre, & pater M
in filio.Nam & filius talis eſt,qualis eſt pater,& pater talis,qualis eſt filius.Ita vniuntur duo
ſi intellexeris filium à patre nihil differre,neque aliud illi genus, aut alienum characterem
eſſe cogitaueris.Dico igitur iterum.Vnus & vnus,ſed natura indiuiſa eſt,& indeficiens per-
fectio.Vnus itaque deus,quoniam vtriuſque vnum genus conſideratur,quod in vtroque in-
tegrum ac totum oſtenditur.At iterum vos moleſtè ſermonem noſtrum ferre video,& tan
tum non audire me puto,quod confeſſis immorando,vulgatas quæſtiones non attingo.To
tum enim nunc auditorium de ſpiritu ſancto audire geſtit.Ego vero maximè omnium ſim
pliciter,vt illa accepi,& vt abſque vlla curioſa veſtigatione aſſenſum illis præbui, ita & au-
ditoribus



A ditoribus tradere vellem,vt non ſemper de eiſdem mihi reddenda eſſet ratio,ſed vt ex vna
confeſſione perſuaſos haberem diſcipulos.Quoniã verò nos circundatis iudices magis quã
diſcipuli,vt experimentum de nobis capiatis,nô vt aliquid à nobis diſcatis,neceſſarium eſt,
vt abiectionibus quidem velut in ius vocati reſpondeamus, iuxta verò vt eadem perpetuo
inculcemus quæ accepimus.Hortamur autem vos,ne quouis modo quod vobis probetur,ex
nobis audire quæratis,ſed quod domino placeat,& conſonum ſit ſcripturis, nec à patribus
diſſideat.Quæ itaque de filio diximus,quod videlicet propriam illi perſonam eſſe confiten-
dum ſit,eadem & de ſpiritu ſancto dicere poſſumus.Non enim idem eſt ſpiritus, qui pater,
quod ſcriptum eſt,quoniam deus ſpiritus eſt. Neque iterum vna eſt filij ac ſpiritus perſona,
B quoniam dictum eſt.Si quis ſpiritum Chriſti non habet,ille non eſt eius. Si vero Chriſtus
in vobis eſt &c.Nam hinc quidam erroris anſam ſumpſerunt,vt ſpiritum & Chriſtum eun-
dem eſſe dixerint.Sed quid dicimus?Quod ex iſto ſermone naturæ ſignificetur proprietas,
non perſonarum confuſio.Eſt quidem pater, perfectam habens ac nullius indigam eſſen-
tiam,radix & fons filij ac ſancti ſpiritus exiſtens,eſt vero & filius in plena diuinitate viuens
verbum,& progenies patris nulla in re deficiens.Plenus eſt autem & ſpiritus,non pars alte-
rius ſed perfectus & totus in ſeipſo conſiderandus. Coniunctus quidem indiuulſè patri eſt
filius,coniunctus item filio eſt ſpiritus.Nihil enim eſt quod dirimat, nihil quod ſempiter-
nam illam coniunctionem abſcindat.Nullum nanque inter illos ſeculum interlabitur, nec
C anima noſtra ſeparationem aliquam cogitare poteſt qua vel filius patri,vel ſpiritus ſanctus
non ſemper filio ſit coniunctus. Quandocunque igitur ſancta Triada coniungimus noli
quaſi tres vnius cuiuſdam rei inſeparabilis partes cogitare. (Impia nanque eſt hæc cogita-
tio) ſed trium perfectorum & incorporalium inſeparabilem côiunctionem intellige. Nam
vbi ſpiritus ſancti præſentia eſt,ibi eſt & Chriſti,vbi vero Chriſtus,ibi adeſt vtique & pater.
Ignoratis,corpora veſtra templum eſſe ſpiritus ſancti? Et ſi quis templum dei prophanaue-
rit,hunc perdet deus. Cum itaque per ſpiritum ſanctificati ſumus, Chriſtum recipimus ha-
bitatorem noſtri,in hominem internum,& cum Chriſto patrem,qui communem apud di-
gnos inſtituit habitationem.Hanc autem coniunctionem declarat & baptiſmi traditio, &
D fidei confeſſio.Nam ſi alienus eſt à patre ac filio ſpiritus, quomodo illis connumeratus eſt?
Et ſi ſub temporum articulis poſtea patri & filio acceſſit, quomodo cum ſempiterna coor-
dinatus eſt natura?Qui vero filium à patre ſeparant,& creaturæ ſpiritum connumerant, &
baptiſmum inutilem reddunt,& fidei confeſſionem eneruant. Neque enim Trias ſeparato
ſpiritu trias manet,& ſi aliqua creaturæ portio patri ac filio adiungitur,vniuerſa creatura ſi-
mul ad eam ſocietatem accedet.Quid nanque hoc pacto prohibebit quin dicatur. Credo in
patrem & filium,& in vniuerſam creaturam.Nam ſi pium eſt in aliquam creaturæ portio-
nem credere, multo ſanè honeſtius eſt totam creaturam ad fidei confeſſionem admittere.
In totam vero creaturam credens, non in angelos tantum credis & ſpiritus adminiſtrato-
E rios,ſed & ſi quæ ſunt aduerſariæ poteſtates,quandoquidem & ipſæ creaturæ pars ſunt, in il
las quoque fidei confeſſionem transferes.Ita & blaſphemia in ſpiritum ſanctum ad impias
& nefandas opiniones abducet.Mox enim vbi de ſpiritu ſancto quæ non decent dixeris,no
tam quoquo habes & apertam ſignificationem, quod ſpiritu dei deſtitutus ſis. Nam vt qui
oculos clauſit,tenebras ipſe ſibi accerſit, ita qui à ſpiritu ſancto ſecedit, extra eum qui illu-
minat conſtitutus,animæ cæcitate offunditur.At ne ſpiritum ſanctum à patre ac filio ſepa-
res,abſterreat te dominica traditio.Dominus ita docuit,Apoſtoli prædicarunt,patres obſer
uarunt,martyres confirmarunt.Satis tibi ſit vt dicas quemadmodum edoctus es. Nec obii-
cias mihi arguta illa & captioſa,vel ingenitus eſt ſpiritus vel genitus. Quod ſi ingenitus eſt
pater, ſi genitus, filius eſt:ſi vero nihil horum, ergo creatura eſt. Ego vero agnoſco illum
F quidem cum patre, patrem vero eſſe non ita, & cum filio illum coniunctum accepi, filium
vero appellatum non accepi.At coniunctionem quidem quæ cum patre eſt intelligo, ex eo,
quod ex patre egreditur,quæ vero eſt ad filium,inde,quod audio. Qui ſpiritum Chriſti non
habet,hic non eſt eius. Si enim Chriſto coniunctus non eſt, quomodo Chriſto coniungit?
Audio illum & ſpiritum veritatis dici.Dominus vero veritas eſt. Quando vero audio ſpi-
ritum adoptionis vocari,admoneor vnitatis quam iuxta naturam habet cum patre & filio.
Quomodo nanque adoptaret quod alienum eſt? Quomodo appropriaret & coniungeret
quod peregrinum eſt? Ad hunc itaque modum nec noua verba fingo, neque ſpiritus maie-
ſtatem reprobo.Eos vero qui creaturam illum vocare non verentur deploro ac defleo,quod


modico

modico ſophiſmate ſeipſos,& fucato paralogiſmo in barathrum abiiciũt. Quoniam enim, G
inquiunt,mens noſtra hæc tria comprehendit,nec quicquam eſt in rebus exiſtentibus quod
non in diſtinctionem hanc rerum exiſtentium cadat,vt vel ſit ingenitum,vel genitum,aut
creatum,& ſpiritus nec ad primum, nec ad alterum referri poteſt, neceſſarium ergo eſt, vt
ad tertium referatur. Hoc veſtrum, ergo, ſempiternæ vos maledictioni obnoxios conſti-
tuet.Omnia ne ſcrutatus es? Vniuerſa ne cogitationibus tuis iſti diuiſioni ſubiecisti? Nihil
inexquiſitum reliquiſti? Cuncta mente tua complexus es? Omnia intellectu tuo compre-
hendiſti?Nôſti quæ ſub terra ſunt? Nôſti quæ abdita ſunt in profundo? Dæmoniaca iactan-
tia eſt,quæ dicit,noui ego numerum arenæ,& menſuram maris. Si vero multa ignoras, & H
quæ ignoras cognita innumeris modis ſuperant, qua nam ratione non cum omnibus &
eam ignorantiam de modo eſſentiæ ſpiritus ſancti, quæ periculo caret, abſque vllo pudore
fateris?Mihi verò non vacat,vt rationem tuarum vanitatum arguam & oſtendam, quàm
multa ſint in rebus exiſtentibus,quæ intellectus tui rationes fugerint.Illud libenter ſanè ro
garim eos qui veſtræ partis ſunt. Affirmo autem, quod olim te impiæ huius vafriciei, qua
ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicis,pœnitebit.Non abhorres à peccato illo irremiſſibi-
li?Aut quid putas vnquam ita impie blaſphemari poſſe,quod iſtam blaſphemiam adæquet?
Ex vna nanque hac voce, omnia vnum ſunt peruerſiſſimè. Alienatio à deo, quod ad ipſam
attinet naturam,ſeruitutis humilitas, munera obeundorum miniſteriorum, priuatio ſan- I
ctimoniæ,dum illa non adeſt quæ ex natura eſt,& opus eſt ſpiritui,vt eius ſit particeps, quæ
eſt ex diſpenſatione gratiæ,vt & reliqua habent,quotquot ſanctificata ſunt. Et quemadmo-
dum datur nobis manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, & vt vnicuique ſecundum fidei ana-
logiam admenſuratur,ita erit & ſpiritus ſanctimoniæ particeps,ſi ſecundum pneumatoma-
chorum opinionem creatura eſt. Imò ne committamus, vt illorum ſtultitia inculpata vi-
deatur,qui ſe omnia intellectu apprehendiſſe putant.Reſpondeant itaque nobis,quæ ſit vi-
ſibilis huius ſolis eſſentia,An vnum ſit ex quatuor elementis, vel compoſitus ſit ex illis. At
neque terra eſt,neque aqua,nec ignis,nec aër.Nam iſta directe mouentur, Alia quidem ſur
ſum,alia verò deorſum ad ima.Terra & aqua ad inferiora deferuntur, propter grauitatem: K
aër & ignis ad ſuperna mouentur propter leuitatem. Solis autem motus circularis eſt. Ita-
que nullum eſt ex quatuor elementis.Quin neque compoſitus eſt ex ipſis. Nam compoſita
ægre coniuncta continentur, propterea quod ex contrariis conſtituta ſunt, quorum quod-
que renitenti motu aliis aduerſatur. Solis vero motus indefeſſus eſt, adeóque & irremiſſus,
& ob id non compoſitus.Atqui in corporibus ita comparatum eſt, vt vel ſimplicia ſint vel
compoſita. Solis verò corpus nec ſimplex eſt, neque enim directe mouetur: nec compoſi-
tum,quandoquidem abſque vlla moleſtia mouetur. Non eſt igitur, ſol. Tales ſunt argutæ
illæ veſtræ diſtinctiones, apud eos qui oculis præditi ſunt, ridiculæ. Rurſus reſpondeant
quomodo videamus nos homines.An ita,vt formas rerum viſibilium apprehendamus,vel L
vt virtutem quandam ex nobis foras emittamus. At neque viſibilium rerum imagines ap-
prehendimus, quomodo nanque exiguo illi pupillæ foramini hemiſphærium hoc cœli re-
præſentaretur, neque quicquam ex nobis emittimus, nam quo pacto quod emitteretur ex
nobis ad amplitudinem illam cœli complectendam ſufficeret? Si vero neque rerum viſibi-
lium ipſi imagines apprehendimus, nec aliquam è nobis facultatem emittimus, ergo non
videmus. Quid igitur?Arguam ne veſtros ſyllogiſmos, vel imprecabor vobis, vt veræ ſint
veſtræ concluſiones? Quid intereſt inter huiuſmodi ſermones, & veſtram de ſpiritu ra-
tiocinationem, quam apud miſeras mulierculas, aut eunuchos mulierculis pares ac vici-
nos iactatis? Audi citra moleſtiam ac contumeliam. Si ex deo eſt ſpiritus, quomodo inter
creaturas illum collocas? Non enim illud mihi dices, quod omnia ex deo ſunt. Quemad- M
modum enim Chriſtus dei quidem dicitur, non tamen creatura eſt vt nos. (Nam Chriſti
nos ſumus, Chriſtus vero dei. At aliter nos Chriſti dicimur, nempe vt ſeruus domini, a-
liter Chriſtus dei, vtpote filius patris, dicitur) ita & ſpiritus, non ideo quod omnia ex deo
ſunt, & ipſe, vt omnia reliqua, ex deo eſt. Non enim quoniam & adminiſtratorij ſpiritus
ſunt,ſimilis illis eſt & ſanctus ſpiritus, propter ſpiritus appellationem, Nam vnus eſt vere
ſpiritus. Vt enim multi quidem ſunt filij, vnus autem eſt verus filius, ita & omnia ex
deo eſſe dicuntur, proprie tamen & filius & ſpiritus ſanctus ex deo ſunt. Nam & filius à
patre egreſſus eſt, & ſpiritus quoque à patre progreditur. At filius quidem ex patre per
generationem, ſpiritus verò ex deo modo arcano & ineffabili. Quantum itaque pe-
riculi

τῦτο ὑμῶν τὸ ἄρα, τῆς αἰωνίω ἀρᾶς ὑποδίκους ὑμᾶς κατασήσει.

πάντα ἕν ἐστι τὰ δεινότατα.



A riculi eſt extenuare gloriam paracleti. Gloriam,quæ ſibi impẽdatur non agnoſcit filius de-
honeſtato ſpiritu.Nam ille me,inquit,glorificabit. Non vt ſeruus cum creaturis. Etenim ſi
cum omnibus glorificaſſet,non eſſet dictum à domino, ille me glorificabit. Iam vero,quo-
niam glorificationem ad vnum ſpiritum refert, excellentem quandam quæ aliorum glori-
ficationem ſuperet gloriam commendat.Non enim vt illi qui dixerunt, Gloria in excelſis
deo,ſed quemadmodum is qui dixit,pater,glorificaui te. Opus quod dediſti mihi conſum-
maui. Et vt pater filium glorificat dicens. Et glorificaui te atque iterum glorificabo,ita &
ſpiritum filius in ſuam ac patris communionem aſſumit. Aut oſtendat mihi quiſquam ma
iorem iſta gloriam, & omnia fatebor verè ac rectè ab aduerſariis dici. Qui vos ſpernit,me
B ſpernit. Quare?Propter ſpiritum videlicet habitantem in ipſis.Itaque qui non cohoneſtat
ſpiritum,nec filium honore afficit. Qui vero filium honore non afficit,nec patrem cohone
ſtat. Itaque ad hunc modum circa vnum aliquid eorum quæ credenda ſunt perfidia,totius
diuinitatis abnegatio eſt.Si creatus eſt ſpiritus,diuinus non eſt.Atqui ſpiritus, inquit, diui-
nus qui me fecit.Et adimpleuit,inquit,deus Beſeleel,ſpiritus diuinus,ſapientia & prudẽtia.
Vbi igitur inuenis numen vicinum fieri,creatura ne hoc fit an diuinitate? Quod ſi creatura
dixeris,& patrem ipſum domini noſtri Ieſu Chriſti creaturam dices.Scriptum eſt enim de
illo.Sempiterna ipſius potentia ac diuinitas.Si vero diuinitate,relicta blaſphemia, agnoſce
patris authoritatem ac maieſtatem.Ita ne omnis intelligentiæ expers es, vt neque ipſa voce
C adducaris,vti rectè ac competenter de ſpiritu ſentias?

## BASILIVS MAGNVS DE POENITENTIA.

ARrogantiam eorum qui pœnitentiam abrogare audent,non ferens obſeruandiſſi-
mus frater,alterum iam nobis mandatum hac ipſa ſuperbia obſeruata miſit. Cor-
dati viri eſt dextram fratribus ad pœnitentiam porrigere.Sermo autem hic homi
nibus vtiliſſimus eſt. Nemo enim hominum ſine peccato eſt. Nam vni hoc teſti-
monij datur, quod peccatum non fecerit. Loquamur vero de pœnitẽtia cum ex veteri tum
D ex nouo teſtamento.Etenim illa theſaurus ſunt eccleſiæ,Pœnitentiam autem non ita com-
mendabimus,vt fratris peccatum promoueamus.Nolumus enim eum qui deliquit, pecca-
to,ſpe pœnitentiæ,immorari,ſed magis iacentem erigere ſtudebimus. Deſperatio nanque,
quæ ab aduerſariis introducitur, eum qui ſemel cecidit, in peccatis volutari ac perdurare,
pœnitentiæ vero expectatio iacẽtem ſurgere & amplius non delinquere hortatur.Qui vero
nos ſumus,vt deo præſcribamus?Vult deus remittere peccatum,quis prohibebit? Nos dici-
mus,non quid illi auſint,ſed quid deus præcipiat, Num qui cadit,non reſurgit? Contradi- Eſaiæ.1.
cemus ne deo,qui cadit non reſurgit? Non perſuaſit tibi nudo verbo? perſuadebit cõſpicuo
exemplo.Quid enim tam non poteſt elui,atque coccinum?Quid niuis aut lanæ mundæ al-
E bedinem adæquare apud nos poteſt?Et tamen qui iſta condidit dicit, Quod ſi peccata ve-
ſtra fuerint ſicut colores qui elui nequeunt, ſi lauemini,ad puritatem niuis mutabuntur.At
iſta remiſſio non eſt poſt baptiſmum.Dixit enim,inquit,aduerſarius, Lauemini, mundi e-
ſtote.Hoc ipſum eſt quod ſi ex nobis ſciſcitati eſſetis, libenter ex ſcripturis oſtendiſſemus,
nempe,quod peccatorum remiſſio & poſt baptiſmum ſperanda ſit. Non enim contradicen
dum eſt electis aduerſum ea quæ leuia ſunt,ſed aduerſus ea quæ in cõtrario ſermone firmius
obſiſtere ac reniti videntur. Donec enim repugnantia animis exempta non fuerint, curari
non poterit,qui laborat.Verum quoniam quæ acerba ſunt ac ſalſa locum non habent vt dul
F ceſcant,& nos ex veteri teſtamento iam loquimur, dicamus quid illi aduerſum ea quæ ex
veteri teſtamento dicuntur proferant.Dicunt enim quòd ſi ante ſeruatoris paſſionem, pri-
uſquam ſacer ille ſanguis pro nobis effunderetur, ex veteri teſtamento de pœnitentia nobis
aliquid legeritis,dicimus in veteri teſtamẽto quidem remiſſum eſſe peccatum,in nouo ve-
ro non eſſe remiſſionem,propter paſſionem.Nos vero ſi ex nouo teſtamento oſtenderimus,
quod & poſt baptiſma & acceptum ſpiritum qui peccauit à peccato per pœnitentiæ chariſ-
ma reuocatur,manifeſtum erit & poſt baptiſma pœnitentiæ locum eſſe iis qui deliquerunt.
Et quæ in veteri tamen teſtamento habentur, fidem habent & autoritatem pro ſtatuẽda pœ
nitentia.Vt attendentibus dico. Vnde & grauiora attingã,vt concepta ſpe poſtquàm ſemel
lapſi ſumus in peccato non perſeueremus.Non es perſuaſus per exemplum, vel iuramento

 affirmanti

affirmanti deo crede.Dicit enim deus.Viuo ego dicit dominus.Hoc iuſiurandum deo com G
petit. Quoniam enim maiorem ſe non habet, iurat autem propter incredulitatem eorum
qui pœnitentiam tollunt, viuo ego dicit dominus,& nemo abſterretur, quoniam nolo mor
tem peccatoris ſed vt conuertatur & viuat.Qui viuit, viuere vult peccatorem. Eſt ne deus
etiam cum iurat indignus cui credatur?An neque verbo,neque exemplo, neque iuramento
fidem habes?Vel operibus crede.Non eſt ſubuerſa Niniue.Pœnitentiam enim egit. Moleſtè
ferebat propheta,quod non ſubuertebatur,& huius gratia exurgebat† colocyntis.Reſpōdet
†Vel ſilueſtris cucurbita. autem tibi dominus,vt memor ſis ipſum eſſe bonum. Vereor autem ne audias ab ipſo. An
oculus tuus nequam eſt,quod ego bonus ſum? Quis magis impius quàm Achab deſcriptus
Achab. eſt(vt ſcripturam legentibus loquor)Præter reliquas rapinas,& vineam, occiſo illius domi- H
no rapuit.Deſcendebat ad poſſidendum illam,deſcendebat,cum gaudio occurrit illi qui tri
ſtem redderet,qui argueret,Propheta, non vt hoſtis,ſed parcens.Pronuntiauit non ſuam ip
ſius ſed domini ſententiam.Lata ſententia ſaccum induit Achab maieſtatem exuit. Scriptū
enim eſt, quod ipſe propheta qui ad ferendam condemnationis ſententiam miſſus fuerat,
audierit à deo,quoniam precatus eſt Achab, minas veritus, quæ illi minatus ſum in diebus
ipſius non euenient.Adigor ad boni pharmaci deſiderium. Dauid,ſanctus ille,& poſt pec-
Dauid. catum quoque ſanctus,ex decem præceptis tria,in vna cauſa transgreſſus eſt.Quoniam vo-
bis loquimur,dicamus hac de re clarius.Commiſſum eſt & homicidium, & adulterium, &
alienæ vxoris concupiſcentia quoque.Peccaui homo iuſtus,& iudicem ipſum proprij deli- I
cti conſtituit deus.Et quoniam trabem in oculo noſtro non videmus,videmus autem feſtu
cam in alieno,propoſuit illi cauſam ipſius tanquam alienam,dicens.Erant duo viri in ciui-
tate vna,ille diues,hic pauper.Diues habebat multas oues,pauper vero agnam vnam quę in
ſinu ipſius quieſcebat(hoc autem eſt vxoris myſterium)& cum ipſo comedebat,& ex pocu-
lo ipſius bibebat. Diuiti venit hoſpes quidam peregrinus (rectè peregrinus dicitur hic hoſ-
pes,non enim talibus aſſueuerat Dauid)Hoſpes,inquam,peregrinus quidam ad diuitem ve
nit. Nolens ille hoſpiti de ſuis aliquid mactare, vnam illam pauperis agniculam abreptam
mactauit (Quantumuis ſanè cadat vir robuſtus,mox tamen reſurgit) Moleſtè factum hoc
tulit Dauid(erat enim ipſe Dauid,qui ceciderat)Viuit dominus,inquit,morte dign⁹ eſt qui K
hoc fecit.Sentētiam ipſe aduerſus ſeipſum tulit. Hanc vbi tulerat,propheta declarauit quis
hic homo eſſet.Statim Dauid ad pharmacum properauit, videbat vulnus,confugit ad me-
dicum.Peccaui,inquit.Et mox adhibita eſt medicina.Et dominus, inquit, tranſtulit pecca-
tum tuum.Vtrum enim vis ſanctis imputare,vnum ne peccatum,an multam iuſtitiam?Pec
catum fecit?At multas quoque iuſtitias fecit.Quid iuſtum eſt apud iuſtū deum? An vt pau-
corum memor ſit,aut vt multorum obliuiſcatur?Sit æquilibrium.Et qua menſura menſi fu
erimus eadem menſurabitur & nobis. Si peccata plura fuerint, cenſeatur peccator. Si vero
plures iuſtitiæ,æſtimetur iuſtus.Vnus & vnus.Noſtra enim omnia ex eo quod ſuperat æſti-
mantur.Et eſt quod albo ſit magis album,& dulci,ſi compares,aliquid aliud dulcius eſt. Ita L
& iuſti ſumus,tanquam homines.Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quę peccati. Vnde filius dei
iuſtitia dicitur. Nos vero ex iuſtitiæ participatione iuſti ſumus. Et Moſes lingua loquutus
Moſes & Abraham nō omnino iuſti fuerunt. eſt aliquid,quod tamen hiſtoria non eſt comprehenſum. Et Abraham fidelis fuiſſe inueni-
tur,& tamen inuenire eſt vbi hæſitauerit.Non accuſo iuſtos,ſed deum glorifico. Non illi-
cio quenquam vt peccemus.Enoch deo placuit,vt ſcriptura dicit, poſteaquam genuiſſet fi-
lium.Si tum placuit,poteſt deo placere etiam qui talis nō eſt vt merito placeat. Sed venia-
Manaſſes. mus ad nouum teſtamētum,licet è veteri adhuc plura adferre poſſimus. Nam & Manaſſes,
qui in templo dei quadriformia collocauit idola, vt neceſſe eſſet cuiuis vndelibet templum
ingreſſo,ante idola procumbere,vbi pœnitentiam egit è captiuitate reuocatus eſt.At,vt di- M
xi,veniamus ad nouum. Ex illo nanque, vnde potiſſimum excludere volunt pœnitentiam,
pœnitentia potiſſimum prædicatur.Rogemus Seruatorem. Quare ad nos veniſti? Reſpon-
debit.Non veni ſeruare iuſtos,ſed peccatores vocaturus ad pœnitentiam. Sciſcitemur ab ip
ſo,quid portas in humeris?Ouem,inquit,perditam.Cuius gratia gaudent qui in cœlis ſunt?
vnius peccatoris,inquit,pœnitentis gratia Angeli lætantur,& tu pœnitenti hanc inuides læ
titiam?Deus illum cum gaudio complectitur, & tu hoc prohibes? Cupidius ad bonum deū
confugiamus.Duo,inquit,erant,ambo filij(non potes dicere,quod iſta pœnitentia fuerit re-
cedentis à gentiliſmo,ſed ambo erant filij, ex æquo conſortes) Iunior quæ habebat aſſump-
Filius prodigus. ſit,& cum iuſtus eſſet conſumptis omnibus,excidit. Cœpit pœnitere,properauit ad patrem,
& quomodo



A & quomodo illi ſeſe applicaret ſtudioſè cogitauit.Quid dixit ad patrem?Peccaui contra te,
& coram cœlo. Hæc apud ſe conſultauit, non ignarus bonitatis paternæ. Venit ad patrem μόνον θέλησον, καὶ ὁ θεὸς προαπαντᾷ.
cauſam dicturus,acceſſit illum pudore ſuffuſus.Tantummodo voles, & ipſe deus vltrò oc-
curret. Cœperat dicere,& mox pater illum complectitur.Conſidera quæ ſint patris viſcera,
& ſpem veniæ haudquaquam abſcindes.Suſcepit illum ac dixit.Mactate vitulum,& ſtolam
proferte, eámque primam, & annulum date in digitum eius. Hæc omnia peruerſe quidem
exponuntur,attamen breuiter declarant,quàm bona ſit voluntas & animi propenſio patris,
filium pœnitentem complexi,nō quatenus animo ſentit,ſed quatenus loquitur.Si vero mo
leſtè fers quod poſt paſtum porcorum,& conſumptis iam omnibus à patre ſuſcipitur,& mo
B leſtè tulit hoc & frater,verum patri non eſt probatus, ſed pudore affectus.Et ficus illa poſt
trium annorum culturam infrugifera, non exciditur, ſpe futuri fructus. Dominus condo-
nat admiſſa,& tu contradicis?Num quiſquam eſt qui ſibi ipſi res proprias abripiat? Si vero
deus condonat,quis eſt qui contradicat? Ita inſtituti ſumus,vt precemur remitte nobis de-
bita noſtra,quoniam remiſimus & nos.Tu remittis,& deus non remittit. Te fecit eſſe me- διότι ἀφήκαμεν καὶ ἡμεῖς.
dicum tui ipſius.Qua menſura menſus fueris, remenſurabitur & tibi. Tu bonus es ac beni-
gnus,cum ſis malus,& qui bonus eſt non magis hoc erit? Cum peccatoribus conuerſatur Ie
ſus,cum morbidis medicus.Indigne hoc ferunt Phariſæi, patres eorum qui nunc quoq; in-
digne ferunt.Non auerſatur illos miſericors dominus. Domum phariſæi vocatus ingredi-
C tur.Accedit ad eum mulier peccatrix,non vocata.Vidit peccatum,acceſſit ad iuſtitiam, vi-
dit morbum ſuum, abiit ad medicum. Acceſſit non in faciem. Neq; enim tantum habebat
confidentiæ.Non apprehendit illius manum,quoniam tantum præſumere non audebat,ſed
ad pedes acceſſit,quos & lachrymis lauit.Capillos ad tergendum exeruit, hac tantum vice
probe.Quas ſæpenumero male conſpicuas reddiderat, tunc demum bene nudauit. Exem-
plar tibi propoſuit,vt ad pedes Ieſu fugias.Rediit ad patrem,& tamen dixit,Ego vobiſcum
ſum.Quandocunque voles fuge ad illum,cum fiducia irriga pedes illius. Prope eſt. Et venit
præſens,& abiuit præſens.Iſta ſunt ex nouo teſtamēto,cognata illis quæ ſunt ex veteri.Quid
prædicauit Ioannes?Baptiſmum pœnitētię.Et docuit in parabolis, non ſemel atque iterum,
D vt ſępius edoctus veritatē cognoſcas.Petrus tertiò abnegauit,& collocatus eſt in fundamen
to.Paulus ex perſequutore prędicator eſt factus.Sed hic eſt quæſtio.Quid vero ipſe dicit?Ie-
ſus Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere,quorum primus ego ſum. Propriū
vitium patefacit,vt gratiæ amplitudinem oſtendat. At petrus dixerat iam antea, & beatus
pronuntiatus fuerat,dixerat, Tu es filius dei excelſi,& viciſſim audierat,ſe eſſe petram, ita
laudatus à domino:Licet enim petra eſſet,non tamen petra erat vt Chriſtus. Vt Petrus pe-
tra erat. Nam Chriſtus verè eſt immobilis petra, Petrus vero propter petram. Axiomata
nanque ſua Ieſus largitur aliis. Largitur autem ea non euacuatus, ſed nihilominus habens.
Lux eſt.Vos eſtis lux mundi, inquit. Sacerdos eſt, & facit ſacerdotes. Ouis eſt,& dicit.Ecce
E ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.Petra eſt,& petram fecit. Quæ ſua ſunt largi-
tur ſeruis ſuis.Argumentum hoc eſt opulēti,habere videlicet,& aliis dare. Verum qui apud
nos diuites ſunt,vbi ſua largiuntur aliis,quæ habent imminuunt.Diuites enim non ſumus.
Nam aliena poſſidemus.Chriſtus vero ita diues eſt,vt quantum aliis elargitur, tantū nihilo
ſecius ipſe diues permanet. Eſt enim inſtar fontis perpetuò fluentis. Quantumcunque hau-
ſeris,non tamen riuus illius minuitur.Imò ne fontis quidem inſtar habet. Nullū enim apud
nos naturæ illius par poteſt produci exemplum. At quoniam non habemus quod digne illi
reſpondeat,vtamur imparibus & imperfectis, vt quocunque modo quæ perfecte cognoſci
nequeunt,cognoſcamus.Tertio dominum Petrus negauit, non hoc fine vt Petrus caderet,
ſed vt tu quoq; conſolationem haberes.Lachrymatus eſt, flexerūt lachrymæ eum qui noſtri Petrus.
F miſertus eſt.Bonum nanque erat animi propoſitum,vbique ſolus profitetur. Spiritus quidē
prōptus erat,caro autem infirma.Qui nos finxit figmentum noſtrum nouit,& infirmitates
noſtras portat,delicta cōdonās.Recordare,inquit,domine,quod puluis ſumus. Quid enim
eſt noſtra iuſtitia? Vere magnus erat Abraham. Ita ſcilicet magnus erat, quoniam terra eſt
& cinis.Qui enim nouit quid interſit inter deum & hominem, ille agnoſcit ſeipſum. Audi
& alia felicitatis genera. Beati ſunt, inquit, quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorū tecta
ſunt peccata.Deus beatos reddit,& tu prohibes? Vtrū ne ſcripturæ vt nos volumus loquun-
tur,an vt ſcriptæ ſunt nobis illis eſt obtemperandum?Idq; cum ſit contra nos ipſos conten-
tio iſta nō bona,quæ veniæ ſpem abſcindit. Verum quoniam nos peccatorum remiſſionem
 etiam

etiam poſt baptiſma pronuntiamus(hoc enim accommodiſſimum videtur† ad promouen- G
dum malitiæ ſtudiũ)ſcribit Apoſtolus in priore ad Corinthios. Quoniam omnino auditur
inter vos ſcortatio,& talis ſcortatio qualis nec inter gentes nominatur. Audiſtis magnitu-
dinem mali, audite & ſeueritatem ſententiæ, congregatis vobis, inquit, ac meo ſpiritu, in
virtute Chriſti,tradite eum qui huiuſmodi eſt,Satanæ, ad interitum carnis, vt ſpiritus ſer-
uetur.Caſtigat illum,non enim vt inimicus abiicit.In priore quidem ſatanæ tradidit,in po-
ſteriore vero nihil priori contrarium ſcribit,confirmate,inquiens,in ipſum charitatem, ne
tribulationis abundantia pereat qui eiuſmodi eſt. Soluit Apoſtolus inſolubilia quoque. In
priore iuſſerat talem tradere ſatanæ,in poſteriore vero de eo ſcribens,& admiſſa condonãs,
ne circumueniamur,inquit,à ſatana.Et nos enim circumuenit, ſicubi aliquem ex nobis ab- H
ripuerit.Ouis ſi ingrediatur è grege,pabulum fit luporum. Reduc eam,vt inſidias effugiat.
Boni paſtores,vbi fuerit ouis abrepta, vellus ſaltem eruere conantur. Si vellus interemptæ
ouiculæ eripere ac ſeruare bonum eſt,anima hominis digna non eſt, quæ è faucibus lupi eri
piatur?Et in bello victor quoque vulneratur,nec ob id non coronatur,quod vulneratus eſt.
Sed vulneratus eſt plurimum dum operi bellico incumberet. Vnũ ne malum reputat deus,
multa vero bona non reputat?Quot martyres primum quidem Chriſtum abnegarunt,poſt
vero ad pugnam redierunt?Sed qui lingua tantum,non animo abnegarant.Caro enim infir
ma eſt.Qui negat,excidit,qui rurſus confitetur,pugnam repetit.Non enim ita deus quę ma I
la ſunt obſeruat,vt quæ bona ſunt reprobet.Et fit plerunq; vt in tortura conſtitutus aliquis,
non ferendo cedat,non animi propoſito,ſed dolore ſuperatus. Is vbi demiſſus ab eculeo, ac
reſpirationem nactus fuerit,ad pugnam redit.Modicum ne dictum obſeruabitur à deo, tor
menta vero non recenſebuntur?Verum deus iudicabit,non hominum audacia. Audes deo
leges pręſcribere qui & infirmitatem humanam nouit,& auxilium ſuppeditat,& victoriam
largietur?Quot ſunt,qui bonæ vitę teſtimonio carent?An quoniam ſententia mutantur,ob
id & laborum ipſorum nulla erit ratio?Non ſumus angeli ſed homines,& cadimus & reſur
gimus, idq; ſæpenumero eadem hora.Et aſtrum ab aſtro differt in gloria. Quamobrem? Si
menſura quædam eſſet iuſtitiæ,deberent omnes æquè iuſti eſſe.Si verò alij fulgent vt ſol,a- K
lij ſplendent vt luna,alij vero ſecundum aſtrorum differentiam coruſcant,manifeſtum vti-
que eſt,alium ab alio ſuperari.Qui vero ſuperatur,liquet quod modica habens peccata ſupe
retur.Si autem remiſſio nullius eſt qui deliquit,differentia eſt in veritate. Verum quoniam
neceſſarium eſt oſtendere ſaluatos eſſe aliquos qui poſt baptiſmum deliquerunt, non ſine
metu loquor,ne contra animi mei ſententiam à iuſtitia deficiatis: vehementer enim volo,
non peccare eos qui baptiſmum ſuſceperunt. Si vero citra animi propoſitum ceciderint ali
quando quidam, nolo decernant hic qui pœnitentiam ſuſtulerunt nolentes nos vna cum
cruce Chriſti mortificari.Sed Apoſtolus nos vult conſepeliri etiam,& iã non amplius pec-
cato viuere.Hoc quidem & ipſe volo.Non tamen ſperno gratiam dei,inquit Apoſtolus,Ga L
latis ſcribens, quoniam ſpiritum ſanctum acceperat. Num aliquid manifeſtius quæris? At
ſubiungit.Ita ne inſipientes eſtis,vt cum ſpiritu cœperitis, nũc carne conſumemini. Spiritũ
itaque acceperant.Et iterum.Hoc tãtum à vobis diſcere volo,an ex operibus legis ſpiritum
acceperitis,vel ex auditu fidei?Currebatis bene. Vide quãtis in rebus illos excelluiſſe dicat?
Audi delicta.Nunc carne,inquit,conſummamini.Excidiſtis è Chriſto.Vides eoſdem & ha
buiſſe ſpiritũ, & audis à Chriſto euacuatos eſſe à Chriſto, & à gratia pariter excidiſſe? Quid
poſt iſta infert,vt locum det innouationi?Filioli mei, inquit, quos iterum parturio. Semel
illos genuerat,at qui ſemel genuerat non detrectat eos denuo ad ſalutem gignere. Quod ſi
in reliquis omnibus quiſquam peruerſè egerit,hoc tamen demum illi impium fuerit:Homi
nes qui ſpiritum ſanctum acceperunt,qui bene cucurrerunt,qui tanta paſſi ſunt, periclitati, M
fruſtra toleratis aduerſis qui exciderunt,& euacuati ſunt,regenerantur, vt iterum formam
dei accipiant.Num habes adhuc quod de pœnitentia contradicas?Quis nos finxit?deus. Fe-
cit nobis corpus,fecit animam.Contemnit ne nos?Quis dedit nobis pharmacum vitæ? Ad
quid faciunt ſanctę ſcripturæ lectiones? vt abſtineamus à peccatis.Quamobrem irrigamur?
Vt fructum adferamus. Quid precamur? vt peccata nobis remittãtur.Finiamus ſermonem.
Quidam non pœnitent. Qui vero ſpe pœnitentiæ malefacit, modum habet maleficentiæ,
& pœnitentia priuatus eſt.Spes eſt etiam poſt peccatum,medicina eſt etiam poſt acceptum
hulcus. Sed manet cicatrix. Beatum eſt, ſi neque vacillauerit quiſquam. Altera fœli-
citas eſt,ſi poſt plagam acceſſerit medicina. Deo verò qui nos ab initio finxit, qui & infir-
mitati

† Vel ad hoc, vt malitioſe traducatur.



A mitati noſtræ ſuccurrit, & animi propoſitum cuſtodit, & pœnitentiam largitur, per eum
qui nobis bona iſta attulit, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ſit gloria & imperium in
ſeculorum ſecula, Amen.

## LECTORI ORTHODOXO SALVTEM.

*QVæ proximè ſequuntur, uerſa ſunt uiro, ut ingenue fatear, docto quidem, ſed Zuinglianæ hæ-*
*reſeos propugnatori pugnantiſſimo atque controuerſioſo maximè. Si ad manus fuiſſet archetypon,*
*ad quod conferri iſthæc in tempore potuiſſent, haberes forſan lector chariſſime quod ad hanc po-*
B *tiſſimum partem attinet, Baſilium ſynceriore fide uerba ſonantem. Horum interim fruitor*
*lectione, ſed cum delectu ac iudicio. His te præmonitum uolui, ut ne mireris expunctum eſſe ac ſuppreſſum*
*interpretis nomen. Id iſte uideri debet iure promeritus, qui ſe ſuapte malitia ab Eccleſia ſancta dei diremit*
*pſeudapoſtolus, & ſacramentorum excucullatus arroſor. Hæc porrò homilia prior in parteis treis diſſe-*
*cta legitur.*

## QVID INSTRVENDI MONEN-
## *dique ſunt ad baptiſmum uenientes.*

C DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus, vnigenitus dei viuentis filius, poſt re-
ſurrectionem accepta promiſſione dei ac patris ſui per Prophetam Da-
uidem dicentis: Filius meus es tu: ego hodie genui te: poſtula à me & da
bo tibi gentes hæreditatem tuam, poſſeſſionem tuam terminos terræ: ſu
os aſſumens diſcipulos, eis primum traditam ſibi à deo patre poteſta-
tem manifeſtauit dicẽs, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in ter-
ra,& tunc amandauit eos dicens, Euntes, docete omnes gentes, baptizan
tes eos in nomen patris, ac filij, ac ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare quæcunque ego man-
daui vobis. Cum igitur præceperit dominus primum, vt docerent omnes Gentes, & tunc
D demum ſubiunxerit, baptizantes eos &c. vos quidem neglecto priore, de poſteriore noſtram
ſententiam quæſiuiſtis. Nos verò putantes contra Apoſtoli mandatum facere, ſi non ſtatim
reſponderimus, dicentis: Parati eſtote omni vos interroganti reſpondere, rationémque com
munis fidei reddere: rationem de dominico ſecundum Euangelium baptiſmate reddidi-
mus, quod baptiſmate beati Iohanis præſtantius eſt, cõmemorantes pauca quædam ex mul-
tis quæ de illo in ſcripturis dicuntur. Neceſſarium autem diximus, recurrere ad ordinem à
domino præſcriptum, vt & vos, cognito primum quid ſit illud, docete, deinde conſequen-
ter de glorioſiſſimo baptiſmate rationem accipientes, ad perfectionem proſpere promouea-
tis, edocti ſeruare omnia quæ diſcipulis ſuis dominus præcepit, ſicut ſcriptum eſt. Hic itaque
E audiuimus dicentem, docete omnes Gentes, operæprecium autem eſt deinceps & quæ alibi
de hoc mandato dicta ſunt admonere, vt animum principio ad voluntatem dei diſpoſitum
habentes, deinde decentem ac neceſſarium ordinem ſeruantes, quoad eius fieri poteſt, ſco-
po diuini beneplaciti conſtantes immoremur. Eſt enim domino conſuetum, vt definitè
præcepta, per alia alibi dicta clare tradere, vt illud, Theſaurizate vobis theſauros in cœlo,
quod ſimpliciter dictum alibi declarat, dicens, vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſy-
nam, facite vobis ſacculos, qui non veteraſcant, theſaurum non deſinentem in cœlis. Et mul
ta huiuſmodi alia. Diſcipulus igitur eſt, vt ab ipſo domino diſcimus, quiſquis hoc animo ad
dominum accedit, vt illum ſequatur, hoc eſt, vt doctrinam ipſius audiat, illi credat & obe-
F diat, vt domino, vt Regi, vt medico, vt doctori veritatis, ídque ſpe vitæ æternæ, & ſi in illius
ſermonibus maneat, ſicut ſcriptum eſt. Dixit igitur ad eos, qui in ſe crediderant Iudæos. Si
vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem, & veri-
tas liberabit vos, intelligens abſque dubio de libertate animæ, à ſæua diaboli tyrannide, &
peccatorum oppreſſione liberandæ. Qui enim peccatum, inquit, facit, ſeruus eſt peccati &
ſub mortis condemnatione conſtitutus. Sicut nobis & Paulus Apoſtolus tradidit dicens,
Nam eum qui peccatum non nouit, peccatum pro nobis fecit, vt nos eſſemus iuſtitia dei in
ipſo. Et iterum, Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores con-
ſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi. Eum autem qui do
mino

mino credidit, ſéque ipſum illi ad diſciplinam paratum & aptum exhibuit, diſcere oportet, G
primum quidem ab omni peccato ſecedere: deinde verò & ab omni eo, quòd à ſalutari mul
tis de cauſis obedientia dominica abſtrahit, licet in ſpeciem plauſibile videatur. Eſt enim im
poſſibile, eum, qui peccatis ſtudet, aut temporariis negociis aut curis eorum etiam quæ ad
neceſſitatem huius vitæ pertinent, implicitus eſt, ſeruire domino, nedum illius fieri diſcipu-
lum, qui non prius adoleſcenti dicebat, veni ſequere me, quàm præcepiſſet, vt omnia ſua bo-
na venderet ac pauperibus daret. Imò ne hoc quidem illi præcepit, niſi poſteaquàm dixerat
ſe omnia propoſita præcepta ſeruaſſe. Qui enim peccatorum remiſſionem nondum acce-
pit, nec dum ab illis per ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti purgatus eſt, ſed adhuc dia-
bolo ſeruit, & ab inhabitante ſe peccato captiuus detinetur, prorſus nequit ſeruire domino, H
qui illud conſtanti ſententia aſſeruit dicens. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Qui ve-
rò ſeruus eſt peccati, non manet in domo. Teſtatur idem & qui in Chriſto loquutus eſt Pau
lus cum ſcribit. Qui verò ſeruus eſt peccati liber eſt à iuſtitia. Et iterum Chriſtus dicit. Ne-
mo poteſt duobus dominis ſeruire, & quæ ibi ſequuntur. Oſtēdit igitur determinatè ac mul
tis modis, quòd ne ij quidem, qui de neceſſariis vitæ ſoliciti ſunt, deo ſeruire queant: nedum
ipſius fieri diſcipuli, vnde & Apoſtolus didicit, dilatata huius rei conſideratione, dicere. Quę
participatio iuſtitiæ & iniquitati? Quæ communicatio luci cum tenebris? Quis conſenſus
Chriſto & Belial? Quæ pars fideli cum infideli? Quid conuenit templo dei cum ſimulacris?
Et iterum determinat dicens. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus verò aduerſus I
carnem. Hæc autem ſibi ipſis inter ſe aduerſantur, vt non quæ vultis faciatis. Quod autem
idem nobis reuerentius tradiderit, & quid dixerit, commemoremus. Nam ſcimus, inquit,
quòd lex ſpiritalis ſit: ego verò carnalis ſum, venundatus ſub peccatum. Quod nanque ope-
ror non agnoſco. Non enim bonum quod volo facio, ſed quod odi malum hoc facio. Si au
tem quod ego non volo, hoc facio, aſſentior legi quòd bona ſit. Nunc verò non iam ego o-
peror illud, ſed habitans in me peccatum. Et vbi hanc ipſam conſiderationem pluribus tra-
ctauit, quod impoſſibile ſit ſub peccato ſeruientem, ſeruire domino, manifeſtè nobis demō-
ſtrat eum qui nos ab iſta tyrannide redemerit, cum dicit, Miſer ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius. Gratias ago deo, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Et K
paulo pòſt ſubdit, Nihil igitur nunc condemnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui nō
ſecundum carnem ambulant. Et per ea quæ alio loco dicit, magnificam humanitatis ac be-
nignitatis dei gratiam, per incarnationem domini noſtri Ieſu Chriſti declaratam, apertè cō-
mendat dicens. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores con-
ſtituti ſunt multi, &c. Et in alio loco admirabiliorem illam conſiderat, cum dicit. Eum enim
qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum fecit, vt nos eſſemus iuſtitia in ipſo. Summè
itaque neceſſarium eſſe ex iam commemoratis, & aliis ſimilibus locis liquet, niſi gratiam
dei fruſtra accepérimus, vt primum ab oppreſſione diaboli liberemur, qui ſub peccato de-
tentum, ad ea facienda mala deducit, quæ non vult, deinde abnegemus omnia præſentia, L
& nos ipſos, vt abiecto prorſus viuendi deſiderio, domini ſimus diſcipuli, ſicut ipſe dixit. Si
quis venit ad me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me, quod idem eſt,
atque, diſcipulus meus fiat. Hoc autem ipſum & latius, & certius, ac ſignificantius in Euan-
gelio quod eſt ſecundum Lucam tradit, cuius loci paulo poſt mentionem faciemus. Sumus
autem omnes ab iſta peccatorum condemnatione, quotquot credimus, gratia dei, quæ eſt
per vnigenitum ipſius filium, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, redempti, qui dixit. Hic
eſt ſanguis meus, ſanguis noui teſtamenti, quod pro multis effunditur in remiſſionem pec-
catorum. Atteſtante ſimul & Apoſtolo, vbi ſcribit, nunc quidem, diligite vos inuicem, ſicut
& Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum oblationem & hoſtiam deo, nunc vero, Chri
ſtus nos redemit è maledicto legis. Et multa talia habet Apoſtolus. Cum ergo datur remiſ- M
ſio peccatorum, tunc accipit homo liberationem, à peccato ab eo, qui nos redemit, Ieſu Chri
ſto domino noſtro, vt poſſit iſti ſermoni acquieſcere. Neque tum tamen adhuc aptus eſt, vt
dominum ſequatur. (Iterum hoc dico) qui adoleſcenti non prius dixi, veni, ſequere me,
quàm dixiſſet, vende quæ habes, & da pauperibus. Imò ne hoc quidem præcepit, niſi vbi ille
ſe ab omni tranſgreſſione mundatum eſſe confeſſus eſſet, dicens. Hæc omnia ſeruaui à iuuen
tute mea. Itaque & hic ordinem ſeruare neceſſarium eſt. Non autem ea tantum, quæ quouis
modo habemus, & quæ ad vitæ vſum neceſſaria ſunt, contemnere docemur, ſed & quæ in-
ter nos tam ex lege, quàm natura cuiquam competere videntur, dicente domino noſtro Ie
ſu Chriſto,



A ſu Chriſto, Qui patrem ac matrem diligit pluſquam me, non eſt me dignus. Quod & ſimi-
liter de iis intelligendum eſt, qui nobis ſunt proximi, & abſque dubio multo magis de alie-
nis, & qui non ſunt noſtræ fidei. Quibus ſubiungit. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequi
tur me, non eſt me dignus. Quod cum præſtitiſſet Apoſtolus, ad noſtram doctrinam ſcripſit
dicens. Ego mundo crucifixus ſum, & mundus mihi: viuo autem non iam ego, ſed viuit in
me Chriſtus. Regrediendum eſt ad ea quæ domini ſunt, qui, quod ſingulos concernit, ad
eum qui dixerat. Permitte primum vt abeam ac ſepeliam patrem meum, reſpondit. Sine vt
mortui ſepeliant mortuos ſuos. Tu verò, abi & annuntia regnum dei. Ei verò, qui dixerat.
Sine primum vt abeam ac diſponam illis, quos domi habeo, ſeuerius & cum comminatio-
B ne vehementiore reſpondit. Dixit enim. Nemo miſſa manu ad aratrum, ſi retro conuerſus
fuerit, appoſitus eſt ad regnum dei. Ita quod modicam etiam remorā obedientiæ indubitatę
domino debitæ generat, licet cōueniens ſit vſibus humanis, & rationi cōſonū eſſe videatur,
nihilominus alienum eſſe debet ab eo qui vult eſſe diſcipulus Chriſti, & graui cōminatione
dignum habetur. Generalius autem decernit cum dicit. Si quis venit ad me, abneget ſemet-
ipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Si verò ad memoriam reuocauerimus quæ do-
minus ei, qui dixerat, Beatus, qui manducabit panem in regno dei, reſpondit, terribilius iræ
diuinæ ac ſeueritatis iudicium & alienos ab omni ſpe bona tales eſſe diſcemus. Dicit autem
ad hunc modum: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & miſit ſeruos
C ſuos hora cœnæ dicere inuitatis: Venite quoniam parata ſunt omnia, & cœperunt ſe excuſa-
re omnes. Primus ait: Emi agrum, oportet me illum videre, rogo habe me excuſatum. Alius
dixit: Iuga boum quinque emi, eo probare illa, rogo habe me excuſatum. Alius dixit: Vxo-
rem duxi: quamobrem venire nequeo. Et reuertens ſeruus nuntiauit domino hæc. Tunc ira-
tus paterfamiliâs dixit: Abi celeriter in plateas & vicos ciuitatis, & voca pauperes, & clau-
dos, & cæcos, & debiles. Et ait ſeruus: Factum eſt vt iuſſiſti, adhuc locus reſtat. Et ait domi-
nus ſeruo: Exi in vias & ſepes, & coge ingredi vt impleatur domus mea. Dico autem quòd
nullus eorum hominum meam cœnam deguſtabit. Iterum autem ipſe vnigenitus filius dei
viuentis, qui à patre ad hoc eſt miſſus, non vt iudicet mundum, ſed vt ſeruet, ſibi ipſi con-
D ſtans, & voluntatem boni dei ac patris ſui adimplens, ſententiæ ſeuere doctrinam ſubiun-
git, quæ nos dignos reddat ad hoc, vt ipſius ſimus diſcipuli, ac dicit, Si quis venit ad me, &
non odit patrem ſuum ac matrem, & vxorem ſuam ac liberos, & fratres & ſorores, adhuc
autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. De odio loquitur, non quod inſi-
diandi ſtudium generat, ſed pietatis virtutem, vt non obediatur ab illa ſeducentibus adfert.
Et quiſquis, inquit, non baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipu-
lus. Quæ in baptiſmo aquæ ex pacto polliciti videamur, profeſſi illic, quod vnà cum Chriſto
E crucifixi, mortui, ſepultíque ſumus, & quæ conſequenter ſcripta ſunt. Conſiderata verò no-
ſtra imbecillitate, cordâque noſtra per hypodigmata, in veritatis certa perſuaſione confir-
mare, & ad obedientiam inſtructiores ac paratiores reddere volens, dixit, Quis ex vobis tur
rim ædificare volens, non prius ſedens computat ſumptus, an ad perficiendum ſuppetant,
ne poſito fundamento ad finem perducere nequeat, videntéſque illudant ac dicant, homo
hic ædificare cœpit, nec abſoluere potuit. Vel quis rex ad bellum profecturus aduerſus alte-
rum regem, non ſedens prius conſultabit, ſi cum decem millibus ipſe venienti cum viginti
millibus occurrere poſſit. Quòd ſi inferiorem ſe viribus nouerit, longè adhuc eo conſtituto
legationem de pace mittet. Sic item omnis ex vobis qui non renuntiauerit omnibus quæ
poſſidet, non poterit meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal. Si ſal infatuatus fuerit, in quo ſa-
lietur? Nec telluri, nec ad conficiendum fimum prodeſt, ſed abiiciunt illud foras. Qui habet
F aures audiendi audiat. Si iſtis fidem habuerimus, liberati primum à diaboli tyrannide, per
id, quod ille nihil in nobis habeat, quod cupiat, ídque per gratiam domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, ſi tamen illam non fruſtra accepimus. Deinde non ſolum mundo, & concupiſcentiis ip-
ſius, ſed & mutuis officiis illis, quæ licita ſunt, ad hæc & vitæ noſtræ, ſi quicquam horum nos
à properanda & debita deo obedientia abſtrahat, renuntiauerimus, tum demum digni eri-
mus, qui domini diſcipuli ſimus. Inſtructi deinde cum à Moſe & Prophetis, tum ab Euan-
geliſtis & Apoſtolis, deum initio omnia per vnigenitum filium ſuum dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum tam viſibilia quàm inuiſibilia condidiſſe, deinde & de illis imbuti, quæ in
diuinis ſcripturis bonitatem ac ſeueritatem dei, cum multa patientia, ad oſtenſionem iuſti-
tiæ ipſius, & noſtram doctrinam, tradunt, & præterea de Prophetiis incarnationis domini
noſtri

noſtri Ieſu Chriſti,& de illis rebus quæ tum è regione inter ſe oppoſita coinciderunt,déque G
glorioſa ex mortuis reſurrectione,aſſumptione,& illuſtriſſima omnium apparitione in cō-
ſumatione ſeculi futura,ad hæc & dogmata illa vniuerſæ ſecūdum Euangelium,deóque ac-
ceptę pietatis,in charitate domini noſtri Ieſu Chriſti,in ſpe vitę æternæ regniq; cœleſtis edo
cti,ſimulque iudicia iuſtæ retributionis,cum eorum qui prohibita commiſerunt,aut appro-
bata reſpuerunt ac violarunt,ad ſupplicium ſempiternum,tum eorum qui dignè Euange-
lio Chriſti in fidei ſanitate per charitatem Chriſti efficaci,ſub ſpe vitæ æternæ, & regni cœle
ſtis conuerſati ſunt,in Chriſto Ieſu domino noſtro, Amen.

## QVOMODO BAPTIZETVR ALIquis *Baptiſmate quod eſt in Euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti.* H

QVoniam mandatum nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus dedit, vt nos inuicem
diligamus, ſicut ipſe nos dilexit, & per Paulum Apoſtolum nos docet vt tolere-
mus alius alium in dilectione,pietatis veſtræ in Chriſto præceptum, de glorioſiſſi-
mo ſecundum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti baptiſmate prompto ani-
mo accepi non tanquam qui pro rei maieſtate quicquam dicere queam, ſed vt cum vidua I
illa quæ æra minuta duo miſit,& ipſe pro mea mediocritate aliquid conferam.Et ad id quo-
que precibus eorum qui dominum diligunt opus habeo,vt optimi dei & Chriſti ipſius gra-
tia,ſanctus ac bonus ſpiritus admoneat nos & doceat, quæcunque à domino audiuerit, ac
mentem noſtram in viam pacis,& ſermonem ſanum ad fidei ædificationem dirigat, vt & 
in nobis & vobis dictum illud ſapientis adimpleatur, Da ſapienti occaſionem & ſapientior
erit. Cæterum ſciendum eſt,quod primum docere & inſtruere oporteat, atque ita demum
præclariſſimo baptiſmate ritè inſtructum dignari. Nam ita dominus ac deus noſter Ieſus
Chriſtus vnigenitus viuentis dei filius diſcipulis ſuis ipſe præcepit. Neceſſariò itaque vobis
ſeparatim quæ ab ipſo ſunt domino de illis qui diſcipuli Chriſti fieri volunt,dicta, ex mul- K
tis pauca commemorantes tradidimus.Quoniam verò,qui è ſupernis generantur, promiſ-
ſionem habent videndi regni dei: qui verò ex aqua & ſpiritu, ingrediendi in regnum dei,
neceſſarium arbitror, vt modica quædam ex *illis* quæ de regno cœlorum ſunt dicta, adii-
οὐ γὰρ μικρὸν ἐν βίῳ, τὸ παρὰ μικρόν. ciam, ne quouis pacto in acquirendo illo deficiamus. In vitæ nanque negotio paululum
non eſt quod paululum abeſt ac ferè dicitur, vt quidam noſtrorum ſapientum admonuit.
Et hoc ex ipſis rebus potiſſimum liquet, imò & ex abſoluta illa ſacrorum & ad oblationem
deſtinatorum animalium integritate ſatis habet fidei quod dico,in quibus vbi modica quę-
dam reperiebatur macula, vel mutilatio, non integri alicuius membri, ſed partis tantum
ipſius, quemadmodum ſcriptum eſt, mutilatio auriculæ, ſiue homo erat, ad ſacerdotium L
ineptus iudicabatur, ſiue animal, reprobum habebatur ad ſacrificium, cum Apoſtolus di-
xerit,hæc quidem illis in figura contigerunt,ſcripta verò ſunt ad noſtram admonitionem,
in quos fines ſeculorum venerunt, & dominus aperte declarauerit, quæ à nobis exigantur
iuſtitiæ præſtantia, vbi dixit templo maius aliquid eſt hic, & abundantius nos animæ cu-
ram habere debere oſtenderit, dicens, cui multum concreditum eſt, ab illo & multum re-
petent. Commemoremus itaque quæ de regno cœlorum ſunt ſcripta.Dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus,cum aſcendiſſet in montem,& doctrinæ ſuæ per beatitudinum catalogum ini
tium faceret,primam beatitudinem eam eſſe prædicauit, quæ regnum habet cœlorum. Di-
xit enim Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.In octaua verò bea M
titudine,Beati,inquit, qui perſequutionem propter iuſtitiam patiuntur, quoniam ipſorum
eſt regnum cœlorum.Et iterum vbi quæ futura ſit tempore retributionis benedictio electo-
rum per parabolam paſtoris prædicit, venite, inquit, benedicti patris mei hæreditate poſſi-
dere regnum quod vobis ab initio mundi paratum eſt. Eſuriui nanque, & dediſtis mihi
manducare, & quæ ſequuntur. Et in Euangelio Lucæ, alio & tempore & loco, vt ſcriptura
manifeſtat,iterum beatitudines exponens,Beati,inquit,pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum
eſt regnum cœlorum.Et iterum.Noli timere puſille grex, quoniam placuit patri veſtro cœ-
leſti dare vobis regnum,vendite quæ poſſidetis,& date eleemoſynam,facite vobis ſacculos
qui non inueteraſcūt,theſaurū indeficientem in cœlis.Hæc quidem & huiuſmodi alia ſunt,
per quæ



A per quæ regno cœlorum quis dignus efficitur, & ſine quibus impoſſibile eſt vt regnum cœ-
lorum quiſquam ingrediatur. In euangelio Matthæi definit dominus ad hunc modum di-
cens,Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum, nequaquam in-
trabitis in regnum cœlorum.Et rurſus.Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, nō
intrabitis in regnum cœlorum.Et iterum.Quiſquis non acceperit regnum dei,ſicut paruu-
lus, non ingredietur in illud.In euangelio autem Ioannis ad Nicodemū dicit. Niſi quis na-
tus fuerit è ſupernis, non poterit videre regnum dei.Et iterum.Niſi quis natus fuerit ex ſpi
ritu,nequaquam ingredietur in regnum cœlorum.De quibus vna eſt ſententia,liquet quod
idem ſit & periculi omnibus,ſi vnum aliquid ex ipſis defuerit.Si nanque dominus dicit, io
B ta vnum,aut apex vnus haud quaquam præteribit à lege,donec omnia fiant, quanto magis
ab euangelio,dicente domino ipſo,cœlum ac terra trāſibit, ſermones vero mei nequaquam
tranſibunt. Vnde Iacobus apoſtolus confidēter denuntiauit dicens. Quiſquis fecerit totam
legem,offendat autem in vno,erit omnium reus.Hoc autem ex eo didicit, quòd poſt bea-
titudines dominus teſtimoniis ac promiſſionibus Petro propter homines datis, commina-
tus eſt dicens,Niſi lauero te,non habebis partem mecum. Paulus vero apoſtolus adflictio-
nes illas Chriſti quæ adhuc deerant, pro corpore ipſius, quod eſt eccleſia adimplens, & in
Chriſto loquens conteſtatur, quænam illa ſint, quorum potiſſimum gratia quis regno cœ-
lorum non potiatur,& mortis condemnationi ſubiiciatur, aliquando quidem definitè di-
cens,quod qui talia faciunt,digni ſint morte.Quare vero non dixit,qui iſta faciunt,ſed,qui
C talia faciunt regnum cœlorum non poſſidebunt? Et iterum generalius, quoniam iniuſti re-
gnum dei non poſſidebunt. Et alibi ſimiliter. Ipſe vero dominus noſter Ieſus Chriſtus in
euangelio Lucæ ita definiuit dicens, Nemo manu ad aratrum poſita, & retro poſtea auer-
ſus, aptus eſt ad regnum dei. Eſt autem hic neceſſariò obſeruandum, quod non de multis
peccatis,ſed de vno eſt horrendum adeò & ineuitabile iudicium,idq; ex conceſſis ac licitis,
& ſi moram duntaxat eámque modicam obedientiæ illi quis,quę abſque vllo prætextu,ve-
lociſſime & ſine ſuſpenſione domino præſtanda eſt,iniecerit.Ex his itaque & ſimilibus om-
nibus inſtruimur:quod ſi omnia quis integrè ac legitimè adimpleuerit, quibus regni cœlo-
rum promiſſio facta eſt, & ſine quibus regni gratia denegata eſt, & ſe rurſus ab omnibus il
D lis cohibuerit,propter quę nemo regnum cœlorum hæreditate acquirit, ita demum vt pro-
miſſione regni dignus habeatur,expectare poterit.Oportet enim certamen hoc beneplacen
di deo,non ſolum ab omni malicia alienum,ſed & integrum & immaculatum eſſe in omni
verbo dei,Paulo apoſtolo poſt magnæ & ineffabilis dei,& Chriſti ipſius erga nos dilectionis
ad noſtram cum iuſtitiam tum ſalutem declaratæ contemplationem ita ſubiungente,nullā
aliqua in re dantes offenſionem,ne vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus com
mendemus nos ipſos tanquam miniſtri dei.Quemadmodum enim pauper ſpiritu, niſi re-
generetur ex aqua & ſpiritu,non poterit intrare in regnum cœlorum, propter domini ſen-
tentiam,ita rurſus,niſi iuſtitia ipſius abundauerit pluſquam ſcribarum ac phariſæorum:aut
E ſi talium aliud quicquam defuerit,propter ſimilem ſententiam, nō habebitur dignus regno
cœlorum. Scriptum enim eſt, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, quæ non haberet
maculam, aut rugam,aut talium aliud quicquam, ſed vt eſſet ſancta & immaculata. Talia
multa ſunt,ex quibus diligens lector adhuc fortius confirmare poterit, quòd oporteat eum
omnia adimplere,qui regno cœlorum dignus eſſe cupiat.Quod autem qui abundanti iuſti-
tia præditus, aut è ſupernis regeneratus eſt, omnium ſimul virtutum, & earū quoq;,quibus
beatitudines adſcribuntur, ac reliquarum perfectionem adimpleuerit, & harum ſimilium
patrator ſit, in confeſſo eſt, & hoc quæ de ſuperna regeneratione paulo pòſt, gratia dei,di-
F centur,demonſtrabunt.Quoniam vero pietatis veſtræ,vt & ſuprà dictum eſt, mandatum,
ſermonem hūc de præclariſſimo ſecundum euangelium baptiſmate à nobis requiſiuit, poſt
ea quæ iam de regno cœlorum dicta ſunt,conſequens eſſe puto, vt breuiter etiam quę inter
Moſis & Ioannis baptiſmum ſit differentia diſcamus,vt ſic per gratiā dei digni habeamur,
qui admirabilem in baptiſmate domini noſtri Ieſu Chriſti excellentiam propter incompa-
rabilem gloriæ abundantiam cognoſcamus.†Eſſe enim templo maius aliquid hic,vnigeni- † μεῖζον γὰρ τοῦ ἱεροῦ ὧδε.
tus viuentis dei filius definiuit, & maius etiam Salomone hic, & maius quoque Ioāne hic.
Et Apoſtolus poſtquàm de gloria Moſis,in miniſterio legis,Iudęis inacceſſa,diſſeruit, con-
teſtatur ita ſubiungens. Etenim glorificatum non fuit, quod glorificatum eſt in hac parte,
propter excellentem gloriam.Et Ioannes baptiſta, quo inter natos mulierum maior eſt ne-
mo,teſtifi-

mo,teſtificatur,dicens: nunc quidem illum oportet creſcere, me autem minui:nunc vero, G
Ego quidem baptizo vos in aqua ad reſipiſcentiam,ille vero baptizabit vos in ſpiritu ſan-
cto & igne,& talia multa.Quantũ vero diſcriminis eſt inter ſpiritum & aquam,tantundem
videlicet eſt & inter eum qui baptizat in ſpiritu ſancto , & eum qui baptizat in aqua : ita &
de ipſo baptiſmate habet,vt ipſe Ioannes qui tantus ac talis & tãtopere ab ipſo domino de-
prædicatus eſt,liberè prædixerit.Non ſum ſufficiens ad hoc,vt corrigiam calciamenti illius
ſoluam. Itaque ex his omnibus manifeſtum eſt quæ ſit baptiſmatis ſecundum euangelium
Chriſti eminentia,quam etiam ſe pro dignitate cognoſcere impoſſibile ſit,vel pro noſtra fa
cultate,eaq; vt à deo nobis ſubminiſtratur,ex ſcripturis commendare pium eſt & vtile. Ba-
ptiſmus itaque per Moſen traditus,primum peccatorum differẽtiam obſeruauit.Non enim H
quæuis peccata remiſſionis gratiam aſſequebantur.Deinde verò & differentia ſacrificia exi-
gebat.Purificationem ſtudioſè petebat.Impurum & maculatum aliquandiu à reliquis ſepa-
rabat,dierum & horarum obſeruantiam ſtatuebat.Et tunc baptiſmus illis,à quibus accipie-
batur quaſi quędam purificationis erat obſignatio.Ioannis vero baptiſma multis modis ex-
celluit.Nullam enim prorſus faciebat peccatorum differentiam . Nullum exigebat ſacrifi-
ciorum diſcrimen. Purificationem ſtudioſe non efflagitabat, nec dierum aut horarum ha-
bebat obſeruantiam,nec vllam prorſus faciebat ad gratiam dei & Chriſti ipſius peruenien-
di dilationem . Simul atque acceſſerat quis & peccata ſua , quantacunque & qualiacunque
fuiſſent,confeſſus fuerat,in Iordanis flumine baptizabatur, & confeſtim peccatorum remiſ I
ſionem accipiebat.Domini vero baptiſma omnem humanam rationem ſuperat,& gloriam
habet quodcunque humanum deſiderium ac votum excellentem, ac maiore gratiæ & vir-
tutis ſupereminentia reliqua ſuperat,quàm ſolis ſplendor cæteras ſtellas excellit.Si vero ſan
ctorum dicta ad memoriam reuocentur,adhuc exactius illa incomparabilem dominici ba-
ptiſmatis excellentiam commendabunt.At propterea nobis tacendum non eſt,ſed neceſſa-
rium vt verbis domini noſtri Ieſu Chriſti,quaſi viæ ducibus,& veluti per ſpeculum & in æ-
nigmate ducti,loquamur,non vt per noſtram expoſitionem,& corporis imbecillitatem ſer
monemq; abiectum , imminuitur gloria baptiſmatis Chriſti , ſed vt hoc quoque pacto ma-
gnitudo lenitatis ac bonitatis boni dei celebris reddatur,dum de magnificentia dilectionis K
ac gratiæ ſuæ , quæ in Chriſto eſt, balbutientes tolerat . Dixit itaque dominus noſter Ieſus
Chriſtus,niſi quis naſcatur denuò, non poterit videre regnum dei. Et iterum. Niſi quis na-
ſcatur ex aqua & ſpiritu , non poterit intrare in regnum dei . Poſt reſurrectionem vero ex
mortuis,adimpleta iam in ipſo prophetia Dauidis,ex perſona dei ac patris, dicentis, Filius
meus es tu,ego hodie genui te. Pete à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ac poſſeſ-
ſionem tuam terminos terræ. ( Quod & factum eſt,& iam omnium oculis expoſitum,) di-
ſcipulis ſuis deinceps,tanquam aliud mandatum priori opponens,quo in vias gentium abi
re prohibuerat,præcepit,dicens . Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen
patris & filij,& ſpiritus ſancti. Neceſſarium autem arbitror,vt ſingulorum verborum virtu L
tem per fidem intelligamus & conſideremus,loquamurq;,prout nobis per communes pre-
ces ſermo in apertione oris noſtri dabitur.Scriptum nanque eſt.Niſi credideritis non intel-
ligetis.Et iterum.Credidi,propter quod & loquutus ſum . Quoniam vero & nominum &
verborum ac rerum vſum,in diuinitus tradita ſcriptura,de deo & Chriſto ipſius,in ſanctis,
prophetis , euangeliſtis & apoſtolis , non vtcunque ac temerè pro communi conſuetudine
accipiendum , ſed vt à ſpiritu ſancto decretum eſt, ad ſcopum piæ ſententiæ, idq; non vni-
uerſaliter ſed ex parte , & quatenus vnum quodq; ad propoſitum ſanę doctrinæ facit & piè
ſentiendum, & mentem ad iudiciorum ac decretorum pietatis cognitionem inducendam
eſſe iudico,neceſſarium eſt, vt & nos exquiſite & vigilanter vnicuique dicto attendamus,
& eum ſenſum eligamus,qui ſupernæ vocationis ſcopo ſeruiat . Et hoc faciemus, ſiquidem M
nos, per cõmunes preces , Ieſus Chriſtus vnigenitus viuentis dei filius confirmarit, vt & in
† τὸ μὲν οὖν ἄνωθεν. nobis fiat,quod Apoſtolus dixit.Omnia poſſum in Chriſto,qui me confortat.† Illud igitur,
denuo,emendationem præteritæ natiuitatis , in peccatorum immundicia factę, ſignificare
puto,dicente Iob, quod nemo purus ſit à ſordibus,etiam ſi vita ſit vnius tantum diei: & Da
uide lugente ac dicente:Quoniam in iniquitatibus conceptus ſum , & in peccatis concepit
me mater mea : Apoſtolóque conteſtante ; quod omnes peccauerint, & egeant gloria dei,
iuſtificati gratis ipſius gratia per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu , quem propoſuit
deus propiciatorium per fidem in ſanguine ipſius. Quapropter & credentibus peccatorum
remiſſio



A remiſſio datur,ipſo domino dicente.Hic eſt ille ſanguis meus,noui teſtamẽti, qui pro mul
tis in remiſſionem peccatorum effunditur . Quemadmodum & Apoſtolus iterum teſtatur,
dicens;Secundum beneplacitum voluntatis ipſius,ad laudem gloriæ gratiæ ipſius quæ exu-
berauit in nos. Vt quemadmodum ſtatua obtrita iam & obtuſa,amiſſa illuſtri regis figura,
denuo à ſapiente artifice & bono opifice fingitur,vt figmenti ſui gloriam recuperet, & pri-
ſtino ſplendori reſtituatur.Ad iſtum modum & nos,propter præcepti diuini tranſgreſſionẽ
deprauati,vt ſcriptum eſt.Homo cum in honore eſſet,non intellexit,comparatus eſt iumen
tis inſipientibus , & ſimilis factus eſt illis : ad priſtinam imaginis dei gloriam reuocamur.
Secundum imaginem enim,inquit,& ſimilitudinem dei fecit deus hominem . Quomodo
B vero hoc factum ſit , Paulus apoſtolus docuit , dicens , Gratia deo,quod cum fueritis ſerui
peccati, obediſtis ex corde , formæ illi , in quam traditi eſtis,doctrinæ.Vt quemadmodum
cera,ſculpturæ typo tradita,figuram eam quæ ſculpturę ineſt,diligenter exprimit,ita & nos,
typo euangelicæ doctrinæ nos ipſos tradentes , ſecundum internum hominem figuremur,
implentes,quod præcipiendi modo ab illo dictum eſt:deponentes enim,inquit,veterem ho
minem cum actibus ſuis,& induti nouum,qui renouatur in agnitionem, ſecundum imagi
nem eius,qui condidit ipſum.Et multa talia.Illud vero,ex aqua naſci,Paulus in Chriſto lo-
quens,decernit ac tradit dicens,An ignoratis,fratres , quòd quicunque in Chriſtum Ieſum
baptizati ſumus,in mortem ipſius baptizati ſumus? Conſepulti itaque ipſi ſumus per bap-
C tiſmum in mortem, vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriam pa-
tris:ita & nos in nouitate vitæ ambulemus . Si enim complantati ſumus ad ſimilitudinem
mortis eius,& reſurrectionis quoque participes erimus,ſcientes hoc,quòd vetus noſter ho-
mo ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati , vt amplius non ſeruiamus peccato.
Qui nanque mortuus eſt,iuſtificatus eſt à peccato.Si vero mortui ſumus cum Chriſto,cre-
dimus,quòd & victuri ſumus cum illo . Scientes, quod Chriſtus excitatus ex mortuis am-
plius non moritur , mors illi amplius non dominatur . Quod enim mortuus eſt , peccato
mortuus eſt ſemel,quod vero viuit,viuit deo.Ita & vos,reputate vos ipſos, mortuos quidẽ
peccato,viuentes vero deo in Chriſto Ieſu.Ex quibus omnibus,& ſenſus regenerationis per
D ſimilitudinem conſideratur.Erat autem impoſſibile denuò naſci, niſi regenerandos præue-
niſſet gratia dei,vt cum ex præcedentibus ipſe Apoſtolus,tum ſubſequentibus de baptiſma-
te capitibus declarat. Exorſus enim ab eo quo dixit, commendat autem dilectionem ſuam
deus erga nos,quòd cum adhuc peccatores eſſemus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo
itaque magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius ſeruabimur per ipſum ab ira . Si enim cum
inimici eſſemus,reconciliati ſumus deo per mortem filij eius:multo magis reconciliati ſer-
uabimur in vita ipſius. Talia multa,conſpicuè & magnifice amplam & ineffabilem bonita-
tem & humanitatem dei commendantia, in dono remiſſionis peccatorum, & poteſtate ac
virtute eorum , quæ ad gloriam dei ac Chriſti eius,in ſpe vitæ æternæ, per Ieſum Chriſtum
E dominum noſtrum perfecta ſunt,per cuius vnius iuſtificationem in omnes homines ad iu-
ſtitiam vitæ, ſicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem , & quæ ſe-
quuntur,vbi tradidit & expoſuit,ſubiungit.An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati
ſumus in Chriſtum Ieſum,in mortem ipſius baptizati ſumus . Quamobrem ? Vt gratia dei
nos præueniente,quæ noſtri ſunt officij ſecundum fidem per dilectionem operemur & con
feramus , atq; ita perficiatur erga nos beneplacitum diuinæ in Chriſto dilectionis,ad quod
magno opus eſt ac legitimo certamine,ne talem ac tantam gratiam dilectionis dei in Chri
ſto fruſtra accipiamus eodem Apoſtolo dicente.Eum nanque qui peccatum non nouit, pec
catum pro nobis fecit,vt nos eſſemus iuſtitia dei in ipſo. Adiuuantes autem obſecramus e-
tiam,ne fruſtra gratiam dei accipiatis.Quoniam cui multum concreditum eſt, ab illo & a-
F bundantius repetent,vt conſtanter definiuit dominus.Quod & inculpatè fiet,ſi quę in prę-
dictis iam inducta,& quæ ad eandem baptiſmatis materiam coniunctim dicta ſunt diligen
ter cuſtodiantur, & quæ iſtis ſunt iuncta, in virtute gratiæ dei per Chriſtum Ieſum dominũ
noſtrum in ſpiritu ſancto,fideliter acceperimus,vt credentes per gratiã dei intelligamus,&
quæ intelligere promeruerimus,in dilectione Chriſti faciamus,qui dixit. Si iſta ſcitis, bea-
ti eſtis, ſi ea feceritis. Intellectus enim bonus eſt,vt Propheta teſtatur, omnibus facientibus
ipſum,ipſius vnigeniti viuentis dei filij,terribile & ineuitabile iudicium exponens, quo di-
xit.Qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam , vapulabit plurimum , imò nec eum
qui per ignorantiam deliquit , impunitum dimittit. Et vt,quemadmodum prædictum eſt,
per

per manifeſtiora verba,ac res clariores, ad cognitionem ſeruatoris , & decreti ipſius in ba- G
ptiſmate,ad veritatis certam perſuaſionem quaſi manuducamur,diligenter ſignificata ob-
ſeruemus,& ad ſcopum pietatis omnem ſenſum adaptemus.Baptizati ſumus, inquit,vt ex
iſta ſimilitudine veritatem diſcamus.Quoniam ſicut lana tincturæ immerſa, ad colorem il
lius mutatur,imò magis,vt Baptiſta Ioanne,qui de domino prædixit quod ipſe eſſet nos ba
ptizaturus in ſpiritu ſancto & igne, veluti ductore vſi illuſtremur luce cognitionis , ad co-
gnoſcendam lucem illam magnificam, hoc dicamus . Quod ſicut ferrum immerſum igni,
per flatum excitato,proditur quidem,num aliquid in ſe habeat vitij,ſimul vero & aptius ad
purgationem redditur,& non ſolum color illius,ſed & duricies & intractabilitas ad molli-
tiem ac teneritudinem mutatur,& commodius fit operi manuum artificis, adaptatúrq; cō- H
petentius ac certius ad voluntatem domini,& relicta nigredine illuſtrius ſeipſo factum, nō
ſolum ipſum iam ignitum eſt ac ſplendidum,ſed & vicina illuſtrat & calefacit, ita conſen-
taneum eſt ac neceſſarium,eum qui baptizatus eſt in igne,id eſt,in verbo doctrinæ, quod &
peccatorum malitiam arguit,& iuſtificationum gratiam manifeſtat, odio habere & execra
ri iniuſtitiam,ſicut ſcriptum eſt, & deſiderio affici , vt per fidem purificetur in virtute ſan-
guinis domini noſtri Ieſu Chriſti,ipſo dicente. Hic eſt ſanguis meus, ſanguis noui teſtamē
ti,qui pro multis effunditur,in remiſſionem peccatorum , & Apoſtolo conteſtante , in quo
habemus redemptionem per ſanguinem ipſius,delictorum condemnationem,& vt non ſo I
lum ab omni iniquitate & peccato, ſed & ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus mūde-
tur,atque ita baptizatum in mortem domini configurari morti,quod eſt,mortificari pecca-
to ac mundo , vt ſecundum incorporationem vitæ, corde, ſermone,& operibus,ſicut cera
ſculpturæ , ita doctrinæ domini noſtri Ieſu Chriſti impreſſus & adformatus , impleat illud
quod ſcriptum eſt,Gratia deo,quod cum fueritis olim ſerui peccati , obediuiſtis ex corde in
eam in quam traditi eſtis , doctrinæ formam , & ita quod priori coniunctum eſt,cuſtodire
promereatur,nempe,conſepulti igitur ſumus per baptiſmum in mortem.Ad quid?Vt quē-
admodum Chriſtus excitatus eſt ex mortuis per gloriam patris , ita & nos in nouitate vitæ
ambulemus.Neceſſe nanque eſt,vt qui mortuus eſt ſepeliatur, & qui in ſimilitudine mortis K
ſepultus eſt,per gratiam dei quæ in Chriſto eſt reſurgat, nec amplius propter peccata inter-
Vel aduſtæ. ni hominis vultum inſtar ollæ feruentis habeat, ſed manifeſtatis per ignem peccatis,& ac-
cepta per ſanguinem Chriſti remiſſione,deinceps per vitæ nouitatem fulgentes oſtendat in
Chriſto iuſtificationes,quouis lapide plurimum pretioſo illuſtriores. Reiecta itaque incre-
dulitatis duricie,oſtendamus obedientiam & ſubiectionem in diuinis præceptis,ſpiritúque
feruentes,reſplendeamus,& à tenebrarum poteſtate in mortem abripiente liberemur . Ob-
ſonia nanque peccati,mors,vt & in nobis locum habeat,quod ab Apoſtolo dictum eſt,Ab-
ſorpta eſt mors ad victoriam.Vbi mors ſtimulus tuus eſt? vbi tua eſt inferne victoria? domi
no vero,ſoli iuſtitiæ obtemperantes,illuminemur ab ipſo , intellectusq; & virtutis gratiam L
promereamur,vt in ipſo iuſtificemur,& non ſolum ipſi niue reddamur candidiores(Eſt e-
nim verax deus,qui ita promiſit dicens,quoniam ſi fuerint peccata veſtra ſicut purpura ru-
bicunda,velux nix alba erunt)ſed & vicinos noſtros illuſtremus nunc quidē audientes di-
centem dominum,vos eſtis lux mundi,nunc vero audientes ac facientes,quod dicit.Sic lu
ceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrē veſtrū
qui in cœlis eſt.Tunc & Apoſtolus nos omnino conteſtabitur dicēs, in quibus apparetis tan
quam luminaria in mundo,ſermonem vitæ habentes,ad gloriationem meam,in diē Chri-
ſti.Quomodo vero non eſſet abundantius cōſpicua vitæ nouitas,non iā ex gentiliū tantum
& ſecularium hominū collatione , ſed & ex eorū collatione qui in iuſtitiis legalibus eximij
fuerunt ? Quando non ſolum amplius aliquid extra neceſſitatem & acceſſorium nō deſide- M
rabimus,quod & homines huius mundi faciunt,ſed nec ea quæ iā præſentia ſunt ac noſtra,
affectabimus , & ad benefaciendum egenis pluſquam lex exigit, contendemus. Non enim
proximis ſolū benefaciemus,ſed & inimicis ac prauis hominibus bonitatem noſtrā impen-
demus ſecundum præceptū domini noſtri Ieſu Chriſti facientes,quo pręcepit,vt miſericor-
des ſimus,ſicut & pater noſter cœleſtis miſericors eſt.Et quomodo nō ambulabimus in no-
uitate vitę,& ſupra ſcribas & phariſęos iuſtitiā perficiemus,ſi obtēperabim⁹ domino dicēti,
dictū eſt antiquis,oculum pro oculo,& dentem pro dente. Ego vero dico vobis, ne reſiſta-
tis malo:ſed ſi quis tibi dexteram maxillam percuſſerit,obuerte illi & alteram.Et ſi quis te-
cū iudicio cōtendere,& tunicā tibi tollere voluerit, relinque illi & palliū.Et ſi quis te vi ade
gerit



A gerit ad miliarium vnum,abito cum illo duo.Non ſolum enim commiſſa iam in nos deli-
cta non vlciſcemur,vt ſcribæ & Phariſęi, permittēte hoc lege Moſaica,iubent,ſed maiorem
quoque patientiam oſtendemus , alacritate tolerantiæ ad paria vel etiam grauiora ferenda
parati & expoſiti.Et hoc pacto vtrūque lucramur.Mortem quidem,in eo quod ad indigna-
tionem aduerſus eum qui primam nobis plagam intulit,non permouemur:vitæ verò in do
mino nouitatem,in eo quod & ad aliam perferendam parati ſumus. Quomodo autem non
& legi mortuus eſt , qui ſibi non vindicat quod aufertur ? Quomodo non in Chriſto viuit,
qui & pallium ablatæ tunicæ adiicit? Docemur autem ad hunc modum omnem ſimul legis
iuſtitiam excellere.Quod autem nos non mundo ſolum crucifigi ſed & legi mori oporteat
B ab ipſo licet Apoſtolo diſcere,qui nunc quidem dicit.Ego mundo ſum crucifixus , & mun-
dus mihi,viuo autem non iam ego,ſed viuit in me Chriſtus,nunc verò,Ego per legem legi
ſum mortuus,vt deo viuam.Cum Chriſto ſum crucifixus . Aliquando poſt multam gloria-
tionem de excellenti in lege claritate quam olim habuerat, dicit . Sed nunc omnia illa pro
ſtercore duco , vt Chriſtum lucrifaciam , & inueniar in ipſo habens non meam iuſtitiam,
quæ eſt ex lege,ſed eam quæ eſt per fidem Ieſu Chriſti, iuſtitiam ex deo, in fide, vt cognoſ-
cam ipſum,& virtutem reſurrectionis ipſius,ac communicationem adflictionum eius, con
figuratus morti ipſius,ſi quo pacto pertingam ad reſurrectionem mortuorum.Et paulo poſt
docens nos, vt idem cum ipſo ſentiamus, expreſſius dicit . Quotquot igitur perfecti ſumus,
hoc ſentiamus.Et alibi vehementius tanquam neceſſarium dogma exponens dicit. Quem-
C admodum & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti , vt ſitis alterius, eius ſcilicet , qui
excitatus eſt ex mortuis,vt fructificemus deo.Cum enim eſſemus in carne , affectiones pec-
catorum,quæ ſunt per legem, operabantur in membris noſtris , vt fructificaremus morti.
Nunc verò liberati à lege,mortui ſumus ei,à quo detinebamur,vt ſeruiamus in nouitate ſpi
ritus,& non in vetuſtate literæ . Litera nanque, id eſt lex,occidit, ſpiritus verò, id eſt verba
domini, viuificat . Sicut ipſe dicit,caro enim nihil prodeſt , ſpiritus eſt qui viuificat : verba
mea ſpiritus ſunt & vita . Teſtatur verò eximius ille inter Apoſtolos dicens . Ad quem ibi-
mus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus & cognouimus , te eſſe Chriſtum filium
dei viuentis . Hoc ſi in veritatis certa perſuaſione diligentiori cura ſeruauerimus , horren-
D dum illud iudicium effugiemus,quod à Moſe quidem cum cōminatione propheticè ſcri-
ptum eſt.Prophetam vobis excitabit deus,ſicut me : ipſum audietis in omnibus quæcunque
vobis præceperit.Erit autem vt omnis anima quæ non audiet Prophetam illum, extermine-
tur de populo ſuo:à Ioanne verò baptiſta, quo inter natos mulierum maior eſt nemo, terri-
bilius & expreſſius eſt dictum.Qui credit in filium,habet vitam æternam:qui verò incredu-
lus eſt filio,non videbit vitam,ſed ira dei manet ſuper ipſum . Ne verò talis in baptiſmate
mors & talis in illa ſepultura,mœſtitiam in expectatione corruptionis & interitus exhibeat,
ſed nouitas vitæ,iactam ſementem,& excellentem glorioſæ reſurrectionis ſpem confirmet,
ſubiungit dicens.Si nanque inſititij facti ſumus ſimilitudini mortis ipſius,ſimul & reſurre-
E ctionis erimus.Nam ſi in tali mortis ſimilitudine Chriſto commortui & conſepulti in no-
uitate vitæ ambulauerimus,non mortalitatis corruptionem ſubimus,ſed ſepulturam & ve-
luti ſeminum conſitionem imitamur,ac mortificantes nos ipſos operibus nefaſtis, & fidem
per dilectionem efficacem oſtendentes , digni reddimur qui cum Apoſtolo poſt ipſorum
ſpem dicamus.Noſtra conuerſatio in cœlis eſt,ex quo & ſeruatorem expectamus dominum
Ieſum Chriſtum,qui configurabit corpus humilitatis noſtræ,vt conforme reddatur corpori
ipſius glorioſo,ſecundum operationem eius qua poteſt etiam ſibi ipſi ſubiicere omnia. Atq;
ita ſemper cum domino erimus,ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto à patre hoc petente ac di-
cente,da pater,vt vbi ego ſum,& iſti mecum ſint:deinde præcipiente ſimul ac promittente,
F cum dicit.Qui mihi miniſtrat me ſequatur,& vbi ego ſum,ibi erit & miniſter meus. Præte-
rea & Paulo Apoſtolo teſtante & in Chriſto prædicente,dum ita ſcribit.Hoc enim vobis di
cimus in verbo domini,quod nos,qui viuemus,qui reſidui erimus in aduentu domini,non
præueniemus eos qui obdormierunt.Quoniam ipſe dominus cum hortatu,in voce archan-
geli,& in tuba dei deſcendet de cœlo , & qui in Chriſto ſunt , excitabuntur primi . Deinde
nos qui viuimus qui reliqui erimus ſimul cum illis rapiemur in nubibus in occurſum Chri
ſti,in aëra,& ſic ſemper cum domino erimus.Et hoc pacto adimpletur nunc illud . Si enim
complantati facti fuerimus ſimilitudini mortis ipſius,in illis qui hoc obſeruant , promiſſio
verò illa tunc implebitur,quæ dicit,& reſurrectionis participes erimus,quemadmodum &
V alibi

alibi dicit. Si nanque commortui fuerimus, & conuiuemus: ſi ſuſtinuerimus & cõregnabi- G
mus. Cum autem ſciret Apoſtolus tautologiam vtilem eſſe audientibus, ad certitudinem,
veritatis perſuaſionem per eorundem reſumptionem firmiorem illis inculcat. De eodem e-
nim illum dicentem audimus. Eadem vobis ſcribere mihi quidem non eſt moleſtum, vobis
verò tutum. Quemadmodum hoc & à Ioſeph didicimus, qui Pharaonis ſomnium ſecunda
expoſitione confirmatius reddidit. Ita hiſtoriam in ſomnij imitatus Apoſtolus idem baptiſ
matis dogma iiſdem quibus & antea conſiderationibus expendendum tradidit dicens: ſci-
entes hoc, quod vetus noſter homo vnà crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, ne ſer-
uiamus vltrà peccato. Et per hæc itaque verba, eum qui baptizatur in Chriſto, in mortem
ipſius baptizari docemur, & quòd non ſolum ſepeliatur cum Chriſto & complantetur. Sed H
primum vnà crucifigatur, vt & in hoc inſtruamur, quemadmodum qui crucifigitur à viuen
tibus abalienatur: ita & eum qui in ſimilitudine mortis cum Chriſto crucifigitur, abalienari
ab omnibus qui ſecundum veterem hominem viuunt, domino quidem præcipiente vt à
pſeudoprophetis nobis caueamus, Apoſtolo autem admonente, vt ſubtrahamus nos ab o-
mni fratre inordinatè ambulante & non ſecundum traditionem quam accepiſtis, inquit, à
nobis. Vetus enim homo, quem vocat, omnia ſimul & ſingulatim peccata & inquinamen-
ta, tanquam ſua membra, complectitur, & ſignificat. Et quemadmodum qui crucifigitur
mortis ſubiectus condemnationi ab illis diſiungitur, cum quibus aliquando vitæ commer-
cium habuit, ſublimior iam illis qui in terra adhuc repunt factus: ita & qui cum Chriſto per I
baptiſma crucifigitur, ab omnibus in vniuerſum qui ſecundum hoc ſeculum viuunt abalie-
natus eſt, ſublata iam mente ad cœleſtem conuerſationem exaltatus, vt queat vere & cum
fiducia quæ in Chriſto eſt dicere. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Et iterum ſubdit Apoſto-
lus. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato, hoc eſt, abſolutus eſt, liberatus eſt, ab o-
mni peccato repurgatus eſt, non ſolum quod operibus, ac verbis, ſed quòd & ipſis cogitatio-
num affectibus ſit commiſſum. Et alio in loco definiuit ſcribens. Qui verò Chriſti ſunt, car-
nem ſuam crucifixerunt cum concupiſcentiis & affectionibus. Crucifigimur videlicet qui
in aqua baptizamur, qui baptiſmus eſt ſimilitudo crucis, mortis, ſepulturæ ac reſurrectionis
mortuorum, ſicut ſcriptum eſt. Et iterum, Mortificate membra veſtra, inquit, quæ ſunt ſu- K
pra terram (omnino, baptiſmi pacta etiam poſtremò tandem ſeruantes) fornicationem, im-
munditiam, affectionem, concupiſcentiam prauam, & auaritiam, quæ eſt eidolorum cultus,
propter quæ venit ira dei (non de his ſolum loquitur, ſed quod generalius eſt ſubiungit) in
filios diffidentiæ, ita vt iam nulla amplius, ne temporaria quidem voluptas, animum com-
maculans, obturbet ei qui Chriſto in ſimilitudine mortis complantatus eſt, & per id om-
nem malitiam vſque ad cogitationis quoque affectionem odio proſequitur & execratur,
cordis ſui mundiciem declarat, quemadmodum & Dauid dicit, non adhæſit mihi cor pra-
uum, declinantem à me malignum non agnoſcebam. Omnino nanque ne ad eum quidem
peruerſum conuerſus eſſet, qui ipſi appropinquaſſet. Complantati verò in ſimilitudine mor L
tis, prorſus excitabimur vnà cum Chriſto. Talis quippe eſt conſitionum ſeries, quæ hic in-
nuitur. Nunc quidem ſecundum menſuram incarnationis interno homine in nouitate vi-
tæ Chriſto configurato, obedientiam illi ad mortem vſque in certa veritatis verborum ip-
ſius perſuaſione præſtamus, vt digni reddamur qui cum verborum eius veritate dicamus,
viuo iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus. In futuro verò ſicut idem aſſeuerauit Apoſto-
lus dicens. Quoniam ſi commortui fuerimus, & conuiuemus, ſi ſuſtinuerimus & conregna-
bimus. Similiter nos huius & in eo certos reddit, quòd dicit. Si nanque complantati in ſimi
litudine mortis ipſius fuerimus, & reſurrectionis participes erimus. Et iterum de eodem nos
baptiſmatis dogmate grauius & fortius inſtruens ſubinfert dicens. Quoniam Chriſtus ex- M
citatus ex mortuis amplius non moritur, mors illi vltra non dominatur. Quod enim mor-
tuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel. Quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos, reputate vos i-
pſos mortuos quidem peccato, viuentes verò deo in Chriſto Ieſu. Adiecta igitur Apoſtolus
diſpenſatione domini noſtri Ieſu Chriſti de peccatorum noſtrorum remiſſione, per incar-
nationem illius ad mortem vſque, grauius nos & robuſtius inſtruit, decernens, mortuos
quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu, vt quemadmodum Chriſtus mor
tuus eſt propter nos, & excitatus ex mortuis, pro nobis, amplius non moritur: ita & nos in
mortem in ſimilitudine baptizati, peccato moriamur, & per aſcenſum ex baptiſmate, tan-
quam ex mortuis excitati, viuamus deo in Chriſto Ieſu, & non moriamur poſthac ampli-
us, hoc



A us, hoc eſt, non peccemus amplius. Quoniam anima quæ peccat, ipſa morietur. Et quemad-
modum mors Chriſto non dominatur amplius, ita & nobis non dominetur amplius pec-
catum, hoc eſt, non faciamus amplius peccatum. Qui nanque peccatum facit, ſeruus eſt pec-
cati. Liberati autem omnino ab eiuſmodi ſeruitute ſicut Apoſtolus manifeſtauit dicens.
Qui verò Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum concupiſcentiis & animi affectioni-
bus, viuamus deo in Chriſto Ieſu, qui nos liberauit, ſicut ſcriptum eſt: Chriſtus nos libera-
uit à maledicto legis, factus pro nobis maledictio. Quoniam autem peccati plurimum præ- πολὺ δὲ
ceſſit, manifeſtum eſt, quòd gratia domini noſtri Ieſu Chriſti hoc præſtitit, ſicut ſcriptum πρότερον
eſt. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt τῆς ἁμαρ-
B multi: ita per obedientiam vnius iuſti conſtituentur multi. State igitur, inquit, & nolite ite- τίας.
rum iugum ſeruitutis ſubire. Et quemadmodum ipſe peccato mortuus eſt ſemel, quod au-
tem viuit, viuit deo: ita & nos in baptiſmo aquæ, qui crucis & mortis ſimilitudinem gerit,
peccato mortui ſemel cuſtodiamus nos ipſos, ne denuo ad peccatum redeamus: perſeuere-
mus autem viuentes deo in Chriſto Ieſu, dicente. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, quod fa
ciemus ſi primum mandatum ipſius cuſtodierimus quo dicit. Sic luceat lux veſtra coram
hominibus, vt videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis: de-
inde & Apoſtoli denuntiationem qua ſic ſcripſit. Siue comedatis, ſiue bibatis, ſiue quid a-
liud faciatis, omnia ad gloriam dei facite. Aſſequemur autem horum quodque, ſi dignè vo-
C catione cœleſti affecti fuerimus, dignéque Euangelio Chriſti conuerſemur, vt cum veritate
queamus dicere: charitas enim dei conſtringit nos iudicantes, hoc, quòd ſi vnus pro omni-
bus mortuus eſt, igitur omnes eſſe mortuos. Et pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt am-
plius ſibi ipſis non viuant, ſed ei, qui pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit. Et ita præſtabitur
hoc. Manete in dilectione mea. Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea:
ſicut ego mandata patris mei ſeruaui, & maneo in dilectione ipſius. Nullam autem aliqua in
re dantes offenſionem, ne vituperetur miniſterium noſtrum. In omnibus verò commen-
dantes nos ipſos, tanquam miniſtri dei, ſynceram & veracem oſtendemus baptiſmatis pro-
miſſionem, ſi cuſtodierimus quæ ab Apoſtolo per conſolationem ad eos qui Chriſto ſunt
D complantati, & cum eo excitati, ad hunc modum ſunt dicta. Ne regnet itaque peccatum in
corpore veſtro mortali, vt obediatis illi ad concupiſcentias ipſius. Neque exhibeatis mem-
bra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed exhibete voſipſos deo tanquam ex mortuis viuentes.
Et membra veſtra arma iuſtitiæ deo. Et iterum: Itaque ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ
ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexteram patris ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, &
non quæ ſuper terram ſunt. Ita puto nobis Apoſtolum per anapodoton per ea quæ paucis
commemorata ſunt dilucidare magnam illam immenſæ humanitatis dei gratiam, quæ nos
in dilectione Chriſti Ieſu Domini noſtri præuenit, cuius nobis ad mortem vſque obedien-
tia, ſicut ſcriptum eſt, facta eſt redemptio, peccatorum libertas à morte quæ in peccato mun
E di regnauit, reconciliatio cum deo, facultas placendi deo, iuſtitiæ donum, communio ſan-
ctorum in vita ſempiterna, regni cœlorum hæreditas, & mille aliorum bonorum brabium.
Sapienter verò & ſolidè nobis per ea quæ coniunctim adducta ſunt, quæ ſit ratio baptiſma-
tis aquæ, quod fit in mortem domini noſtri Ieſu Chriſti, tradidit, per quæ nos inſtruit, vt
nos ipſos communiamus ne in vacuum tantam ac talem gratiam accipiamus, cum ea di-
cit, quorum iam memini. Ne regnet peccatum in mortali veſtro corpore, vt obediatis illi
ad concupiſcentias eius, neque exhibeatis membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato, ſed exhi-
beatis vos ipſos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ deo, &
quæ ſequuntur, quibus nos prorſus ab omni peccato, & à legis quoque iuſtitia auulſos, ar-
ctius iuſtitiæ quæ ſecundum deum eſt adducit, cum per horribiles illas minas, tum per bo-
F nam & deſideratiſſimam promiſſionem, dum dicit, obſonia peccati mors, donum verò dei
vita æterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Imitatur iterum dominum, & vt legalem iuſti-
tiam noſtra excellamus, inſtruit, ſubiungens. An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem
loquor) quòd lex dominatur homini, quandiu ille viuit. Mulier enim quæ ſub viro eſt, vi-
uenti viro alligata eſt per legem. Si verò vir ipſius mortuus fuerit, ſoluta eſt à lege viri. Vi-
uente itaque viro adultera cenſebitur, ſi iuncta fuerit alteri viro. Si verò mortuus fuerit vir,
libera eſt à lege, vt iam non fiat adultera, ſi iungatur alteri viro. Itaque fratres mei & vos
mortui eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius iam, eius videlicet, qui ex mortuis re-
ſurrexit, vt fructificemus deo. Cum enim eſſemus in carne, affectiones peccatorum, quæ

ſunt per legem,operabantur in membris noſtris ad fructificandum morti. Nunc verò ſoluti G
ſumus à lege,mortui ei,à quo detinebamur , vt iam ſeruiamus in nouitate ſpiritus , & non
in vetuſtate literæ,& quæ conſequúntur , quibus ineffabilem dei in Christo Ieſu humanita-
tem admirari,& cum maiore timore repurgare nos ab omni inquinamento carnis & ſpiri-
tus, docemur . Diſcrimen verò ſpiritus ac literæ , alio loco per legis & Euangelij collatio-
nem,pronuntiando declarat dicens,Litera quidem occidit , ſpiritus verò viuificat , literam
vocans legem,vt per ea quæ ibi conſcripta ſunt,manifeſtatur : ſpiritum autem , doctrinam
domini,ipſo domino dicente , verba mea ſpiritus ſunt & vita . Quòd ſi legalis iuſtitia dili-
genter obſeruata , quibuſdam , qui ſeipſos in baptiſmate deo obtulerunt , profeſſique ſunt,
quod nolint amplius ſibi ipſis viuere,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt ac reſurrexit , adulterij H
crimen adfert,vt per prædicta clarè demonſtratum eſt,quid dicendum eſt de traditionibus
humanis? Sanè de legali iuſtitia ipſe Apoſtolus acrius pronuntiat dicens. Quin omnia dam
num eſſe puto,propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu domini mei, propter quem o-
mnia pro damnis duxi, & pro ſtercore reputo vt ipſum Chriſtum lucrifaciam , & inueniar
in ipſo habens non meam iuſtitiam quæ eſt ex lege,ſed eam quæ eſt fidei Chriſti Ieſu, iuſti-
tiam ex deo. Manifeſtum itaque eſt de traditionibus humanis iudicium , ex verbis domini.
De propriis verò conſiliis ac cogitationibus quæ ſunt in ſapientia humana , contentioſio-
rem demolitionem facere docuit nos Apoſtolus dicens . Arma nanque militiæ noſtræ non
ſunt carnalia,ſed potentia deo ad demolitionem munitionum,quibus conſilia demolimur, I
& omnem celſitudinem,quæ extollitur contra cognitionem dei. Vel certè in vniuerſum de
iuſtitia,quæ cuique arridet , etiam ſi propter deum diligenti ſtudio fiat , de qua iterum ipſe
Apoſtolus dicit. Teſtimonium enim illis perhibeo,quod zelum dei habent, at non ſecun
dum ſcientiam.Ignorantes enim iuſtitiam dei,& propriam ſtatuere quærentes , iuſtitiæ dei
non ſunt ſubditi . Itaque ex iſtis & ſimilibus manifeſtum eſt eorum iudicium , qui iudicia
dei ſuis commentis eneruare volunt . Scriptum enim eſt , væ ſapientibus apud ſemetipſos,
& in oculis ſuis intelligentibus , idem apertius pronuntiante domino ac dicente . Quiſquis
non acceperit regnum dei ſicut paruulus,non ingredietur in illud.Quapropter neceſſarium

τῶν θελόντων σοφίζεσθαι τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ.

eſt , vt pariter ab omnibus repurgemur ac liberemur , ſiue diabolicis concupiſcentiis , ſiue K
mundanis faſtigiis , ſiue traditionibus humanis , aut propriæ voluntatis conſiliis , etiam ſi
plauſibilia & ſpecioſa videantur,& legis patrocinio commendentur , ſi vel modicè à debi-
to , properantíque voluntatis diuinæ ſtudio , impediant , vt qui in huiuſmodi baptiſmate
profeſſi ſunt,quod velint cum Chriſto crucifigi, mori, ſepeliri, complantari, excitari, par-
rheſiam habeant cum veritate dicendi.Ego mundo crucifixus ſum(multo prius autem dia-
bolo) & mundus mihi.Viuo autem nō iam ego,ſed viuit in me Chriſtus, quibus verbis eam
iuſtitiam docet,quæ legis iuſtitiam excellat, vt digni habeamur regno cœlorum. Tempeſti-
uum iam fuerit deinceps ad eam conſiderationem tranſire,qua per fidem Chriſti intelligen
tiam acquiramus,cognoſcamúſque,quid ſit baptizari in nomen patris & filij & ſpiritus ſan L
cti.Primum itaque neceſſarium eſt vt ſeparatim quod ſit vniuſcuiuſq; nominis ſignificatum
declaremus.Deinde ſciamus,quòd in nomine ſpirit⁹ ſancti baptizari,quid ſit,dominus ipſe
declarat dicens.Quod natum eſt ex carne,caro eſt,& quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt:
quod ideo fit,vt carnalis natiuitatis ſerie,exempli vice propoſita ex re manifeſtiore pietatis

Quid ſit baptizari in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

dogma clarè ac verè diſcamus,ſcientes,ac certò perſuaſi,quòd quemadmodum quod ſecun
dum carnem natum eſt ex aliquo,tale eſt,quale id ex quo natum eſt:ita & nos neceſſariò ex
ſpiritu natos,ſpiritum fieri.Spiritum dico,non ſecundum immenſam illam & humano ſen
ſui incomprehenſibilem ſpiritus ſancti gloriam,ſed ſecundum eam,quæ in diuiſione chariſ
matum dei per Chriſtum ipſius,vnicuiq; ad vtilitatem facta,& in illorum omnium opera- M
tione per ænigma conſpicitur,vt & in aliis dictis ſimiliter,de quibus nos ipſe ſpiritus, ſecun
dum mandata dei quæ per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum denuntiata ſunt , admonet
ac docet,ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto dicente,ipſe vos docebit,& de omnibus admone
bit,quæ dixi vobis.Deinde Apoſtolus latius tradit,per quos ſenſus aliquis,ſpiritus fieri poſ-
ſit dum ſcribit,aliquando quidem,fructus autem ſpiritus eſt charitas,gaudium, pax, animi
lenitas,& quæ ſequuntur,cum pręmiſiſſet:qui verò ſpiritu aguntur,nō ſunt ſub lege.Et alibi,
ſi ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus.Aliquando verò,habentes autē chariſmata,ſecundū
datam nobis gratiā dei,differentia,ſiue Prophetiam, ſecundū proportionē fidei , ſiue mini-
ſterium in miniſtrando , & quæ ſubſequuntur. Per hæc & ſimilia dominus ex ſpiritu natos,
ſpiritum



A ſpiritum fieri dicit.Atteſtatur autem & Apoſtolus dicens.Huius gratia flecto genua mea ad
patrem domini noſtri Ieſu Chriſti , ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,
vt det vobis iuxta diuitias gloriæ ipſius,virtute corroborari per ſpiritum ipſius,vt in inter-
no homine habitet Chriſtus:ſi vero ſpiritu, inquit, viuimus , ſpiritu & ambulemus,vt hoc
pacto ſancti ſpiritus capaces facti Chriſtum cōfiteri queamus: propterea quòd nemo poteſt
dominum dicere Ieſum,niſi in ſpiritu ſancto.Igitur ad hunc modum dominus cum per ſe-
ipſum tum per Apoſtolum,ex ſpiritu natos,ſpiritum fieri docuit. Rurſus & in hoc imitabi-
mur carnalem generationem.Primum quidem vt locum mutemus,& viuendi modū tranſ
formemus,per hoc,quod ſpiritus confirmat internum hominem , vt poſſimus dicere. No-
B ſtra conuerſatio in cœlis eſt.Nam licet corpus in terra tanquam vmbram aliquam circum-
feramus,animam tamen cum cœleſtibus agentem conſeruamus : deinde & ab illis qui in
terra nobiſcum agunt,ſecedentes,cum Dauide dicamus.Eum qui occultê proximo ſuo de-
trahit perſequebar,cum ſuperbo oculo,& inſatiabili corde,cum hoc non edebam.Oculi mei
ad fideles in terra,vt illos mecum habitare faciam.Qui ambulat in via immaculata,hic mi
hi miniſtrabat:non habitauit in medio domus meę,qui facit ſuperbiam. Qui loquitur iniu
ſta,proſperè non egit ante oculos meos. Et quæ alibi ſimilia dicit. Et quæ Apoſtolus cōſtan
ter denuntiat.Si quis frater nominatus aut fornicator fuerit aut auarus,aut conuiciator aut
vinoſus,aut raptor,cum eiuſmodi ne cibum quidem ſumite.Et vbi talia ſępenumero aduer
ſum eiuſmodi ſcelera præſcripſit , pręmiſſa de immenſa & glorioſa benignitatis Chriſti &
C humanitatis gratia diſſertatione, clarè ac ſolidè tradit quibuſnam nobis & qualibus conui-
uendum ſit,cum dicit.Ipſe enim eſt pax noſtra,qui fecit ex vtriſque vnum , & medium pa-
rietem maceriæ ſuſtulit, inimicitiam ſcilicet, in carne ſua, legem præceptorum in decretis
ſitam amolitus, vt duos conderet in ſe in vnum hominem , faciens pacem,& reconciliaret
vtroſque deo,in vno corpore per crucem,interempta inimicitia,in ſeipſo.Et venit & euan-
gelizauit pacem vobis,qui procul,& qui propè ſunt. Quoniam per ipſum habemus vtrique
acceſſum in vno ſpiritu ad patrem . Itaque non eſtis amplius aduenæ & peregrini , ſed eſtis
conciues ſanctorum , & domeſtici dei, ædificati ſupra fundamentum apoſtolorum & pro-
phetarum , vbi ſummus angularis lapis eſt ipſe Chriſtus Ieſus, in quo omnis ædificatio co-
D agmentata creſcit in templum ſanctum domino,vt hoc pacto Chriſto in ſimilitudine mor
tis complantati,& in nomine ſancti ſpiritus baptizati,& ſecundum internum hominem in
nouitate ſenſus regenerati,denique ſupra fundamentum apoſtolorum ac prophetarū ædi-
ficati,digni habeamur,qui baptizemur in nomine vnigeniti dei, promereamurq; magnum
illud dei donum,de quo Apoſtolus tradidit dicens . Quotquot baptizati eſtis in Chriſtum,
Chriſtum induiſtis.Non eſt iam Græcus, Iudæus,circunciſio, præputium,barbarus, Scytha,
ſeruus, liber , ſed omnia in omnibus Chriſtus . Neceſſarium enim eſt ac conſequens,vt qui
natus eſt,indumento quoque amiciatur, tantum ſi, quemadmodum tabella è qualicunque
E ſit materia,depoſita primum inęqualitate & detracta aſperitate,ita demum picturam regiæ
imaginis induit, & tunc imaginis præſtantia neque ſecundum ligni aut auri,vel argenti va
lorem iudicatur,ſed ſecundum exactam ad archetypum ſimilitudinem,cum multa diligen
tia ſecundum artis facultatem certò & accuratè expreſſam,per quam & materię differentiā,
licet plurimum ea diſtet ab archetypo,abſcondit,& ad celebritatem ſuam inſpectores attra
hit,& honoratior fit quouis principatu ac potentatu:ita & qui baptizatur,ſiue Iudæus ſit ſi-
ue Græcus,ſiue maſculus,ſiue fœmina, ſiue ſeruus,ſiue liber, ſiue Scytha, ſiue barbarus, ſiue
alius quiſquam quacunque generis differentia nominatus,exutus in ſanguine Chriſti vete-
rem hominem cum actibus ſuis , & per doctrinam ipſius, nouum in ſpiritu ſancto indutus,
F qui ſecundum deum conditus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis,ac renouatur ad agnitio-
nem ſecundum imaginem eius qui condidit ipſum,dignus reddatur qui pertingat ad bene-
placitum dei,de quo tradidit Apoſtolus dicens.Scimus enim quòd diligentibus deum om-
nia cooperantur in bonum,iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Quoniam quos præ-
ſciuit,eos & præfiniuit,vt conformes fierent imagini filij ipſius,vt ſit ipſe primogenitus in-
ter multos fratres . Tunc enim tanquam filium dei indutus, præfectum gradum promere-
tur,& baptizatur in nomen patris ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum teſtimo
nium Ioannis,poteſtatem dedit filios dei fieri,dicente deo,Exite de medio ipſorum , & ſe-
paremini,& immundum ne tetigeritis,& ego ſuſcipiam vos,& ero vobis in patrem,& vos
eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens , quod fit gratia ipſius domini no-

 ſtri

ſtri Ieſu Chriſti vnigeniti viuentis dei filij,in quo neque circuncisio quicquam valet,neque G
præputium,ſed,vt ſcriptum eſt,fides,quæ per dilectionem operatur,per quam proſpero ſuc
ceſſu aſſequimur quod mandato baptiſmatis mox è vicino à domino Ieſu Chriſto ſubiun-
ctum eſt,dicente,docentes eos ſeruare , quæcunque mandaui vobis,quorum obſeruantiam
argumentum eſſe dilectionis noſtræ erga ſe,dominus ipſe definiuit dicens . Si diligitis me,
mandata mea ſeruate.Et iterum.Qui habet mandata mea,& cuſtodit ea,ille eſt , qui diligit
me. Et rurſus. Si quis me diligit,ſermonem meum ſeruabit,& hunc pater meus diliget . Et
maiore ſerio & grauius,manete,inquit,in dilectione mea . Si quis mandata mea ſeruauerit,
manet in dilectione mea,quemadmodum & ego præcepta patris mei ſeruaui , & maneo in
ipſius dilectione . Si vero neceſſaria dilectionis noſtræ erga Chriſtum demonſtratio, in ob- H
ſeruantia mandatorum ipſius ſita eſt, vehementer hic nobis timendum eſt , quod ſine dile-
ctione,etiam celebrium illorum chariſmatum,ſupernarum ac cœleſtium virtutum, ipſiuſq;
fidei,ſumma energia,& mandatum hoc quoque quod perfectos reddit,inutile eſt,ipſo Pau
lo apoſtolo qui in Chriſto loquitur, ita dicente.Si linguis hominum & angelorum loquar,
charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens . Et ſi ha-
buero prophetiam,& cognouero myſteria omnia,& omnem ſcientiam,& ſi habuero omnē
fidem,ita vt montes transferam , charitatem vero non habuero , nihil ſum. Etſi erogauero
omnem ſubſtantiam meam,& tradidero corpus meum, vt comburar,charitatem autem nō
habuero,nihil inde vtilitatis capiam.Quæ quidem arbitror Apoſtolum definitoriè dixiſſe, I
memorem domini dicentis,quoniam multi venient in illa die dicentes, domine, domine,
non in nomine tuo prophetizauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus , & in nomine
tuo virtutes multas fecimus ? Et comedimus coram te & bibimus?& in plateis noſtris do-
cuiſti?Et reſpondebo illis . Nunquam agnoui vos,diſcedite à me operarij iniqui,ita vt con-
ſpicuum ſit & irrefragabile, quod ſine dilectione, etiam ſi præcepta dei & iuſtificationes fi-
ant, etiamſi mandata domini cuſtodiantur , & magna operentur in nobis chariſmata , hæc
omnia opera iniquitatis reputabuntur.Non quòd hęc ſit ratio chariſmatum & iuſtificatio-
num dei,ſed propter ſcopum eorum qui iſtis ad ſuos affectus abutuntur,dicente eodē Apo-
ſtolo,nunc quidem,qui quæſtum eſſe putant pietatem,nunc vero , quidam quidem propter K
inuidiam & contentionem,quidam vero contentioſe & non purè Chriſtū annuntiant, pu-
tantes ſe hoc pacto adflictionem adferre vinculis meis. Et alibi. Non enim ſumus , inquit,
vt multi,cauponantes verbum dei.Et iterum per negationem dixit . Neque enim vnquam
fuimus in ſermone adulandi apud vos, vt ſcitis,neque in prætextu auaritiæ . Deus eſt teſtis,
neque gloriam quæſiuimus ab hominibus,neque à vobis neque ab aliis,cum poſſemus gra-
ues eſſe,veluti Chriſti Apoſtoli. Ex iſtis autem ac ſimilibus locis cōſpicuè declaratur quàm
iuſtè ſit Chriſtus ita reſponſurus ac dicturus, diſcedite à me operarij iniqui, propterea quòd
per chariſmata dei propriæ voluntatis negotium qui tales ſunt agunt(perinde ac ſi quiſquā
medicis inſtrumentis ac condimentis, quæ ſingula ad certas paſſiones & ſanitatis curam ac L
ſalutem parata ſunt,ad cædem & interitum abutatur) nec mandatum Apoſtoli cuſtodiunt,
dicentis,,Siue edatis,ſiue bibatis,omnia ad gloriam dei facite.Omnino itaque neceſſaria eſt
interni hominis cura , vt ſubmiſſa ſit mens , & ad ſcopum gloriæ dei intenta , vt ſeruantes
mandatum domini dicentis , facite arborem bonam , & fructum eius bonum . Et iterum,
Phariſæe cæce , munda primum quod intus eſt in poculo , & tunc quod extra ipſum eſt
mundum erit totum , ex abundantia boni cordis fructum adferamus , alius quidem cen-
tuplum alius ſexagecuplum , alius vero trigecuplum , ſiue id fiat operibus , ſiue verbis , ad
gloriam dei & Chriſti ipſius , vbique hoc ſatagentes , ne contriſtemus ſanctum ſpiritum.
Et hoc pacto euademus iudicium domini dicentis . Væ vobis,quoniam ſimiles eſtis ſepul- M
chris dealbatis,quæ quidem externè ſpecioſa apparent, internè vero plena ſunt oſſibus mor
tuorum,& omni ſpurcitia: ita & vos externè apparetis hominibus iuſti , internè vero pleni
eſtis hypocriſi & iniquitate.Quapropter ante baptiſmum inſtructio præmittenda eſt, & pri
mum quæ doctrinam ac diſciplinam impediunt remouenda,vt ita ad inſtructionē idoneos
nos ipſos præparemus, ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto per exempla præmiſſam ſentētiam
confirmante,& iterum dogmaticè inferente:ita quiſquis ex vobis non renuntiauerit omni-
bus ſuis facultatibus,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et iterum cum præcepto.Si quis venit
ad me,abneget ſemetipſum,tollat crucem ſuam,& ſequatur me.Et iterum cum definitione.
Qui non accipit crucem ſuam quotidie , & ſequitur me , non eſt me dignus. Iſtis ac ſimi-
libus



A libus† acribus ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, dicentis, ignem veni mittere ad ter-
ram,& quid volo?niſi vt ardeat? manifeſtata peccatorum malicia,& declarata virtute eorū
quæ ad gloriam dei & Chriſti ipſius rectè geruntur , peruenimus omnino ad deſiderium &
aſſenſum verborū Apoſtoli,quibus dicit.Miſer ego homo, quis me liberabit à corpore mor
tis huius ? Gratias ago deo per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum , qui dixit. Hic eſt ſan-
guis ille meus,ſanguis noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccato-
rum,atteſtante Apoſtolo,cum dicit.In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius,
remiſſionem peccatorum,& tunc accedimus ad baptiſmum aquæ,qui eſt crucis, mortis,ſe-
pulturæ ac reſurrectionis ex mortuis ſimilitudo, factis ſponſionibus ac pactis,& ſeruantes
B quoque quæ Apoſtolus in talis baptiſmatis pericopa obſignauit , cum dixit , ſcientes quod
Chriſtus excitatus amplius non moritur, mors illi vltra non dominatur. Quòd enim mor-
tuus eſt,peccato mortuus eſt ſemel:quod vero viuit , viuit deo: ita & vos reputate voſipſos
mortuos quidem peccato,viuentes autem deo in Chriſto Ieſu . Ne regnet itaque peccatum
in mortali veſtro corpore , ad obediendum illi ad concupiſcentias ipſius , neque exhibeatis
membra veſtra arma iniuſtitiæ peccato,ſed exhibete vos ipſos deo tanquam ex mortuis vi
uentes,& membra veſtra arma iuſtitiæ deo, & quæ ſequuntur . Tunc ſcilicet promerebitur
quis vt baptizetur in nomine ſpiritus ſancti,& regeneratus mutet & locum & vitæ modum
& priſtinæ vitę ſocios,vt patri conſentiētes promereamur baptizari in nomine filij,& Chri
C ſtum induere . Oportet enim & veſtem accipere eum qui natus eſt , ſicut Apoſtolus dixit.
Quotquot in Chriſtum baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Et iterum:Exuti veterem homi-
nem cum actibus ſuis, & induti nouum, qui renouatur ad agnitionem, iuxta imaginē eius
qui condidit ipſum vbi non eſt Græcus,& Iudæus.Poſtquàm vero filium induimus, qui po
teſtatem dat filios dei fieri,in nomine patris baptizamur & filij dei declaramur, qui præce-
pit ac denuntiauit,ſicut propheta dixit.Quapropter exite de medio ipſorum & ſeparemini,
dicit dominus, & immundum ne tetigeritis,& ego ſuſcipiam vos,& ero vobis pater & vos
eritis mihi filij ac filiæ,dicit dominus omnipotens.Has itaque dilecti promiſſiones haben-
tes,inquit Apoſtolus,repurgamus nos ipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus,perfi-
D cientes ſanctimoniam in timore dei.Et iterum denuntiat dicens,omnia facite ſine murmu
ratione ac diſceptatione,vt ſitis inculpati ac ſynceri,irreprehenſibiles filij dei,in medio na-
tionis prauæ ac peruerſæ, in quibus lucetis tanquam luminaria in mundo,vitę ſermonē ha
bentes,ad gloriationem meam,in diē Chriſti.Itaque ſi ſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum
ſunt quærite,vbi Chriſtus eſt ad dexterā patris ſedens,quæ ſurſum ſunt ſapite, non quę ſunt
ſupra terrā.Mortui enim eſtis , & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo . Quando
Chriſtus apparuerit vita veſtra , tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria , quæ ab ipſo eſt
E domino promiſſa,qui dixit.Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol, &c.

† Vel, ignitis.

## QVOD QVI PER BAPTISMVM REGE-
*neratus eſt, participatione deinceps diuinorum myſteriorum nutriri debeat.*

OPtimi dei gratia,commemoratione verborum vnigeniti viuentis dei filij , & ſan-
ctorum ipſius euangeliſtarum,prophetarumq; & Apoſtoli quæ nobis rationem ba
ptiſmatis domini noſtri Ieſu Chriſti ſufficienter declararunt,inſtructi ſumus,quod
ignis quidem baptiſma & omnem maliciam arguit,& iuſtitiæ quę ſecundum Chri
ſtum eſt capacem reddit,odiumq; malitiæ indit,& deſiderium virtutis, per fidem autem , à
F ſanguine Chriſti repurgati ſumus ab omni peccato, aqua vero in mortem domini baptiza-
ti,quaſi ſcripto quodam pepigimus & profeſſi ſumus,quòd mortui ſumus peccato & mun-
do,viuificati vero iuſtitiæ , atq; ita in nomine ſancti ſpiritus baptizati,ac regenerati ſumus.
Regenerati vero & in nomine filij baptizati, Chriſtum induimus.Induti autem nouum ho
minem,qui ſecundum deum conditus eſt,in nomine patris baptizati ſumus,& filij dei de-
clarati.Opus itaq; deinceps eſt vt nutriamur cibo vitæ æternæ,quam & ipſam nobis quoque
ipſe vnigenitus viuentis dei filius tradidit,quando dicit. Non in ſolo pane viuet homo, ſed
in omni verbo quod progreditur per os dei . Et quomodo hoc fiat docuit vbi dixit : Cibus
meus eſt,vt faciam voluntatem eius qui miſit me patris.Et iterum ſecundo,Amen,ad con-
firmandum quæ inferebat,& perſuadendum auditoribus adiecto.Amen amen,inquit, dico

 vobis

vobis,niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius,non habebitis G
vitam in vobis.Qui edit carnem meam,& bibit ſanguinem meum , habet vitam æternam.
Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.Caro nanque mea verè eſt cibus , & ſanguis meus
verè eſt potus.Qui edit carnem meam,& bibit ſanguinem meum,in me manet,& ego in ip
ſo.Et paulo poſt ſcriptum eſt.Multi autem ex diſcipulis eius audito hoc ſermone dixerunt,
durus eſt hic ſermo.Quis poterit eum audire?Cognito autem dominus in ſeipſo,quòd mur
murarent de hoc ſermone diſcipuli,dixit eis.Hoc vos offendit?Si videritis ergo filium ho-
minis aſcendentem,vbi erat prius.Spiritus eſt qui viuificat,caro non prodeſt quicquã. Ver
ba mea ſpiritus ſunt & vita.Sed ſunt ex vobis quidam qui non credunt . Sciebat enim Ieſus
iam tum ab initio,qui eſſent credentes,& quis eſſet ipſum traditurus.Et dixit.Ideo dixi vo- H
bis,quòd nemo queat venire ad me,niſi ſit illi datum à patre meo. Ab eo tempore multi di
ſcipulorum eius retro abibant , & amplius cum illo non ambulabant , dicebat igitur Ieſus
ad duodecim.An & vos vultis abire?Reſpondit Simon Petrus,domine ad quem abibimus?
verba vitæ æternæ habes,& nos credidimus & cognouimus te eſſe Chriſtũ filium dei viuen
tis.Et circa finem euangeliorum ſcriptum eſt. Acceptum igitur Ieſus panem , gratiis actis,
fregit ac dedit diſcipulis & dixit,Accipite,edite,hoc eſt corpus illud meum , quod pro vo-
bis frãgitur, hoc facite in mei rememorationem.Et acceptum quoque poculũ,gratiis actis,
dedit illis dicens,bibite ex hoc omnes,Hic eſt enim ſanguis ille meus,ſanguis noui teſtamẽ
ti qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum . Hoc facite in mei rememoratio- I
nem.Atteſtatur iſtis & Apoſtolus dicens.Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis,
quod dominus Ieſus in ea nocte,qua tradebatur,panem accepit, & gratiis actis fregit ac di
xit.Hoc eſt corpus illud meum,quod pro vobis frangitur.Hoc facite in mei rememoratio-
nem.Similiter & poculum,poſteaquam cœnaſſent,dicens.Hoc poculum, nouum teſtamen
tum eſt in meo ſanguine.Hoc facite in mei rememorationem . Quotieſcunque enim ede-
ritis panem hunc & poculum hoc biberitis,mortem domini annuntiabitis quouſq; veniat.
Quid itaque vtilitatis habent hæc verba ? Vt edentes ac bibentes, perpetuò memores ſimus
eius,qui pro nobis mortuus eſt ac reſurrexit,atque ita inſtruamur neceſſariò cuſtodire in cõ
ſpectu dei ac Chriſti eius traditum ab Apoſtolo dogma, quo dicit , charitas enim dei con- K
ſtringit nos iudicantes hoc,quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes itaque mortuos
eſſe.Et pro omnibus mortuus eſt,vt qui viuunt,iam non amplius ſibi ipſis viuant,ſed ei qui
pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit.Qui nanque edit ac bibit, videlicet in memoriam inde-
lebilem eius,qui pro nobis eſt mortuus ac reſurrexit, Ieſu Chriſti domini noſtri , rationem
vero memoriæ obedientiæq; dominicæ ad mortem vſque,iuxta doctrinam Apoſtoli nõ ad-
implet,qui vt prædictum eſt, dicit.Conſtringit enim nos charitas dei,iudicantes hoc, quòd
ſi vnus pro omnibus eſt mortuus, itaque omnes eſſe mortuos ( quod in baptiſmate profeſſi
ſumus)Et pro omnibus eſt mortuus,vt qui viuunt iam non amplius ſibi ipſis viuant, ſed ei,
qui pro ipſis eſt mortuus ac reſurrexit,nihil habet vtilitatis,iuxta ſententiam domini dicen L
tis,caro non prodeſt quicquam . Accerſit autem ſibi ipſi qui talis eſt , iudicium quoque,di-
cente Apoſtolo . Qui edit ac bibit indignè,iudicium ſibi ipſi manducat & bibit , non diiu-
dicans corpus domini . Non enim terribile tantum iudicium habet , qui in carnis ac ſpiri-
tus inquinamento ad ſancta accedit indignè , accedens vero , reus fit corporis ac ſanguinis
domini,ſed & otioſe & inutiliter edens ac bibens, in eo,quòd non , per memoriam eius qui
pro nobis eſt mortuus & excitatus , videlicet Ieſu Chriſti domini noſtri , cuſtodit illud A-
poſtoli quod dictum eſt ſuprà : conſtringit enim nos charitas dei , iudicantes hoc quòd ſi
vnus pro omnibus mortuus eſt , igitur mortuos eſſe omnes , & quæ ſequuntur . Quemad-
modum enim ſine conſcientia & inutiliter tantum ac tale bonum irritum facit , & ſicut M
abſque vlla gratiarum actione accedit ad tale myſterium , iudicium habet ſegnitiei , cum
dominus nec eos innoxios eſſe ſinat,qui verbum aliquod otioſum proferunt,& vehemen-
tius quoque otioſitatis iudicium declaret , in eo , qui talentum acceptum in otio & ſegni-
tie integrum ſeruauerat : Apoſtolus vero tradiderit nobis , quòd & is qui bonum verbum
prolatum non ad ædificationem fidei diſpenſat , contriſtet ſpiritum ſanctum . Debemus
itaque attendere quod ſit iudicium eius qui indignè edit ac bibit . Non ſi qui fratrem quo-
que per cibum contriſtat à charitate excidit , ſine qua magna quoque chariſmata & iuſti-
ficationes quoque operantia nihil proſunt , quid de eo dicendum eſt , qui otioſè & inutili-
ter edere audet corpus & bibere ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti , & hac ratione plus
aliquanto



A aliquanto contriſtat & infeſtat ſpiritum ſanctum, dum ſine ſocia charitate veſcitur? Iudi-
cemus itaque hoc , ne vobis ipſis viuamus , ſed ei qui pro nobis eſt mortuus & reſurrexit,
Chriſto Ieſu domino noſtro,edamus ac bibamus.Oportet igitur accedentem ad corpus ac
ſanguinem domini,ad rememorationem eius qui pro nobis eſt mortuus ac reſurrexit , non
ſolum purum eſſe à quouis inquinamento carnis ac ſpiritus , ne ad iudicium edat & bibat,
ſed & euidenter oſtendere & exprimere memoriam eius qui pro nobis mortuus eſt ac reſur
rexit,in eo,quòd & mortificatus eſt,peccato,mundo,ac ſibi ipſi,& deo viuit in Chriſto Ieſu
domino noſtro.

B

## SERMO SECVNDVS IN CAPITA
*tredecim diuiſus.*

*AN quiſquis baptiſmate ſecundum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti baptizatus eſt, obligatus ſit* Cap.1.
*ad hoc,ut mortuus peccato,uiuat deo in Chriſto Ieſu.*
*An non ſit periculoſum, ſi quiſquam corde à conſcientia praua, aut immunditia,uel inquinatione* 2
*non repurgato,ſacerdotio fungatur.*
*An periculoſum non ſit, non purgatum ab omni carnis & ſpiritus inquinamento edere corpus domini &* 3
*bibere ſanguinem ipſius.*
*An credendum ſit cuiuis uerbo dei,perſuaſúmque eſſe oporteat de ueritate eius quod dicitur,etiamſi aliud* 4
C *uerbum aut factum uel ipſius domini uel ſanctorum,quod contrarium eſſe uideatur.*
*An cuiuſque uerbi incredulitas & inobedientia digna ſit ira & morte,tametſi non ſint ſeparatim ſingu-* 5
*lis adiectæ minæ.*
*An inobedientia in eo ſit,ſi interdictorum & prohibitorũ aliquid fiat,uel in eo quoque ſi quid eorum quæ* 6
*ſit decreta ſunt,omittatur.*
*An poſſibile ſit,uel acceptum,uel probabile deo,eum qui peccato ſeruit,iuſtitiam facere ſecundum pietatis* 7
*ac religionis ſanctorum canonem.*
*An acceptum ſit deo,ſi opus præcepti,non rite ſecundum præcepti rationem fiat.* 8
*An communicandum ſit præuaricatoribus , aut infrugiferis tenebrarum operibus, etiamſi eiuſmodi ex iis* 9
*non ſint,qui meæ fidei commiſſi ſunt.*
D *An offendere perpetuo ſit periculoſum.* 10
*An oporteat, & tutum ſit,quæ à deo mandata ſunt aliquãdo detrectare,aut prohibere eũ qui ex iuſſu mã-* 11
*data illius obit,aut prohibentes ſuſtinere,maximè ſi germanus ſit qui prohibet,aut ratio quædam in ſpeciem*
*probabilis mandato dei aduerſatur.*
*An quiſque ſit debitor omnibus & in omnibus curandis uel fidei ſuæ concreditis tantum,illiſque ſecũdum* 12
*admenſuratum ſibi à ſpiritu ſancto donum.*
*An quamuis tentationẽ ſuſtinere oporteat,etiamſi mortis minas adiunctas habeat,niſi obedientia deo de-* 13
*bita ſeruetur, & maximè in cura eorum qui fidei noſtræ concrediti ſunt.*

E An quiſquis baptiſmate ſecundum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti
baptizatus eſt , obligatus ſit ad hoc , vt mortuus peccato , viuat deo in Chri-
ſto Ieſu.

### CAPVT PRIMVM.

QVOD ſi omnes,qui regnum dei nobis optamus, baptiſmatis gratiam æquè ac ne-
ceſſario expetimus & efflagitamus,iuxta domini ſententiam,dicentis, niſi quis naſcatur ex
aqua & ſpiritu,non poterit ingredi in regnum dei , omnes igitur ad hoc pariter obſtringi-
mur vt ipſi baptiſmatis rationi reſpondeamus & concordemus,Apoſtolo communiter ba-
ptizatis omnibus dicente . An ignoratis fratres , quòd quicunque baptizati ſumus in Chri-
ſtum Ieſum,in mortem ipſius baptizati ſumus?Conſepulti igitur illi ſumus per baptiſmum
F in mortem,vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis , per gloriam patris, ita &
nos in nouitate vitæ ambulemus,& quæ ſequuntur.Et alio in loco , cum maiore reprehen-
ſione & clarius nobis tale dogma tradit,dicens.Quicunq; in Chriſtum baptizati eſtis,Chri-
ſtũ induiſtis.Non eſt Iudæus,non eſt Græcus,non eſt ſeruus,non eſt liber, non eſt maſculus,
non eſt fœmina . Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu . Quemadmodum & iterum
ad omnes dicit.In quo & circuncisi eſtis,circunciſione non manufacta in depoſitione cor-
poris peccatorum,carnis videlicet,in circunciſione Chriſti,conſepulti ipſi in baptiſmate,in
quo & vnà excitati eſtis per fidem.Quiſquis igitur Euangelij baptiſmate baptizatus eſt,obli
gatus eſt ad hoc,vt ſecundum Euangelium viuat,quod & per ea patet quæ alibi dicit,Con-
teſtor

teſtor iterum omnem hominem circuncidentem ſe, quòd debitor eſt totius legis ſeruandæ. G
Conſtat itaque manifeſtè, quòd quiſquis vnico illo, ſicut ſcriptum eſt, baptiſmate baptiza-
tus eſt, ſimul debitor eſt ſecundum verbum eius qui pro nobis eſt mortuus & reſurrexit, ad-
implendi eius quod ab Apoſtolo ſcriptum eſt. Charitas enim Chriſti conſtringit nos, iudi-
cantes hoc, quòd ſi vnus mortuus eſt pro omnibus, mortuos itaque eſſe omnes. Et pro om-
nibus mortuus eſt, vt qui viuunt iam non amplius ſibi ipſis, ſed ei viuant, qui pro ipſis eſt
mortuus ac reſurrexit. Si enim qui parte tantum aliqua corporis Moſaica circunciſione cir-
cunciſus eſt, debitor eſt totius legis ſeruandæ, quanto magis circunciſione Chriſti in expo-
liatione totius corporis peccatorum, videlicet carnis, circunciſus, ſicut ſcriptum eſt, debitor
eſt ſeruandi dicti Apoſtolici. Ego mundo crucifixus ſum, & mundus mihi, Viuo autem non H
iam ego, ſed viuit in me Chriſtus. Itaque qui verè ſecundum verbum Apoſtoli in mortem
Chriſti baptizatus eſt, mundo quidem ſeipſum mortificauit, verum multo prius peccato,
iuxta eam rationem quæ ab Apoſtolo vbi de baptiſmate loquitur aſſignata eſt, vbi dicit.
Quoniam vetus homo noſter vnà crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt peccato
non ſeruiamus poſthac amplius. Irreuocabili autem pacto ſe adſtrinxit ad hoc; vt Chriſtum
ſequatur in omnibus, id quod eſt deo integrè ac perfectè viuere, omnino adimplens Apo-
ſtolica illa, quibus aliquando dicit. Obſecro vos fratres per miſerationes dei, vt exhibeatis
corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo beneplacentem, rationalem veſtrum cul-
tum, & quæ ſequuntur: aliquando verò. Ne regnet igitur peccatum in mortali veſtro cor-
pore, ad obediendum illi in concupiſcentiis ipſius. Neque exhibeatis membra veſtra arma
iniuſtitiæ peccato, ſed exhibeatis vos ipſos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra
veſtra arma iuſtitiæ deo. In iſtis autem & ſimilibus dogmatis, iterum dicens. Non eſt Iu-
dæus, non eſt Græcus, non eſt ſeruus, non eſt liber, non eſt maſculus, non eſt fœmina. Omnes
vos enim vnus eſtis in Chriſto Ieſu, hoc quæritur, vt digni reddamur omnes, veluti vnus,
qui illud Chriſti audiamus veni ſerue bone. In modicis fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtitu
am, intra in gaudium domini tui, id quod promerebimur, ſi quiſque noſtrum admenſuratã
ſibi gratiam, ſicut ſcriptum eſt, in qua vocatus eſt, & conſors effectus, abundantiore cura & K
impigro ſtudio auctiorem reddere ſategerit.

An periculoſum non ſit, ſi quiſquam corde à conſcientia aut praua, vel im-
munditia aut inquinamento non repurgato, ſacerdotio fungatur.

CAPVT SECVNDVM.

Leuit. 21. MOSES per ea quæ tunc in lege à deo data poſuit, typum quendam ad noſtri ad-
hortationem præfigens, ſcribit. Et dixit dominus ad Moſen, loquere ad Aaron dicens. Ho-
mo ex ſtirpe tua, in generationibus veſtris, habens in ſeipſo maculam, non accedet ad offe-
rendum dona deo ipſius. Quoniam omnis homo, in quo vel qua, macula eſt, non accedet.
Et in ſequentibus quid per maculam intelligat exponit. Nempe quod eſſe debeat abſque vl- L
lo alieno & ſuperfluo in corpore membro, nec vnius alicuius membrorum ſuorum vel par-
te tantum læſus aut vitiatus, etiamſi tantum non ſit vitium vt ab inceſſu impediat, dum mo
dò ſaltem deformitatem inducat, aut corporis integritatem lædat. Dominus verò dicit. Tẽ-
plo maior eſt hic, inſtruit nos tanto ſceleſtiorem & impium magis eſſe eum qui cum impu-
ἱερουργεῖν. rus ſit, corpus domini adminiſtrare audet, qui ſeipſum pro nobis oblationem & hoſtiam
deo in odorem bonæ fragrantiæ dedit, quanto corpus vnigeniti filij dei excellentius eſt a-
rietibus ac tauris. Excellentius dico non collationis ratione. Eſt enim excellentia incompa-
rabilis. At maculam & vitium iam in nouo teſtamento, non referre oportet ad corpus, ſed
παρ' ὀλίγον ad iuſtificationes Euangelicæ pietatis. Quando videlicet præceptum dei vel non plene, vel
ἢ ἐλλειπῶς. mutilè, vel non ita fit, vt deo placere poſſit, & quaſi tuber, vel lepra quædam humani ſenſus M
illi infigitur. Neceſſarium itaque ſemper quidem eſt, maximè verò tanti ac talis myſterij ce
lebrandi tempore, ſeruare præceptum Apoſtoli dicentis. Cum has itaque promiſſiones ha-
beamus dilecti, repurgemus nos ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perfici-
entes ſanctificationem in timore dei, nec vllam aliqua in re dantes offenſionem, ne vitu-
peretur miniſterium, ſed in omnibus commendemus nos ipſos tanquam dei miniſtri.
Hoc pacto poterit quis dignus fieri ad ſacrificandum myſterium domini, ſecundum E-
uangelium dei?

An tutum



A An tutum ſit, ſi quis non repurgatus ab omni inquinamento carnis & ſpi-
ritus edat corpus domini, & bibat ſanguinem eius.

CAPVT TERTIVM.

GRAVISSIMVM ſupplicium in lege deus aduerſum eos decreuit, qui cum ſint
immundi, ſancta contingere non verentur. Typicè nanque illis quidem, nobis verò admo-
nitionis gratia, ſcriptum eſt ad hunc modum. Et loquutus eſt dominus ad Moſen dicens.
Dic Aaroni & filiis eius. Abſtineant à ſanctis filiorũ Iſraël, nec polluant nomen meum ſan-
ctum, quæcunque illi mihi ſanctificant. Ego dominus. Dic illis, in generationibus ipſorum.
Quiſquis hominum ab omni veſtro ſemine, ad ſancta, quæcunque filij Iſraël domino ſan-
B ctificant, in immunditia ſua conſtitutus, accedit, exterminabitur anima illius à facie mea.
Ego dominus. Si tales minæ aduerſum eos poſitæ ſunt, qui temere ad ea ſacra accedunt, quę
ab hominibus ſanctificantur, quid dicendum eſt de eo, qui in tantum ac tale myſterium te-
merarius eſt? Quanto enim maius aliquid is eſt templo, ſecundum domini vocem, tanto
grauius & terribilius eſt in animæ impuritate conſtitutum corpus Chriſti temere continge-
re, quàm ſit accedere ad arietes vel tauros, dicente Apoſtolo. Itaque qui edit panem aut bi-
bit poculum domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini, imò vehementius ac
terribilius iudicium per repetitionem exprimente, cum dicit. Probet autem quiſque ſeip-
ſum, & ſic de pane hoc edat & de poculo bibat. Qui nanque manducat ac bibit indignè, iu-
C dicium ſibi ipſi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quòd ſi in immunditia
tantum conſtitutus (Immunditiæ verò proprietatem typicè ex lege diſcimus) tam terribile
iudicium habet, quanto magis, qui cum in peccato ſit, corpus domini contingere audet, gra
uius ſibi accerſit iudicium? Mundemus itaque nos ab omni inquinamento. (Differentia ve- διαφορὰ τοῦ
rò inquinamenti & immunditiæ, ſapientibus eſt manifeſta) atque ita ad ſancta accedamus, μολυσμοῦ πρὸς τὴν ἀ-
vt iudicium eorum qui dominum occiderunt effugiamus: propterea quod quiſquis ederit καθαρσίαν.
panem & biberit poculum domini indignè, reus erit corporis ac ſanguinis domini. Habe-
bimus autem vitam æternam, ſicut promiſit qui mentiri nequit, dominus ac deus noſter Ie-
ſus Chriſtus, ſi edentes ac bibentes memores fuerimus eius qui pro nobis eſt mortuus, & ſen
D tentiam Apoſtoli ſeruauerimus dicentis. Dilectio nanque dei nos cõſtringit, iudicantes hoc,
quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes itaque mortuos eſſe. Et pro omnibus mor-
tuum eſſe, vt qui viuunt, iam nõ amplius ſibiipſis viuant, ſed ei, qui pro nobis eſt mortuus
ac reſurrexit, quod & in baptiſmate profeſſi ſumus ac polliciti.

An cuiuis verbo dei credendum ſit, & obtemperandum certa perſuaſione
verum eſſe quod dicitur, etiamſi vel verbum vel factum aliquod ab ipſo
domino, aut ſanctis expreſſum, contrarium videatur.

CAPVT QVARTVM.

TAMETSI omnibus modis aliena debeat eſſe hæc quæſtio ab eo, qui domini no
E ſtri Ieſu Chriſti vnigeniti viuentis dei filij cõfeſſionem recepit, per quem omnia facta ſunt,
ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, adeoq; & verborum illorum quę à patre audiuit, attamen reſpõ
dere debemus obedientes Apoſtolo, qui ſic ſcripſit, Parati eſtote ad reſpondendum vnicuiq;
rationem eius fidei quæ in vobis eſt petenti. Et ne ſi de noſtro aliquid attulerimus, amphibo
liam moueamus audientibus, ad memoriam reuocemus ipſius domini verba dicentis, Amẽ
Amen dico vobis, iota vnum, aut apex vnus haudquaquam præteribit à lege donec omnia
fiant. Et iterum, Facilius eſt tranſire cœlum ac terram, quam vt legis vnus apex intereat. Si
verò plus aliquid Salomone hic eſt, & plus Iona, conſentaneum eſt dicere, & plus Moſe, A-
poſtolo poſteaquam de inacceſſa Iſraëlitis Moſis gloria, in collatione gloriæ domini noſtri
Ieſu Chriſti diſſeruit, ſubiungente, quoniam glorificatum non eſt, quod glorificatum erat
F in hac parte, propter eminentem gloriam. Si nãque quod euacuatum eſt in gloria fuit: mul-
to magis quod ſolidum permanet in gloria eſt. Hoc pacto, ſi ex his quoque dictis edocti fue
rimus, quæ in Euangelio ſunt dicta, indubitata fide tanquam firmiora agnoſcere & confite-
ri, ſimul Chriſti iterum memores erimus dicentis, Cœlum ac terra tranſibunt: verba verò
mea prorſus non tranſibunt. Suffecerant itaque plus omnibus quidem verba domini ad
hoc, vt in ſpiritu ſancto ac principali corda noſtra confirmarent, quo indubitanter ac ſoli-
dè vnicuique verbo per os dei progreſſo adhæreremus: verum vt quorundam imbecillita-
ti ſuccuramus, conuenit forſan, vt teſtimonium quoque vnius aut alterius ex multis addu-
camus. Dauid igitur dicit, Omnia mandata domini fidelia ſunt, confirmata in ſeculum ſe-
culi,

culi,facta in veritate & æquitate.Et iterum.Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis,& ſan- G
ctus in omnibus operibus ſuis,& talia multa.Iehu verò in libris Regum dixit.Videte,quàm
2.Reg.10. non cadat verbum domini in terram.De illis vero,quæ quandam videntur habere contra-
rietatem, melius eſt vt ſibi ipſi lector fidem non habeat, vtpote qui nondum ad cognitio-
nem diuitiarum ſapientiæ dei peruenit,& quia difficile eſt penetrare ad inſcrutabilia iudicia
dei,quàm vt obnoxius fiat iudicio audaciæ ac temeritatis,& audiat illud,impius eſt qui Re-
gi dicit,iniquè agis.Et quis accuſabit electos dei?Licet autem multa multis apertam videan
tur habere ſolutionem,attamen etiam ea quæ contraria videntur,obſeruare debemus.Nam
quando in mandato dei contrarium aliquod vel verbum vel factum eſſe videtur, nihilo-
minus neceſſe eſt vt quiſque mandato obediat,nec temere ad profunditatem diuitiarum ac H
ſapientiæ dei irruat,aut excuſationes in peccatis prætexat.Nam hoc deo placere, & periculo
carere ex diuinis ſcripturis didicimus.Siquando autem mandatum mandato repugnare vi
detur,neceſſe eſt,vt hypotheſes ipſorum diſcamus,& totam pericopen legentes,conſonan-
tiam cognoſcamus, ac quod vnicuique competit ad ſcopum ſupernæ vocationis obſerue-
mus,ad quem vtraque mandata tendunt,partim morbum noſtrum curantia,partim profe-
ctum largientia, quo ad diuini beneplaciti perfectionem ducamur, dicente domino, ali-
quando quidem.Nemo lucernam accenſam abſcondit ſubtus modium, ſed ſuper candela-
brum,vt luceat omnibus qui ſunt in domo.Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt vide
ant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, aliquando autem. Te I
verò eleemoſynam faciente,neſciat ſiniſtra tua,quid faciat dextra tua.Et multa ſimilia inue
nies apud Euangeliſtas & Apoſtolum.Quòd ſi mãdatum nobis datur,nec additur,quomo-
do fieri debeat,obediamus domino dicenti.Scrutemini ſcripturas,& imitemur Apoſtolos,
qui ab ipſo domino dictorum ipſius declarationem petebãt,& eorum quę ab ipſo dicta ſunt
veritatem ac ſalubritatẽ,ex illis quæ alibi dicta ſunt diſcamus.Vtpote in eo quod dixit.Col-
ligite vobis theſauros in cœlo,cum ex iis quæ adoleſcenti præcepta ſunt, quo ſenſu dictum
ſit diſcamus,dicente ad illum domino,Vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis the-
ſaurum in cœlo: tum ex illis quæ regnum cœlorum hæreditate acquirere cupientibus dicta
ſunt,nempe.Noli timere puſille grex,quoniam cõplacitum eſt patri veſtro cœleſti dare vo- K
bis regnum.Vendite quæ poſſidetis,& date eleemoſynam,facite vobis ſacculos qui nõ inue
teraſcunt,theſaurum indeficientem in cœlis.Si verò periculum quoque obſeruantiam man
dati concomitatur,quæ eſt noſtra gloriatio,memores ſimus Apoſtoli dicentis.Melius mihi
eſt vt moriar,quàm vt gloriationem meam quiſquam inanem reddat. Et alibi latius, Quis
nos ſeparabit à charitate Chriſti? Adflictio? Anguſtia? Perſequutio? fames? nuditas? periculũ?
gladius?& quæ ſequuntur:vnde vrgentius docemur,vt mandata dei obſeruemus,& abundã
tiorem erga dominum dilectionem demonſtremus,dicentem.Qui diligit me mãdata mea
ſeruabit,& pleriſq; locis aliis ſimiliter.In reliquis verò imitemur Apoſtolum dicamusq;, O
altitudinem diuitiarũ ſapientiæ ac ſcientię dei,quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius? & inin-
ueſtigabiles viæ eius?Quis enim cognouit mentem domini,qui de cœlo deſcendit, & verba L
patris nobis annuntiauit?Cui fidem habere & obedire & neceſſarium eſt ac ſalubre, tanquã
liberos parentibus & pueros præceptoribus,iuxta ipſam domini noſtri Ieſu Chriſti vocem,
dicentis,Niſi quis acceperit regnum dei ſicut paruulus,prorſus non intrabit in illud.

An vnius cuiuſque verbi inobedientia ira ac morte ſit digna, etiamſi non
ſeparatim ad ſingula adiectæ ſint minæ. CAPVT QVINTVM.

QVOD iram ac mortem cuiuſque verbi dei inobedientia promereatur, latius qui-
dem in Epiſtola de conſonantia dictum eſt:vt autem & hic vnius aut alterius ex multis te-
ſtimonij admoneamur,audiamus Ioannem Baptiſtam dicentem. Qui credit in filium, ha- M
bet vitam æternam:qui verò non credit (quod autem infinitè loquitur, neminem non in-
cludit) non videbit vitam,ſed ira dei manet ſupra ipſum,deinde & ipſum definitè pronun-
tiantem,Iota vnum,aut apex vnus,non præteribit à lege donec omnia fiant.Si verò quæ le-
gis ſunt,ita habent:quanto magis,quæ ſunt Euangelij?ſicut & ipſe dominus hoc ſæpenume
ro affirmauit.De eo verò,an ita ſit,etiam ſi non ſingulis ſeparatim adiectæ ſint minæ, ſuffi-
cere puto fidelibus,ſi memores ſint ipſius domini,qui in pericopa doctrinæ ſuæ quam bea-
titudinum catalogo ſubiecit,in qua complurium prohibitorum meminit,quibuſdam quidẽ
comminationes adiecit,dicens.Quiſquis iraſcitur fratri ſuo,obnoxius erit iudicio: qui verò
illi rhaca

τὸ δὲ ἀόριστον, παντός ἐστι περιληπτικόν.



A illi rhaca dixerit, obnoxius erit concilio,qui autem dixerit, fatue, obnoxius erit gehennæ
igni,& eiuſmodi alia multa, quibuſdam vero nihil minarum addidit, vtpote cum dicit.
Quiſquis mulierem viderit ad concupiſcendum eam,iam adulterium cum ea commiſit in
corde ſuo.Et iterum.Ego autem dico vobis,ne iuretis omnino.Et poſt pauca.Sit autem ſer
mo veſter,eſt eſt,non non. Quod ſi amplius quid adiungitur, ex malo eſt. Et talia multa,
abſque vllius pœnæ minis ſeparatim ad ſingula adiectis, generaliter aduerſum omnes pro-
nuntiauit,præmiſſa primum illa ſententia quæ dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̃
ſcribarum ac phariſæorum,non intrabitis in regnum cœlorum, deinde adiecta hac conclu-
ſione.Quiſquis audit hoſce ſermones meos,& non facit eos, comparabitur viro ſtulto, qui
B ædificauit domum ſuper arenam,& deſcendit imber,& venerunt flumina, ac flauerunt ven
ti,& impegerunt in domum illam,& deiecta eſt,& fuit ruina illius magna.Et multis etiam
aliis locis,facta peccatorum mentione, non adiecit ſingulis debitum ac repoſitum ſuppli-
cium, ſufficere ratus,quod in genere ſæpenumero contra quæuis peccata dixit. Quoniã ve-
ro opus habent imbecilliores vt iuuentur,ad memoriam reuocemus & Apoſtolum.Domi-
num nanque imitatus & ipſe aliquando quidem dicit.Si quis frater nominatus, aut forni-
cator fuerit,aut auarus,aut idololatra,aut conuiciator,aut vinoſus, aut raptor, cum tali ne
cibum quidem ſumite:aliquando verò,ne mentiamini alius alij.Et alibi. Omnis ira, & fu-
ror,& clamor,& blaſphemia tollatur à vobis,cum omni malitia.Et huiuſmodi ſæpenume-
C ro multa,abſque vlla ſupplicij mentione dicit.Alibi generaliter ſupplicium quoque adiicit
dicens.Ne erretis.Neque fornicatores,neque molles,neque maſculorum concubitores,ne-
que fures,neque auari,neque vinolẽti,neque conuiciatores,neque raptores regnum dei hę-
reditate poſſidebunt.Alio vero loco iterum latius ſcribit. Et ſicut non probauerunt vt deũ
haberent in notitia,tradidit eos deus in mentem reprobam, vt facerent quæ non conueni-
unt,repletos omni iniuſtitia, verſutia, auaritia, malitia, plenos inuidia,cæde, contentione,
dolo,malis moribus præditos,ſuſurrones,obtrectatores,dei oſores,cõtumelioſos,ſuperbos,
arrogantes,inuẽtores malorum,parentibus immorigeros,expertes intelligentiæ, pactorum
tranſgreſſores,ab affectu charitatis alienos,neſcios fœderis,immiſericordes.Qui quidem,cũ
D iuſtitiam dei cognouerint, quòd qui talia faciunt digni ſint morte, non ſolum ea faciunt,
ſed & facientibus aſſentiũtur.Quapropter inexcuſabilis es ô homo,quiſquis es, qui iudicas.
In quo enim alium iudicas,teipſum condemnas.Eadem enim facis ipſe qui iudicas.Et mul
tis in locis ſimiliter:ex quibus oſtenditur, quod etiamſi in particularibus non ſint cuiq; pec
catorum ſpeciei additæ ſupplicij comminationes, neceſſariò tamẽ hoc agnoſcere debemus,
quòd ineuitabili neceſſitate generali alicui ſententiæ ſubiiciatur, quiſquis vel vnum præce-
ptum tranſgreditur,domino noſtro Ieſu Chriſto ita pronuntiante.Nam qui ſpernit me, &
verba mea non accipit,habet à quo iudicetur.Sermo meus,quem loquutus ſum, ille iudica-
bit eum in nouiſſimo die. Et quæ ibi cum maiore terrore ſequuntur, Ioanne vero Baptiſta,
E quo nemo maior eſt,definitione conteſtante ac dicente.Qui filio non credit,vitam nõ ha-
bebit,ſed ira dei manet ſupra ipſum. Hoc enim conſuetudinis eſt diuinitus inſpiratæ ſcri-
pturæ,etiam in veteri teſtamento.Etenim & per Moſen, qui pleraque legis ſcripſit, abſque
adiectis contra tranſgreſſorem aut neglectorem minis, generalem aduerſus omnes male-
dictionem,grauiſſimum ſanè ſupplicium euidenter exprimentem ſubiecit dicens. Maledi-
ctus omnis qui non permanet in omnibus,quæ ſcripta ſunt in libro legis huius.Et alibi, Ma
ledictus ſit,inquit,qui facit opera domini negligenter. Quòd ſi maledictus eſt qui illa negli
genter facit,quo non ſupplicio dignus eſt,qui omnino non facit?

An inobedientia ſit in eo, ſi quid vetitorum fiat,vel etiam in eo ſi quid eorum quæ
decreta ſunt omittatur. CAPVT SEXTVM.

F IVDICIVM hoc dominus noſter Ieſus Chriſtus acrius ac conſtantius affirmauit,cum
ad amolitionem præcepti erroris, tum ad confirmanda corda noſtra in fide ſana, volens
nos iudiciorum dei timorem docere, non ſolum per verba, ſed & per exempla:propterea
quod ipſis rebus veritatis nobis perſuaſio penitius infigitur.Et primum quidem.Niſi abun-
dauerit,inquit,iuſtitia veſtra,plus quàm ſcribarum ac phariſæorum,non intrabitis in regnũ
cœlorum. Et poſt totam illam pericopen doctrinæ ſuæ ſententiam cum hypodigmate ſub-
iecit,dicens.Quiſquis audit ſermones iſtos meos, & non facit eos,aſſimilabitur viro fatuo,
qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit imber, & venerunt flumina,& fla-
uerunt venti, & cum fragore proruperunt in domum illam, & lapſa eſt.Et fuit ruina illius
magna

προσέρρηξαν.

magna.Et iterum. Ficum habebat quis plantatam in vinea ſua , & venit quærens ex ea fru- G
ctum,nec inuenit.Et dixit ad vinitorem ſuum. Ecce iam tres anni ſunt ex quo venio : quæ-
rens fructum in ficu hac,nec inuenio.Excide eam.Vt quid vel terram occupat? Et alibi aper
tius iudicium hoc exponit dicens, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, præparatũ
diabolo & angelis eius.Et addit,non patrationem vetitorum, ſed omiſſionem eorum ope-
rum quæ vt fiant decreta ſunt,dicens. Eſuriui & non dediſtis mihi cibum: ſitiui, & non de-
diſtis mihi potum,& quæ ſequuntur.Multa autem ſimilia inuenire eſt ex quibus demõſtra-
tur,quod non ſolum ij , qui mala faciunt,digni ſint morte , quibus & ignis inextinguibilis
paratus eſt,cum quibus condemnantur etiam illi , qui à bonis operibus vacant : Sed & qui
negligenter quæ bona ſunt faciunt.Scriptum nanque eſt.Maledictus omnis,qui facit opera H
domini negligenter.Tempeſtiuum fuerit meminiſſe & Ioannis, ad eos qui peccatorum per
baptiſma remiſſionem accipiebant,dicentis.Progenies viperarum, quis demonſtrauit vo-
bis,vt fugiatis à ventura ira? Facite fructus reſipiſcentia dignos,nec videamini dicere inter
voſipſos , patrem habemus Abrahamum , dico enim vobis , quòd poteſt deus ex lapidibus
iſtis excitare Abrahamo filios.Iam autem ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Quæcun-
que igitur arbos non facit bonum fructum, exciditur, & in ignem mittitur.Horum itaque
quodq; non meminit alicuius mali operis patrationem , ſed vacationem à iuſtitia pietatis.
Si nanque maledictus eſt,quiſquis opera domini negligenter fecit,propterea quòd illa non
competenti animi alacritate fecit: quanto magis maledicti ſunt qui quodcunque bonum fa I
cere non ſuſtinent,& meritò audiunt,diſcedite à me maledicti in ignem æternum , qui pa-
ratus eſt diabolo & angelis eius.Ex omnibus itaque iſtis manifeſtum eſt,quòd ſolito maio-
re celeritate,& impigro ſtudio cum bono & fixo deſiderio opus ſit in mandatis domini no
ſtri Ieſu Chriſti, vt & nos digni ſimus beatitudine illa de qua ipſe domin⁹ noſter Ieſus Chri
ſtus vnigenitus viuentis dei filius dixit,Beati eſurientes & ſitientes iuſtitiam , quoniam ipſi
ſaturabuntur.

An poſſibile,aut gratum,aut acceptum deo ſit,eum qui peccato ſeruit,iuſtitiam fa-
cere ſecundum pietatis ſanctorum canonem . CAPVT SEPTIMVM.

IN veteri quidem teſtamento dicit deus.Peccator,qui vitulum mihi immolat, perinde K
eſt atque qui canem mactat:& qui ſimilam offert,quaſi qui offert ſanguinem ſuillum.Tan-
tum ſcilicet de iis quæ ad ſacrificandum offeruntur cautionis ac diligentiæ legiſlator expo-
ſcit,& tam horrendum aduerſum delinquentes iudiciũ ſtatuit.In nouo vero, dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus , per ſeipſum in euangeliis dicit . Qui facit peccatum , ſeruus eſt peccati.
Et, Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Et, Non poteſtis deo ſeruire & Mammonæ. Et aper-
tiſſime decernens.Ita,inquit,quiſquis ex vobis non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet,nõ
poteſt meus eſſe diſcipulus.Iam ſi de rebus mediis talis lata eſt ſententia,quid dicendum eſt
de vetitis?Per Apoſtolum vero ſic dicit. Ne ducatis alienum iugum cum infidelibus . Quæ
nanque participatio eſt iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ communicatio luci cum tenebris? L
Quis conſenſus Chriſto cũ Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?aut quid conuenit tẽplo
dei cum idolis? His ſcilicet declaratũ eſt,quàm hoc quod quæritur,ſit impoſſibile,deoq; in-
gratum,& audenti periculoſum.Quapropter adhortor,quemadmodum & dominus docet,
vt faciamus arborem bonam,& fructum eius bonum, & repurgemus primum , quod intra
poculum eſt & patinam,& tunc etiam quod extra eſt,mundum erit totum . Et per Apoſto-
lum inſtructi,mundemus nos ipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus,atque ita per-
ficiamus ſanctificationem in dilectione Chriſti,vt deo grati & accepti domino ad regnum
cœlorum reddamur.

An acceptum ſit deo opus præcepti non competenter iuxta rationem pręcepti factum.
CAPVT OCTAVVM. M

HAC quæſtione manifeſtè, & quaſi quodam canone aduerſus quancunque talem cau-
ſam,à veteri teſtamento docemur,tanquam ex perſona dei, dicente, Si rectè quidem obtu-
leris,rectè autem non diuiſeris,peccaſti,quieſce,ad te eſt auerſio ipſius,quòd non ſolum ac-
ceptum deo non ſit,quod non eſt oblatum legitimè , ſed & in peccatum reputetur ad eum
modum offerenti . Conſimili autem modo & conſtantem pietatis canonem ab Apoſtolo
per humanum exemplum aduerſus quoſuis catholicè poſitum diſcere licet, vbi ſic dicit. Et
ſi certet quis,non coronatur,niſi legitimè certauerit.Cum maior vero tremore , & domini
noſtri Ieſu Chriſti admoneri poſſumus,terminum etiam exprimentis,cum dicit,Beatus eſt
ſeruus



A ſeruus ille,quem dominus,vbi venerit,ita facientem inueniet.In eo enim quod dicit,ita fa
cientem,eum qui non ita fecit,à beatitudine excidiſſe declarat,quemadmodum & ex mul-
tis tam veteris quàm noui teſtamenti hiſtoriis ac dictis exactè cognoſcere, & certo perſua
deri licet.Illud autem,non ita,committitur,dum vel præter locum debitum,vel præter tẽ-
poris opportunitatem,vel præter perſonæ decorum,vel præter cauſam,vel præter menſurã,
aut præter ordinem,ſiue præter animi propoſitum & ſententiam aliquid geritur.Videamus
autem primum de eo quando aliquid non ſuo loco geritur. Apoſtolus ſanè iis quæ conſue-
tudinem obtinuerunt ad manifeſtiorem confirmationem eorum quæ pietatem decent au-
dientibus parãdam vſus eſt,vbi dixit.An non & ipſa natura vos hoc docet, quòd viro qui-

Quando ali quid nõ recte geratur.

B dem ſi comam nutriat,ignominia,mulieri vero ſi comam nutriat gloria ſit,& quæ ſequun-
tur.Conſequens igitur eſt vt & nos,iis quæ in natura obtinuerunt,ad præſentis vitæ neceſ-
ſitatem vtamur . Licet autem vitam noſtram ſuſtentent cibus ac potus, quis tamen ſapien-
tum ſuſtineat in foro edere & bibere?Aut quis ſuſtineat in petroſa abiicere ſemina, ad per-
ditionem cum ipſorum tum & frugum, quæ ex illis ſperari poterãt?Et multa inuenire licet,
quæ non ſuo loco periculoſe videlicet & damnabiliter fiant. Deinde rurſus memores Apo-
ſtoli dicentis.Hæc in typo contigerunt illis,ſcripta ſunt autem ad noſtri admonitionem,in
quos fines ſeculorum peruenerunt , videamus num quæ in lege à deo ad pietatem tradita,
inter ſe communicant,conſtantem & immobilem differentiam habuerint , ita vt quædam
C ſeparatim & extra Hieruſalem facta periculum attulerint:quædam vero adhuc amplius, in
ipſa quoque Hieroſolyma,magis templo & aræ quàm aliis locis deputata erant, vtpote di-
uino cultui adordinata,& quæ in templo & ara fiebant,nemo audebat in aliis Hieroſolymę
locis facere:nec quæ aliis in locis fiebant,licebat mox in templo quoque fieri.Nobis quoque
periculum eſt male obiti mandati,ſi loci rationem neglexerimus, maximè ſi ſacerdotij my-
ſteria in locis prophanis celebrauerimus:propterea quòd ea res iudicium haberet contem-
ptus in celebrante,offendiculum quoque generaret pro varietate affectionum multifariam,
propter variam multorum in rerum diuinarum ſcientia infirmitatem . Si vero quiſquam
obiiciat.Quid igitur eſt quod Apoſtolus dixit,volo viros precari in quouis loco,ob id quod
D dominus ipſe poteſtatem dedit adorandi deum in omni loco , vbi dixit, neque Hieroſoly-
mis poſthac,neque in monte iuſto adorabitur pater?hoc dicendum eſt,quod illud, in omni
loco,non comprehendit eos locos qui humanis vſibus , rebúſque immundis & prophanis
deputati ſunt,ſed dilatat ac diducit adorationem dei ab arcto Hieroſolymæ ambitu in om
nem totius orbis locum . Et ſecundum prophetiam hoſtiæ, eum qui diligenter ac ſtudioſè
ad ſacerdotium glorioſi myſterij obeundum propẽſus eſt,deo dicare oportet. Nam etiamſi
audiamus prophetam dicentem , vos autem omnes ſacerdotes dei vocabimini : neque ta-
men omnes mox huiuſce ſacerdotij ac miniſterij poteſtatem vſurpamus , neque alius alij
datam gratiam licite poteſt ad ſe rapere,ſed quiſquis fidelium propriis doni dei terminis cõ
E tentus manet,docente nos Apoſtolo,dum ad omnes quidem dicit,obſecro autem vos fra-
tres per miſerationes dei,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam,deo pla-
centem,rationalem veſtrum cultum . Et ne conformemini huic ſeculo , ſed transforme-
mini per renouationem mentis veſtræ,vt probetis quæ ſit voluntas dei bona, & placens, &
perfecta,ad vnumquenque vero,manifeſtè quidem cuique competens miniſterium diſcre-
tim adiudicans,alienum vero ordinem inuadere vetans:dico enim,inquit,per gratiam dei
quæ data eſt mihi,vnicuique verſanti inter vos,ne plus ſapiat, quàm oportet ſapere,ſed ſa-
piat ad ſobrietatem,ſicut vnicuique deus partitus eſt menſuram fidei.Et per mutuam illam
membrorum corporis rectam diſpoſitionem, quam inter ſe addecentem venuſtatem pari-
ter & ſecuritatem neceſſariam habent,normam nobis præſcribit,quàm commodè ac decen
F ter inter nos ad beneplacitum dei,in dilectione Chriſti Ieſu,& chariſmatum differentia di-
ſpoſiti eſſe debeamus.Dicit enim,Quemadmodum in vno corpore membra habemus mul
ta , omnia vero membra non eundem habent actum : ita & multi vnum corpus ſumus in
Chriſto,ſingulatim autem alij aliorum membra:ſed tamen habentes chariſmata ſecundum
datam nobis gratiam, varia, ſiue prophetiam ſecundum analogiam fidei , ſiue miniſterium
in adminiſtratione,& quæ ſequuntur. Quòd ſi ad vnum ſcopum diuini beneplaciti alius a-
lij mutuam operam conferentes , ac tantam inter nos mutuo communionis in dilectione
Chriſti coniunctionem habentes, non permittimur , vt quis proprium ac deputatum doni
accepti locum tranſcendat , quomodo non multo magis eos locos,qui alienis & cultui dei
contrariis

contrariis rebus ſeruiunt,à ſacris ſecernere debemus?Ex omnibus nanque illis,quæ ex diui- G
na ſcriptura commemorata ſunt, & talibus ac prædictis quoque exemplis inſtruendi ſu-
mus,quòd quicquid in loco fit,in contrarium tandem propoſito ſcopo finem peruerſum ce
dat.De eo vero,quod intempeſtiuè fit,ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum audire li
cet,dicentem. Quapropter aſſimilatum eſt regnum cœlorum decem virginibus, quæ quidē
acceptis lampadibus ſuis exiuerunt in occurſum ſponſi. Quinque autē ex illis erant pruden
tes, & quinque fatuæ. Quæ quidem fatuæ acceptis ſecū lampadibus oleum non acceperant:
prudentes vero oleum acceperant in vaſis ſuis. Tardante vero ſponſo dormitauerunt om-
nes ac dormierunt.Medio autem noctis clamor factus eſt,ecce ſponſus venit,exite obuiam
ei.Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę & ornauerunt lampades ſuas,fatuæ vero pruden- H
tibus dixerunt, date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponde-
runt prudentes dicentes,Ne forte non ſufficiat nobis & vobis,profectæ potius ad eos qui vē
dunt,emite vobis ipſis. Abeuntibus aūt illis emptū, venit ſponſus,& quę paratę erant intra-
uerunt cū eo ad nuptias,& clauſa eſt ianua. Nouiſſimè vero veniunt & reliquæ virgines di
centes,domine, domine, aperi nobis.Ille vero reſpondens ait. Amen dico vobis,non noui
vos. Vigilate igitur quoniam neſcitis neque diem neque horam. Quoniam autem noui,
quòd de eodem iudicio ſæpe repetita denuntiatio,acrius vrget, & magis perſuadet, & quæ
alio in loco in eundē ſenſum dicta eſt parabola,iſti adiiciam.Dicit autem ipſe dominus ad
ἀφ' ὗ ἂν εἰσέλθῃ. hunc modum.Multi conabuntur ingredi,nec poterunt. Cum autem ingreſſus fuerit pater- I
familiâs,& clauſerit ianuam,& cœperitis dicere,domine,domine,aperi nobis.Et tunc reſpō
dens dicet.Non noui vos,vnde ſitis.Propterea dico vobis, eſtote parati, quia qua hora non
putatis filius hominis veniet. Et multis aliis in locis ſimilia dicit. Quòd ſi & Apoſtolus ad
teſtimonium aduocandus eſt,audiamus ipſum, Propheticum quidem dictum commemo-
rantem ac dicentem. Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te,de ſuo vero
adiungentem.Ecce nunc tempus acceptum,ecce nunc dies ſalutis.Et iterum. Itaque tanquā
tempus habentes operemur bonum,ad omnes quidem,maximè autem ad domeſticos fidei.
Si vero adhuc & alio teſtimonio opus eſt,recordemur & Dauidis dicentis, pro hac preca-
bitur ad te omnis ſanctus in tempore opportuno,deinde & Salomonis,qui omnia ſuis tem K
poribus admetitur,eo quòd omnia ſuis temporibus bona ſunt. Quod vero decoro perſonæ
repugnat,quàm ſit malum,in veteri teſtamento, vtpote in exemplo Chore videre eſt,in il-
lis,qui auſi ſunt ſacerdotium ſibi non concreditum inuadere, cuius gratia per iræ diuinę ſe-
ueritatem in exitum & interitum horrendum ceciderunt. Ab ipſo domino inſtruimur, vt
cauti ſimus,qui ad diſcipulos ſuos dicit.Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus
Iſraël.Ad mulierculam vero,Non eſt bonum, inquit, ſumere panem filiorum & proiicere
ante catellos.De eo vero quod præter cauſam & inſtitutum fit,ex veteri quidem inſtrumen
to inſtruimur,vbi cum præceptum eſſet, vt hoſtiæ offerrentur ex animantibus mundis inte
gris,& immaculatis,non ex talibus offerebantur de quo deus dixit, offer illud principi tuo, L
an gratum illi futurum ſit,& an faciem tuam ſuſcipiat:ex nouo vero,ab ipſo domino noſtro
Ieſu Chriſto, ex propheta Eſaia aliquid contra Iudæos commemorante ac dicente, Bene
prędixit de vobis Eſaias propheta dicens.Populus iſte labiis ſuis me honorat,cor autem co-
rum procul abeſt à me.Inuanum colunt me docentes doctrinas,mandata hominū.Ab Apo
ſtolo autem, qui teſtimonium quidem dat conſcientiæ Iudæorum: verum eos condemnat
propter iuſtitiæ differētiam, ſic ſcribens,Teſtimonium enim illis perhibeo, quòd zelum dei
habent, at non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam dei, & propriam ſtatuere
quærentes,iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Quapropter Apoſtolus qui beneplacitum dei ger-
manè curabat,poſt expoſitionem iuſtificationū quas eximias in lege acquiſierat, ſubiungit. M
Attamen omnia arbitror damnum propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu domini
mei, propter quem omnia pro detrimento duxi ac pro reiectamentis habeo, vt Chriſtum
lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ eſt ex lege, ſed eam, quæ
eſt per fidem Chriſti Ieſu,iuſtitiam ex deo,in fide,vt cognoſcam illum, & quæ ſequuntur.
Iſtis autem & ſimilibus nos abundè ſatis docet, vti caueamus, ne humanam iuſtitiam vn-
quam, ei canoni, qui ad diuinum beneplacitum obtinendum in Chriſto Ieſu domino no-
ſtro præfixus eſt, ſuperinducamus. De eo ſanè, quod præter menſuram committitur,ſuffi-
cere puto, ſi Chriſti memores fuerimus, ad diſtinctionem menſuræ veteris dilectionis
(Scriptum autem eſt, diliges proximum tuum ſicut teipſum)qui dixit. Mandatum nouum
do vobis



A do vobis,vt diligatis vos inuicem,ſicut ego dilexi vos.Maiorem hac charitatem nemo ha-
bet,quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.Et in vniuerſum omnium pariter iu
ſtificationum modos à Chriſto diſcere poſſumus,qui ita de illis definiuit: Niſi abundauerit
iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum ac phariſæorum,non intrabitis in regnum cœlorum.Prę
ter ordinem verò & ſeriem rerum agitur,quando quę prima ſunt ſecundo quis aut tertio lo
co collocare ſatagit, & quæ in tertium locum ſubordinata ſunt, principium putat inter ea
quæ præcepta ſunt. Vtpote ſi quis ex his quæ dominus adoleſcenti qui dixerat, hæc omnia
ſeruaui à iuuentute mea,præcepit dicens,vende quæ habes,& da pauperibus & ſublata cru-
ce tua,veni,ac ſequere me,ei qui nihil dum eorum quæ præmittuntur præſtitiſſet, quod alte
B rum eſt,nempe, ſequere me, iniungere:& iterum, vbi dicit.Si quis venit ad me abneget ſe-
metipſum,& tollat crucem ſuam & ſequatur me,illud,ſequatur me,præordinatis præpone-
re,ac rurſus,vbi poſt multa ſubiungit,ſic quiſquis ex vobis non renuntiauerit omnibus quæ
poſſidet,non poteſt meus eſſe diſcipulus,ante præſtita prædicta,diſcipulum ſe eſſe imagina-
ri velit.Propterea neceſſarium eſt præceptum Apoſtoli ſeruare dicentis. Omnia honeſtè &
iuxta ordinem fiant. Præter animi verò ſententiam aliquid geritur, vtpote, quando domi-
nus de illis qui ſtudio placendi hominibus eleemoſynam, aut aliam aliquam iuſtitiam, vt
hominibus conſpicui ſint, faciunt, dicit. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.
Adhuc autem acrius inſectatur malitiam eorum qui humana affectione mandatum domi-
ni faciunt,oſtendens,quòd non ſolum mercedem amittit,ſed & ſupplicio dignus eſt,qui nō
C pietatis gratia,ſed vel ſtudio placendi hominibus,vel propter aliquam aliam voluptatem,
aut auaritiam,aut quæſtum,mandatum dei facit,quale genus hominum Apoſtolus quidem
reprehendit,ipſe verò dominus vehementius condemnat dicens. Multi venient in illa die
dicentes,domine,domine,Non in nomine tuo prophetizauimus,& in nomine tuo dæmo-
nia eiecimus,& virtutes multas fecimus,& comedimus tecum ac bibimus,& in plateis no-
ſtris docuiſti?Et tunc reſpondebo illis dicens,diſcedite à me,non noui vos,vnde ſitis. Ope-
rarij iniqui:vt ex iſtis itaque ac ſimilibus manifeſtum ſit,quòd etiamſi quis charismatis ali-
cuius operationem habeat, & mandata faciat, non tamen ſecundum animi ſententiam, &
ſcopum,quem dominus docuit dicens. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant
D opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.Et quem Paulus, in Chri-
ſto loquutus oſtendit, Siue edatis, inquiens, ſiue bibatis, ſiue quid aliud faciatis, omnia ad
gloriam dei facite,merito tamen audiat,quæ dominus reſpondit, ex quibus Apoſtolus di-
cere didicit.Si linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam, fa-
ctus ſum æs reſonans,aut cymbalum tinniens.Etſi habuero Prophetiam,& cognouero om-
nia myſteria,& ſi habuero omnem fidem,ita vt montes transferam,charitatem autem non
habeam nihil ſum. Etſi erogauero omnem ſubſtantiam meam, & tradidero corpus meum
vt comburar,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt.Et alibi generalius, ac ve-
hementius.Si adhuc hominibus,inquit, placerem, Chriſti ſeruus vtique non eſſem. Si verò
E & ex veteri inſtrumento ad confirmationem huius ſententiæ teſtimonium requiris, Moſes
dicit,diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex omni mente tua,& ex omni vir
tute tua,& diliges proximum tuum ſicut teipſum, quibus ſubiungit dominus, in iſtis duo-
bus mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Atteſtatur & Apoſtolus dicens, plenitudo le-
gis eſt dilectio. Quod autem impunè non euadent, qui mandata hæc non præſtant quem-
admodum & quæ ab ipſis pendent iuſtificationes, ſed pœnis ſint obnoxij futuri, ipſe Moſes
clamat dicēs.Maledictus omnis,qui nō permanet in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro hoc.
Dauid autem dicit.Si reſpexi iniuſtitiam in corde meo,non exaudiat me dominus.Et alibi.
Illic timebunt timore,vbi non erat timor,quoniam deus diſſipauit oſſa eorum qui homini
F bus placere ſtudent.Multa itaque cura & vigilanti ſolicitudine opus eſt,ne quo pacto man-
datum dei præter ea quæ iam recenſuimus facientes,non ſolum talem ac tantam mercedem
amittamus,ſed & tam horrendis minis obnoxij fiamus.

An communicandum ſit iniquè agentibus, aut infrugiferis tenebrarum ope-
ribus, etiamſi non pertineant ad eos, qui fidei meæ concrediti ſunt.

CAPVT NONVM.

INIQVVS quidem eſt quiſquis legem non integram ſeruauerit, aut etiam, qui
vnum illius mandatum tranſgreſſus fuerit.In modicæ nanque particulę defectu,totum pe-
riclitatur. Quod enim propè factum eſt, nondum factum eſt. Nam quemadmodum qui
x propè

propè mortuus eſt, non eſt mortuus, ſed adhuc viuit:& qui propè vixiſſet, non viuit, ſed G
mortuus eſt,& qui fere ingreſſus eſt, non eſt ingreſſus, vtpote quinque illæ virgines: ita &
παράνομος. qui propè ſeruauit legem,non ſeruauit legem,ſed eſt iniquus ac tranſgreſſor legis.Quapro-
pter & neceſſarium eſt de iniquis,etiamſi germani ac ſynceri videantur, Apoſtolo credere
dicenti,aliquando quidem.Si quis frater nominatus, aut fornicator fuerit, aut auarus, aut
vinolentus,aut conuiciator,aut raptor,cum huiuſmodi ne cibum quidem ſumite (obiter au
tem hic notandum eſt,quòd non eum tantum,qui in his omnibus culpabilis eſt,à commu-
ni Chriſtianorum conuictu abarcet,ſed & eum,qui vel in vno tantum iſtorum reprehen-
ſibilis eſt,cum non dicit,cum iſto,ſed,cum huiuſmodi) aliquando verò Mortificate mem-
bra veſtra quæ ſunt ſupra terram,fornicationem,immunditiam,affectionem, concupiſcen H
tiam prauam,& auaritiam,quæ eſt eidolorum ſeruitus, propter quæ venit ira dei (& gene-
ralius adiungens) ſuper filios,inquit,immorigeros:ne ſitis ergo conſortes ipſorum. Et ite-
rum.Subtrahite vos à quouis fratre inordinatè ambulante, & non ſecundum traditionem
quam accepiſtis à nobis.Et alibi ſimiliter.Illud verò, quòd non ſit communicandum ope-
ribus infrugiferis,vt euidenter cognoſcamus,quid nam ſit,diſcamus primum,de quibus re-
bus,infrugiferum eſſe,dicatur,an de reprobis tantum,vel de laudabilibus quoque,non ſyn-
cero animi affectu perpetratis.In veteri quidem inſtrumento Propheta, in parabola arbo-
ris,de ſanctis dixit.Qui fructum ſuum dabit in tempore ſuo.Salomon autem.Opera,inquit I
iuſtorum vitam adferunt,fructus verò impiorum peccata ſunt. Et Oſeas ait. Serite vobis i-
pſis ad iuſtitiam,& vindemiabitis fructum vitæ.Et Micheas,Et erit terra,inquit, in vaſtatio
nem,cum habitatoribus ſuis,propter fructus ſtudiorum ipſorum.Et plura alia habentur in
aliis Prophetis.Sed iſta quidem lucernæ inſtar luceant,at lux vera, ſol iuſtitiæ ipſe domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus,clarius exprimit dicens.Non poteſt arbor bona fructus malos fa-
cere,neque arbor mala fructus bonos facere.At alio loco ſimiliter.Cum itaque nomen,fru-
ctus,rebus inter ſe contrariis æquè dari videamus,deinceps conſideremus, qui ſint, arbores
infrugiferæ,& quæ Apoſtolus vocet opera infrugifera.Arbores itaque infrugiferæ declaran
tur nobis à Ioanne Baptiſta,qui Baptiſmum ad remiſſionem peccatorum & repurgationem
ab omni ſorde accipientibus dixit, Facite igitur fructus reſipiſcentia dignos, & paulo pòſt K
addidit,omnis itaque arbor non ferens fructum bonum exciditur, & in ignem coniicitur.
Clarius verò hac de re nos dominus docet his quidem,qui ad dextram ſunt,dicens, Venite
benedicti patris mei,hæreditate poſſidete regnum vobis ab initio mundi paratum, & bo-
nos ipſorum fructus per ea quæ ſubiungit declarans, Eos verò, qui ſunt ad ſiniſtram, in i-
gnem mittens æternum, Diabolo & angelis ipſius paratum, quos non ob id culpat, quòd
mala opera deſignauerint,ſed quòd à bonis vacauerint. Nam Eſuriui,inquit, & non dedi-
ſtis mihi cibum,& quæ ſequuntur.Quæ res illos in partem coniecit peccatorum,qui ange-
li diaboli à domino vocantur.Iam cum ſit conſpicuum quæ ſit differentia eorum qui con-
trarios ac reprobos fructus adferunt,& eorum qui infrugiferi ſunt,videamus conſequen- L
ter,quæ opera ab Apoſtolo infrugifera dicantur.Ego verò iſta mecum reputans, non inue-
nio medios aliquos inter eos qui mandatum legitimè & ad placitum dei ſeruant,& eos qui
quod malum eſt faciunt,& eos quoque qui neutrum faciunt, niſi illos qui bonum quidem
faciunt,ſed non ita,vt deo ſit acceptum,de quibus diximus in ſuperiori quæſtione quæ erat,
an gratum deo ſit opus præcepti,non ſecundum præcepti rationem factum. De quibus &
dominus dicit,quòd receperint mercedem ſuam.Quales fuerunt quinque illæ fatuæ virgi-
nes,quæ ab ipſo quoque domino teſtimonium habent,quòd & virgines fuerint, & lampa-
des ſuas adornârint & accenderint, hoc eſt, quod idem fecerint quod prudentes virgines,
ſimúlque cum illis obuiam domino egreſſæ ſint, & in omnibus pariter eandem cum pru- M
dentibus diligentiam oſtenderint:propter ſolum autem olei in vaſis defectum, ad deſtina-
tum ſcopum non peruenerint,ſed ab ingreſſu cum ſponſo ad nuptias excluſi ſint. Quales e-
tiam ſunt qui ex duobus in molendino & in eodem lecto conſtitutis,relinquentur. In qui-
bus cauſam forſan dominus ob id non poſuit,vt quàm in omni re, ſi modicum ſaltem ali-
quid totius competentiæ deſit,& maximè charitatis ſynceritati (quemadmodum & Apo-
ſtolus docuit) non placeat deo quod fit,oſtenderet.Cognito itaque,quomodo & ſecundum
quid infrugiferas arbores eſſe contingat,caueamus ne quicquam legitimo diuini benepla-
citi ſtudio deſit:ſed in omnibus commendemus nos ipſos,tanquam dei miniſtros. Nõ hoc
autem ſolum,ſed neque communicemus cum talibus, ſicut in Chriſto loquens Apoſtolus





A determinatè pronuntiauit dicens. Ne communicetis infrugiferis tenebrarum operibus.
Quod autem ſubiungit,quin magis & reprehendite,modum docet,quomodo non debea-
mus illis communicare.Quid verò ſit communicare,& quibus id modis fiat, expendamus.
Et primum occurrit illud in parœmiis, veni nobiſcum, conſors eſto ſanguinis: deinde &
quod Apoſtolus dicit.Omnes vos gratiæ mecum conſortes exiſtentes. Et,communicantes
tribulationi meæ.Et,communicet autem qui in doctrina inſtruitur,ei,qui ſe inſtruit, de om
nibus bonis.Item.Si videbas furem,currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam po
nebas.Item,Arguendo argues fratrem tuum,nec recipias propter ipſum peccatum.Et, Hæc
feciſti,& tacui.Suſpicaris iniquitatem,nempe,quòd ſimilis tibi futurus ſim,arguam te,& ſta
B bo contra faciem tuam.Talium communicationem æſtimo ſecundum opus quidem,quan
do mutuam quidam operam ad eundem ſcopum,in operis perpetratione,inter ſe conferũt:
ſecundum animi verò ſententiam,quando quis affectui operantis aſſentitur, & condelecta-
tur.Reliqua communicatio,quæ pleroſque latet,exacta diuinæ ſcripturę inquiſitione mani-
feſtatur,quando videlicet nec cooperatur quis,nec affectu aſſentitur operanti malum,cogni
ta verò animi illius malitia,vnde quod malum eſt facit,obticet,& non arguit,quemadmo-
dum hoc declarant,cum quę ſuprà ſunt ſcripta,tum quod ab Apoſtolo Corinthiis eſt dictũ,
nempe,quoniam nõ luxiſtis,vt tolleretur è medio veſtrum qui facinus hoc perpetrauit,qui-
bus ſubiunxit.Modicum fermenti totam conſperſionem † corrumpit.Metuamus itaque, & † δολοῖ.
C obtemperemus dicenti.Expurgate vetus fermentum,vt ſitis noua conſperſio. Quòd ſi quis
autem cooperatur quidem alicui in bono, ídque omnino bono, ignorat verò affectus illius
malitiam,& operis ſcopum,communicationis culpam in eo quòd illi cooperatur non habe
bit,ſed propriam mercedem iuxta proprium laborem recipiet: propterea quôd nihil com-
mercij habet cum illius alieno & præpoſtero affectu, & ſeipſum in canone dilectionis erga
deum conſeruat,quemadmodum nobis à domino noſtro Ieſu Chriſto in iis qui cum in eo-
dem molendino tum in eodem lecto cum perituris conſtituti ſeruabuntur, declaratum eſt.
Differentia verò inter eos qui fidei meæ concrediti ſunt,& qui non ſunt,in debita ſita eſt cu
ra,non in communicatione peccatorum.Nam cura quidem propriè & peculiariter iis ſolis
D à me debetur,qui fidei meæ commiſſi ſunt.Communicatio verò in malo & operibus infru-
giferis,in omnibus pariter vetita eſt.

An ſcandalum obiicere, aut offendere, perpetuo ſit periculoſum.

## CAPVT DECIMVM.

PRINCIPIO quidem neceſſarium arbitror ſcire,quid ſit offendiculum.Deinde
quæ ſit differentia inter eos qui offendunt,& inter ea quibus offendunt,atque ita cognoſce-
re quando periculo careat,& quando non careat.Offendiculum itaque eſt,vt ego ex ſcriptu
ris inductus,arbitror,quicquid vel ad defectionem à veritate quæ ſecundum pietatem eſt,
abducit,aut ad errorem ſolicitat,aut inſtruit ad impietatem,vel in ſumma,quicquid ab o-
E bedientia pręcepti dei,ad ipſam etiam mortem vſque remoratur.Itaque ſi in ſeipſo quidem
conſideratum bonum fuerit,quod vel dicitur vel fit:morbus verò vtentis eo opere aut ver-
bo,in ipſo vſu damnum attulerit,inſons erit à iudicio offenſi,qui bonum quod ad fidei ędi-
ficationem in ſeipſo confert,vel loquutus eſt,vel fecit, quemadmodum & domino vſuue-
nit,vbi dixerat,non quod ingreditur in os,impurum reddit hominem, ſed quod egreditur
ex ore,hoc demum eſt,quod polluit hominem,deinde & aduerſus offenſos Iudæos ſubiicie
bat,Omnis plantatio,quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur.Et alibi.Qui mã
ducat carnem meam & bibit ſanguinem meum,habet vitam æternam.Et paulo pòſt.Nemo
poteſt ad me venire,niſi fuerit illi datum à patre meo. Quibus verbis ad perditionem qui-
dam abuſi ſunt,ſicut ſcriptum eſt.Et multi ex diſcipulis,audito hoc ſermone,abierunt retro,
F nec amplius cum illo ambulabant.Dixit igitur Ieſus ad duodecim. Num & vos vultis abi-
re?Reſpondit Simon Petrus,Domine,ad quem ibimus?Verba vitæ æternæ habes,& nos cre-
didimus,& cognouimus,quòd tu es Chriſtus filius dei viuentis.Quibus nanque,qui fide ſa
ni erant,ad fidei ædificationem & acquiſitionem ſalutis æternæ,illis ſcientia & fide infirmi
propter ſuam ipſorum malitiam ad perditionis occaſionem vtebantur, iuxta quod de do-
mino ſcriptum eſt.Hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum, non ideo quòd
is ſibi ipſi ſit contrarius,ſed propter vtentium contrariam animi ſententiam. Quemadmo-
dum enim & Apoſtolus ait, Aliis quidem odor vitæ ad vitam, aliis verò odor mortis ad
mortem:ſi verò ſecundum naturam ſuam malum eſt,quod vel fit vel dicitur, iam qui hoc

fecit aut dixit,cum proprij peccati,tum offendiculi culpam ſuſtinebit , etiamſi is cuius gra- G
tia factum eſt offendiculum,offenſus non fuerit , ſicut in Petro diſcimus , ad quem domi-
nus,prohibitus ne diſpenſationem obedientiæ ad mortem vſque adimpleret, dixit . Apagè
retro me Satanas.Offendiculo mihi es.Et ratio ſubiecta licet modica in genere quæ offen-
diculi ſint propria docuit.Quoniam non ſapis,inquit,quæ dei ſunt,ſed quæ hominum. Vn-
de nos cognoſcimus,quòd offendiculum ſit,quicunque affectus voluntati dei aduerſatur,&
ſi in opus progrediatur,cædis reus ſit,ſicut ab Oſea Propheta ſcriptum eſt,Abſcõderunt ſa-
cerdotes viam,occiderunt in Sicima,quoniam iniquitatem fecerũt in populo.Quòd ſi pro-
pria ratione licitum quid fuerit,vſurpatur autem cum detrimento,& fit offendiculi occaſio
fide aut ſcientia infirmis,qui hoc fecit,non euadet offendiculi iudicium , dicente Apoſtolo H
de talibus & qui infirmis non parcunt.Ita autem peccantes in fratres, & percutientes infir-
mam ipſorum conſcientiam,in Chriſtum peccatis.Itaque,quando quod fit in ſeipſo conſi-
deratum malum eſt,cauſa eſt offendiculi,aut ſi ex licitis aliquid,& in noſtra poteſtate con-
ſtitutis,infirmo vel fide vel ſcientia offendiculum generauerit,apertum & ineuitabile iudi-
cium habet,horrendum videlicet illud de quo dominus ſic loquutus eſt.Prodeſt illi, vt mo
la aſinaria in collum ipſius ſuſpenſa proiiciatur in mare,magis,quàm vt vnus ex his paruu-
lis offendatur.Latius verò hoc in prioribus quæſtionibus expoſuimus , vbi & mores eorum
qui offenduntur clarius expreſſi ſunt.Quapropter Apoſtolus etiam de licitis dicit . Bonum I
eſt non edere carnes,neque bibere vinum,neque aliud quid facere in quo frater tuus impin
git,aut offenditur,aut infirmatur.Et iterum alibi.Quoniam omnis creatura dei bona eſt, &
nihil reiiciendum,quod cum gratiarum actione ſumitur.Dicit quoque,non mãducabo car
nes in ſeculum,ne fratrem meum offendam.Si verò in licitis tale eſt iudicium, quid dicen-
dum eſt de vetitis?Propterea in vniuerſum nos docet dicens , inoffenſi eſtote & Iudæis &
Græcis,& Eccleſiæ dei,quemadmodum & ego vbique omnibus placeo,non quærens quod
nihil ſit vtile,ſed quod multis conducat,vt ſeruentur.

An fieri debeat,aut tutum ſit,aliquid eorum quæ à deo præcepta ſunt,recuſa-
re,aut prohibere eum,qui ea iuſſus eſt facere , aut ferre prohibentes , maximè K
ſi germanus ſit qui prohibet , aut ſi ratio in ſpeciem plauſibilis præcepto ob-
ſtet.

CAPVT XI.

CVM Chriſtus dicat,diſcite à me,quoniam mitis ſum,& humilis corde,manifeſtum
eſt,quòd omnia certius diſcimus,ſi ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti viuentis dei
filij memores ſimus.Cum Ioannes Baptiſta illi dixiſſet,ego opus habeo vt abs te baptizer,&
tu venis ad me? reſpondit, ſine modo . Nam ſic decet nos omnem adimplere iuſtitiam . Et
vbi Petrus deprecabatur eas tentationes,quæ Ieroſolymis iuxta vaticinia Prophetarum fu-
turæ erant,ne illas ſibi accerſeret dominus,dixit.Abi retro me Satanas,quoniam offendicu-
lo es mihi.Non enim ſapis quæ dei ſunt,ſed quæ hominum.Et iterum , cum Petrus recuſa- L
ret miniſterium Chriſti,affectu reuerentiæ erga dominum motus,dixit . Niſi lauero te,non
habebis partem mecum.Quòd ſi adhuc amplius animæ noſtræ in eorum qui nobis ſunt co-
gnati exemplis ſuccurrendum eſt,recordemur Apoſtoli dicentis.Quid facitis flentes,& ad-
fligentes cor meum?Ego enim,non ligari tantum ſed & mori Ieroſolymis paratus ſum, pro
nomine domini Ieſu.Quis autem glorioſior ac celebrior fuerit Ioanne?Quis Petro ſynceri-
or?Aut quæ noſtræ cogitationes videri poterunt magis piæ quàm fuerint illorum?Ego ve-
rò ſcio,quòd neque Moſes ſanctus ille,neque Ionas Propheta , ratiocinationibus ſuis ad re-
cuſandam obedientiam vſi,inculpabiles manſerunt apud deum.Quibus inſtruimur vt neq;
contradicamus,neque impediamus,neque impedientes ſuſtineamus.Quòd ſi ex iſtis ac ſimi
libus ſimul nos ſcriptura docuit,ne tale quid ſuſtineamus,quanto magis in reliquis neceſſe M
eſt imitari ſanctos?dum aliquando quidem dicunt , Obediendum eſt deo magis quàm ho-
minibus:aliquando verò.An iuſtum ſit vt vos audiamus magis quàm deum , ipſi iudicate.
Non poſſumus enim quæ vidimus & audiuimus non loqui.

An omnem quiſque curam quibuſuis debeat , aut ſolum fidei ſuæ commiſſis,
idque ſecundum admenſuratum ſibi à deo per ſpiritum ſanctum,chariſma.

CAPVT DVODECIMVM.

CVM dominus noſter Ieſus Chriſtus vnigenitus viuentis dei filius per quem omnia
ſunt facta,viſibilia & inuiſibilia,faſſus quidem ſit , quòd non ſit miſſus niſi ad oues perditas
domus Iſraël, & diſcipulis ſuis dixerit , ſicut miſit me pater,& ego miſi vos : præceperitque
antea,



A antea,in viam gentium ne abieritis,& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: poſt im
pletionem vero prophetiæ,quam Dauid tanquam ex perſona dei ac patris de ipſo prædixe-
rat dicens,filius meus es tu.Ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem
tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ : tunc demum diſcipulis ſuis præceperit dicens.
Profecti docete omnes gentes,quomodo non magis quiſque noſtrum diligentius obſerua-
re debet præceptum Apoſtoli,qui ad hunc modum ſcripſit, ne quiſquam vltra quàm opor-
tet ſapiat:ſed ſapiat ad ſobrietatem,ſicut vnicuique deus menſuram fidei partitus eſt.Perdu
randum autem eſt in eo quod cuique iniunctum eſt etiam,ſicut iterum inquit, vnuſquiſque
in quo vocatus eſt fratres,in eo permaneat.Et ipſe quoque Apoſtolus quod aliis præcipit,di
B ligentius cuſtodiens dicit,dexteras ſocietatis dederunt mihi & Barnabæ, vt nos quidem in
gentes,ipſi vero in circuncıſionem abirent.Si vero aliquando neceſſitas vrſerit, vtpote vel
erga deum vel erga proximum dilectione ad impletionem eius quod deeſt vocante, qui o-
bedierit,mercedem habet voluntariæ obedientiæ: vocat autem illa , quando erga deum &
Chriſtum eius dilectio exigit impletionem præcepti domini dicentis , Præceptum nouum
do vobis vt diligatis vos inuicem ſicut ego dilexi vos . Maiorem hac charitatem nemo ha-
bet,quàm vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.Quę vero erga proximum eſt vocat,
quando cui pręſidendi cura commiſſa eſt,opus habet auxilio:aut contubernium eorum qui
curãtur, neceſſe habet,vt ſit qui quod deeſt adimpleat,dicẽte Apoſtolo.Nemo quærat quod
C ſuum eſt,ſed quiſque quod alterius eſt . Dilectio nanque quæ ſecundum Chriſtum eſt , non
quærit quæ ſua ſunt ipſius.Et alibi alius alium ædificet,ſicut & facitis.Itaque,dum miſſus ali
quis eſt ad prædicandum verbum, ſi prædicationem illam nec verbo nec opere adimpleue-
rit,reus eſt ſanguinis eorum qui non audierunt, nec poteſt cum Apoſtolo , qui presbyteros
Epheſiorum ita conteſtabatur,dicere , Mundus ſum poſthac à ſanguine omnium veſtrum.
Non enim ſubterfugi quominus annuntiarem vobis omne conſilium dei.Si vero plus ali-
quid quàm præceptum ſit,ad ædificationem fidei in dilectione Chriſti facere poterit, mer-
cedem habet quam oſtendit nobis Apoſtolus dicens.Si enim volens hoc fecero,mercedem
habeo:ſi vero inuitus, diſpenſatio mihi concredita eſt.

D An quæuis tentatio ferenda ſit, etiamſi obedientiam dei mortis comitentur minæ,
& maximè in curandis ſubditis.

CAPVT VLTIMVM.

SI dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnigenitus viuentis dei filius,per quem omnia facta
ſunt,viſibilia & inuiſibilia, qui vitam habet, ſicut illam habet pater,qui ipſi vitam dedit,&
poteſtatem omnem à patre accepit,cum irrumperent, qui ipſum ad mortem pro noſtra iu-
ſtitia & æterna vita ſubeundam capturi erant , tanta alacritate diſcipulos ſuos compellauit
dicens.Ecce traditur filius hominis in manus peccatorum,ſurgite,eamus.Ecce qui me tra-
E dit,appropiauit.Et ſicut in euangelio Ioannis ſcriptum eſt, Ieſus igitur ſciens omnia quę ſi-
bi euentura erant,egreſſus dixit illis.Quem quæritis?Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum.
Dicit illis Ieſus.Ego ſum.Et paulo pòſt.Dixi vobis,quoniam ego ſum. Si ergo me quæritis,
ſinite iſtos abire:quanto magis nos quæ naturaliter accidunt,ſponte ferre debemus? vt pro-
pter obedientiam dei illatas ab hoſtibus tentationes vincentes , glorificemus deum , quod
quæ ab inimicis triſtia nobis ad mortem vſque inferri videntur , cum gaudio ſuſtinemus,
ſenſum eius aſſequuti qui dixit , quoniam nobis datum eſt pro Chriſto non ſolum vt in ip-
ſum credamus,ſed vt & pro illo patiamur.Prædicant autem Acta,certamina apoſtolorum,
narrantia,quomodo contumelias & mortes cum gaudio,vt prædicationem iuxta præceptũ
domini adimplerent,ſuſtinuerint. Docet autem nos & Apoſtolus dicens. Quis nos ſepara-
bit à charitate dei?An adflictio?an anguſtia,an perſequutio?an fames?an nuditas? an pericu
F lum?an gladius?ſicut ſcriptũ eſt.Quoniã propter te occidimur tota die:reputati ſumus ſicut
oues mactationi deſtinatę.Sed in his omnibus ſuperamus,propter eum qui dilexit nos.Cer
tus enim ſum,quod neque mors, neque vita,neque angeli, neque principatus,neque pote-
ſtates,neque virtutes,neque præſentia,neque futura, neque ſublimitas, neque profunditas,
neque creatura aliqua alia,poterit nos ſeparare à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu. Nam
charitas quæ in Chriſto eſt,neceſſariò & indeſinenter coniunctam habet præceptorum ob-
ſeruantiam,ſicut ipſe dominus dixit.Qui diligit me , præcepta mea ſeruabit . Qui vero ſer-
mones meos non ſeruat,ille eſt,qui non diligit me. Et vos amici mei eſtis ſi feceritis , quæ-
cunq; ego præcipio vobis. Nouum autem & proprium ipſius præceptum eſt , vt diligamus
nos inuicem,quam Apoſtolus adimplens dicit, ita diligentes vos , vt placuerit nobis , non
 ſolum

ſolum euangelium Chriſti vobis tradere, ſed & noſtras ipſorum animas. Nam dilecti no- G
bis facti eſtis. Reſpicientes igitur in Chriſtum, animi noſtri alacritatem glorioſo imitandi
ſtudio intendamus. Vbi vero ſanctos conſideramus, docemur ſtudium hoc imitandi Chri-
ſti non eſſe impoſſibile, vt per illorum conſiderationem alacriores facti, ſyncerum & imma
culatum omne mandatum domini ad mortem vſq; ſeruemus, atq; ita in vitam æternã in-
grediamur regnumq; cœlorum hæreditate poſſideamus, quemadmodum pollicitus eſt qui
mentiri neſcit, dominus, ac deus noſter Ieſus Chriſtus vnigenitus viuentis dei filius. Amen.

Homilia Baſilij, quod ſine diuina virtute & gratia reſiſtere Satanæ, nec niſi relicta Aegypto in terram promiſſam ac cœleſtẽ Hieroſolymã pertingere nõ poſſit quiſq̃.

QVIBVS ineſt diuina lex, non atramento & literis inſcripta, ſed ſpiritu dei viuen- H
tis, nec tabulis lapideis impreſſa, ſed tabulis cordis carnalibus inſita illi mentis ocu
lis illuminati, ac ſemper, non ſenſibili aut viſibili, ſed ſpiritali ſpe affecti, exactè ſci-
unt, quàm impoſſibile ſit propriis viribus offendicula verſuti hoſtis vincere, niſi
inſuperabilis potentia dei ſuccurrat. Qui vero verbi dei honore cumulati nõ ſunt, ij fruſtra
inflati, libero ſe putant arbitrio peccati occaſiones inanire poſſe, quod per ſolum crucis my
ſterium caſſatur. Liberum enim illud quod in poteſtate hominis eſt arbitrium, in eo ſitum
eſt, vel velis vel nolis reſiſtere diabolo. Non enim vt omnino hoc poſſis, potentiam habes
qua affectionibus carnis domineris. Niſi enim dominus cuſtodierit ciuitatem, aut ædifica-
uerit domum, fruſtra vigilat cuſtos, & fruſtra laborat ædificans. Impoſſibile nanque eſt am- I
bulare ſuper aſpidem & baſiliſcum, & calcare leonem & draconem, eum, qui non prius ſe-
ipſum, quatenus homini poſſibile eſt, repurgauit, vt poſſit corroborari ab eo qui apoſtolis di
xit. Ecce dedi vobis poteſtatem calcare ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem vir-
tutem inimici. Siquidem enim humana natura extra ſpiritus ſancti panopliam diaboli inſi
diis reſiſtere poſſet, vtique ab Apoſtolo dictum non eſſet: deus autem pacis conteret Satanã
ſub pedes veſtros breui. Et iterum. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Quapro-
pter & iuſſi ſumus precari dominum, ne ingrediamur in tentationem, ſed vt liberet nos à
malo. Niſi enim potentiori auxilio ab ignitis mali hoſtis iaculis liberati, adoptionem filio-
rum dei promeruerimus, inanis erit conuerſationis noſtræ conatus, vtpote procul à virtute K
crucis diſſitus. Itaque qui diuinæ glorię particeps eſſe, & quaſi in mundo quodam ſpeculo
formam Chriſti menti ſuæ infuſam videre cupit, opus habet, vt amore inſatiabili, & animi
affectu inexplebili, ex omni corde & virtute, noctes atque dies, diuinæ potentiæ auxilium
ambiat, cuius participem fieri impoſſibile eſt, niſi eum, vt prædiximus iam, qui alienus eſt à
mundanarum voluptatum mollitie & concupiſcentiis aduerſariæ poteſtatis, quæ à lumine
& bona operatione remota eſt & extorris, atque omnino peregrina. Si cupis igitur cogno-
ſcere, cuius gratia conditi, inq; paradiſum locati, inſipientibus tandem animantibus compa
rati & aſſimilati ſimus, ab immaculata illa gloria relapſi, ſciendum eſt, quòd quoniam per
inobedientiam ſerui carnalium concupiſcentiarum facti ſumus, nos ipſos à beata viuentiũ
regione extorres reddidimus, atque ita in captiuitatem abducti ad flumina Babylonis ad- L
huc ſedemus. Et quoniam adhuc in Aegypto detinemur, promiſſionis terram nondum ſor
titi ſumus, lacte ac melle ſcaturientem. Nondum fermento ſynceritatis confermentati ſu-
mus, ſed adhuc fermento nequitiæ occupamur. Nondum adſperſum eſt cor noſtrum ſan-
guine agni dei, adhuc enim illi laqueus inferni & hamus malitiæ infixus eſt. Nondum ſer-
uatoris noſtri Ieſu Chriſti gaudium & exultationem nacti ſumus: ſtimulus enim mortis e-
tiamnum nobis penitus inſinuatus eſt. Nõdum induimus nouum hominem, qui ſecundum
deum in ſanctitate & iuſtitia conditus eſt: quoniam veterem hominem qui ſecundum deſi-
deria erroris corrumpitur, nondum exuimus. Nõdum portauimus imaginem cœleſtis, con-
formes gloriæ ipſius facti, quia adhuc imaginem terreni portamus. Nondum adorauimus M
deum in ſpiritu & veritate, quia adhuc regnat peccatum in mortali noſtro corpore. Nondũ
contemplati ſumus gloriam incorruptibilis dei: adhuc nãq; ſub nocte obſcura & turbulen-
ta iactamur. Nondum induimus arma lucis, quia nondum & arma & opera tenebrarum
exuimus. Nondum transfigurati ſumus renouatione mentis: adhuc enim huic ſeculo, in va
nitate mentis noſtræ conformamur. Nondum cum Chriſto glorificati ſumus, quia nõdum
illi compatimur. Nondum ſtigmata ipſius in corpore noſtro in myſterio crucis conſtituti
portauimus: adhuc enim ſumus in deſideriis & concupiſcentiis carnis. Nondum ſumus hę-
redes dei, & cohæredes Chriſti facti, ineſt enim nobis adhuc ſpiritus ſeruitutis nõ adoptio-
nis.

μὴ εἰσελθεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.



A nis. Nondum facti ſumus templum dei & habitaculum ſpiritus ſancti: ſumus enim adhuc
templum idolorum, & receptaculum ſpirituum malitiæ, propter affectuum impetum. Vere
nanque, vere, inquam, nondum animi & ingenij ſynceritatem & mentis ſplendorem ade-
pti ſumus. Nondum potiti ſumus lac illud doli neſcium & rationale, & incrementum ſpi-
ritale. Nondum nobis dies illuxit, neque lucifer ortus eſt in cordibus noſtris. Nondum So-
li iuſtitiæ coadunati ſumus. Neque vnà cum radiis alius coruſcauimus. Nondum accepi-
mus ſimilitudinem domini, neque conſortes facti ſumus diuinæ naturæ. Nondum facti ſu-
mus fuco carens purpura regia, neque germana imago. Nondum ab amore dei vulnerati ſu
mus, neque tacti ſpiritali charitate ſponſi. Nondum inuiſibilem & myſticam communio-
B nem cognouimus, nec potentiam & pacem ſanctimoniæ intelleximus. Et vt omnibus con-
tractis ſummatim dicam, nondum ſumus genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta,
populus qui in lucrum acceſſit & peculium: quoniam adhuc ſerpentes ſumus, progenies vi-
perarum? Quomodo enim non ſumus ſerpentes, qui ſuper terram ſerpimus, & terrena ſapi
mus, nec conuerſationem noſtram in cœlis habemus? Quomodo nõ progenies viperarum
ſumus, qui non in obedientia dei, ſed in inobedientia quæ per ſerpentẽ eſt, deprehendimur?
Quoniam igitur non inuenio, quomodo calamitatem iſtam deplorem, & ignoro, quomo-
do cum lachrymis eum, qui demorantem in me ſeductionem abigere & expellere poteſt,
implorem, quomodo cantabo canticum domini in terra aliena? Quomodo lamentabor ac
C deflebo Hieruſalem? Quomodo effugiam moleſtam ac duram Pharaonis ſeruitutẽ? Quo-
modo relinquam turpem hunc incolatum? Quomodo renuntiabo acerbæ illius tyrannidi?
Quomodo Aegyptum egrediar? Quomodo mare rubum traiiciam? Quomodo terribilem
ſolitudinem pertranſibo? Quomodo à ſerpentibus ictus non peribo? Quomodo alienigenas
debellabo? Quomodo gentes exterminabo? Quomodo tabulis meis excipiam diuinæ legis
oracula? Quomodo videbo columnam veræ lucis, & ſpiritus ſancti nubem? Quomodo
fruar manna alimoniæ ſempiternæ? Quomodo bibam aquam viuificantis Petræ? Quomo-
do tranſibo Iordanem, vt ingrediar bonam promiſſionis terram? Quomodo videbo ſum-
mum ducem, quem conſpectum Ieſus Naue, eueſtigio deum adorauit? Niſi enim ſupera-
D tis his omnibus, exterminauero, quæ in me ſunt gentes, nec ingrediar, nec requieſcam in ſan
ctuario, neque particeps ero gloriæ dei. Satage igitur, vt fias immaculatus filius dei, ingre-
diareq; in requiem illam, in quam præcurſor noſter Ieſus noſtri gratia intrauit. Cura vt con
ſcribare in eccleſia cœleſti cum primogenitis, vt inueniare ad dexteram magnificentiæ ex-
celſi. Satage vt ingrediaris in ſanctam ciuitatem Hieruſalem ſupernam, & in delitias para-
diſi. Iſtis enim præclaris ac beatis exemplaribus non poteris alio pacto dignus haberi, niſi
lachrymas inſtar torrentis noctesq; diesq; profundas, cum eo qui dixit, Lauabo per ſingulas
noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Non enim ignoras, quod
qui ſeminãt in lachrymis cum gaudio metẽt. Quapropter & cum fiducia propheta dicit, ad
E lachrymas meas ne ſileas, Et iterum, pone lachrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in pro-
miſſione tua. Et fuerũt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte. Et in alio pſalmo. Et potum
meum, inquit, cum fletu miſcebam. Reuera nanque ex ingenti adflictione, cordiſq; turba-
tione & feruenti æſtuatione, in veritatis cognitione profuſa lachryma, cibus eſt animæ, per
cœleſtem panem ſubminiſtratus, cuius præcipuè particeps erat Maria ad pedes domini ſe-
dens & lachrymans, ſecundum ipſius ſeruatoris teſtimonium, dicentis, Maria autem opti-
mam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. O pretioſas lachrymas inſtar margaritarum è
beatis illis oculis profluentes. O diuinum illum & morigerum auditum. O fortem ac ſapien
tem animum. O acrem & ſpiritualem amorem, feruenter ad immaculatum ſponſum anhe-
lantem. O ſtimulum deſiderij, animæ verbi dei cupidæ. O ſtudioſum & irremiſſum ſponſæ
F & ſponſi conſortium. Imitare Mariam hanc, ô fili, imitare, ad nihil aliud reſpiciens quàm
ad eum qui dixit. Ignem veni mittere in terram. Et quid volui, niſi vt iam eſſet accenſus?
Eſt enim inflammatio ſpiritus, corda excitans & calefaciens. Propterea, quòd ſpiritalis ac di
uinus ignis animas quidem illuminat, & probat internè, ſicut aurum ſyncerum in camino
probatur, malitiã vero cõſumit, veluti calamũ ac ſpinas. Deus enim noſter ignis cõſumens
eſt, vltionem in flamma ignis de illis ſumens, qui ſe ignorant, & euangelio ipſius non ob-
temperant. Hic eſt ignis ille, qui operatus eſt in apoſtolis, cum loquerentur linguis ignitis.
Hic ignis per gloriam Chriſti, Paulum ſuo ſplendore vndiq; circumfundens, mentem qui-
dem illius illuminauit, viſus vero corpori ſenſum obſcurauit. Acies enim carnalis viſus, lu-

 cis

cis illiusvim non ſuſtinet.Hic ignis viſus eſt Moſi in rubo Hic ignis Eliam in ſpecie currus G
abripuit.Ignis huius energiam quærens beatus Dauid,dixit.Proba me domine, & tẽta me,
vre renes meos & cor meum.Hic ignis Cleopæ & eius qui cum ipſo erat corda calefecit, cũ
illis poſt reſurrectionem loqueretur dominus, vnde & angeli,& adminiſtratorij ſpiritus,flã
ma ſunt.Hic ignis trabem illam qui intus eſt in oculo noſtro comburens,mundam conſti-
tuit mentis aciem,vt recepta natiua perſpicuitate,admiranda dei opera continuè videat, iu
xta eum qui dixit.Reuela oculos meos , & contemplabor mirabilia ex lege tua . Hic itaque
ignis dæmonas fugat,malitiam exurit , reſurrectionem potentia ſua & immortalitatem o-
peratur,animas ſanctorum illuſtrat,& rationales virtutes ſuffulcit.Hunc ignem precemur,
vt & nos occupet,vt ſemper in luce ambulantes, ne modicè quidem offendamus & impin H
gamus vnquam,ſed velut luminaria in mundo conſpicui perpetuò ſermonem vitę conti-
neamus,vt in bonis dei cum domino noſtro Ieſu Chriſto delitiantes,in vita requieſcamus
in ſeculorum ſecula. Amen.

# Baſilij magni Cæſarienſis Ar-
## CHIEPISCOPI ADVERSVS APOLOGETI- I
### *con Eunomij Liber primus, qui eſt de æqualitate patris & filij in diuinis, interprete Georgio Trapezuntio.*

SI omnes ſuper quos dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti nomen inuo-
catum eſt,nihil præter euangelij veritatem tentare & aggredi voluiſ-
ſent, ſed apoſtolorum traditione ac fidei ſimplicitate abiiſſent conten
ti,nulla profectò impræſentiarũ eſſet nobis opus oratione , ſed quam K
ab adoleſcentia ſemper honori & obſeruantiæ habuimus taciturnita-
tem,etiam nunc complexi fuiſſemus & exoſculati . Verum quoniam
inimicusveritatis qui additionibus ſemper mala multiplicat,cum in-
ſtrumenta nunc quoque inueniat, vniuerſam eius artem ſuſcipientia,
ad ea quæ ab initio in eccleſia dei ſeminauit zizania,per chriſtianiſmi ſimulationem deita-
tis vnigeniti negationem adducit:quod in doctrina ſancti ſpiritus ſyncerum eſt atque ſim-
plex,extera & inani hac ſapientia conturbans , ac veriſimili ratione ſimpliciores ſeducens:
neceſſariò & nos tam propter veſtrum qui imperaſtis amorem, quàm propter noſtrã ipſorũ
tutelam (etſi nulla omnino exercitatione in hoc genere orationis valeamus) tamen hac in L
re imbecillitatis noſtræ obliti, ſecundum cognitionis menſuram quæ nobis à domino præ-
bita eſt,& veritati adeſſe, & falſitatem refutare recepimus . Putauimus enim è tribus bonis
vnum omnino conſecuturos:aut enim præoccupatis hominibus , quaſi remedium morbi,
refutationem hanc dabimus: aut ſanioribus , quo ſe conſeruare poſſint afferemus : aut om-
nino ipſi quod optimè fratribus conſuluimus, præmia conſequemur . Primus igitur qui v-
nigenitum filium alterius eſſe ſubſtantiæ quam ſit deus & pater , apertè dicere auſus eſt
(vt nos quidem accepimus)Syrus ille fuit)Aëtius, de quo non dicam quibus ab initio edu-
catus artibus,in eccleſiam dei adductus irruperit , ne videar omiſſa confutatione ad contu-
meliandum accedere:qui vero ad impietatem ſucceſſit,eam perfecit.Eunomius iſte Galata,
qui è rebus ſibiipſi turpiſſimis factus illuſtrior:(gloria enim,inquit,in turpitudine ipſorum) M
cum futuris pietati præmiis eum honorem prætuliſſet, qui ipſum conſequeretur,ſi quæ nul
lus vnquam attigit conſcripſiſſet: blaſphemiam quam preſſis adhuc labiis aliqui ſubloque-
bantur,ſplendidis his ſuis ſcriptis auſus eſt prædicare . Princeps enim atque defenſor totius
hæreſis appellari concupiuit.Quamobrem & nobis in præſentiarum arguendus videtur.Cũ
vero eadem ſit in vtriſque improbitas , perſpicuum eſt doctorem etiam qui ſemina impie-
tati prębuit,vnà cum docto diſcipulo refutari : dummodo nobis diuinitus veſtris precibus
tanta orationis vis concedatur,vt ſecundum zelatorem illum Phinees , qui per impietatem
inter ſe coniunguntur , eos ambos pariter vno redargutionis ictu configamus . Cum ergo
multis eum in oratione ſua detineri vitiis poſſem oſtendere,mendacio,ignorantia, contu-
melia



A melia,ſimulatione,blaſphemia, cætera quidem tranſeunter commemorabo : blaſphemiam
autem quam in celſitudinem maieſtatis vnigeniti locutus eſt,ſi artis inuolucris denudauc-
ro,manifeſtam omnibus faciam.Sed iam ad redarguendum accedam , ab ipſa inſcriptione
faciens initium. Prima enim ipſi verſutiſſimè ſimulatio hæc ſcribendi excogitata eſt , vt
in reſponſionis ſpecie doctrinam ſuam componat,ne ſponte impia dogmata exponere , ſed
coactus ad huiuſmodi orationem perueniſſe videatur . Nam omni pacto prauam hanc &
ſine aliqua religione prædicationem edere,ac in medium afferre,quam olim concepit & pe
perit iniquitatem,cupiebat.Verum ſi palam doctoris ſtatum acciperet , non ſolum audien-
tibus id arduum intolerabiléque futurum,ſed multis etiam minus probatum,atque ſeipſum
B ſuſpicioni obnoxium videbat,quaſi gloriæ cupiditate ad innouandum deuenerit . Quod ſi
per fictionem reſponſionis verba faceret,& innouationis ſe ſuſpicionem euaſurum putabat
& longè attentiores auditores futuros.Natura enim omnes homines ſolent laceſſitis patro-
cinari . Idcirco aduerſarios calumniantes accuſat , & illis orationis ſuæ cauſam annectit.
Quare vt omnibus artificium eius fiat perſpicuum,melius eſt ipſum exordientem audire.
EVNOM. Cum calumniari (inquit) ac detrahere immoderata lingua & animo ingrato,
improborum hominum atque odio dignorum opus ſciamus:eos verò qui calumnia minus
probi viſi ſunt,ſi totis viribus falſitatem redarguendo auertere conantur,modeſtos eſſe vi-
ros,& tum ſibi bene conſuluiſſe, tum aliorum tutelam multi feciſſe non ignoremus. BA-
SIL. Genus igitur orationis tale quoddam eſt,quale is adhiberet qui nihil ſimpliciter, ni
C hil ſine dolo faceret.Nam & innouandi quicquam ſuſpicionem,reſpondendi adumbrat in-
uolucro,& quaſi neceſſitate propter calumniantes ad hos ſermones venerit,auditorum ve-
natur beneuolentiam:quæ fictio inde facile deprehenditur,quod cum huius cauſſæ quam di
cere ſimulat,accuſatorem nominare habeat neminem, accuſatoris perſona relicta , ad reſ-
pondendum aggreditur.Nec ex clementia nominatim eos qui ſibi moleſti erant,dicere ab-
ſtinuit,cum omnes qui aliter quàm ipſe ſentiant,acerbis maledictis laceſſat : verum apertè
mentiri,& certas accuſatorum perſonas in medium adducere,dedecus ſibi putauit . Nam ſi
nuncupare aliquos poſſet , dixiſſet profectò & exclamâſſet , vt & ſi iram ſuam non penitus
explêſſet,attamen vt pluribus caueret , quibus ſummopere proſpicere pollicetur . Latens e-
D nim improbitas,quàm prædicata pernicioſior . Quare cum detractores cognoſcimus , faci-
lius impudentes eorum linguas,& ingratos animos effugere ſolemus . Ipſis enim vtar ver-
bis, quibus ille doctiſſimus, ſed eſto, neſciamus , qua de cauſa quando ſcribebat , reticuerit.
Nunc interrogetur,nunc reſpondeat,qui ſunt qui eum incuſârunt?qui ſunt qui prius detra-
hendo neceſſitatem ſibi reſpondendi effecerunt?qua ex parte orbis terrarum venerunt ? qui
fuerunt iudices apud quos certamen hoc ſubiit?quod in iudicium hęc accuſatio delata fuit?
vbi terrarum aut marium congregatum?Seleuciæ ne dicet?an cum ſæpius vocati ab his, qui
illuc conuenerunt,vt ea quæ inferebantur repellerent,cum obuiam exire non auderent,ta-
E citurnitate ſua victi,atque damnati ſunt . Habeatur enim mihi pariter ad vniuerſum illum
cœtum oratio,qui communi impietate tanquam morboſum membrum à ſano eccleſiæ cor
pore deciſus eſt.Sed Conſtantinopoli?at illic nulla ipſis erat opus oratione. Nam cum ex au
la regia omnes & reliquos qui plurimum poſſe putarentur, ad ſe conſciuiſſent , longè ſupe-
riores impetu ſe in res omnes intulerunt, ipſi accuſatores, ipſi iudices, ipſi miniſtri publici,
ipſi deniq; cuncta poterant , quantum concupierant alios eiicientes , alios in illorum locum
ſubſtituentes,alios in periculum vitæ deducentes,ipſi magna cum poteſtate inter ſe ciuita-
tes ſortiebantur:tunc è Syria etiam quidam expulſus, Conſtantinopolim quaſi ad tyranni-
dem peruenit . Hic autem iſte inexpugnabilis & grauis orator , in peruerſæ religionis præ-
F mium Cyricum obtinuit . Theoſebio verò poſt maximarum blaſphemiarum redargutio-
nem,Sardienſis eccleſia deuorata eſt. Taceo Bithyniam, Paphlagoniam, Ciliciam, præter-
mitto cæteros,quos eſt depaſta circumlata improbitas . Quam ergo reſpondendi neceſſita-
tem tunc habuit?ſed vt arbitror etiam ſi voluerit mendacio vti,non poterit.Quare nihil ve
rius,quàm modum hunc dicendi ad decipiendum ab ipſo excogitatum fuiſſe . Sed hæc ha-
ctenus:Quæ verò poſt ea quæ ſuperius retuli ſtatim ſubiungat,diligentius conſiderate.For-
te enim non erit inutile , antequam impietatem eius redarguamus , pauca de tumore eius
prædicere. EVNO. Peto autem ante omnia,inquit,à vobis , qui aut his temporibus e-
ſtis audituri,aut lecturi poſtea,ne velitis maiori parti plus attribuere,ac multitudine verum
à falſo diſcernere: neque dignitati quorumdam commoti, mentem obfuſcari , vel plus his
qui

qui præoccupârunt deferendo, poſterioribus aures obſerare. BASI. Quid tu narras? G
non dabimus plus antiquitati?non reuerebimur Chriſtianorum multitudinem, tam eorum
qui ſunt, quàm eorum qui fuerunt ex quo Euangelium prædicatum eſt? Nullam rationem
dignitatis eorum faciemus, qui omni ſpirituali gratia claruerunt, quibus tu omnibus inimi
cam hanc impietatis viam & hoſtilem nuper excogitâſti? ſed claudentes ſimul oculos ani-
mi, exterminata cuiuſlibet ſancti viri memoria, otioſam atque omnino vacuam deceptio-
nibus atque cauillationibus tuis mentem noſtram ſupponemus? Magna profectò eſt tua po
tentia, ſi quæ multiplici artificio diabolus aſſecutus non eſt, ea tibi ſolo imperio aderunt.
Siquidem omnes tibi perſuaſi traditionem fidei, quæ præterito tempore omni, ſub ſan-
ctiſſimis viris euicit, cogitationibus veſtris impiis poſtponemus. Huic verò non ſufficit eo H
rum qui nunc audient, mentem eludere: ſed etiam poſtulat, vt quicunque multo pòſt ſua
perlegant, eandem ſententiam habeant. O contumaciam hominis, qui vſque ad poſteros
peruenturam putauit orationem, & immortalem in futurum tempus memoriam ſui per-
manſuram, Et is quidem nunc intumeſcit, qui paulo poſt ad auditores ſimulans, quaſi o-
mnem tumorem negligens, ita eis dicit, quos vt fictos iudices collocauit. EVNO. Ad
hæc, inquit, nobis moleſti non ſitis, ſi tumorem pariter, atque timorem neglexerimus, &
præſenti ſecuritati ac gratię licenter de futuris loqui prętulimus. Cum enim omni adflictio-
ne terrena ac temporali hac morte terribiliora impiorum ſupplicia iudicaremus, nulla re
inuolutam, ſed nudam exponendam eſſe veritatem putauimus. BASI. Quæ tanta eſt I
ſuperbia, quam iſta non excedit orationis elatio? Cui deriſioni contumelia etiam ineſt, in
iudicantes: ſi quoniam bona grauiter ferant, vix ab offendendo eo reuocantur, qui tu-
morem vnà cum timore negligit, qui præſentem ſecuritatem contemnit, vt de futuris lo-
quatur licentius: qui poſtrema illa ſupplicia temporali hac morte terribiliora iudicauit. Id
verò quid eſt, niſi, nolite infenſi mihi eſſe iudices, qui ad ſummum virtutis ipſius perue-
ni, qui terrena contempſi, qui omnem viuendi poteſtatem in cœlos tranſpoſui? Nouus
hic eſt arrogantiæ modus: nam quibus rebus diſſimulat ſe gloriam negligere, his ipſis ad
ſummum ſe tollere conatur. Nam ſi quibus oſtendit venia eſſe digna quæ gerit (ea euan-
gelicæ vitæ ſunt capita) coniicere inde dat, qualemnam ipſum in omni virtute ducere K
debeamus. Verum hæc quibus tota ferè ipſius voluntas exprimitur, multis ſilentio tra-
ditis, hactenus dicta ſint, vt per ea quæ mentitus eſt, mendacij patrem in eo locutum
cognoſcamus, & ex arrogantia qua condemnatus eſt prædiſcamus, cum apertè dicat Apo-
ſtolus, inflatos omnes in diabolicum crimen incidere. Nunc reliquum eſt, vt ad redarguen-
dam impietatem accedamus. Principio fidem conſcribit, & ſimplicibus ac indeterminatis
verbis compoſitam, qua multi patrum non ad propoſitas quæſtiones contendentes, ſed ſim
pliciter ſecum in ſynceritate cordis colloquentes vſi ſunt, quam vt ferunt, & Arrius Alexan
dro, cauillationibus eum captans, propoſuit, quam & hic quaſi ſuæ ſententiæ conſentaneam
duabus de cauſſis adhibuit. Primum, vt innouandi dogmatis ſuſpicionem effugiat, cum ip- L
ſorum patrum fidem tanquam rectam ſuſcipiat: deinde vt omnes integritate verborum fre
ti, nihil ſibi proſpicientes, in cauillationum laqueos incidant. Simul autem etiam illud con-
ſpexit, quod & ſententiam ſuam probabilius inducere poſſet, cum dicta patrum interpreta-
retur, & facile impietatem ſe eſſe occultaturum. Quòd ſi ſuſpectus foret, ſine vlla culpa eſſe
videatur, quod non è ſuo, neque à ſe dicit, ſed alienæ mentis ſit interpres. Qua in re dignum
quid riſu commiſit, & non ſenſit. Nam cum eandem patrum fidem ſummis laudibus extu-
liſſet, poſt pauca illam ipſam turpiſſimis probris afficit. Quod vt apertius pateat, diſtinctius
orationis eius particulas examinabo: ſed primum quam proponit fidem ipſis vocibus ſuis
hic ſcriptis videamus. EVNOM. Eam verò quæ iamdiu apud patres obtinuit, inquit, M
pia traditio, tanquam amuſſim quandam aut regulam exponendo præmittamus, vt quæ-
cunque dicentur, tutius per eam poſſimus iudicare. BASIL. Deinde adducit patrum
fidem his verbis. EVNOM. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, ex quo
ſunt omnia, & in vnum vnigenitum dei filium, † deum verum, dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum, per quem ſunt omnia: & in vnum ſpiritum ſanctum paracletum. BASIL.
Quibus ſtatim annectit. EVNOM. Sed ſimplicior quidem fides, & omnium commu-
nis, qui aut eſſe aut videri Chriſtiani cupiunt vt breuiter & ſummatim dicamus, hæc eſt.
BASIL. Horum verborum turpem repugnantiam paulò pòſt oſtendemus, ſi prius illud
in mentem reduxerimus, hunc illum eſſe qui incipiens magna cum arrogantia, nudam o-
mni

θεὸν λόγον id eſt Deum verbum.



A mni deiecto velamine veritatem ſe nobis expoſiturum pollicebatur. In hac ergo fide, vbi
ſcriptum eſt: † Credimus eſſe innaſcibilitatem Dei omnium eſſentiam, aut credimus eſſen
tia diſſimilem eſſe vnigenitum patri. Nam hæc ſcripſiſſet profectò ſi quemadmodum polli-
citus eſt, nullo fraudis velamine ſuam opinionem obumbraret. Verum vt arbitror cum in-
ſidioſa vbique vtatur oratione, idcirco ſua parumper reticet, ne ſermo in liberas aures inci-
dens, incredibilis & reiiciendus videatur. Patrum autem fidem proponit, cuius verba cum
indifferentia ſint, neq; confirmationi ſermonis ſui repugnantiam poterant afferre, & ex
illis facilè ſequi ſua putabat, ſi inde ad ea quæ volebat orationem traduceret. Quod autem
hæc vera ſint liquido ex ipſis patet. Nam fide patrum breuius ſcripta, & alia quadam allata
B cauſſa, ac præcipuè quod non eſſet ea fides omnino ſufficiens à criminantibus ipſum libera-
re: illico exponere ipſam aggreditur. Cur ergo ipſam propoſuiſti? cur non ſtatim ad eam o-
rationem deſcendiſti, quæ cum certior erat tum à criminibus te abſoluere poterat? Nunc ve
rò proponit quidem eam, vt per eam tutius iudicet, & rurſus emendat, quaſi nihil in ea ſit
integrum. Quare palam omnibus eſt, quod opinioni ſuæ tanquam hamo ad mortem trahen
ti, dolum eſcæ, integritatem fidei coaptat, vt imperitiores ad id quod apparet vndique ac-
currentes, minus cauti peruerſitate impietatis infigantur, ac ne videatur abſq; cauſſa emen-
dationem eius fidei afferre, quam ipſemet ſummis laudibus extulit, videte quonam modo
verborum ſuorum oblitus ipſi detrahat. EVN. Sed ſimplicior quidem fides, & omni-
C um communis qui aut eſſe aut videri Chriſtiani cupiant, vt breuiter ac ſummatim dicamus
hæc eſt. BAS. Quid ais? pia illa patrum traditio, & amuſſis (vt ipſe appellabas) & regu-
la, & id quo tutius iudicatur, inſtrumentum rurſus fraudis ac ſimulati artificij cæteraq; hu-
iuſmodi nuncupabitur. Si enim iis qui verè Chriſtiani ſunt, non accommodatur, ſed iis qui
videri quam eſſe malunt, quidnam aliud quam quod dictum eſt, de ipſa putare conuenit?
Quis igitur, niſi demens omnino ſit, iis qui peruerſo animo ſunt, rectam accommodari re-
gulam diceret, & amuſſim veritatis, hoſtibus veritatis? Nam qui appellari Chriſtiani quam
eſſe verè maluerunt, cum vt multos ſeducant, hanc ſimulationem ſubeant, longè profectò
ab omni quod rectum eſt, atque ab omni veritate abſunt. Quare vti obliquum nunquam di
D rigetur, vt apud Eccleſiaſtem legitur, ſic ea quibus veritas indicatur, iis qui mendoſam vi-
tam elegerunt nunquam conuenient, quamuis huic videatur, qui ea, vt dixi, de re ſic apertè
ſibiipſi repugnat, vt quo fidem laudat, eo conuenire cum piis patribus videatur: quo autem
rurſus ipſam carpit, eo aditum ſibi ad oppoſitionem eius ſubaperiat. Quapropter eandem &
regulam appellat, & certioris indigere additionis confirmat, quod ſummæ ignorantiæ ſi-
gnum dicerem, ſi cui gratum fore putarem, etiam hoc ſuboſtendere. Regula enim & amuſ-
ſis, ô doctiſſime tu, in quantum nihil eis deeſt, vt ſint huiuſmodi, nullam acceſſionem ſuſ-
cipiunt. Nam cui aliquid deeſt, illi additio congruit: quæ verò imperfecta ſunt, nunquam re
ctè amuſſis ac regulæ appellabuntur nominibus. Sed de his ſatis. Nam quæ de Deo ſibi ex-
E cogitatę ſunt rationes, conſiderandæ iam ſunt. EVNOM. Vnum ergo, inquit, eſſe De-
um & naturali quodam ſenſu, & penes patrum doctrinam, nec à ſe, nec ab alio factum pro-
fitemur. Nam vtrunque horum æquè fieri non poteſt. Neceſſe eſt enim reuera quod facit,
ante id eſſe, quod fit: & ipſum quod fit, ſecundum eſſe ab eo quod facit: nihil enim ſeipſo pri
us, aut poſterius eſſe poteſt. Neque quicquam aliud ante deum: ſortiretur enim potius illud,
quàm, quod ab illo ſecundum eſt, deitatis maieſtatem. BASIL. Cuius gratia vniuer-
ſam hanc eius appoſui dictionem, vt perſpicua fiat iſtius viri vanitas in dicendo, qua vbi-
que per totam orationem vtitur. Cum enim dixiſſet, naturali quodam ſenſu, & communi
omnium conceptione natum deum non eſſe, demonſtrationibus tamen id nititur ſtabili-
re, ſimile iis faciens, ſi qui claro in meridie acuti viſus homines ratione quadam docere ve-
F lint, ſolem ſiderum omnium eſſe lucidiſſimum. Quòd ſi qui ſenſu cognitum ratione oſten-
dit, deridetur: qui communi conceptione intellecta docet, is quomodo eiuſdem amentiæ
non condemnabitur? Nam longè profectò hæc quàm quæ viſu videntur, ſanę mentis ho-
minibus ſunt certiora. Verum ſi quis in hanc veritatem imprudenter inueheretur, & quod
ingenitum eſt, vel à ſe, vel ab alio factum eſſe contenderet, tanta ſermonis vanitas veni-
am forſan conſequeretur: cum verò nullus ad hunc diem, nec eorum qui de foris, nec eo-
rum qui ex ipſa eccleſia contra veritatem inſurrexerunt, in eam deuenit ſtoliditatem, vt de
innaſcibilitate eius qui ingenitus eſt, dubitaret, quid ex hac oratione ſequatur non video.
Num Ariſtotelis aut Chryſippi ſyllogiſmis opus eſt, vt eum perdiſcamus qui eſt ingenitus,
neq;

πιςεύομεν τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων.

neque à ſcipſo, neque ab alio natum, nec priorem eſſe, nec poſteriorem ſeipſo? Quorſum G
igitur hæc illi tendunt? Primum mihi videtur honori ſibi apud auditores putâſſe, ſi denſis
atque minutis excogitationibus ſuis redundaret, ſi acutus in proſpiciendis incongruis, &
acutior in diſſoluendo quod ſuſpexit videretur, & harum rerum gratia volubili orationis
curſu inſuperbire, & demonſtrationem ſubtiliter deducere, quod nec à ſe ipſo, nec ab a-
lio qui ingenitus eſt, ſit factus. Deinde nec in hoc etiam loco artis ſuæ oblitus eſt, ſed cum
in manifeſtis moram faciat, quaſi elementa quædam ad ea quæ ſequuntur occultius inge-
rit. Nam illud otioſum ipſi non eſt quod dicit. Neceſſe eſt enim reuera quod facit, ante id
eſſe quod fit. Sed vt in ſermonibus qui de filio ipſi ſunt conceſſum iam habeat, poſterio-
rem eſſe filium patre: quoniam quod fecit, eo quod fit antiquius eſt. Ex quo tanquam H
conſequens id ſumet, quod filius ex nihilo factus ſit. Verum hanc confutationem ipſius
impietatis contra filium ad locos ſuos differamus. Ego autem etiam ingeniti ſiue innaſci-
bilis appellationem quamuis ſummopere cogitationibus noſtris congruat: tamen quoni-
am nullo loco in ſcriptura ipſam inuenio, & quoniam primum eſt elementum blaſphe-
miæ iſtorum, ſilentio tradendam meritò duxerim. Præſertim cum patris vox & id poſſit
quod ingeniti, & ad id etiam propter relationem coniunctam ſibi filij † cogitationem ad-
ἔννοιαν intelligentiã. ducat. Qui enim vere pater & ſolus pater eſt, à nullo eſt: qui autem à nullo eſt, ingenitus
eſt. Non ergo magis ingenitus quàm pater nobis appellandus eſt, ne videamur pruden-
tiores eſſe velle ſaluatoris doctrina, qui ait: Ite, & baptizate in nomine patris: patris di-
xit, & non ingeniti. Sed de his hactenus. Quæ verò his annexa ſunt, perſpiciamus. Vbi I
ergo paululum proceſſit, quaſi repetens quæ dixerat, ſic ſcribit. EVNOM. Si igitur
nec ipſe ante ſeipſum, nec quicquam aliud ante ipſum proceſſiſſe demonſtratum eſt, ipſe
autem omnia præcedit, innaſcibilitas eum conſequitur. Immo verò ſubſtantia ipſe eſt in-
genita. BASIL. In his verbis facilè attendenti cuilibet eſt malignitatem eius quam
deprehendimus conſpicere: non autem ita facile in lucem eam edere: tentandum ta-
men, cum in illo ſpem habeamus qui dat verbum euangelizantibus virtute multa. Di-
xit prius, quod ſi nec ipſe à ſe eſt, neque aliud quicquam eum præceſſit, innaſcibilitas
eum conſequitur: deinde quoniam conſpexit ex iis quæ poſita ſunt non id quod voluit, K
ſed eius oppoſitum ſequi. Nam ſi conſequens eſt in Deo innaſcibilitas, deforis omnino
eum aſſequitur. Quod autem deforis eſt, ſubſtantia eius non eſt, ex quo defluit & cor-
ruit vniuerſa hæc fraudulenta constructio. Ne igitur hoc ſibi accidat, videte quid faci-
at. Parum curauit ne deriſui eſſet quem erat ſubiturus, ſi ſibiipſi non conſentiret, itaque
correctione ad ea quæ voluit orationem reduxit, dicendo: Immo verò ſubſtantia ipſe eſt
ingenita: hoc autem iis quæ præceſſerunt nullo pacto conſentit. Quomodo enim & vt
conſequens Deus habet innaſcibilitatem: & rurſus, non vt quid conſequens, ſed in ſub-
ſtantiæ ratione contentum. Veruntamen non omnino dimittit cauillationem ſibi corrue-
re. Si enim cum dixiſſet, tanquam conſequens ingenitum Deo ineſſe, ſtatim hic oratio- L
nem abſoluiſſet: nihil ſibi reliquum eſſet, quo vel innaſcibilitatem ipſam ſubſtantiam Dei di
cere poſſet, vel alterius eſſe ſubſtantiæ vnigenitum filium demonſtraret. Nihil enim eo-
rum quæ patrem ac filium foris conſequuntur, ipſam ſubſtantiam poſſint diſſeparare. Nunc
autem quoniam intulit, immo verò ipſe eſt ſubſtantia ingenita, oſtendit quod ipſum quod
Deus eſt, innaſcibilitas eſt. Quod quantas ipſi anſas ad impietatem præparauerit, paulò
pòſt clarius oſtendam. Quare quod primum dixit, è rerum ipſarum veritate prout ex po-
ſitis conſequebatur, emerſit: quod autem poſtremum appoſuit, ex hæretica opinione ad-
iectum eſt, cum turpiſſimè omnium hic orator ad correctionem orationis trãſiluerit. Nam
quo pacto idipſum, & conſequens eſt deo, & rurſus idem quod ipſe, cum omnibus perſpicuũ M
ſit conſequens aliud eſſe, quam ſit is quem illud conſequitur: Hic verò excogitata iam via ex
eo quod vi rapuit, ad affirmandum procedit, quod innaſcibilitas dei ſubſtantia ſit: vt hoc
demonſtrato conſentaneum habeat, alterius eſſe ſubſtantiæ vnigenitum, quàm pater ſit. Sed
quæ ipſe dicit, audiatis. EVN. Ingenitum autem dicentes non ſolum nomine iuxta
humanam opinionem decorandum deum putamus: verumetiam ei reddendum arbitra-
mur quod maximè ei debemus, vt idipſum ſcilicet quod eſt confiteamur. Nam quæ † iu-
κατ᾽ ἐπίνοιαν. xta opinionem dicuntur, cum in nominum prolatione ſolum ſint, cum vocibus ſimul diſ-
ſoluuntur. BASIL. Deſtruit iuxta opinionem in deo innaſcibilitatem perſpici. Pu-
tat enim facilem hinc ſibi aditum fore, vt oſtendat innaſcibilitatem ſubſtantiam eſſe, ex
quo nullo



A quo nullo repugnante, alterius eſſe ſubſtantiæ vnigenitum filium quàm pater ſit, concludet.
Idcirco in verbo opinionis inhæret quaſi nihil omnino ſignificet, ſed in ſola prolatione vo-
cis ſubſtantiam habeat, & ſimul non eſſe dignum contẽdit opinionibus deum laudare. Ego
vero opinionene tantum innaſcibilitas concipiatur an non, nondum aſſero, antequam ipſa
rationis indagatione ad hoc deducamur. Sed quidnam ſit ἡ ἐπίνοια iſta ipſum libenter in-
terrogarem: num nihil omnino hoc nomen ſignificat, ſed ſonus quidẽ eſt, qui in vanum ex
ore excidit? At quod huiuſcemodi eſt, non magis mentis conceptio, quàm amentia atque
nugatio appellabitur. Quod ſi concedit, nonnihil ſignificare ἐπίνοιαν hãc, ſed falſum quid-
dam penitus & non conſiſtens, vt in fabulis centauri atq; chimeræ, quo pacto id quod falſò
B ſignificatur, vnà cum ſono oris diſſoluitur? cum & ſi vox in aërem profundatur, in mente ta
men quæ excogitata fuerunt permaneant? Neque enim aliquando falſis omnino, aut vanis
cogitationibus, vel in ſono, vel in aliis motionibus animi mens expleta, ſi quæ memoria re-
tineat, poſtea voce emiſerit, vnà cum edita voce & iam ea quæ concepta fuerant, diſſoluun-
tur. Nam ſi falſitatis natura ſimul cum verbis corrumperetur, operę pretium eſſet falſa præ-
dicare. Non eſt hæc iſtius rei natura, non eſt. Reliquum igitur eſt oſtendere, quomodo, &
quibus in rebus communis conſuetudo τῆς ἐπινοίας dictione vtatur, & quo pacto diuini ſer
mones vſum ipſius ſuſceperint. Conſideremus ergo, quod in communi quidem vſu quæ-
cunque repentina comprehenſione ſimplicia videntur ac vnica, varia vero ac multiplicia,
C ſi ſubtilius exquiruntur, hæc cum mente diuidantur τῇ ἐπινοίᾳ id eſt opinione, ſola diuiſa di-
cuntur: vt corpus prima comprehenſione ſimplex putamus, at cum ipſum cribrauerit ratio,
& in colorem, figuram, duritiem, magnitudinem, cæteraq; huiuſmodi ex quibus compoſi-
tum eſt, diſſoluerit, varium oſtendit & multiplex. Rurſum quæcunque non ſubſiſtunt qui-
dem, ſed pictura quadam mentis & phantaſtica virtute configurata ſunt, vt quæ poëtæ ac pi
ctores ad ſtuporem eorum qui ea ſenſu percipiunt, prodigioſe depingunt, hæc quoque κατ᾽
ἐπίνοιαν, id eſt iuxta opinionem & imaginationem ſpeculata communiter dicuntur. His
non diſtinctis, vel ex ignorantia, vel ex malitia, de ſola opinione eorum quæ non ſubſiſtũt,
nobis Eunomius philoſophatus eſt, neque de hac qualitercunque ſe habeat natura, narrauit.
D Non enim ſignare quicquam quamuis falſum, ſed penitus nihil ſignificans nomen eius, at-
que in ſola pronuntiatione ſubſiſtere putauit. Atqui tantum abeſt, ne de vanis ſolũ & phan
taſticis rebus nomen hoc prædicetur, vt poſt primam in nobis à ſenſu factam impreſſionẽ,
ſubtiliorem comprehenſæ rei ac certiorem cogitationem, ἐπίνοιαν plerunque nominemus.
Vnde & conſuetudo excogitationem, licet impropriè, illam vocat. Vt tritici ſimplex intel-
lectus omnibus ineſt, quod id cum occurrerit ſtatim cognoſcimus: cum vero diligentius
inquirimus, tunc multarum rerum ſpeculatio accedit, & diuerſa nomina res ipſas ſignifican
tia. Idem enim triticum, nunc fructum, nunc ſemen, nunc cibum appellamus. Et fructũ qui-
dem, quaſi præteriti agricolarum operis finem: ſemẽ vero, ceu futuri initium: rurſus cibum,
vt reſtaurationem corpori comedentis congruam. Quorum vnumquodq; & κατ᾽ ἐπίνοιαν
E inſpicitur, & oris ſono nequaquam euaneſcit, ſed conſiderantis animo excogitatum inhæ-
ret. Et vt in vniuerſum dicam, omnia quæ ſenſu cognoſcuntur, cum ſubiecto ſimplicia vi-
dentur: multiplicem vero rationem ſpeculata ſuſcipiunt, ἐπινοίᾳ percipi dicuntur. Huiuſmo
di ferè vſum in hoc nomine, diuina quoque nos ratio docet: verum reliqua propter multi-
tudinem præteribo, vnius vero ſolum non importunam faciam mentionem. Dominus no
ſter Ieſus Chriſtus cum de ſeipſo verba faceret, & deitatis in homines affectum ac incarna-
tionis gratiam ſubaperiret quibuſdam proprietatibus, quas in ipſo ſpeculari poſſimus eam,
ſignificauit. Portam enim ſeipſum, viam, panem, vitem, paſtorem, lucem nominauit, non
quod † multiuocus quidam ſit: nec enim cuncta hæc nomina ad idem inter ſe conferuntur. πολυώνυμος
F Siquidem aliud lux, aliud vitis, aliud via, aliud paſtor ſignificat: ſed cum vnus ſubiecto ſit,
vna ſubſtantia ſimplex & non compoſita, aliter atque aliter ſeipſum nominat, τῇ ἐπινοίᾳ
diuerſas inter ſe appellationes ſibi accommodans. Actionum nanque diuerſitate, beneficiis,
& habitudine, diuerſa quoque ſibi nomina impoſuit. Nam ſi cum ſe mundi lucem dicit, par
tim inacceſſibilem diuinæ gloriæ maieſtatem hoc nomine ſignificat, partim quòd ſplendo-
re agnitionis eos, qui animi oculos purgauerunt, illuminat. Vitem verò, quòd omnes qui
in eo per fidem radices egerunt, felici bonorum operationum fructu enutriat. Panem autẽ,
quod rationali animæ ſit cibus idoneus, retineatq; conſtitutionem ipſius, ſemper à ſeipſo
quod defluxum eſt reſtituens, neque ad irrationalem dimittens infirmitatem ſubduci. Ita ſi
quis

quis ſingula nominum pertractabit, multiplices atque varias rationes inueniet, quanuis v- G
num ſecundum ſubſtantiam is omnibus ſubiiciatur. Quiſnam ergo ſic paratam ad blaſphe
mandum habet linguam, vt dicere audeat ſimul cum vocibus his, etiam τὰς ἐπινοίας diſſol-
ui? Cur itaque eſſet abſurdum, in deo quoque omnium quædam κατ' ἐπίνοιαν hoc pacto ac-
cipere, & cum primis hoc ipſum de quo vniuerſa nobis inſtituta eſt diſputatio? Nuſquam
enim illud, ingenitum alio modo dictum inueniemus. Incorruptibilem nãq; ac ingenitum
deum dicimus diuerſo mentis obiectu his nominibus appellantes. Nam cum in tranſacta
iam ſecula reſpicimus, ac omne ſuperare initium vitam dei inuenimus, tunc ingenitum ip-
ſum affirmamus. Cum vero per ſecula futura mentem extendimus, tunc infinitam eius in
nullum terminum exeuntem, incorruptibilem appellamus. Quemadmodum igitur quoniã H
abſque termino eſt, vita ipſius incorruptibilis eſt: ſic quia ſine initio eſt, ingenita nominata
eſt. Sed hęc vtraque mente ſpeculari ſolemus. Quænam igitur ratio repugnabit vtrunq; ho-
rum nominum & ἐπινοιῶν, & eius rei eſſe confeſſionem, quæ verè deo ineſt? Ille vero ve-
luti ſi hæc repugnarent, ac ſimul eſſe non poſſent, alterum ab altero penitus diſſeparat, κατ'
ἐπίνοιαν ſcilicet quidquam dici de deo, & adimplere* ipſi eius quod eſt, cõfeſſionem. Verum
id quoque non prætermittendum, quam mirabilis iſti religionis ſimulatio in auditorum e-
† ἐπίνοιαν. uerſionem excogitata ſit, cum dicit. EVN. Nolle † cogitationem humanam decorare
deum, cum ingenitum appellat: reddere autem ipſi quod maximè ei debemus, cum idipſum
quod eſt confiteatur. BAS. Quibuſnam verbis tantam volubilitatem artis dignè quiſ- I
piã conſequetur? ſimpliciores omnes terrere nititur, quaſi non reddentes deo quod debent,
niſi innaſcibilitatem ſubſtantiam eſſe confiteantur, & debiti redditionem propriam impie-
tatem appellat, vt nihil à ſe dicere videatur, ſed quod ex neceſſitate deo debeatur explere.
Itaque omnibus oſtendit, quod ſi innaſcibilitatem in ſubſtantia ipſa poſuerint, ſine culpa di
mittentur: ſi aliter, ſecundum religionis rationem opinarentur, tanquam negligentes id de-
bitum quod omnium antiquiſſimum eſt maximeq; neceſſarium, ſine deprecatione diuinã
in ſe iram excitaturos. Quas ob res ego libenter ab ipſo peterem, ſit ne in omnibus quæ de
deo dicuntur pariter gratus, an in hoc verbo ſolum? Nam ſi nihil penitus mente inſpicit, ne
humanis deum appellationibus decorare videatur, cuncta ſimiliter ſubſtantiam confitebi- K
tur, quæ de deo dicuntur. Quonam igitur pacto non deridendus, ſi creandi virtutem ſubſtã
tiam eſſe dicat? ſi prouidentiam rurſus ſubſtantiam, eodem modo præſcientiam & omnem
itidem operationem ſubſtantiam putet? quæ cuncta ſi ad vnum tendunt ſignificatum, ne-
ceſſe eſt, vt inter ſe idem valeant, ſicut fit in multiuocis: ſicuti cum Simonem Petrum Ce-
pham eundem dicimus. Quare ſi quis audit inalterabilem eſſe deum, ad innaſcibilitatem
ſubducetur: & qui audit impertibilem, ad creandi virtutem deferetur: qua confuſione quid
vnquam abſurdius fiet, quàm ſi cum propriam cuiuſcũque nominis poteſtatem abſtuleris,
contra communem conſuetudinem & doctrinam ſpiritus leges ponas? Nonne cum de deo
audiamus, quod in ſapientia omnia fecit, creatiuam tunc eius artem docemur? Cum autem L
quod aperit manum eius, & implet omne animal benedictione: bonæ voluntatis prouiden
tiam ſuam, quæ per omnia tranſit? Cum verò, quod poſuit tenebras latibulum ſuum, inuiſi-
bilis naturæ eius admonemur? Cum rurſus è perſona ipſius dei dicitur: Ego ſum, & altera-
tus non ſum, identitatem æternam, incõmutabilitatemq; diuinæ ſubſtantiæ diſcimus? Quo
modo igitur nõ furere te perſpicimus, ſi propriam cuique nominum poteſtatem ineſſe non
putes: ſed contra veritatem, idem omnia poſſe nomina determines? Deinde etiam ſi hoc da
bimus, neque ſic magni aliquid ad intentionem eorum accedet. Si enim hæc omnia cum de
deo ac patre dicuntur, ſubſtantiam ſignificant, incommutabile dico & inuiſibile & incorru
ptibile, palàm eſt quod ſimiliter etiam de vnigenito dei filio dicta, ſubſtantiam ſignificabũt:
inuiſibilem enim, incommutabilem, incorruptibilem, ac impertibilem, cæteraq; huiuſcemo M
di filium dei nominamus. Ita ſubtilis eorum argutia in oppoſitũ ipſis reuoluetur. Non enim
magis propter vnius appellationis diuerſitatem, diſſimilem in ſubſtantia filium poterunt
demonſtrare, quàm propter pluriũ conuenientiam ſimilem neceſſariò, ex iis quæ dederunt,
confiteri cogentur. Quod ſi dixerit, in ſola ingeniti voce tali vti reuerentia, in cæteris vero
† ἀποκλή-ρωσις. id non obſeruare: rurſus ipſum interrogabimus, quænam hęc eſt † diſſeparatio, vt cum tam
multa ſint quæ de deo dicuntur, in hoc vno tantam curam oſtendat, atque in hoc vno ipſi
adimpleat eius quod eſt confeſſionem: in cæteris vero, quæ plurima ſunt, humanis eum co-
gitationibus decorare non renuat? Nam qui multa debet, non magis gratus, ſi vnum aliquid
reddet,



A reddet, iudicabitur, quàm excedens ingratitudine ſi plura non reddet. Sic igitur ſuis artibus
capitur, quemadmodum verſuta beſtia, ea ratione magis refutatus, qua ſe magis tutum ar-
bitratus eſt. Sed quę deinceps ſequuntur attendite. Demonſtratione adducta, vt putat, quod
impoſſibile ſit cogitatione innaſcibilitatem concipere, infert. EVN. Nec vero ſecun-
dum priuationem: priuatio enim omnis eius quod natura ineſt, priuatio eſt, & poſterior ha
bitu. BAS. Quod autem iſta è mundi huius ſapientia loquatur qua diductus hanc ſer-
monis nouitatem ingreſſus eſt, non eſt arduum demonſtrare. Ariſtotelis enim ſunt: vt qui
legerunt vtique dicerent, hę de habitu ac priuatione rationes ſunt, quibus in libro qui de ca
tegoriis inſcribitur, poſteriores habitibus priuationes affirmat. Quare vobis oſtendere ſuffi
B ciebat, non ex doctrina ſpiritus, ſed ex ſapientis principum huius ſeculi hæc eum dicere, ac
illud Pſalmiſtæ ad ipſum exclamare: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex
tua, vt cum diſceremus, non è doctrina domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe quæ dicuntur, vo-
cem ipſius domini recordemur qua dicitur: Quoniam cum loquitur mendacium, è ſeipſo
loquitur. Atque hoc pacto verborum multitudinem nobis abſcinderemus, cum hinc vniuer
ſis palàm faceremus, nihil ipſis nobiſcum eſſe commune. Etenim, quænam conuentio Chri
ſto ad Belial, aut quæ pars fideli cum infideli? Verum ne videamur inopia redargutionis ad
taciturnitatem confugere, age de iis etiam pauca diſſeramus. Multa eorum quæ de deo di-
cuntur: ô Eunomi ſimili proferri figura videmus, vtputa incorruptibilis, immortalis, inui-
ſibilis, cuiuſmodi eſſe & illud ingenitum ducimus: quæ ſi quis priuatiua nominat, nihil ad
C nos. Nec enim ſcimus verborum artificium, nec eos qui ſciunt beatos ducimus: id tamen ſci
mus, qualeſcunque reliquas voces quas enumerauimus putes, tale dicendum ingeniti quo-
que eſſe vocabulum. Quare quemadmodum incorruptibile non ineſſe deo corruptionem
ſignificat, & inuiſibile omnem oculorum comprehẽſionem eum excedere, & incorporeum Incorruptibile, inuiſibile, incorporeum, immortale, in deo quomodo accipienda.
non ineſſe ei trinæ dimenſioni obnoxiam eſſentiam, & immortale nunquam diſſolutionem
ipſi futuram, ſic & ingenitum generationem ipſi non ineſſe ſignificat. Si igitur reliquorum
nullum priuationem oſtendit, neque hoc: ſi vero illa concedis priuatione proferri, in appel-
latione vero ingeniti hoc non admittis, agè dic quo habitu præcedente priuationem incor
D ruptibilitas monſtrat? aut cur non eodem modo ingenitum etiam capiamus? Verum circa
hoc ſolum modo verbum maligna vtitur arte: quoniã hinc impietatis rationes ipſi depen-
dent. Vt autem liquidò eius pateat artificium, ita facite, quas in appellatione ingeniti ratio-
nes verſat: quod nec humana cogitatiõe, nec priuatiue par eſt vt de deo dicatur, eas ipſas tra
ducentes in aliud quiddã eorum, quæ de deo dicuntur, conſiderate. Omnibus enim ad vn-
guem accommodantur. Et ſi vultis, de incorruptibili eadem dicamus, ipſam ipſius dictionẽ
huc transferentes. Incorruptibilem vero dicẽtes, non excogitatione humana decorare deũ
oportere putamus, verumetiam reddendum ei arbitramur quod maximè ipſi debemus. Id
aũt eſt, ipſum quod eſt, confiteri, nec per priuationem: priuatio enim eius quod natura ineſt
E priuatio eſt, & poſterior habitu. Cur magis de ingenito decet hæc philoſophari quam de in-
corruptibili, & omnino de qualibet voce, quæ eodem modo proferatur? Sed nihil aliorũ ei
ad impietatem opitulatur. Idcirco de reliquis nulla ipſi eſt mẽtio, quanuis infinita ſint, quæ
pariter de deo dicuntur, quæ res ita ſe habet, vnum quidẽ nomen inueniri non poteſt, quod
totam naturam dei complexum ſufficiat ſatis edere: plura vero & varia in ſua qualibet ſig-
nificatione, & ſi tenuem omnino atq; puſillam, ad totius nobis tamen ſufficientem ſignifi-
cationem congerunt. Eorum igitur quę de deo dicuntur nomina, hęc quidẽ quæ inſunt, illa
vero quæ non inſunt deo ſignificãt: nam ex his duobus, negatione videlicet eorum quę ab-
ſunt, & eorum quæ inſunt, confeſſione quaſi quidam character dei nobis imprimitur: vtpu-
F ta cum incorruptibilẽ nuncupamus, nobiſipſis vel audientibus dicere videmur, corruptioni
deum ſubiacere non poſſe: & cum inuiſibilem, quod non ſuſpiceris, oculorum ipſum ſenſu
comprehendi: quando vero immortalem, quod non putes mortem vnquam poſſe deo acci-
dere. Simili ergo modo cum etiam ingenitũ, quòd à nulla cauſſa, à nullaq; origine eſſe dei
dependere arbitreris. Sic ex quolibet ipſorum docemur, ne in turpes ſententias incidamus,
cum de deo aliquid cogitamus. Itaq; vt præcipuam proprietatem dei cognoſcamus, alter al
terum cum de deo habetur oratio, detinemus, ne cogitatione ad ea quæ non oportet defe-
ramur, neq; putemus corruptibile aliquid, aut viſibile, aut ex genitis deũ exiſtere. Itaq; om-
nibus his nominibus † ablatiuis veluti quædã negatio ineſt eius, quod à deo alienum eſt: eru
ditur enim ſic mens noſtra, alienaſq; facile reſpuit opiniones. Rurſus bonum, iuſtũ, creato- ἀπηγορευ-μένων.
rem,

rem,iudicẽ,aliaq; huiuſcemodi deũ eſſe dicimus: verũ vt ablationem quandã rerũ alienarũ G
& abnegationẽ illæ voces ſignificabant:eodẽ iſta pacto aliquid ponunt eorũ quę deo cõue-
niunt, & circa eũ inſpiciũtur. Ex vtroq; igitur appellationis modo docemur,aut de his,quę
adſunt quod adſint, aut de iis quæ abſunt,quod abſint:innaſcibilitas aũt id ſignificat,quod
non ineſt.Oſtẽdit enim deo generationem non eſſe,quod ſiue ablatiuum,ſiue priuatiuum,
ſiue negatiuũ, ſiue quid huiuſmodi quiſpiã velit appellare, nihil differre putabimus. Quòd
ergo non eorũ quę deo inſunt innaſcibilitas quicquã ſignificat,his dictis palàm(vt arbitror)
patet.At ſubſtantia non eſt eorum quæ non inſunt,ſed idipſum eſſe dei quod in eorum quę
non reperiuntur numero coaceruare,ſummæ amentiæ eſt.Si enim ſubſtãtia in numero eo-
rum quæ non ſunt,continetur,quonam modo alia quæ de deo dicuntur, deo inerunt ? De- H
monſtratum eſt autem his,quæ abſunt,innaſcibilitatem connumerari,mentitur ergo qui ip
ſius ſubſtantiæ hanc vocem eſſe ſignificatiuam putat. At vero Eunomius, tanquam incon-
gruum ſit priuatiuè quicquam de deo dici,idq; grauiter ferens, ad aliud magis impiè dictũ
refugit,& in ipſa ſubſtantia innaſcibilitatem impoſuit,ac orationem tanquam ad caput col
ligens ſic conſcribit. EVNOM. Ergo ſi ingenitum eſſe,in deo eſt,neque ſecundum co-
gitationem humanam,neque ſecundum priuationem,neq; ex parte(impartibilis enim)ne-
que in ipſo vt aliud (ſimplex enim) neq; præter ipſum aliud (vnus enim & ſolus ingenitus)
neceſſe eſt ipſam innaſcibilitatem ingeniti eſſe ſubſtantiam. BAS. Perduxit tandẽ ora-
tionem quo voluit: & cum vndiq; innaſcibilitatem extruſerit , in ipſam , vt arbitratus eſt, I
ſubſtantiam compulit,dicens de deo quod ipſe ſit ingenita ſubſtantia. Ego autem ſubſtan-
tiam dei ingenitam eſſe ipſe quoque confiteor : non tamen innaſcibilitatem eſſe ſubſtantiã.
Deinde illud etiam attendere oportet,quod impertibile atque ſimplex cum idem ſit (imper
tibile enim eſt,quod è partibus non componitur:ſimplex pariter,quod non à pluribus con-
ſtituitur) hic quaſi diuerſa ſubiecto alterum ab altero ſeparat. Itaque docet non oportere in
partes deum decidere,neque aliud eius ingenitum,aliud genitum ſuſpicari:nec rurſus,tan-
quam aliud alij adiacere ipſi,innaſcibilitatem arbitrari: quorum verborum vanitatẽ redar-
guere vereor . Videtur enim quodammodo ſimilis eſſe ei qui vana dicit,is qui contradicit.
Quapropter, vt ego arbitror, ſapiens admonet Salomon, non eſſe amenti reſpondendum, K
prout amentia eius flagitat. Quæ enim neq; dicta ſunt neque vnquã dicuntur de deo, ea hic
diuiſioni ſuę ſubiecit vt multis enumeratis , vnico tantum pacto innaſcibilitatẽ commodè
dici videatur inuenire.Nobis autem forte longiori opus eſſet oratione,vt mendacem com-
probaremus,& innaſcibilitatem non eſſe ſubſtantiam dei demonſtraremus : ſi quæ ipſi per
diuiſionem enumerata ſunt,non eſſent liquidò refutata. Nã etiam ſi ratio illa vim haberet,
quod nec cogitatione,nec priuatione innaſcibilitas dicitur:tamẽ non omnino quod intulit
conſequeretur. Quid enim neceſſe eſt ſub vno enumeratorum innaſcibilitatem contineri?
Verum quoniã ipſe quaſi neceſſariò adhærens iis quę præcedũt,illud infert: Ergo ſi nec ima
ginatiõe ineſt,nec priuatione,nec alio modo ex his qui enumerati ſũt,ipſum profectò quod L
eſt deus innaſcibilitas eſt.Sic nos cõuertẽtes dicemus,imò quoniã cogitatione inſpicitur,&
priuatiuũ nomẽ eſt,nõ eſt ſubſtãtia dei innaſcibilitas. Quouſq; enim quę nobis dicta ſũt nõ
refutat,nec ſuis propoſitionibus vires affert, nullũ vnq̃ quod ipſi colligitur locum habebit.
Quod vero putat ipſius dei ſe omnium ſolum ipſam adinueniſſe ſubſtantiã,intolerabilis eſt
ſuperbiæ ac tumoris.Ferè enim & ipſum qui dixit:Ponam ſuper aſtra ſedẽ meam, iactantia
ſuperat.Quippe qui non ſtellas aut cœlum aggreditur,ſed ipſam dei ſubſtantiã apprehẽdere
ſe iactat.Nos vero ab eo exquiremus,qua ratione ipſam cõprehendiſſe prædicet:ex cõmuni
ne cõceptione?ſed hæc deum eſſe,non quid deus ſit, nobis ſuggerit, an ex doctrina ſpiritus?
quænã illa eſt,aut vbi inuenitur?Nõne magnus ille Dauid,cui incerta occultaq; ſapiẽtię ſuę M
deus manifeſtauit,incõprehẽſibilẽ eſſe cognitionẽ dei apertè confitetur dicens: Mirabilis fa
cta eſt ſcientia tua ex me,confortata eſt & nõ potero ad eam. Et Eſaias,qui ad ſpeculationẽ
diuinę maieſtatis aſcendit,quid nobis de ſubſtantia dei explanauit? Quippe cum de Chriſto
prædiceret teſtatus eſt dicens:Generationem eius quis enarrabit? Quid vero electionis vas
Paulus ille,qui Chriſtum in ſe loquentem habuit, qui ad tertium vſq; raptus eſt cœlum,qui
verba audiuit ineffabilia,quæ non licet homini loqui:quam de ſubſtantia dei doctrinam no
bis reliquit? Quippe cum ad particulares œconomiæ diuinæ deueniſſet ratiões,quaſi deficiẽs
propter eius ſpeculationis inuiam vitam, exclamans vocem illam emiſit : O altitudo diui-
tiarum ſapientiæ & ſcientię dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius,& ininueſtigabi-





A les viæ eius:Quòd ſi hæc etiam ij,qui ad menſuram cognitionis Pauli euaſerunt , conſequi
non poſſunt:quantum eos tumere arbitramur,qui ipſius Dei ſubſtantiam ſcire profitentur?
Ex quibus equidem læto perquiram animo,quidnam de terra in qua manent,& in qua na-
ti ſunt ſentiant,quam nobis ſubſtantiam eius exponat: vt ſi de his terrenis , quæ ſub pedibus
ſunt aliquid nobis perſpicuè diſſerant,tunc demum ipſis etiam de his contendentibus, quæ
omnem intellectum excedunt,credamus.Quæ igitur terræ ſubſtantia eſt, quis comprehen-
ſionis modus ? Reſpondeant nobis vtrum ratio ad hanc comprehenſionem deuenit , an
ſenſus? Si ſenſum dicent,quo ſenſuum comprehenſa eſt? viſũ ne? ſed colores hic percipit : an
tactu?& hic duritiem & mollitiem,calidum & frigidum,& huiuſmodi cętera diſcernit:quę
B nullus niſi qui in ſummam dementiam ſubuectus eſt,ſubſtantiam dicet:de guſtu verò & ol
factu,quidnam oportet dicere?quorum ſenſuum alteri humores alteri vapores obiiciuntur.
At auditus ſonorum & vocum ſenſus eſt,quæ nullam ad terram habet affinitatem.Quas ob
res reliquum eſt,ratione ipſos affirmare terræ ſubſtantiam inueniſſe:qua tandem ? quo loco
ſcripturæ edita? à quo ſanctorum tradita ? Quippe qui de rerum creatione diſſeruit , tantum
nos docuit,quod in principio fecit Deus cœlum & terram:terra autem erat inanis & vacua.
Sufficere enim putant ipſum qui eam fecit & exornauit prædicare : quæ verò ſuſtantia eius
eſſet,quaſi rem vanam & audientibus inutilem,inquirere neglexit . Quapropter ſi nec ſen-
ſus teſtimonio,nec rationis doctrina, cognitio ſubſtantiæ illius confirmari poteſt , vnde ſe
C dicent comprehenſionem ipſius habuiſſe? Nam quod in ea ſenſibile eſt,vel color eſt,vel ma
gnitudo,vel grauitas,vel leuitas,vel denſitas, vel raritas, vel durities, vel mollities, vel fri-
giditas,vel caliditas,vel humorum qualitates,vel figurę diuerſitas:quarum rerum omnium
nihil hi ſubſtantiam dicent,quamuis omnia facile affirmare ſoleant . Rurſus ratione nulla
ſapientium & beatorum vlli virorum perſpecta eſt:quis igitur comprehenſionis modus re-
linquetur? Reſpondeant nobis qui cuncta quæ ſub pedibus ſunt,deſpiciunt: ipſum verò etiã
cœlum,& omnes intelligibiles poteſtates pertranſeunt:ac ipſi ſummæ ſubſtantiæ per intel-
lectum coniunguntur.Sed videtur arrogantia omnes hominum morbos ſuperare , ac verè
diaboli eos quibus ineſt,crimine implicare . Qua ex re iſti etiam terræ naturam quam cal-
D cant quænam ſit neſcientes ipſam ſe ingreſſos ſubſtantiam Dei iactant.Sanctis quidem ſuis
Deus,Abraham, Iſaac & Iacob : quorum propter conſummatam virtutem , deus nominari
quaſi quid præcipuum ac decens maieſtatem ſuam voluit , deum Abraham ſeipſum appel-
lans,& deum Iſaac & deum Iacob.Hoc enim mihi nomen eſt perpetuum inquit. His igitur
ſanctis nec nomen ſuum manifeſtauit deus,nedum ſubſtantiam ſuam reuelauit.Ego enim,
inquit dominus,viſus ſum Abraham,Iſaac,Iacob,cum ſim deus ipſorum:& nomen meum
non manifeſtaui eis , tanquam videlicet maius quàm poſſit humanus auditus accipere. At
Eunomio (vt videtur) non modò nomen , verum etiam ipſam ſubſtantiam ſuam deus o-
ſtendit?& rem tam abditam quæ nullis etiam ſanctorum patuit,ipſe in libris conſcribens e-
E dit,& publicam temerariè omnibus facit.Et ea quidem quæ promiſſionibus nobis præpara-
ta ſunt,omnem cognitionem excedunt humanam:& pax dei omnem mentem ſuperat , ip-
ſam autem ſubſtantiam dei non patitur ſupra omnem intelligentiam & cognitionem ho-
minum eſſe.Ego verò non ſolum homines,ſed & omnem rationalem naturam vinci à com
prehenſione ipſius exiſtimo. Rationalem autem nunc naturam creatam appellaui.Nam fi-
lio ſoli notus eſt pater & ſpiritui ſancto.Nullus enim cognouit patrem niſi filius : & ſpiritus
cuncta inquirit & profunditates dei.Nullus enim,inquit,ſciuit quæ hominis ſunt,niſi ſpiri-
tus qui eſt in ipſo:& quæ dei ſunt,nullus cognouit niſi ſpiritus qui eſt ex deo. Quid ergo præ
cipuum cognitioni vnigeniti aut ſancti ſpiritus relinquent,ſi ipſi diuinam ſubſtantiam pe-
F nitus comprehendunt? Nec enim potentiæ bonitatis,ſapientiæ dei ſpeculationem vnigeni-
to attribuentes,proportionatam ſibiipſis accommodabunt ſubſtantiæ intelligentiam , cum
eius oppoſitum potius veriſimile ſit.Ipſam quidem ſubſtantiam omnibus præter quàm vni-
genito & ſpiritui ſancto inuiſibilem eſſe,ab operationibus autem Dei nos ſubleuatos, & per
ea quæ facta ſunt,factorem intelligentes,de bonitate ipſius ac ſapientia admoneri:hoc enim
eſt cognoſcibile Dei , quod cunctis hominibus deus manifeſtauit : nam quæcunque apud
theologos de ſubſtantia dei conſcripta videntur, tropologia quadam vel allegoria ad alias
ſententias pergunt . Quare ſi quis ſubtiliori examine ſecundum promptiorem ſenſum nu-
dis inſiſtere literis contendat,ad Iudaicas & aniles fabulas deuolutus,inops perpetuò dignæ
de deo intelligentiæ conſeneſcet . Præterquàm enim quod materialem quandam ſubſtan-

tiam dei intelliget, & impiis hac re gentibus coaceruabitur: variam etiam & compoſitam G
ſuſpicabitur. Cum enim Propheta ex electro ſupra lumbos deum eſſe pernarret: ex igni au-
tem inferiora eſſe conflata: qui non ad altiorem intellectum aſcendit per ea quæ ſcripta
ſunt, ſed corporeis inhærens deſcriptionibus, talem eſſe ſubſtantiam dei & ab Ezechiele
perſuaſus, rurſum ignem eſſe à Moſe audiet, & à dicto Daniele ad alias imaginationes dedu
cetur, & ſic non falſos ſolum, verumetiam inter ſe repugnantes de litera colligere ſenſus
inuenietur. Quas ob res & hanc ſubſtantiæ indagationem tanquam impoſſibilem nobis o-
mittamus: & ſimplici ac integro Apoſtoli conſilio credamus, qui dicit: Credere enim pri-
mum oportet quòd ſit Deus, & quòd ſit ipſum quærentibus remunerator. Non enim ſi in-
quirimus quid ſit, ſed ſi illum eſſe confitemur, ſalutem nobis præparat. Verum quoniam ne- H
que intelligibilis neq; effabilis naturæ hominis omnino ſubſtantia dei demonſtrata eſt: reli-
quum eſt de innaſcibilitate ipſa quid ſit, & quo pacto in deo inſpiciatur, breui percurrere.
Inuenimus igitur hæc cogitantes quòd non ex inueſtigatione qua quid ſit inquirimus, inge
niti nobis ſubſtantia occurrit, ſed potius (vt quaſi coactus hoc dicam verbum) ex ea qua in-
quirimus, quomodo ſit. Cùm enim intellectus noſter quęreret, num Deus omnium ſuperio-
rem aliam cauſſam habeat, nec vllam poſſet adinuenire, quòd ſine principio ſit vita eius in-
genitum appellauit. Quemadmodum enim cum de hominibus ratiocinamur, & hunc ab
hoc natum eſſe dicimus: non quid ſit, ſed vnde natus ſit enarramus: ſic & in Deo vox inge- I
niti non quid ſit, ſed non eſſe ab alio ipſum, ſignificat. Verum quod dico, hoc modo fiet
magis perſpicuum. Euangeliſta Lucas ſecundum carnem genealogiam Dei & ſaluatoris
noſtri Ieſu Chriſti exponens, & ab vltimis ad primos rediens: incipit quidem à Ioſeph, &
eum Heli, Heli autem Mathat fuiſſe dicit, atq; hoc pacto per reſolutionem ad Adam tan-
dem narrationem deducit. Et cum de ſupremis dixiſſet Seth eſſe ab Adam, Adam verò à
deo, aſcenſus curſum hic terminauit: nec ſubſtantias eorum ſignificat, quos generationem
vniuſcuiuſq; narrando enumerauit: ſed origines proximas, vnde quilibet natus ſit expoſuit.
Quemadmodum igitur ille dixit, quod Adam ex Deo ſit, ſi hic, nos è nobis ipſis quærere-
mus, Deus verò ex quo eſt? nonne præ manibus erit cuilibet reſpondere, quod à nullo ſit? K
Quod verò à nullo eſt, ſine principio eſt: & quod ſine principio eſt, id ingenitum eſt. Quare
ſicut in hominibus non erat ſubſtantia ex alio eſſe: ſic neq; in Deo idipſum quod eſt inge-
nitum, ſubſtantiam dicere poſſumus quod idem eſt, atq; ex nullo eſſe. Qui verò idipſum
quod eſt ſine principio eſſe ſubſtantiam dicit, ſimile illi facit, vt ſi quis interrogatus quæ-
nam Adam ſubſtantia & quæ natura eius fuerit, reſpondeat hanc eius fuiſſe ſubſtantiam,
quod non viri ac mulieris conuentu, ſed diuina manu formatus ſit. Atqui non quo pacto
productus ſit interrogaris (quiſpiam obiiciet) ſed ipſum eius materiale ſubiectum, à cuius
cogitatione propter huiuſcemodi reſponſionem longius abſum. Quod & nobis accidit, cum
ex hac ingeniti voce, quomodo Deus ſit, magis quam quid ſit natura eius doceamur. Om- L
nino autem ſi quis velit vera eſſe quæ à nobis dicuntur, penitus perdiſcere, ſeipſum exami-
net, cùm eorum aliquid quæ in Deo ſunt voluerit intelligere, quonam pacto in ingeniti ſi-
gnificationem ingrediatur. Ego enim video quemadmodum cum in futura ſecula men-
tem producimus, interminabilem eum appellamus, qui nullo termino vitam habet termi-
natam: Sic & cum ad ſuperiora ſecula cogitatione conſcendimus, tanquam in effuſum pe-
lagus in infinitam Dei vitam deducti, cum nullam originem vnde ſit capere poſſimus, ſed
vltra omne quod intelleximus excedere, Dei vitam inſpiciamus, eo quòd eſt ſine principio
vita eius, ingenitum ipſum nuncupamus. Hic enim ſenſus ingeniti vocis eſt, non habere a-
liunde ſubſtantiæ ſuæ principium. At Eunomius quoniam in deo omnium ſolo ingenitum
inſpicitur, facinoroſiſſimè illud ad vnigeniti blaſphemiam rapuit. Quid enim progrediens M
ait? EVNOM. Ingenitus autem cum ſit, vt demonſtratione iam præcedenti patuit,
nunquam ita generationem ſuſcipiet, vt cum nato naturam ſuam communicet, ſed om-
nem vtiq; participationem ac comparationem ad genitum fugiat. BASIL. O impu-
dentem blaſphemiam atque nequiſſimam? O abditam fraudem? O multiplicem malitiam?
quàm exactè ex ipſo diaboli artificio loquitur? cum enim diſſimilem deo ac patri vnigeni-
tum filium & deum velit oſtendere, patris ac filij nomen ſilentio tradit, atque de ingenito
ac genito ſolum diſſerit: ita ſalutaris occultat fidei nomina, & nuda tradit dogmata blaſ-
Vel nudata. phemiæ: vt impietate in rebus † verſata, cum ad perſonas progreſſio fiat, nihil ipſe improbè
dixiſſe videatur, ſed orationis vi iam præparatam habeat blaſphemiam. Ingenitus autem
cum ſit



A cum ſit (ait) effugit vtique omnem participationem ac comparationem ad genitum. Non
dixit pater ad filium, ſed ingenitus ad genitum. Vnum igitur tale eſt aſtutè ipſi excogita-
tum: alterum autem quale ſit conſiderate. Ingenitus verò cum ſit, inquit, nunquam genera-
tionem ſuſcipiet, cui addit, vt cum genito naturam ſuam communicet. Quod dicit, nun-
quam ſuſcipiet generationem, duplicem habet ſenſum, alterum quod eius naturæ nun-
quam accommodabitur paſſiua generatio, cum impoſſibile ſit ingenitam naturam genera-
ri: alterum quod generare nunquam patietur, ſecundum quem ſenſum hac voce vſus eſt,
quamuis multos confundit, quaſi priori ſenſu dictum. Quod verò quod diximus præparet,
liquidò quod infertur oſtendit. Nam cum dixiſſet, nunquam generationem ſuſcipiet, ſtatim
B ſubiunxit, vt ſuam naturam cum genito communicet, quod ad ſecundum ſenſum conſe-
quitur, vt ſcilicet pati non poſſit Pater fieri, ne propriam naturam cum genito communi-
cet: qua impietate quænam fieri poteſt pernicioſior? Quis vnquam tantam iniquitatem in
excelſum locutus eſt? Ego certè vereor, ne nos quoque cum alienas blaſphemias iterum at-
que iterum repetimus, noſtram mentem polluamus, atque ita condemnatione quoque par-
ticipemus. Sed me conſolatur quod in Euangelio eſt, quoniam & ſpiritus ſanctus Iudæo-
rum, in dominum blaſphemiam ſcriptam poſterioribus tradere nõ recuſauit, illorum qua-
ſi in ſtatuis ſcriptam, cunctis notam faciens blaſphemiam, non immaculatæ maieſtati vni-
geniti aliquam afferens blaſphemiam. Quod ſi nunquam generationem ſuſcipit, vt pro-
C priam cum genito naturam deus communicet, pater non eſt. Non eſt autem, ſed melius no
bis eſt vt imperfectam relinquamus hanc blaſphemiam. Hic enim non ſuſcepit generatio-
nem, ille verò non communicauit in genitoris natura. Deinde ipſe ſecum certat, vanã blaſ-
phemiæ conſolationem excogitans, non quod quicquam dicat quod ad pœnitentiam perti-
neat, ſed quod iis quæ ſequuntur certat ſuperare quæ dixerit: quid enim proferre ſuſtinuit?
EVNOM. Effugiat vtique communicationem omnem & comparationem ad geni-
tum. BASIL. At niſi comparatio ſit filio ad patrem, niſi communicatio cum genito-
re, falſi ſunt apoſtoli, falſa Euangelia, ipſa etiam veritas dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſed
rurſum horreſco blaſphemiam, quam cuique facile eſt conſpicere. Nam ſi nullam habet cõ-
D parationem ad patrem, quomodo dicebat Philippo: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non
cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & eum qui me miſit. Si enim nullam commu
nicationem, nullam comparationem pater habet ad filium, quomodo in ſeipſo patrem o-
ſtendit filius? Nec enim perdiſſimile ac alienum comprehendi poteſt quod ignoratur, ſed
ex propinquo propinquum cognoſcitur: ſicut in impreſſa figura imprimens character inſpi-
citur, & per imaginem exemplaris habetur cognitio: cum hinc nos conferamus eam quæ
eſt in vtroque ſimilitudinem. Quare hac vna blaſphemia omnes deſpexit voces, quæ à ſpiri-
tu ſancto nobis ad glorificationem vnigeniti traditæ ſunt: cum & Euãgelium doceat, quod
hunc pater ſignauit Deus. Et Apoſtolus: Qui eſt imago Dei inuiſibilis. Imago non inani- Filius imago patris.
E mata nec manu fabricata, nec artis & cogitationis opus, ſed imago viuens, immo verò ipſa In forma eſſe Dei & ſerui.
vita non in figuræ ſimilitudine, ſed in ipſa ſubſtantia identitatem retinens. Ego verò id
quod dicitur in forma Dei eſſe, æquum ei quod eſt in ſubſtantia Dei eſſe, aſſero. Nam ſicut
formam ſerui ſuſcepiſſe, hominis ſubſtantiam dominum ſuſcepiſſe ſignificat: ſic cum in for
ma Dei eſſe dicat, diuinæ ſubſtantiæ ipſi profectò atteſtatur proprietatem. Qui me vidit, in-
quit, vidit & patrem. At hic alienum ab vnigenito patrem faciens, & penitus reſcindens à
communitate ipſius, aſſenſum cognitionis qui per ipſum ſit quantum in ipſo eſt, abſcindit.
Quæcunque habet pater, mea ſunt, dominus ait: at Eunomius nullam, inquit, communica-
tionem eſſe patri cum eo qui ex ipſo eſt. Et ſicut pater in ſeipſo vitam habet: ſic dedit & fi-
lio in ſeipſo vitam habere, hoc ab ipſo docti ſumus Domino: at verò ab Eunomio quid?
F Nullam eſſe comparationem genito ad genitorem. Et omnino hac vna voce, imaginis de-
ſtruit rationem & ſplendorem, ac characterem ſubſiſtentis reſpuit. Nam nec imaginem e-
ius, cui nihil poteſt comparari, poſſibile eſt intelligere: nec ſplendorem eſſe ipſius quæ com-
municari natura non poteſt. Eodem igitur iterum atque iterum in artificij genere immo-
ratur, cum ingenito dicat non eſſe comparationem ad genitum. Non, inquit, patri ad eum
qui ex ipſo eſt, vt quam his vocibus inhærentem oppoſitionem oſtenderit, hanc in ipſam
ſubſtantiam patris & filij transferat. Verum ne, ſi omnes ipſius perſequamur blaſphemias, &
ſingula eorum quæ dixit, damnare conemur, longa nimis oratio nobis contexatur, quęcun-
que manifeſtam habent impietatem, & à ſeipſis legentibus patent, præteribimus: quæ verò
 ratione

ratione aliqua opus eſt redarguere, hæc apponemus. Multis enim modis incommunicabi- G
lem filio patris ſubſtantiam cum affirmârit, atque vndique, vt putat, abſurdum eſſe oſten-
derit, hæc adduxit. EVNOM. Nec enim dicere poſſumus communem quidem vtriſ-
que ſubſtantiam eſſe, ordine verò † & temporis eminentia hunc priorem, illum poſteriorem
quoniam certe oportet in omnibus quæ excedunt, aliquam eſſe exceſſus cauſſam. Subſtan-
tiæ autem Dei, non tempus, non æuum, non ordo coniunctus eſt. Nam ordo ordinante po-
ſterior eſt: & nihil eorum quæ Dei ſunt, ab alio eſt ordinatum. Tempus verò ſtellarum qua-
lis quidam eſt motus. At ſtellæ non ſolum poſt ingenitam ſubſtantiam, cunctaſq; intelligen
tias, ſed poſt prima etiam corpora factæ ſunt. De æuo autem quid oportet dicere: cum aper-
tè ſcriptura prædicet, ante æuum Deum eſſe? BASIL. Suppoſuit primo quod voluit, H
deinde idonea ſuæ cauſſæ capiens, & in abſurdos ſenſus ſeipſum extrudens, neceſſariam ſe
putat ſuorum dogmatum tradidiſſe doctrinam. Ait enim, quòd communis ſit vtriuſq; ſub-
ſtantia, ordine verò & temporis eminentia hic ſit primus, ille autem poſterior, dicere non
poſſumus. Si igitur communem ſubſtantiam ſic intellexit, quaſi ex præcedenti materia di-
ſtributionem ac diuiſionem in ea quæ ab ipſa ſunt intelligat, talem etiam ipſi ſententiam
nequaquam ſuſcipimus. Abſit, & ſi qui id dicunt, eos non minus impios iis, qui patrem filio
diſſimilem dicunt, cenſemus. Si verò hoc quis modo communicationem ſubſtantiæ acci-
piat, vt eſſentiæ rationem vnam & eandem in vtriſque inſpiciat, vt ſi ſubſtantia patris lux
ſubiecto intelligatur, lucem & vnigeniti ſubſtantiam profiteatur, & quantumcunque ali- I
quis patri attribuat rationem, hanc ipſam & filio accommodet: ſi quis, inquam, ſic commu-
nicationem ſubſtantiæ capiat, ſuſcipimus: & hoc noſtrum eſſe dogma dicemus. Sic enim &
deitas vna, ex ſubſtantiæ videlicet ratione, intellecta vnitate, vt diſtinctio per numerum ſit,
& proprietatibus quibus vtrunque deſignatur: ratione verò deitatis vnitas inſpiciatur. Ve-
rum cum determinatum ſit quo pacto oporteat communicationem ſubſtantiæ intelligere,
quæ deinceps ſequuntur, quam coniunctionem ad præcedentia poſſideant inueſtigemus.
Ordine verò, inquit, & temporis eminentia, ille primus, hic ſecundus. Cur neceſſe eſt, ſi qui-
bus eſt ſubſtantia communis, ordini ea ſubiici, & eſſe tempore poſteriora? Nonne poteſt vnà
cum ſua imagine ſine tempore coruſcata, Deus omnium ab æterno eſſe: nec vltra tempo- K
ra ſolum, ſed æuo etiam omni ipſi coniungi? Nam idcirco ſplendor dicitur, vt coniunctio-
nem intelligamus: & character ſubſtantiæ, vt conſubſtantialitatem perdiſcamus. Verum
eſt ordo hic quidem naturalis, ille verò artificioſus. Naturalis quidem, vt creaturarum
qui creatiuis rationibus diſpoſitus eſt, & numeri diſpoſitio, & cauſſarum ad cauſata habi-
tudo: cum illud ſemper profiteamur, ipſius quoque naturæ factorem eſſe Deum, & creato-
rem. Artificioſus autem & excogitatus, ſicut in iis quæ conſtruuntur, in diſciplinis etiam ac
dignitatibus aliiſque huiuſcemodi. Horum primum cum occultâſſet Eunomius, ſecundi or
dinis mentionem fecit. Ait enim non oportere dicere ordinem eſſe in deo, quoniam ordo
ordinante poſterior eſt. Illud verò aut non conſpexit, aut volés prudénſque occuluit, quod-
dam videlicet ordinis eſſe genus, non noſtra conſtitutum poſitione, ſed ipſius naturæ vi L
conſequens, vt igni ad lucem quæ ab ipſo eſt. Nam in iis priorem eſſe cauſſam dicimus, po-
ſterius verò quod ab ipſa eſt: non interuallo hæc ab inuicem diſſeparantes, ſed cogitatione:
prius quàm cauſſatum, cauſſam intelligentes. Quonam igitur pacto rationem habet, ordi-
nem in iis negare, in quibus eſt prius & poſterius non poſitione noſtra, ſed naturali qua-
dam rerum conſecutione? Cur igitur in Deo ordinem reſpuit? Arbitratur, ſi oſtenderit ne-
quaquam aliter prius in Deo intelligi, reliquum ſe habiturum, in ipſa ſcilicet ſubſtantia ex-
ceſſum demonſtrari. Nos autem ſecundum habitudinem cauſſarum ad ea quæ ex ipſis ſunt,
patrem filio præponi dicimus: naturæ verò diuerſitate nequaquam, neque temporis exceſ-
ſu. Alioquin nec patrem ipſum eſſe re confitebimur, cum alienatio ſubſtantiæ naturalem M
reſpuat coniunctionem. Sed quoniam ad definiendum temporis naturam in omnibus hic
ſapiens delatus eſt, hinc etiam quàm firma, quàm circumſpiciens ſit mens eius, conſidere-
mus. Tempus ergo dicit, qualem quendam ſtellarum motum, ſolis ſcilicet ac lunæ, reliqua-
rúmque, quibus vis ineſt qua per ſeipſas moueantur. Quod igitur à creatione cœli ac terræ,
ad ſtellarum vſque productionem fuerat interuallum? quidnam fuiſſe in meteororum hic
ſcientia peritus enuntiat? Qui enim mundi conſtructionem virtute ſpiritus cóſcripſit, quar-
to die illa magna luminaria & reliquas ſtellas aſſerit productas. Quare tempus in illis die-
bus non erat, ſiquidem ſtellæ nondum mouebantur. Quo enim pacto moueri poterant, quæ
factæ

ἢ τοῖς ἐν χρόνου πρεσβείοις.

Pater quomodo filio prior.



A factæ nondum erant? Rurſus quando cum Gabaonitis Ieſus Naue bellum gerebat, quando
ſol mandato ligatus ſtabat immobilis, & in ſuo loco luna morabatur, tempus tunc non
erat? Quid igitur interuallum illius diei nominabimus: quam appellationem excogitabis?
Nam ſi natura temporis deficit, æuum videlicet pro eo dices interceſſiſſe: ſed æuum paruam
diei partem appellare, omnem exceſſum amentiæ ſuperat. Verum vt videtur & magna in-
genij vi diem ac noctem, quaſi ſtellarum motu putat fieri, & has eſſe partes temporis: quare
& tempus, ſtellarum qualem motum cenſuit, nec id ipſum ſentiens quod dicit. Non enim
qualem, ſed ſi ſtellarum motus eſt, quantum potius erat dicendum. Quis vero ſic omnino
puer eſt mente, vt ignoret dies, menſes, horas, annos, menſuras temporis eſſe non partes: tē-
B pus autem, quod mundo coextenditur ſpatium, quo motus omnis, ſiue ſtellarum ſiue ani-
malium cæterarúmque rerum mobilium menſuratur, & quo velocius atque tardius aliud a-
lio dicimus? velocius quidem, quod plus ſpatij minore in tempore pertrāſit: at tardius, quod
maiore tempore per minus ſpacij mouetur. Eunomius vero quoniam in tempore ſtellæ mo
uentur, tempus ab eis creari iudicauit. Quod ſi ita eſt, ſecundum hanc ſapientiſſimi huius
viri rationem, quoniam & papiliones in tempore mouentur, diffiniemus tempus quendam
eſſe papilionum motum. Non enim ab hac ratione, quæ ab eo dicta eſt differt, niſi forte di-
gnitate verborum. Sed hactenus huiuſmodi: vos quæ ſequuntur conſiderate. EVN.
Atqui, dicit, nec vt qualitas aut moles aut quantitas in ſubſtantia dei poterit inhærere. Li-
C berum enim ab omni compoſitione deum eſſe neceſſe eſt. Quod ſi horum aut talium nihil
vnquam piè complicatum intelligere cum ſubſtantia dei poſſumus, quænam amplius ratio
dabit, ad ingenitam ſubſtantiam eam quæ genita eſt conferre? cum ea quæ ſecundum ſub-
ſtantiam eſt ſimilitudo, aut comparatio, aut communicatio, nullum exceſſum vel differen-
tiam relinquat: æqualitatem verò palàm faciat, & cum æqualitate ſimul ipſum quoque in-
genitum oſtendat, qui aſſimilatur vel comparatur. Nullus autem ſic ſtolidus eſt, ſic ad im-
pietatem audax, vt cum ipſe dominus palàm edixerit: Pater qui me miſit maior me eſt: æ-
qualem patri filium audeat prædicare? Et rurſus poſt pauca. Verum qui deus omnium, inge-
nitus eſt & incomparabilis. BAS. Pluribus omiſſis dicta, vt arbitror, ſufficiunt. Cum
D ad pernicioſos ſermones tendit, nonnulla quæ ab hominibus concedi poſſunt ſolet præmit-
tere, vt eorum perſpicuitate & gratia, de reliquis quoque ſibi facilius credatur. Nihil, inquit,
ſubſtantiæ dei, neque vt forma, neque vt magnitudo, neque vt quantitas inhærere poteſt:
quoniam ab omni compoſitione liberum eſſe deum neceſſe eſt. Ad hunc vſque locum æ-
quus eſt. In his vero quæ deinceps ſequuntur ad ſeipſum redit. Tanquam enim ex præmiſſis
neceſſariò ſequentem blaſphemiam coniungit dicens. EVN. Quod ſi horum nihil vn-
quam piè complicatum intelligere cum ſubſtantia dei poſſumus, quænam amplius dabit ra
tio, ad ingenitam ſubſtantiam eam quæ genita eſt conferre? BAS. Quam hæc inter ſe
rerum conſecutionem habent, ſi deus incompoſitus eſt, non poſſe filium ei ſimilem eſſe? dic
E tu mihi, nonne filium quoque pariter dices, nec magnitudinem, nec qualitatem in ſeipſo
continere, & ab omni penitus compoſitione liberum eſſe? Ego enim ne ſi inſanires quidem
auſurum te arbitror, aliud quid affirmare filium eſſe, quàm incorporeum & abſque quali-
tate ac figura, & omnibus iis, quæ de patre diceres. Cur igitur non pium cenſes ei qui abſq;
qualitate eſt, eum qui qualitatem non habet comparare? & eum qui abſque quantitate eſt, ei
qui quantitatem non habet, & omnino incompoſitum incompoſito? Hic vero ſimile qui-
dem ad qualitatem, æquale autem accommodat ad magnitudinem, ſed quantitatem ſi ali-
quid putat præter magnitudinem eſſe, ipſe clarius explanabit. EVN. Idcirco, inquit, nec
æqualis nec ſimilis, quoniam nec quantus eſt, & abſque qualitate eſt. BAS. Ego vero in
hoc ipſo pono ſimilitudinem, quod ſicut pater ab omni compoſitione liber eſt, ita & filius
F ſimplex omnino & incompoſitus. Et ſimilitudinem non formarum qualitatis identitate,
ſed ipſa ſubſtantia perſpici arbitror. Nam quibuſcunque forma vel figura adiacet, iis iden-
titate qualitatis ineſt formarum ſimilitudo: quæ vero ſine forma & ſine figura natura eſt,
reliquum eſt vt ſimilitudinem in ſubſtantia ipſa, & æqualitatem non in menſura magnitu-
dinis, ſed identitate virtutis poſſideat. Chriſtus, inquit, dei virtus & ſapientia, tota enim vir
tus paterna ipſi videlicet ineſt. Quare & quæcunque videt patrem facientem, ea & filius ſi-
militer facit. EVNO. Sed ſimilitudo, inquit, quæ ſecundum ſubſtantiam eſt, nullum
comparationis exceſſum vel diſtinctionem derelinquens, æqualitatem penitus efficit.
BASIL. Quomodo nullam dicis diſtinctionem derelinquit, nec ſaltem eam quæ ineſt
y iij cauſſis

Filius quomodo ſimilis patri.

cauſſis,ad ea quæ ex ipſis ſunt?ad hæc adducit. EVNOMIVS. Quis autem ita ſtolidus eſt G
vel ad impietatem audax,vt æqualem patri filium prædicet? BASILIVS. Dicamus
igitur ipſi ad hæc illa prophetica,quod frons mulieris meretricis facta eſt tibi,impudens fa-
cta es erga omnes. Illæ nanque ſua probra pudicè viuentibus ingerunt: & hic eos qui ma-
ieſtatem vnigeniti magnificare cupiunt, amentes & ad impietatem audaces vocat, eiſdem
rebus offenſus, quibus olim & Iudæi exacerbabantur, dicentes quod æqualem ſeipſum facit
deo. Et certè (nulli autem mirum quod dicam videatur) magis neſcio quo pacto illi vi-
debantur conſequentiam rerum proſpicere. Grauiter enim ferebant, quod deum patrem
ſuum appellabat, ex quo à ſeipſis ratiocinabantur, quod æqualem ſe deo faceret: quaſi ne-
ceſſariò conſequatur, ſi patrem habeat deum, deo quoque æqualem eſſe: hic autem pri- H
mum in ſpeciem concedens, ſecundum abnuit, & domini vocem nobis obiicit dicentis:
Pater meus qui me miſit, maior me eſt. Nec Apoſtolum dicentem audit: quod non rapi-
nam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo. Atqui ſi ſecundum rationem tuam innaſcibilitas
ſubſtantia eſt: ſi volebat ſecundum ſubſtantiam exceſſum oſtendere, profectò dixiſſet, quòd
ingenitus maior me eſt: hæc vero veſtra ratio eſt, quod appellatio patris, operationem non
ſubſtantiam ſignificat. Cum igitur maiorem filio patrem dicitis, operationem opere maio-
rem dicitis: omnis autem operatio eis per menſuram congruit, quæ ex ipſa facta ſunt, &
magna quidem magnorum operum, exigua vero minorum eſt. Maiorem ergo & patrem
hac ratione profiteri, nihil aliud eſt, quàm incommenſurabilem operi operationem opina- I
ri: & fruſtra aſſerere, ad magnitudinem operationis deum motum fuiſſe, cum non potu-
erit operationi ſuæ æquale opus producere. Itaque nobis è duobus alterum neceſſariò deci-
det: aut enim nomen patris non operationem ſed ſubſtantiam ſignificabit, quo pacto ca-
uillatoria ipſis ſimilitudine ratio facile delebitur, cum patri filium, id eſt, operationi ſimi-
lem arbitrentur. Qualem enim voluit, inquiunt, pater talem & fecit. Qua etiam ratione vo-
luntatis imaginem nuncupant. Aut ab hoc ſibi cauentes, non dicent maiorem filio eſſe pa-
trem, quoniam omnis operatio ſi nihil deforis repugnat, proprio operi commenſurabilis
eſt. Verum hæc ad confutationem eius inconſtantiæ quam in dogmatibus habent, dicta
ſufficiant. Illud autem cui non eſt perſpicuum, quod maius aut ratione cauſſæ, aut virtu- K
tis præſtantia, aut excellentia dignitatis, aut magnitudinis exceſſu dicitur? Magnitudine
igitur non intelligi maius iſteipſe iam in præmiſſis aſſeruit, & res ita ſe habet. Quoniam in
magnitudine maius tantum eſt, quantũ minus & amplius: quæ vero incomprehẽſibilia ma
gnitudine, imò ſine magnitudine & ab omni quantitate longè remota ſunt, ea quis alterum
ad alterum menſurabit? Quorumcunque vero impoſſibilis eſt comparatio, quo pacto in ip-
ſis id quod excedit cognoſcetur? Virtute autem deficere Chriſtum dei virtutem dicere,
valde puerile, & hominum eſt qui non audiunt domini vocem, dicentis: Ego & pater v-
num ſumus: & vnum pro æqualitate virtutis capientis, vt ab ipſis euangelij verbis demon-
ſtrabimus. Cum enim dixiſſet, quod nullus aliquem eorum qui in me crediderunt, è manu L
mea rapiet: & quod pater qui mihi dedit, omnibus maior eſt, è cuius manu nemo quic-
quam rapiet, adiunxit: Ego & pater vnum ſumus. Vnde palàm eſt non aliter pro æquali-
tate ac identitate virtutis vnum accepiſſe. Præterea ſi dei ſedes (vt nos quidem credimus)
dignitatis nomen eſt, à dextris determinata filio patris ſedes, quidnam aliud quam digni-
tatis æqualitatem ſignificat? Ad hæc etiam in gloria patris venturus expectatur. Quas ob
res reliquum eſt, vt cauſſæ ratione maius hic capiatur. Nam quoniam à patre origo eſt filij,
hoc maior eſt pater quòd cauſſa eſt atque origo. Quapropter dominus ſic dixit: Pater meus
maior me eſt: vt eo quòd pater eſt, maior eſſe intelligatur. Patris autem nomen quid aliud
oſtendit? nonne cauſſam eius qui ex ſe natus eſt atque originem? Atqui etiam ſecundum M
ſapientiam veſtram ſubſtantia maior aut minor ſubſtantia non dicitur. Itaque tum ſecun-
dum iſtos, tum ſecundum veritatem ipſam, nullo pacto exceſſum in ſubſtantia propoſita
hæc verba ſignificant. Magnitudine vero patrem filio eſſe maiorem, hic ipſe pernegat, cum
nullam oportere in deo quantitatem intelligere aſſerat. Quare nullus alius relinquitur niſi
qui à nobis dictus eſt maioris modus, qui eſt ſecundum cauſſam atque originem. Verum
quam ſecundum maius excogitauit blaſphemiam, talis quædam eſt. Illud autem admira-
tione dignum, quòd in paucis ad contrarios ſermones verbis deuolutus, vtpote qui oculis
animi cæcitate percuſſis, repugnantiam eorum conſpicere nequiuit. Quare à deo alienus,
à pace dei eſſe videtur, quam dominus noſter iis qui verè ac ſyncere in ipſum crediderunt,
dimiſit,

Ego & pater vnũ ſumus.

Sedes à dextris dei.

Pater quomodo filio maior.



A dimiſit, dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, vt non aliis ſolum, ſed etiam
ſibiipſi repugnet. Nam cum maiorem dixerit deum ac patrem vnigenito filio: & eos qui æ-
quales aſſerunt, quaſi ipſe hac de re neceſſarias haberet demonſtrationes, inſanos appellarit,
videte quæ poſt pauca conſcribit. EVNOMIVS. Verùm quòd deus omnium inge-
nitus eſt ac incomparabilis, pluribus omiſſis dicta ſufficiunt ad demonſtrationem. BA-
SILIVS. Quare ab eo quæratur: ſi incomparabilis deus eſt, vnde exceſſus eius compre-
henſus eſt, cum maius ex comparatione inſpiciatur eorum quæ exceduntur? Quonam igi-
tur pacto, & maior eſt & incomparabilis. Verum vt alienam à ſubſtantia dei vnigeniti ſub-
ſtantiam poſſet confirmare, comparationem maioris ad ſubſtantiæ diuerſitatem ſuſcepit.
B Rurſum vt ad creaturas filium deduceret, incomparabilem eſſe patrem aſſeruit. Nouam
profectò ac incomparabilem viam ad blaſphemandum is cogitauit: qui ſimulando deum ac
patrem extollere, vnigeniti dei deiicit maieſtatem: præſertim cum dominus atteſtetur ac di
cat: Qui non honorat filium, non honorat patrem: & qui me contemnit, non me contem-
nit, ſed eum qui miſit me. Sed inimicus veritatis, qui hæc eis dicere ac ſcribere ſubminiſtra-
uit, illud inſpexit: quòd ſi ad intelligentiam eos maieſtatis vnigeniti cæcos efficiat, ipſam
quoq; dei ac patris cognitionem ſimul ab ipſis auferat: vt & ſi videantur pręſtantiam quan-
dam deo ac patri attribuere, nullum tamen inde commodum conſequantur, cum ea via
quæ ad ipſum ducit priuati ſint. Nam & Iudæi gloriam deo afferre putant, & gentes audire
C licet magni quid velle de deo dicere: deum tamen ipſos magnificare abſque fide in Chriſtũ,
per quem ad cognitionem deductio fit, nemo rectè ſapiens vnquam putabit. Incomparabi-
lem igitur deum dicit, vt eo creaturis æqualem filium eſſe oſtẽdat, quod pariter abeſt à ma-
ieſtate patris. Quæcunque enim æquali exceduntur menſura, ea inter ſe æqualia eſſe neceſſe
eſt. Tantum autem ſecundum rationem ipſorum, deus ac pater vnigenitum filium excedit,
quantum & aliorum ſingula. Tale nanque incomparabile eſt, vt ab omnibus pariter diſtet,
& nulli ſit acceſſibile. Quare ſi æqualiter aliis à patre filius deeſt, ęqualis illis eſt, quibuſcum
deeſt, qua blaſphemia quid peius vnquam Iudæi dicerent: quid vero à gentibus audire poſ-
ſumus? Deinde non erubeſcunt qui dei verbum colere ſe fingunt, Iudęis ac gentibus iucun-
D da grataq; documenta proponentes. Nam ſi patri non comparatur filius, vt neque angeli,
neque cœlum, neque Sol, neque terra, neque animalium quæ in illa ſunt, quicquam, aut plã
tarum, quo pacto ad proprias creaturas diuerſitatem habebit? aut vnde ipſi ad genitorem
cõiunctio? Ego, inquit, & pater vnum ſumus. Iterum enim eius dicti memoriam faciemus.
At tu dic mihi, non hoc conferentis ſeipſum verbum eſt? Quid dixi conferentis, imò vnien
tis, vt ita dicam & naturæ identitatem hinc comprobantis? Hic vero incomparabilem eſſe
deum cenſet, & bonitas quidem & dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, omnes homines prout
capere poſſumus meditatione & exercitatione bonorum operum, ad ſimilationem dei om-
nium perducit his verbis: Sitis perfecti ſicut & pater veſter qui in cœlis eſt. Hic vero vnige-
E nitum naturali cum patre coniunctione (quantum in ipſo eſt) priuat: quanuis & hæc ratio
aduerſus iſtum ipſum detorquebitur. Si enim incomparabilis eſt pater, qua ex re diſſimili-
tudinis demonſtrationes accipiet? Nam ſi alteram ſubſtantiam alteri conferendo diſſimili-
tudinem inueniſſe inquiet, quomodo qui cõfertur incomparabilis eſt? Quod ſi nec initium
quidem comparationis habet, vnde potuit hanc diuerſitatem percipere? Ita videtur, quod
malum eſt, non ſolum bono eſſe contrarium, verumetiam ſibiipſi: à quo liberet nos gratia
domini noſtri Ieſu Chriſti, quo cum patri gloria cum ſancto ſpiritu nunc & in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

# Baſilij magni Cæſarienſis Epi- G
## SCOPI ADVERSVS EVNOMIVM LIBER
*ſecundus, quòd filius in diuinis non eſt factura, nec patre duratione aliqua poſterior.*

CVm igitur in ea oratione quam de deo omnium habuit, blaſphemias H
in filium dei ſubaffirmauerit, vt potuit, ipſi deinde vnigenito filio
linguam immiſit. EVNO. Quid enim, inquit, & vnicus filius,
vnigenitus enim: de quo ſi, vt poteramus, ſanctorum voces appo-
ſuiſſemus, quibus filium genituram & facturam prędicant, per diuer
ſitatem nominum ſubſtantiæ quoque diuerſitatem obtendentes, ab
omni cura atque negotio liberi eſſemus. Sed propter eos qui corpo-
ream generationem putantes vniuocationibus ceſpitant, neceſſe eſt
forte de his etiam pauca dicere. BAS. Hæc ille. Ego vero ſi vt de re ficta, ſic de hac v-
niuerſa oratione oportet excogitare, quo pacto in vanis auditoriis ad meditationem eius I
quod in re falſa veriſimile eſt, adoleſcentibus vt declament proponitur: quoniam & pariter
illis cuncta adumbratæ pugnæ ſimilia ſunt: ad accuſatores non conſtitutos ad pugnam, ad
accuſationem non prædictam, reſponſio ad iudices, qui nulli eſſe videntur, oratio: ſi ſic, in-
quam, & hæc audire oportet, & ipſe hanc inquiſitionem omitto, & cæteros admoneo nul-
la cura dicta eius verſare: ſed ſi maiora ſunt quæ promittit, & multis ſuſpicari accidit, non-
nullam eſſe apud eum curam veritatis, profectò neceſſe eſt prout poſſumus, ſingula redar-
guere. Sed quis inquiſitionis modus iuſtior fiat, quàm vt his documentis quæ à ſpiritu no-
bis tradita ſunt, orationem conferamus? Si quid illi cõgruum inueniamus, id ſuſcipiamus:
Filium non eſſe facturam. quod vero aduerſus illa proficiſcitur, id vt nobis inimicum effugiamus. Quare primum il- K
lud oſtendat, quinam è ſanctis genituram & facturam Chriſtum dixerunt? quas ſcripturæ
voces in demõſtratione habet? Nã ſi beati Petri voce in actibus apoſtolorum perſcripta in-
nititur, vbi dicitur: Sciat omnis domus Iſraël, quod dominum ipſum & Chriſtum deus fe-
cit, quem vos crucifixiſtis. Primum nihil ad id quod quæritur, habet hoc teſtimonium. Nã
cum promiſit oſtendere à ſanctis dici facturam eſſe filium, teſtimonium præbuit de deo &
patre, quod fecerit. Nec enim illud dicet licere ſibi cum de tantis rebus verba faciat, dedu-
ctiones quaſdam & deriuationes nominum excogitare. Nam ſi otioſi etiam verbi ſupplicia
in die iudicij patiemur: multo minus, ſi de tantis rebus quicquam innouamus, ſine pœna di
mittemur. Et forte illud quidem tanquam congruum deo & patri dici diuina ratione do- L
cemur: hoc vero non poſſe accommodari vnigenito, ſpiritus ſanctus per ea quæ tacuit de-
monſtrauit. Quonam igitur pacto tutum eſt, hac voce, fecit, traducta, facturam factorẽ om
nium appellare? Nam ſi huiuſcemodi appellatio idonea ei erat, non fuiſſet ſilentio à ſpiritu
tradita. Sed in creaturis quidem inuenimus à verbo, fecit, facturæ appellationem eſſe tradu
ctam: in filio autem dei nequaquam. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Et rur
ſus: In factis manuum tuarum meditabar. Et inuiſibilia eius à creatura mundi per ea quæ fa
cta ſunt intellecta conſpiciuntur. Itaque in quibus oportet hoc nomen ſcriptura ſuſcipiens,
in domino noſtro & ſaluatore Ieſu Chriſto, quaſi non decens magnitudini maieſtatis, obti
cuit. Et ſecurim quidem, & lapidem angularem, & lapidem offenſionis, & petram ſcandali, M
cęteraq; huiuſcemodi, in quibus non multum laudis eſſe videtur iis, qui ad ſignificationem
nominum non perueniunt, dominum gloriæ appellare non erubeſcit: facturam vero nuſ-
quam omnino nominauit. At iſte ſe ab ipſis recepiſſe ſanctis hoc nomen ait, vt non ſolum
ſuo tempore præſentes calumniis perſequatur, ſed eos etiam ſanctos qui olim fuerunt. Ve-
rum præterquam quod indecens atque periculoſum eſt audacter huiuſcemodi res inuade-
re, ac à ſeipſo domini nomina transformare: Apoſtoli etiam ſenſus non tradit eam filij ſub-
ſiſtentiam, quæ ante ſecula fuit, de qua nobis in præſentia ſermo eſt: non enim de ſubſtantia
ipſa dei verbi quod in principio erat apud deum, ſed de eo qui ſeipſum exinaniuit in ſerui
forma, & factus conformis huic corpori humilitatis noſtræ, & crucifixus eſt ex infirmitate,
perſpicuè



A perſpicuè diſſerit. Et hoc vnicuiq; notum eſt, qui parumper apoſtolicæ dictionis intentionẽ
animo voluit, quòd non theologiæ nobis modum tradit, ſed diſpenſationis ſermones ape-
rit. Dominum enim, inquit, & Chriſtum deus fecit, hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis: hac
demonſtratiua voce ad humanitatem eius, & id quod viſibile eſt, manifeſtiſſimè ſe conuer-
tit: at hic vocem hanc, fecit, ad generationem vnigeniti quæ à principio fuit transfert: neq;
illud ipſius faciem confundit, quod dominus non ſubſtantiæ eſt nomen, ſed poteſtatis: qua-
re qui dixit dominum ipſum & Chriſtum deus fecit, rerum omnium principatum & domi
natum dicit à patre filio commiſſum, non de proceſſu eius adeſſe narrat. Verum hæc paulò
poſt demonſtrabimus, cum redarguemus ipſum præter voluntatem ſpiritus ſcripturæ affer-
B re teſtimonia: nunc ad ſermonis continuationem pergamus. Quid ergo hoc nomẽ ſibi vult?
aut cur nam facturam factorem omnium appellare conatur? Deprauata ſeipſum decepit ca
uillatione, qui ex diuerſitate nominum ſubſtantiarum differentiam oſtendere putauit. Quis
enim mentis compos huic rationi accedat: Quorum nomina diuerſa ſunt, earum ſubſtan- Diuerſitatẽ agnominationis ſubſtãtiæ diuerſitatem nõ arguere.
tias differre neceſſe eſt? Nam Petri ac Pauli & omnium hominum etſi diuerſæ ſint appella-
tiones, tamen vna eſt ſubſtantia omnium. Quapropter & in plurimis inter nos conueni-
mus, iis proprietatibus ſolum quæ circa ſingula inſpiciuntur alius ab alio differentes. Qua-
re appellationes etiam non ſubſtantias, ſed proprietates quibus ſinguli deſignantur ſignifi-
cant. Hinc eſt vt cum Petrum, nomen videlicet hoc audiamus, non ſubſtantiam eius intel-
C ligamus (dico autem ſubſtantiam materiale illud ſubiectum, quod eo nomine nequaquam
ſignificatur) ſed earum proprietatum quæ circa ipſum inſpiciuntur, ſenſum concipimus. Il-
lico enim per hanc vocem intelligimus Ionam, qui fuit ex Bethſaide, Andreæ fratrem, qui
ex piſcatore in apoſtolatus miniſterium vocatus eſt. Qui quoniam fide præſtabat, eccleſiæ
commiſſam ſibi ædificationem ſuſcepit: quorum omnium nihil ſubſtantia eſt, aut ſubſiſten
tia intellectu comprehenſa. Nomen itaque hoc characterem quidem nobis Petri circum-
ſcribit: ipſam verò ſubſtantiam nequaquam ſubaperit. Rurſus cum Pauli nomen audimus,
aliarum concurſum proprietatum mente concipimus, Tarſenſem ſcilicet Hebræum ſecun-
dum legem Phariſæum, Gamalielis auditorem, eccleſiarum dei ex zelo perſecutorem, cum
D terribili ad cognitionem viſu deductus eſt, qui Apoſtolus gentium fuit. Hæc enim cuncta
vna voce Pauli circumſcribuntur. Atqui ſi verum eſt contrario modo eorum ſe habere ſub-
ſtantias, quorum nomina diuerſa ſunt, oporteret certè Paulum & Petrum, & omnino cun-
ctos homines, alterum ab altero alterius eſſe ſubſtantiæ. Verum quoniam nemo ita igno-
rans eſt, ita communis omnium naturæ imperitus, vt id dicere animum inducat, è luto e-
nim vt ego etiam tu formatus es, nihil aliud enim hic ſermo quàm identitatem humanæ
ſubſtantię ſignificat. Mentitur itaq; qui ex diuerſitate nominum diuerſitatem ſubſtantię in-
ferre cauillatur. Nec enim natura rerum nomina ſequitur, ſed poſterius nomina rerum in-
uenta ſunt. Quod ſi illud verum eſſet, oporteret etiam vnam & eandem eorum eſſe ſubſtan
E tiam quorum eædem ſunt appellationes. Quam ob rem quia virtute conſummati, dei appel
latione dignati ſunt, conſubſtantiales deo vtiq; omnium, homines eſſent. Verum vt hoc di
cere furor eſt perſpicuus, ſic ille ſermo æquali dementia continetur. E dictis ita patet, quòd
in patre quoq; ac filio non ſignificant ſubſtantiam nomina, ſed proprietates deſignant. Nul
lum ergo illa oratio locum habet, quæ commutatione nominum contrarietatem ſubſtan-
tiæ adducit: ſic enim priuſquam cætera ſeipſum deiicit. Nam ſi diuerſa ſunt factum & geni-
tum, diuerſæ vnigeniti erunt ſubſtantiæ ex diuerſitate nominum conſecutæ: quòd ſi id dice
re dementium eſt, neque illud eorum eſt qui mentis ſunt compotes: hic autem ſe ſimulat in-
finitas habere demonſtrationes, quod apud ſanctos viros factura dicitur filius. Verum quaſi
F ad ea quæ ſibi propoſuit feſtinans, mentionem ad præſens facere renuit. Eſt autem & hoc
artificioſa verſutia, cum ſibi oratio deeſt, tunc taciturnitatem anteponere. Nam ſi teſtimo-
nij vmbram haberet, qua vnigenitus factura diceretur, aures noſtræ audiendo ſurdeſcerent.
Deinde inquit, propter eos qui corpoream generationem putantes vniuocationibus ceſpi-
tant, neceſſe ſibi eſſe de his etiam breuiter dicere. Sed quidnam vetabat ſcripturæ prius teſti
moniis oratione firmata, ad imbecillium poſtea emendationem accedere, & quod ex vni-
uocatione fit nocumentum mitigare? ſi tamen aliquid vnquam quibuſdam accidit aut acci-
det. Quis enim ſic omnino carneam habeat mentem, ac diuini ſermonis inexpertus eſt, vt
cum audiat diuinam generationem, ad imaginationes deferatur corporeas, in quibus com-
plicatio eſt viri & mulieris, matricis conceptio, plaſmatio, informatio, exactis temporibus
foras

foras proceſſio? Quis adeò eſt pecudum ſimilis, qui cum audiat deum verbum à deo prodi- G
re, & adhuc ſapientiam ex deo genitam, ad corporis paſſiones cogitationibus decidat? Ve-
rum hæc quoq; cum aliis ad probabilitatem orationis ſimulatio ipſi excogitata eſt, vt com-
miſerationis gratia erga imperitos fratres hunc doctrinæ laborem ſuſcepiſſe videatur: &
corporeos quidem ſenſus qui ex huiuſcemodi appellatione oboriuntur, quaſi emendet. Quę
vero, cum creatura filius nominetur, detrimenta ſequuntur, ea minime depellit. Atqui ſi
quis dei corpoream eſſe generationem imaginetur, ipſe vtiq; hoc pacto ad materiales etiam
factionis modos deductus eſt. Nec enim partitionem quandam & tranſmutationem ac flu-
xum genitoris ſubſtantiæ à generandi voce imbecillis homo intelliget. Materiam verò de-
foris ex nihilo allatam, ad conſtitutionem creaturæ, vt vos dicitis, conſpicari, non condu- H
cet. Quam ob rem ergo cogitationum ægritudini ex parte medetur, ac eorum qui corpo-
ream generationem dicunt, curam habet: eos verò qui creaturæ appellatione ceſpitant, deſ-
picit? Quoniam genitum quidem eſſe contrarium vidit ſuæ ſententiæ: cum genitum con-
iunctiſſimè ſe habere profectò debeat ac ſimillimè ad genitorem: factum verò eſſe, conſo-
num & propugnans ſuæ cauſſæ. Quoniam alieni, externi, nulloq; pacto coniuncti ad facto-
rem ſententiam affert, his poſtea coniuncta hæc dicit. EVNOM. Genituram ergo ſe-
cundum ſcripturarum doctrinam dicimus filium, non aliud eſſe ſubſtantiam intelligentes,
aliud autem præter ipſam quod ſignificatur: verum ipſam eſſe ſubſiſtentiam quæ nomine I
intelligitur, cum verò nomen ipſum ſubſtantiæ congruat. BASIL. In his etiam veri-
tatem perſpicuè oppugnat, ſibi tamen conſona dicit. Nam vt in ſuperiori ſermone ingeni-
tum in deo omnium ſubſtantiam ipſius determinabat ſignificare: ſic nunc genituram ſub-
ſtantiam filij ſignificare ait, vt geniti ad ingenitum oppoſitione, contrario pacto ad patrem
habere filium in ſubſtantia ipſa oſtendat. Propterea propria lege profert verba, quæ contra
vſum diuini ſpiritus ſunt, cum genituram filium appellat. Vnde id cœpit? ex qua doctrina?
ex quo propheta? à quonam ex apoſtolis hanc cognominationem audiuit? Ego enim in nul
lo ſcripturæ loco hanc vocem inuenio. Atqui non aliunde hic, ſed à doctrina ſpiritus ſe ap-
pellationes has ſumpſiſſe iactat. Nullius enim momenti rem eſſe putauit, ſi hominibus ne- K
gotium faceret: niſi etiam in ipſum ſpiritum inueheretur. Nam genuiſſe quidē patrem mul-
tis ex locis docemur: genituram verò eſſe filium nunquam ad hunc vſq; diem, audiuimus.
Puer enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocatur nomen eius non genitura, ſed
magni conſilij angelus. Atqui ſi genitura ſubſtantiam ipſam ſignificaret, non aliud profe-
ctò nomen ſpiritus nos docuiſſet, quam illud quo perſpicuè ſubſtantiam eius poſſet aperire.
Et rurſum: Petrus ille qui propter veritatis cognitionem beatificatione illa potitus eſt, non
dixit tu es genitura, ſed tu es Chriſtus filius Dei viui. Et Paulus, cum vniuerſam ſcripturam
ſuam filij appellatione explêſſet, nullo tamen in loco inuenietur genituræ feciſſe mentio-
nem: quod iſte magna confidentia, tanquam ſi ex diuino id accepiſſet auditorio, profert. L
Nec enim hoc etiam in loco ipſi concedendum eſt, hanc vocem genuit, quæ de patre dici-
tur, transfiguranti & traducenti genituram filium dei nuncupari. Quoniam non quodcun-
que conſecutione verborum ſuboſtenditur, in id facile inſilire eum oportet, qui diuino ti-
more caſtigatus eſt. Sed cum iis quæ in ſcriptura ſunt nominibus ſit contentus, per ea vt de-
cet glorificationem, Deo adimplere debet. Nam ſi qui ab initio ex Hebræorum lingua in
græcam traduxerunt, quædam nomina interpretari auſi non ſunt, ſed ipſam hebraicam vo-
cem tranſpoſuerunt, vt ſabaoth, adonai, eloim, & huiuſcemodi: nec in diuinis nominibus
ſolum, verumetiam in compluribus aliis hanc reuerentiam adhibuerunt: quàm magnū nos
decet circa domini nomina timorem habere? Quando igitur illi à ſeipſis quædam nomina
confingere paſſi fuiſſent, qui nec interpretari quædam confiſi ſunt, ne incōgruis verbis per- M
ſpicuitatem ſententiæ diſſoluerent? Sed ſe genuit, inquit, Deus: quomodo non conuenit ge
nituram eum qui natus eſt, appellare? Quia arduum nobis eſt noſtris ipſum nominibus in-
uocare, cui largitus eſt deus nomen ſupra omne nomen. Filius meus es tu, inquit, ego hodie
genui te. Atqui conſentaneum erat magis ſecundum iſtorum rationem, propterea quòd ge-
nitus eſt, genituram appellari, non filium: ſed dictum non eſt. Quare oportet, ſi quis ante
oculos habeat Chriſti iudicium, cum ſciat quàm periculoſum ſit ſubtrahere quicquam aut
addere iis, quæ à ſpiritu tradita ſunt, non committi per ſeipſum quicquam innouare, ſed in
iis quæ à ſanctis prædicta ſunt acquieſcere. Quod igitur nec communis conſuetudo, nec ſcri
pturarum vſus ſuſcepit, id audere quomodo non ſummæ ſuperbiæ eſt? Quis enim pater aut
mater

Filium genituram dicere, temerarium eſt.

In Dei agnominationibus non temerè quicquam innouandum.



A mater benigno ac placido cum ſit erga eum quem genuit affectu, volet illum magis vocare
genituram quàm filium aut natum? Nate enim, inquit, vade in vineam. Et alibi: Deus pro-
uidebit ſibi victimam holocauſti nate mi. Et rurſus Iſaac inquit, quis tu es nate? Et, Fili noli
deſpicere doctrinam domini. Et, Filius ſapiens lætificat patrem. Et ſimilia. Nullo autem in
loco quiſquam genituram eum qui ex ſe eſt, dixiſſe demonſtratur. Cuius cauſſa liquidò pa-
tet. Filius enim & natus animatorum ſunt nomina: genitura verò non ſemper. Poteſt enim
etiam quod antequam figuratum ſit, ab ortu eiectum, genitura nominari: quod nati appel-
latione dignum non eſt. Præterea fructus terræ, genituras & genimina, non natos appella-
mus. Non enim bibam, inquit, de genimine vitis huius. Raro verò inueniemus hanc in ani
B matis appellationem aſſumptam: & ſicubi dicta eſt, de his animalibus dicitur, quę improba-
ta in imaginem prauitatis aſſumuntur. Serpentes enim, inquit, genimina viperarum. Qua
ex re, vt opinor, & communis conſuetudo huiuſcemodi appellationem ſpreuit, & diuina
ſcriptura præcipuè in vnigenito dei recuſare videtur. Nati etiam appellationem, quoniam
valde humanitus dici videtur, non ſuſcepit. Oſtendit autem id Apoſtolus, qui dominum ſur
ſum atque deorſum & vbiq; filium appellans, & aliis ipſum nominibus glorificans, primo-
genitum, imaginem, ſplendorem, geniminis ac genituræ appellationem euitauit. Quod ſi i-
ſte contendit, vel eorum aliquis qui huius orationem defendunt, oſtendat, & hæc omnia i-
pſi debere concedemus. Verum niſi impium Marcionem imitatus alia è diuinis ſermoni-
bus tollat, alia inſcribat, nequaquam inueniet. At geniminis ſiue genituræ vox, hoc pacto &
C à communi conſuetudine, & à ſcripturarum vſu aliena demonſtrata eſt. Nunc verò videa-
mus ſi de ipſa ſubſtantia filij hoc nomen prædicari poſſibile ſit. Nam ipſe dicit. EVN.
Impoſſibile eſt aliud quid eſſe ſubſtantiam intelligere, & aliud præter eam quod ſignifica-
tur. Verum ipſam ait eſſe ſubſiſtentiam quam nomen ſignificat, cum appellatio verè ipſam
oſtendit ſubſtantiam. BASIL. Digna profectò iudicibus, quos fictos induxiſti, hæc
tua ſunt dogmata. Nam ſic vt in ſomniorum foro, vel ebriorum concione vbi nullus au-
diat aut intelligat quæ dicuntur: ita cum ſufficere putes, pro omni probatione quod ipſe di-
xeris, magna cum licentia lege quaſi ſancis quodcunque volueris. Quis enim neſcit quæcū-
que nomina abſolutè ac per ſe proferuntur, hæc eſſe ſignificatiua rerum ſubiectarum: quæ-
D cunque verò ad alia dicuntur, hæc ad ea quæ dicuntur, habitudinem ſolum oſtendere? Nam
homo quidem, exempli cauſſa, & equus & bos, ipſum quod nominatur, quodlibet horum
oſtendit: filius autem, aut ſeruus, aut amicus, ſolam coniunctionem ad connexum nomen
ſignificat. Quare qui genimen aut genituram audit, non ad ſubſtantiam quandam mentem
confert: ſed cum alio id eſſe iunctum intelligit: nam genimen, cuiuſdam genimen dicitur.
Quod igitur nullius ſubſiſtentiæ ſenſum efficit, ſed ſolam habitudinem ad aliud affert, id ſi
quis ſubſtantiam eſſe confirmat, quo pacto ſummæ is amentiæ non condemnabitur? Atqui
paulò ſuperius à nobis declaratum eſt abſoluta etiam nomina, etſi maximè videantur ſub-
iectum quicquam ſignificare, non tamen ſubſtantiam ipſam oſtendere, ſed circa ſubſtan-
E tiam proprietates quaſdam deſcribere. Verum hic ſapientiſſimus, qui vanis in artibus to-
tam vitam conſumpſit, non erubeſcit dicere ipſam vnigeniti ſubſtantiam geniminis no-
men ſignificare. Quod quàm abſurdum ſit, quæſo animaduertite. Si enim ſubſtantia geni-
tura eſt, & è conuerſo, quod genitura id ſubſtantia, omnia genita conſubſtantialia inter ſe
erunt. Ex qua ratione id eueniet, vt omnium creator eandem cum omnibus generatis ha-
bere ſubſtantiam oſtendatur. Nec enim in filio ſolum ſubſtantiam dicet genituram ſigni-
ficare, in reliquis verò quæ generatione communicant, non eundem amplius ſenſum poſ-
ſidere: aut dicat claram quandam cauſſam cui contradici nequeat: quòd eadem appella-
F tio non pariter habeat in omnibus eandem poteſtatem. Sed non poterit: quamcunque e-
nim genituræ rationem excogitabit, hæc omnibus ſimiliter genitis accommodabitur.
Quod ita eſſe, cuiuſlibet auditoris intellectus maximum ſignum eſt. Vnuſquiſque enim
cum hunc ab illo natum eſſe audit, ſeipſum interroget, quem animo ſenſum concipiat.
An quod genitus, eius qui genuit ſubſtantia ſit? an hoc dicere ridiculum, illud veriſſimum
quod ab eo generatione ad eſſe productus ſit? Pariter igitur id & in vnigenito, & in quo-
uis generatorum dicere conueniet. Et nullus (quoniam habitudo communis eſt) dignita-
tem vnigeniti deprimi putet. Non enim in eo quod eſt ad aliquid quodammodo ſe habe-
re, differt ab aliis filius, ſed in proprietate ſubſtantiæ excellentia Dei ad mortalia perſpici-
tur. Sed attendite ad quod inconueniens ratio iſtorum adducat. Si genitura alterius di-
citur

Marciō Euāgelij deprauator.

citur genitura, veluti & communis conſuetudo confirmat, & nullus vnquam contradi- G
cet: hoc autem ipſum ſubſtantiam, ſecundum rationem iſtorum ſignificat: illius erit ſub-
ſtantia cuius genitura dicitur: qua ex conſecutione rerum ſequitur, non vnigeniti ſubſtan-
tiam geniturę appellationem ſignificare, quod iſte violenter dicit, ſed ipſius Dei omni-
um. Si enim non licet, aliud eſſe ſubſtantiam intelligere, & aliud genituram præter ipſam
idem eſt ſubſtantiam dicere & genituram. At filius dei genitura eſt, Dei ergo ſubſtantia e-
rit, ſi genitura ſubſtantiam ſignificat. Et ſic genitura, ex ratione iſtius, ingeniti ſubſtantia o-
ſtendetur. Quod ſi ridiculum eſt quod ſequitur, qui antecedentia poſuit, is dedecoris no-
tam ſubeat. Videtur enim oratio, neſcio quomodo, cum ſemel extra veritatem deducta ſit,
ad multiplicia periculoſaque inconuenientia per quandam ſeductionis conſecutionem ef- H
ferri. Verum hæc præludia quædam ſunt, & præparationes blaſphemiæ. Caput autem ma-
li in ſequentibus affert, dicens. EVNOM. Subſtantiam filij natam quidem eſſe, cum
non eſſet ante ſubſiſtentiam ſuam: eſſe verò natam ante omnia patris voluntate. BAS.
Eadem adhuc adhibet artificia, de ſubſtantia nobis filij diſſerit, quaſi de alio, non de ipſo fi-
lio diſſerat, quo pacto auditum ad ſuſcipiendam blaſphemiam permitigat, cum non apertè
dicat, natum eſſe à nihilo filium, ſed ſubſtantiam eius natam eſſe, cum non eſſet. Dic, ante
quas res ipſa non erat? Videtis cauillationem, ipſam ipſi comparat, vt tolerabilia dicere om-
nibus videatur. Non ante ſecula dicit ipſam non fuiſſe, neque ſimpliciter non fuiſſe, ſed
antequam ipſa eſſet. Agè vero dic, patris ne eſſentiam antiquiorem aſſeris propria eiuſdem I
ſubſiſtentia? Nam ſi non ſubiicit temporibus ſubſtantiam filij, neque prius hac ratione in-
telligit, inanis & otioſa hæc ei eſt ratio, quare nec vlla reſponſione digna eſt. Attamen non
minus & de Deo omnium dici poterit, ſi quis ad patrem hanc vanitatem transferre volue-
rit: eiuſdem enim amentiæ eſt, ſi quis Deum ante ſuam ſubſiſtentiam non eſſe dicat, & ſi an-

Patrem ab æterno fuiſſe patrem.

te ſeipſum fuiſſe aſſerat. Quòd ſi temporaliter & prius illud de ſubſtantia filij accipit, & à
nihilo eſſentiam eius, immo primum ipſum filium (nihil enim refert quantum ad rem, hoc
vel illo dicere modo) poſteriorem quam tempora ponet: vel ſi quis ita velit, quàm ſecula,
ſeculorum creatorem. Deinde ſuas blaſphemias perſequens, patrem etiam aſſerit non fuiſ-
ſe patrem à principio, ſed poſtea factum eſſe. Atqui ſi bonum, ſi pulchrum eſt diuinæ bea- K
titudini patrem eſſe, quomodo ergo à principio quod decebat, ipſi non aderat? At enim
melioris ignoratione, aut impotentia hunc fuiſſe defectum ratiocinabuntur. Ignoratione
quidem, ſi poſtea quod eſt melius adinuenit: Impotentia verò ſi ſciens atque intelligens,
quod optimum eſt aſſequi non poterat. Sed ſi (quod eſt nefas dicere) non eſt ei bonum pa-
trem eſſe, cuius gratia commutatus peius elegit? Conuertatur in aduerſarios hæc blaſphe-
mia. Nam Deus omnium ex infinito pater eſt, nec incepit pater eſſe. Nam neque defectu
virtutis, ne expleret voluntatem detinebatur: nec quaſdam ſeculorum periodos expecta-
bat, vt ſicut in hominibus & reliquis animalibus creatis perfectione, ad gignendum vir-
tute proueniente, quod voluit aſſequeretur. Inſani enim eſt hæc & excogitare, & dicere: L
ſed æternitati ſuæ, coæternam, vt ita dicam, habet paternitatem. Quamobrem & filius
cum ante ſecula ſit & ſemper ſit, nunquam eſſe incepit: ſed ex quo pater eſt, & filius eſt.

Filium à nõ eſſe ad eſſe productum.

Et illico cum quis patris cogitationem capit, filij etiam incurrit. Nam pater filij videli-
cet pater. Patris igitur origo nulla, origo verò filij pater: inter hos autem nihil. Quomo-
do igitur non erat à principio (nam hoc eſt, illud ante ſuam ſubſiſtentiam quod per cauil-
lationem ab iſtis dicitur) is ante quem nihil intelligitur, niſi pater, à quo & eſſe habet,

† δι᾽ οὐδενὸς κενοῦ.

non per interuallum ſuperiore, ſed pro cauſſa præordinato. Si ergo æterna coniunctio fi-
lij ad patrem & Deum oſtenditur: cum noſtra cogitatio à filio † haud per vllum vacuum
ad patrem tendat, ſed abſque interuallo patri filium coniungat, qui nullo medio diſſepa-
ratur: quem aditum relinquit pernicioſæ blaſphemiæ eorum, qui dicunt à non eſſe ipſum M
ad eſſe productum? Ad hæc mirari eſſet dignum de tanta ipſorum dementia, quod non
intelligunt ſe, cum ex non eſſe dicunt filium, non patre ſolum poſteriorem oſtendentes,
ſed ea quoque re qua vnigenitum à patre diſſeparant. Nam neceſſe eſt, ſi quid eſt inter
patrem & filium, id antiquius eſſe ipſa quoque productione filij. Quid igitur hoc eſſe
poterit? quidnam aliud quàm æuum, vel tempus? Qui enim ſuperiorem patris vitam,
vnigeniti vita intelligit, qua re alia quam æui, vel quorundam temporum ſpatio men-
ſurans, exceſſum inueniſſe dicetur? Quod ſi verum eſt, falſa ſcriptura eſt, quæ dicit
per ipſum eſſe factum æuum & ſecula, & quæ docet omnia eſſe facta per ipſum: cum pa-
teat,



A teat, in omnibus æuum ac ſecula etiam comprehendi. Quòd ſi non negare ſe dicent ante ſe-
cula filium natum eſſe, non lateat eos quod oratione dant, id reuera ab ipſis tolli. Interroga-
bimus enim eos, qui à non eſſe producunt vnigeniti ſubſtantiam, quando non erat, vt dici-
tis, quod illud erat interuallum? quam illi interuallo appellationem excogitatis? Nam com-
munis conſuetudo, aut temporibus, aut æuo, vel ſeculis omne ſpatium ſubiicit. Nam quod
in ſenſibilibus eſt tempus, id in ſupernaturalibus natura æui dicitur. Iſti vero dicant, ſi quid
tertium ex ſapientia ſua excogitarunt. Dum vero tacent, haud ignorẽt ſe ſubſtantiam vni-
geniti ſeculis poſtponere. Si enim fuit, quod ſpatium antiquius filio, vitæ patris coëxtẽſum,
horum alterum fuiſſe perſpicuum eſt. Sed nec eſt, nec erit antiquior ſenſus vnigeniti ſubſi-
B ſtentia: omni enim re quæ antiquitatis ratione poteſt excogitari, ſuperior ſubſiſtentia dei
verbi, quod in principio erat apud deum, inuenietur. Nam etiã ſi ſeipſam imaginationibus
mens infinitis & conformationibus rerum quæ nullam habent ſubſiſtentiam, ſe immittẽs
quæ non ſunt excogitet: nullam tamen viam inueniet, qua vnigeniti principio ſe poterit an-
teponere, & inferiorem proprio motu vitam eius relinquere, qui per ſe vita eſt, & excogita-
tione propria dei verbi initium ſuperare, & ſecula ſuſpicari abſque ipſo deo ſeculorũ fuiſſe.
At vero cum debitam vnigenito gloriam auferat, animaduertite, quibus verbis eum glori-
ficet. EVN. Eſt autem ſubſtantia filij, inquit, ante omnia nata patris volũtate. BAS.
Id magnum attribuit filio, quod antiquior ſit creaturis, & ante ea quæ ipſe fecerit. Opinatur
C enim ſufficere ad gloriam creatori omnium, quòd ante proprias creaturas collocetur. Nam
cum, quantum in ipſo eſt, à dei ac patris coniunctione ipſum alienarit, in præponẽdo crea-
turis gloriam ei atteſtatur: deinde blaſphemiam ad ſummam efferens turpitudinem, ineui-
tabili nos ſyllogiſmorum neceſſitate, vt putat, circumſepſit. EVN. Aut enim iam exi-
ſtentem, inquit, pater genuit filium, aut non exiſtentem: quòd ſi non exiſtentem, nemo me,
inquit, temeritatis incuſet: at ſi exiſtentem, non abſurditatem ſolum & blaſphemiam, verũ
etiam & ſtoliditatem omnem hic ſermo excedit: qui enim eſt, generatione non indiget.
BAS. Hæc eſt illa diuulgata cauillatio ab aliis olim adinuenta: nunc vero impudicis iſto-
rum, & turpiſſimis linguis conſummata atque perfecta. Verum nos illud primum audito-
D res admoneamus, hunc illum eſſe, qui quoniam multi ex ignorantia humanitus generatio-
nem filij acciperent, neceſſitate in hos ſermones compulſus ſit, hunc illum eſſe qui è corpo-
reo ſenſu ad ſpiritualem ſpeculationem indoctas animas reuocet. Qui quoniam animalia
non exiſtentia prius, naſcuntur poſtea: & quod hodie natum eſt, heri non fuit: hunc ipſum
ſenſum ad vnigeniti traducit ſubſtantiam. Et quoniam natus eſt, inquit, ante generationem
non erat. Sic magnificè diuinam nobis vnigeniti generationem enarrat, & his rationibus
fratrum infirmitati medetur: digniſſimus omnium in quẽ prouerbium illud dicatur, Me-
dice cura teipſum. Nos vero quam ei in hoc animi languore mitigationem afferemus, niſi

In prĩcipio erat verbũ.

eam quę à ſpiritu ſancto per beatum Ioannem nobis prędicta eſt: In principio erat verbum,
E & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Nec enim principio poſſibile eſt antiquius
quid excogitare: non eſſet enim principium, ſi quid ante ſe haberet ſuperius: neq; quod erat,
cogitatione tranſgreſſos ad id quod non erat aſcendere: contemnere enim eſt quod erat, ſi
quod non erat excogites. Nam ſi eorum eſſet principium, quæ dicuntur ad aliud, vt princi-
pium ſapientiæ in principium viæ bonæ, & in principio fecit deus: forte poſſemus eius qui
tali principio conſtitutus eſt, generationem cogitando excedere. Verum quoniam id prin-
cipij ſignificatum abſolutum, ac ſine relatione ſupremam naturam ſignificat: quomodo nõ
deridendus is eſt, qui vltra hoc principium cogitatione circumuagatur, & id ſuis imagina-
tionibus excedere conatur. Pariter autem extenditur verbum erat, cũ inſuperabili hoc prin-
cipio: non enim eam quæ in tempore eſt ſubſiſtentiam verbum hoc, erat, ſignificat: ſicut ho-
F mo erat in regione Hus, & homo erat de Ramathaim, & terra erat inuiſibilis: ſed ipſe nobis
euangeliſta in alio ſermone huius verbi erat, ſignificatum oſtendit, dicens. Quis eſt, & qui
erat omnipotens? Quale enim illud eſt, tale eſt & hoc erat, ſempiternum pariter & nullo tẽ-
pore obnoxium. Qui vero non exiſtentem eum dicit, qui in principio eſt, nec ſenſum prin-
cipij cuſtodit, nec ipſi in principio ſubſiſtentiam vnigeniti coniungit. Nihil enim excogita-
ri poteſt principio antiquius, & eſſe dei verbi, inſeparabile eſt à principio. Quare quantum-
cunque volueris inutili mentis inquiſitione retrocurrere, pertranſire tamen quod erat, & vl-
tra illud ferri cogitationibus non poteris. Verum è contrario, iſte à nobis quoque interro-
getur, vtrum à principio verbum erat apud deum, an poſtea acceſſit? Nam ſi erat, prohibe
linguam

linguam tuam à malo,ab ea ſcilicet blaſphemia quod non erat.Sed ſi , quod fas dicere non G
eſt,commodius me eſt tuis ad te verbis vti,quod non blaſphemiam ſolum,ſed omnis ſtoli-
ditatis exceſſum habet,homines ſcilicet ſermonum ſpiritus rationem quærere: & diſcipulũ
euangelij ſe profiteri,in euangelium autẽ ipſum inſurgere.Aduerte igitur quàm diligenter,
quàm apertè diuinæ voces generationi filij,quæ fuit ante ſecula,atteſtantur.Nam quoniam
Matthæus quidem generationis ſecundum carnem interpres factus eſt,vt ipſe ait:Liber ge-
nerationis Ieſu Chriſti filij Dauid.Marcus autem Ioannis prædicationem,initium euange-
lij fecit,dicens:Initium euangelij Ieſu Chriſti:ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta:Vox cla-
mantis in deſerto:Lucas vero & ipſe per corporalia initia ad diuinitatis doctrinam acceſſit:
neceſſario euangeliſta Ioannes cum vltimus ad ſcribendum veniſſet , ſuper omne ſenſibile H
ac tempus quod ſenſibilia ſequitur,mentẽ extollens,imò virtute ſpiritus eleuatus, ad ipſum
acceſſit,qui vltra omnia eſt , quaſi teſtimonium etiam ipſe perhibens,quod & ſi ſecundum
carnem Chriſtum cognouimus, attamen nunc non adhuc cognoſcimus.Id enim principiũ
capiens,& corporeos omnes, atque temporales ſenſus inferiores theologia ſua relinquens,
per magnificentiam cognitionis præcedentem aliorum prædicationem ſuperauit . Non ex
Maria,inquit,principium,nec ab his temporibus,Sed quid?In principio erat verbum,& ver
bum erat apud deum,& deus erat verbum.Sic ſubſtantiam æternam,impaſſibilem,genera-
tionem connaturalem ad patrem,magnificentiam naturę,omnia hæc paucis verbis conce-
pit,& additione verbi erat,reduxit in principium,ora eorum quaſi claudens, qui quod non I
erat blaſphemant,& longè antè, huiuſcemodi cauillationum aditum ſuccidens:deinde per
theologiam,quaſi perſpicuam deſcriptionem naturæ vnigeniti , conformata quaſi iam co-
gnoſcentibus hac voce oſtendit,dicens:Hic erat in principio apud deum. Rurſus hic huius
verbi,erat,additione,æternitati paternæ vnigeniti generationem coniunxit.Et rurſus: Vita
erat,& vita erat lux hominum,& erat lux vera.Sed quamuis ita vndique oratio æternitatis
additionibus tuta ſit,omnia tamen hic depellens ſpiritus teſtimonia, nec audire videtur Io
annem,ita crebro nobis verbum erat inclamantem:Non exiſtens,inquit,prius, poſtea ergo
natus eſt.Quod ſi non erat,vt dicit is, in principio , quam clariorem pugnam oſtendet ali-
quis contra euangelij voces,quibus credidimus. Illud vero cui mentis compoti non vide- K
bitur, quemadmodum oculus cum luminata loca exierit , ac in obſcura inciderit , propter
priuationem luminis videre deſiuit:ſic intellectus,ſi extra id quod eſt, imaginationibus cõ
pellatur,cum veritas quaſi lux eum derelinquat,confuſus, & inſipiens ab intelligendo deſi-
nit.Nec igitur oculus,ſi lux non eſt, viſu vti poterit:nec intellectus ab vnigeniti ſenſu didu
ctus,officio intelligendi vtetur . Nam caſus à veritate mentis , viſus priuatio & cæcitas eſt.
Quare vana omnino eſt illa mens,& inflata nihil intelligit,quæ vnigenito antiquiora ſe cõ
cepiſſe opinatur.Sicut ſi acumen viſus ei oculo aliquis atteſtetur , qui ad tenebras inſpicit.
In lumine enim,inquit,tuo videbimus lucem.Qui vero intellexiſſe dicit, quando nondum
erat lumen,ſimilis iis eſt, qui in ſenſu phrenetico quæ non adſunt videre ſe imaginantur. L
Nam quæ filium excedunt,non intelliguntur.Quoniam quod eſt oculo ſenſibile lumẽ, hoc
animæ deus verbum.Erat enim,inquit,lux vera,quæ illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum.Non illuminata igitur anima nihil intelligere poteſt.Quomodo igi
tur vltra generationem luminis quicquam comprehendetur ? ſed oportet , vt arbitror , eos
qui aliquid curãt de veritate,corporeas ſimilitudines omittere, ne cogitationes de deo ima
ginatione materiali contaminent:ſed à ſpiritu ſancto traditam nobis theologiam imitẽtur,
ac pro iis interrogationibus quæ nil ab inſolubilibus deſunt,cum ad vtramque partem pe-
riculum oſtendant,dignam de deo generationem intelligere, impaſſibilem, impertibilem,
indiuiſibilem,ſine tempore,inſtar reſplendentis à luce radij, ad diuinam generationem du- M
Proceſſionis filij,ſimile. ctos . Intelligere autem imaginem inuiſibilis dei , nec ſecundum artificioſas has imagines
ad exemplar poſtea laboratam, ſed exiſtentem & conſubſiſtentem cum prototypo qui ipſi
ſubſtantiam dedit. Idemq; cum archetypo exiſtentem,nec imitatione figuratam , ſed tan-
quam ſigillo aliquo tota patris natura filio impreſſa: aut ſi vis,qualis artium ſit conſtitutio,
tota ex docentibus in diſcipulos immiſſa , cum nihil deſit docentibus , & perfectio adſit iis
qui didicerunt . Vel id quidem non ita congruum ad ſimilitudinem propter temporis ſpa-
tium:Illud commodius,qualis eſt intellectionis natura motibus mentis ſine tempore con-
ſtituta . Et nullus orationem hanc mihi carpat, ſi quid exemplorum non penitus propoſito
conuenit.Nec enim poſſibile, parua & vilia diuinis atque æternis ad vnguem accõmodari:
niſi



A niſi in quantum diſſimulationem eorum redarguunt, qui impaſſibilem generationem non
poſſunt mente concipere.Imago vero dictus eſt filius, & eſt imago genita:& ſplendor ma- Imago ſplẽdor, ſapientia dei & quomodo de filio accipienda.
ieſtatis dei,& ſapientia,& virtus, & iuſtitia dei, non vt habitus,neque vt aptitudo,ſed viua
ſubſtantia & operans,ac ſplendor maieſtatis dei. Quapropter & totum in ſeipſo patrem o-
ſtendit,ex tota eius maieſtate reſplendens.Quàm abſurdum eſt ergo dicere,maieſtatem dei
non habere ſplendorem vel ſapientiam dei, & non vnà cùm deo ſemper fuiſſe . Sed ſi erat,
inquit,non natus eſt.Reſpondebimus ergo,imò quoniam natus eſt, erat,non innaſcibile ha
bens quod eſt : ens vero ſemper & coexiſtens patri , à quo etiam habet ſubſtantiæ cauſam.
Quando igitur ad eſſe à patre productus eſt? Ex quo pater fuit.Sed ab æterno,inquit,pater:
B ab æterno ergo & filius, per generationem innaſcibilitati patris coniunctus . Quod autem
non noſtra ſit hæc ratio , ipſas ſancti ſpiritus voces ipſis in teſtimonium præbebimus; ac de
euangelio quidem ſumemus: In principio erat verbum . A Pſalmiſta vero vt à perſona pa-
tris dictum : Ab vtero ante luciferum genui te:& vtraque componentes dicemus,& erat &
natus eſt.Sed verbum illud genui,cauſſam ex qua eſſendi principium habet: verbum autem
erat,intemporalem eius & æternam ſubſiſtentiam ſignificat.Eunomius vero pro fraude ſua
certans ad inconueniens orationem ſe adducere putat . EVNO. Si enim , inquit, ante
ſuam generationem filius erat . BASILIVS. At id quod dicis ante generationem , ô
inanis tu,vel nullo modo ſubſiſtit, & cogitationis eſt figmentum nullo ſubiecto inhæren-
tis.Sed cur amentibus contradicendum eſt? vel ſi ad aliquid eorum quæ ſunt tendit , ad æui
C quoque ſententiam inducetur.Verum quoniam ſecula omnia cũ filij creatura ſunt, infra ge
nerationem vnigeniti intelliguntur . Inanis eſt qui antiquius quid ſubſiſtentia filij quærit:
nihil enim alienius quærit,quàm ſi de patre quæreret,vtrum ante ſuam ſubſiſtentiam fuerit
an non.Quemadmodum enim ſtultum eſſet,eo qui ſine principio & ingenitus eſt,quicquã
ſuperius quærere:ſic ſi quis cum de filio ſi ab æterno ſimul cum patre eſt,& nihil inter ſe ha
bet & genitorem,temporales facit prioris interrogationes,æqualis amentię eſt.Nam ſimile
eſt,ſi quis interroget quid futurum ſit poſt obitum immortalis : & ſi quis quærat , quid erat
ante generationem æterni.Hi vero quoniam proprietas patris,quæ eſt ſine principio,etiam
æterna appellatur,idem ſine principio eſſe & æternum cẽſent. Et quoniam filius non eſt in-
D genitus,non eſſe æternum profitentur . Hæc autem re ipſa plurimum diſtant. Nam ingeni- Ingenitum eſſe & æternum eſſe diſtant.
tum quidem , quod nec ſui originem, nec eſſendi cauſſam habeat. Aeternum vero dicitur,
quod omni tempore ac æuo ſecundum eſſe antiquius eſt.Vnde filius nec ingenitus eſt & æ- Aeuum.
ternus eſt . Verum & æuum iam æterni appellatione nonnulli dignantur : quoniam ex eo
quod eſt ſemper,etiam nominationem hanc ſortitum eſt.Nos autem id quod æternum eſt,
creaturis atteſtari,& creatorem hac profeſſione priuare , eiuſdem amentię dicimus.At Eu-
nomius ad turpiſſimum deducens orationem quid dicit? EVNOMIVS. Nos autem
cum his quæ à ſanctis patribus olim,& nunc à nobis demõſtrata ſunt, permaneamus: ſi nec
ſubſtantia dei generationem ſuſcipit , neque alia quædam ſubiecta fuerit ſubſtantia ad ge-
E nerationem filij , non exiſtentem filium natum fuiſſe dicimus. BASILIVS. Quis in
pietatis cauſſa tantum contendit,quis in amando Chriſtum tantum gloriatus eſt,quantum
iſti vituperationis & dedecoris verbis & maieſtatem vnigeniti demolientibus gloriantur?
Non ceſſabis non exiſtentem appellare impiè eum qui verè eſt,eum qui fons vitæ eſt , eum
qui omnibus quæ ſunt,ipſum eſſe præbuit?Qui cum ad ſuum cultorem Moſen oracula ede-
ret,conuenientem ſibi & ſuæ decoram æternitati appellationem inuenit , eum qui eſt, ſeip-
ſum nominans.Ego enim,inquit,ſum qui ſum.Quibus verbis nullus obiiciet,quod à perſo
na domini dicta non ſunt,qui cum Moſe legis Iudaicum velamen in corde inuolutum non
habeat.Scriptum eſt enim,quòd viſus eſt Moſi angelus domini in rubo,in flamma ignis.Cũ
F angelum ergo narrationi ſcriptura propoſuerit,dei adduxit vocem.Dixit enim,inquit,Mo-
ſi:Ego ſum deus patris tui Abraham: Et rurſus poſt pauca:Ego ſum qui ſum.Quis igitur idẽ Deum filiũ à ſcriptura angelum appellari.
ipſe & angelus & deus?Nonne ille de quo didicimus,quod vocatur nomen eius magni cõ-
ſilij angelus? Ego quidem puto non pluribus nos indigere ad demonſtrationem , ſed ipſam
admonitionem iis qui Chriſtum diligunt ſufficere:his vero qui curari non poſſunt, nullam
fore vtilitatem ex multitudine eorum , quæ dicuntur opinor. Nam & ſi poſterius factus eſt
magni conſilij angelus:ſed tamen & prius non repudiabat angeli appellationem.Nec hic ſo
lum inueniemus dominum noſtrum & angelum & deum à ſcriptura nominatum:verum-
etiam & Iacob cum mulieribus viſionem enarraret, dixit mihi angelus dei, inquit . Et poſt
pauca

pauca de eodem: Ego ſum deus qui viſus ſum tibi in loco vbi vnxiſti lapidem. Atqui, illic G
in lapide ad Iacob dictum eſt: Ego dominus deus Abraham patris tui & deus Iſaac. Qui er-
go hic angelus dictus eſt? hic ipſe ibi dicit Iacob ſe manifeſtatum fuiſſe. Quare patet cuili- *Nota myſterium.*
bet, vbicunque angelus & deus idem appellatur, vnigenitum ſignificari, cum ſeipſum per
generationes hominibus manifeſtet, & ſanctis ſuis voluntatem patris annuntiet. Quas ob
res qui & Moſi eum qui eſt, ſeipſum nominauit, nullus profectò alius pręter deum verbum,
qui à principio erat apud deum, intelligetur. Sed qui loquuntur iniquitatem in excelſum,
non exiſtentem dicere filium non timuerunt: & inſipiens quidem in corde dicit, non eſſe
deum. Hi vero non ſolum corde cogitarunt, ſed etiam in prauitate locuti ſunt: & poſterio-
ribus per ſcripta temporibus tradere non recuſarunt, non exiſtentem auſi deum nominare. H
Et quoniam nec dęmones ipſos vident negare quod deus ſit, cum mente ad ſuperiora redie
rint tempora, vbi impiam ſuam expleuerunt cupiditatem, non fuiſſe aliquando filium bla-
ſphemantes, quaſi cum ſua natura nō fuiſſet, gratia ſit ad eſſe à deo productus. Deinde cum
eam vocem quam Paulus de idolis emiſit: Seruiuiſtis, dicens, diis, qui natura dei non ſunt.
Et Hieremias: Iurabant per eos qui dij nō ſunt. Et ſapientiſſima Heſter: Non tradas domine
ſceptrum tuum iis, qui non ſunt. Ipſam iſti vocem de deo vero dicentes, quoniam iure am-
plius Chriſtianorum ſibi appellationem attribuunt? Etenim etiam alibi iſte hic ipſe Apo-
ſtolus in ſpiritu dei loquens, non exiſtentes appellat gentes: quia cognitione dei priuatæ
ſunt, cum dicat: Quoniam quæ non ſunt, elegit deus. Nam quoniam deus eſt, qui eſt & ve- I
ritas, & vita, qui deo qui eſt, coniuncti per fidem non ſunt, ſed non exiſtenti mendacio co-
pulati, propter deceptionem qua erga idola afficiuntur cum propter priuationem veritatis,
tum propter alienationem à vita iure, vt credo, non exiſtentes nominati ſunt. Cū ad Ephe-
ſios etiam ſcriberet, vt verè cōiunctos ei, qui eſt, per cognitionem oſtenderet, exiſtentes eos
per excellentiam nominauit dicens: Sanctis qui ſunt, & fidelibus in Chriſto Ieſu. Sic enim
& qui ante nos fuerunt tradiderūt, & nos in antiquis codicibus inuenimus. Hic autem nec
ea, cuius ſerui Chriſti participes ſunt, appellatione deum noſtrum dignum putare ſuſtinuit,
ſed eum qui à nullo ad eſſe creaturas produxit, non exiſtentem appellauit. Verum inde ma-
gis aliquis quantus ſit contemptus illius addiſcet, vnde ſe ſimulat dominum decorare. K
EVNOMIVS. Non facimus, inquit, communem vnigeniti ſubſtantiam cum iis quæ
ex nihilo facta ſunt. Nā non eſt ſubſtantia quod non eſt: ſed tamen ei exceſſum attribuimus,
quantum excedere neceſſe eſt creatorem ſuper proprias creaturas. BAS. Poſteaquam
argumentis ſuis huc orationem deduxit, iam verbo in ſpeciem humanior factus dicit ſe nō
facere communem cum eis quæ ex nihilo ſunt, ſubſtātiam vnigeniti. Atqui ſi deus omniū,
quoniam ingenitus eſt, neceſſariò differt à genitis: genita vero cuncta communem habent
ex nihilo ſubſiſtentiam, quomodo non neceſſariò hęc ſecundum naturam coniunguntur?
Nam quemadmodum illic inacceſſibile diſſeparat naturas, eodem pacto hic conditionis ę-
qualitate, itidem inter ſe colliguntur. Cum autem ex nihilo dicant eſſe filium, & ea quæ ab L
ipſo facta ſunt, & vnam ſecundum hoc eorum faciant naturam, non tamen ſe dicunt filio
ſimilē eis quę ex nihilo ſunt ſubſtantiam attribuere. Nam quaſi dominus eſſet ipſe, quantum
vult prębet vnigenito dignitatis: & ſic verba facit. Tantum enim, inquit, ipſi exceſſum attri
buimus, quantum excedere neceſſe eſt creatorem ſuper proprias creaturas. Non dixit, com-
prehēdimus aut glorificamus, ſicut de deo dicere oportebat: ſed attribuimus, quaſi ipſe eſſet
menſurę diſtributionis dominus. Quātum vero ipſi exceſſum concedit? Quantum excede-
re, inquit, neceſſe eſt creatorem proprias creaturas. Nondum id diuerſitate ſubſtantiæ atte-
ſtatur: nam homines arte, opera ſua excedunt, & tamen eiuſdem cum eis eſſe videntur ſub-
ſtātię, vt cū luto figulus, & cū lignis nauicularius. Corpora nāq; ſimiliter vtraq; & ſenſibilia, M
& terrena pariter. Poſtq̄ vero tantam filio ad creaturas diuerſitatem conceſſit, iam & in ipſa
de vnigenito ſententia verſutè agit. EVN. Nam idcirco, inquit, vnigenitus eſt, quoniam
ſolus ingeniti virtute natus & creatꝰ, perfectiſſimus factus eſt miniſter. BAS. Ignoro quid
horū oporteat moleſtius ferre, vtrum verſutiam quam circa nomen vnigeniti aſtutè adinue
nit, tam præter hominū conſuetudinē, q̄ præter piam ſcripturarum traditionē, eius nominis
ſenſum accipiens (nam vnigenitus non qui à ſolo natus, ſed qui ſolus natus, in communi cō
ſuetudine appellatur) an ex nomine creaturę blaſphemiā, quā data opera nomini natꝰ cōiū- *Vnigenitus*
xit: vt nulla maiore excellētia verbū naſci domino attribui oſtendat, q̄ creaturis: ſed ſicut fi-
lios genui & exaltaui, & filius primogenitus Iſraël, ſic & dominum Ieſum eſſe nominatum:
non



A non quod habeat nomen ſupra omne nomen, ſed æqualiter atque alia hac appellatione di-
gnum putatum. Deinde hi ad Salomonis dictionem confugiunt, inde tanquam è loco inſi-
diarum in fidem excurrunt. Nam quoniam ex perſona ſapientiæ dictum eſt: Dominus cre- *Dominus creauit me.*
auit me: licere ſibi arbitrati ſunt de Domino dicere, quòd ſit creatura. Ego verò cum multa
de voce hac habeam dicere, primum, quòd ſemel in omnibus ſcripturis dicta eſt: deinde *Prouer. 8.*
quod in volumine cuius ſenſus plurimum latet, & per prouerbia & ſimilitudines, per obſcu-
ros ſermones & ænigmata vt plurimum procedente: vt nihil non ambiguum, nihil clarum
ab ipſo capi poſſit, prætermitto: ne longioribus interpoſitionibus orationem faciam lon-
giorem, præſertim cum etiam inquiſitio de his quæ male intellexerunt, in proprium locum *In quartum librum.*
B nobis dilata ſit, in quo hæc quoque pars concedente deo examinabitur. Et puto (dictum au-
tem ſit cum deo) multo magis idoneum propoſitæ dictionis ſenſum, & qui nihil periculi af
ferat, inquiſitione ipſa emerſurum. Interea verò illud non omittamus nonnullos interpre-
tum, qui melius hebraicam linguam tenuerunt: poſſedit me, pro creauit, edidiſſe: quod eis
maximo erit impedimento ad blaſphemiam. Qui etenim dixit: Poſſedi hominem per de-
um: non quod creauiſſet Cain, ſed quod genuiſſet, hac vſus voce videtur. Sed vnde incepi-
mus redeamus. EVNOM. Idcirco, inquit, vnigenitus, quoniam à ſolo natus & crea-
tus, perfectiſſimus factus eſt miniſter. BASIL. Si ergo non quoniam ſolus natus eſt,
ſed quoniam à ſolo vnigenitus dictus eſt: idem autem eſt ſecundum te genitum eſſe & crea-
C tum eſſe: cur non & vnicam ipſum creaturam appellas, tu inquam qui cuncta facilè & co-
gitas & profers? Hominum autem, vt per veſtram rationem videtur, nemo eſt vnigenitus.
Nam ex coitione omnibus eſt generatio. Nec Sara vnigeniti filij mater erat: non enim ſola
ſed cum Abraham ſimul eum genuit: & ſi veſtra tenet opinio, neceſſe eſt totam vitam de-
diſcere, cum non fratrum priuationem, ſed deſolationem parentum id nomen ſignificet.
Iam verò & creatura præter cauſam dignitate dei verbi inferior eſt, quod vnigenita eſſe
non potuit quo aliquid patri ad creationem filius contulit, quanuis nec ab ipſis conceda-
tur. Miniſtrum enim perfectiſſimum eum nominauit. Quomodo ergo ſecundum vos, non
à ſolo patre creatura etiam facta eſt, qui tanquam inanimatum inſtrumentum & patri de-
D um verbum apponitis: niſi & nauicularium negabit aliquis ſolum nauem feciſſe, quoniam
inſtrumentis ad conſtruendum vſus eſt? Quare vnigenita eſt & creatura, & partes eius non
tantummodo virtutes inuiſibiles, ſed etiam corpora ſenſibilia, & horum humillima, cyni-
phes, locuſtæ, & ranæ. Ipſe enim dixit, & nata ſunt. Nam qua miniſtratione indigeat is qui
ſolo nutu creat, & ſimul cum voluntate creatura conſtituitur? Sed dices quomodo ergo e-
tiam ſecundum vos per filium ſunt omnia? Quoniam diuina voluntas tanquam à fonte pri
mæ cauſæ profecta, per ſuam imaginem, id eſt, per deum verbum ad actum prodit. Euno-
mius verò vnigenitum filium miniſtrum appellauit. Hoc ipſi magnum imponens, quod
promptus in imperatæ rei miniſterium eſt. Si enim non in eo quòd deus perfectus eſt, ma-
E ieſtatem poſſidet, ſed in eo quod certiſſimus miniſter, qua in re ab aliis differet ſpiritibus,
qui libenter opus miniſterij efficiunt? Propterea cum natus dixiſſet, creatus ſtatim adiunxit,
vt etiam hinc nullam inter filium & creaturam diuerſitatem eſſe oſtenderet. Verum di-
gnum fuerit, vt ipſam admonitionem eius audiamus. EVNOM. Non oportet, inquit,
cum patris ac filij appellationem audimus, humanam ipſius intelligere generationem: nec
hominum generatione adductos, participationis nominibus ac paſſionibus deum ſubiice-
re BASIL. Monet non oportere ſimilem filium patri ſecundum ſubſtantiam intellige
re. Id enim ſibi vult participationis negatio, quaſi incommunicabilis ſit patris ſubſtantia
ſubſtantiæ filij. Idcirco pulchrè ille, quarum turbam nos prætermiſimus, nominum diſtin-
ctiones adhibitæ: quòd non quorumcunq; eædem ſunt voces, ſignificato quoque ſunt ea-
F dem, vt patrem filij eſſe, eorum ſimilitudine qui patres in terris appellantur, Deo auferat.
At ego, cum multa ſint quæ chriſtianiſmum à gentili errore & Iudaica ignorantia diſſepa-
rent, nullum potius ac maius dogma, quàm in patrem & filium fidem, Euangelio noſtræ ſa-
lutis ineſſe arbitror. Nam etiam quocunque errore ſciſſi, factorem & creatorem eſſe Deum
confitentur. Qui verò falſiuocum patrem, & nuda voce filium denuntiat, nihilque putat dif
ferre vel patrem vel creatorem profiteri, & aut filium aut facturam dicere, ad quem ordi-
nem aut partes, Iudæorum an gentium nobis enumerabitur? Nec enim Chriſtianis ſeipſum
adaptabit, qui virtutem pietatis, & quaſi fidei noſtræ characterem pernegat. Non enim in o-
pificem & opificium credidimus, ſed in patrem & filium per gratiam quæ in baptiſmo eſt,
z obſignati

obſignati ſumus.Quamobrem qui has negligere voces audet, vniuerſam ſimul Euangelij G
delet virtutem:cum nec patrem generâſſe,nec filium eſſe genitum prædicet. Sed hæc dico,
inquit,paſſionis ſenſum,qui patris voce nobis innaſcitur,fugiens. Verum oportebat, ſi piè
agere volebat,abſonum horum verborum ſenſum,ſi quis inerat recuſare, non ſimul totam
vocem negligere: nec dedecoris cauſſa vtilitatem quoque quam ab ipſa conſequimur, ſi-
mul eiicere: & ab humilibus quidem ac corporeis cogitationibus in diuinis dogmatibus
mundum eſſe:generationem verò ſanctitati ac impaſſibilitati diuinæ conuenientem intel-
ligere:modóque quo Deus genuit,vt ineffabili incomprehenſibilique omiſſo, ad ſimilitu-
dinem ſubſtantiæ per generandi appellationem deduci. Quamuis diligenter conſideranti

*Nō eodem modo patris & filij vocabula de deo dici & homine.*

etiam palam ſit,non corporeæ paſſionis primò ac propriè patris ac filij nomina, ſenſum fa-
cere ſolere:ſed ſolam ex ſeipſis cum dicantur,quam inter ſe habeant habitudinem oſtende- H
re.Pater enim eſt,qui eſſendi principium alteri ſecundum ſimilem ſibi naturam præbuit.Fi-
lius verò,qui ab altero eſſendi principium per generationem habuit. Cum igitur hominem
patrem eſſe audimus,tum paſſionis quoque ſenſum accipimus:at cum Deum patrem ad im
paſſibilem cauſam cogitatione accurrimus. Eunomius autem vocem hanc de paſſionibus
ſubiecta natura capere aſſuetus:quod ſuæ mentis comprehenſionem excedit, vt impoſſibile
pernegat.Cum non oporteat corruptibilium paſſiones attendentem, minus impaſſibilita-
tem Dei credere:fluxibili naturæ ac infinitis ſubiectæ mutationibus, incommutabilem atq;
inalterabilem ſubſtantiam conferentem.Nec oportet,quoniam mortalia hæc animalia non I
abſque paſſione generant,ſic & Deum opinari:ſed hinc magis ad veritatem deduci, quòd
poſtquam non ſine paſſione corruptibilia generant,qui incorruptibilis eſt contrario modo
generat.Nec verò illud vtique dicet,quod primò ac propriè de hominibus his nominibus di
ctis,nos de Deo dicentes abutimur.Etenim Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad omnium re-
rum principium & veram cauſam nos reducens: vos autem nolite, inquit, vocare patrem
veſtrum in terra,vnus enim eſt pater veſter cœleſtis. Quomodo igitur, tanquam ſi paſſio-
nes corporeas principaliter hæ voces ſignificarent,repudiandas putat:quas Dominus vt im
paſſibilitatem dei decentes,ab hominibus ad ſeipſum tranſponit?Si verò & creaturarum pa
ter nominatus, id rationi noſtræ non repugnat. Qui enim genuit glebas roris ſecundum K
verba Iob,non eodem modo glebas & filium genuit.Aut ſi hoc dicere audebunt, vt æquali
ordine ſubſtantiam quoque roris filium nominent,ab omni nos ad eos oratione liberabūt,
cum ad manifeſtiſſimam impudentiam blaſphemiam produxerint.Non enim cum omni-
um noſtrum pater Deus dicitur, eodem modo noſter ac vnigeniti pater eſt. Quòd ſi quo-
niam primogenitus totius creaturæ,& primogenitus in multis fratribus Dominus appella-
tur,ad impietatem id ipſos doctos redigit:doctiores ab Euangelio fiant, quod matres etiam
& fratres ſuos,eos Dominus appellat, qui virtuoſis operibus ſibi coniuncti ſunt. Quænam
eſt enim mater mea,inquit,& qui ſunt fratres mei?qui faciunt voluntatem patris mei qui in
cœlis eſt.Quare pater noſter eſt Deus,non abuſione aut tranſlatione, ſed propriè primò & L
verè dictus, cum per hos corporeos parentes à nihilo nos ad eſſe produxerit, & curet ſibi
adiungere: quòd ſi noſtrum, qui per gratiam adoptati ſumus, verè vocatum patrem dici-
mus,quæ ratio prohibebit,ne naturalis filij qui ex ſubſtantia eius prouenit merito pater ap-
pelletur? EVNOM. Non oportet, inquit, propter patris & filij vocabulum humanam
Domini generationem intelligere. BASIL. Id ego quoque aſſero, diuinam tamen
eam & impaſſibilem quid prohibet credere hos impios?Sed opinor, non vt ſine corruptio-
ne,ſed vt nullo modo genuiſſe Deum oſtendat,his verbis vtitur: Quomodo igitur in ſupe-
riori oratione ô optime,tu genimen eſſe ſubſtantiam vnigeniti cenſebas?Si enim natus non
eſt,vnde ipſe ſecundum rationem tuam genimen eſſe poterat?Verum propter geniti ad in- M
genitum oppoſitionem,genimen contendebat. Nunc autem rurſus † coniunctionem ſub-
ſtantiæ hac voce ſignificari cum videat,natum eſſe à genimine remouet. Atqui ſi hoc tan-
quam paſſionis ſignificatiuum repudiat, quid prohibet eiſdem de cauſis creatorem ipſum
eſſe negare? Omnibus enim corporeis operationibus ſecundum proportionem virtutis il-
lius qui facit,& ſecundum magnitudinem ac diuerſitatem eorum quæ fiunt,maior aut mi-
nor labor omnino coniungitur.Diuinam verò & beatam naturam,ſi quis dicit labore pre-
mi,non minus erit impius,quàm ſi turpiſſimis ipſam affectibus ſubiectam arbitretur.Si ve-
rò abſque paſſione creat,credite impaſſibilem etiam eſſe generationem. Quòd igitur pro-
priè ac meritò Deus dicitur pater,& quòd non paſſionis,ſed † coniunctionis nomen eſt:vel

*† τῆς οὐσίας οἰκείωσιν.*

*† οἰκειώσεως ὄνομα.*

eius



A eius quæ eſt per gratiam,vt in hominibus:vel eius quæ ſecundum naturam eſt,vt in vnige-
nito,ſatis dictum eſt.Sed concedamus tropicam eſſe:ac per tranſlationem,ſicut & alias in-
finitas,hanc quoque vocem dici.Si igitur,iraſci, dormire, volare, Deum audientes,& alia
huiuſmodi quæ non decoram ex propria intelligentia ſententiam præbent,nec ſpiritus vo-
ces delemus,nec corporeo pacto hæc dicta intelligimus. Quamobrem cum etiam hæc vox
ſic crebro à ſpiritu ſuſcepta ſit, conuenientem Deo ſenſum, non inueſtigamus? An ſolam
hanc ex ſcriptura delebimus,ex humano vſu ipſam calumniantes?Sic autem conſideremus,
cum duo ſignificata generationis vocabulum ſecundum vſum habeat,generantis & paſſio-
nem & † coniunctionem ad genitum:quando à patre ad vnigenitum dicitur:Ex vtero ante
B luciferum genui te:& filius meus es tu,ego hodie genui te: quod horum ſignificatum hoc
oſtendi verbo dicemus: generantis paſſionem, an naturæ coniunctionem? Hoc vltimum
ego aſſero: neque hos vnquam puto niſi in perſpicuam phreneſim deuehantur, contradi-
cturos.Quare ſi conueniens Deo eſt hæc vox,cur ſicut alienam ſpernis?ſin autem ex homi-
nibus tranſlata eſt,quod eſt ſyncerum ex ea ſuſcipiens,id ex ſignificatis quod peius eſt,fugi-
as.Licet enim profectò in dictione quæ multa ſignificat,cum ad rectum ſenſum per ratio-
nem deductus ſis,quod humile ac turpe ſignificatum eſt,præterire.Nec mihi dicas quænam
eſt hæc generatio? qualis & quomodo facta? Non enim quia ineffabilis omnino modus &
incomprehenſibilis eſt, idcirco etiam firmiter in patrem & filium credere recuſabimus.
C Nam ſi cuncta intelligentia noſtra menſurare voluerimus:& quod mente non capimus, id
nihil omnino eſſe putauerimus, amittetur profectò fidei, amittetur etiam ſpei remunera-
tio. Quomodo autem erimus amplius beatitudine digni, quæ in rerum inuiſibilium fide
depoſita eſt,ſi ſolis iis aſſentimus,quæ intellectui dilucida putamus?Vnde euanuerunt gen-
tes & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum? Nonne quoniam dum ea ſequuntur, quæ cogi-
tando veriſimilia putant, prædicationem ſpiritus incredibilem dicunt? Eſaias autem quos
vt perditos deplorat?Væ ſapientibus in ſeipſis,& coram ſeipſis ſcientibus:nonne hos? Mul-
ta igitur præteriens eorum,quæ in medium coniecta ſunt, quæq; perſpicuè afferebat de fi-
lio,quod natus non ſit:& quæcunque vt creaturam eſſe vnigenitum credatur,artificioſè ex-
D cogitauit:ad letifera magis impietatis eius conuertar: ſi id ſolum è prætermiſſis collegero:
quòd quam præoccupando re ipſa comprobauit blaſphemiam,hanc ipſam cum verbo ſub-
tegere,& turpitudinem ſermonis mitigare voluiſſet,non immiſcere ſe filium dixit creatu-
ris,ſuorum ipſemet dogmatum oblitus,quæ in ſuperioribus voce clara, & nullo velamine
obuoluta exponebat.Ex quibus ad turpiſſimam rurſus & perſpicuam excidit contradictio-
nem:ſic igitur ſcribit. EVNOM. Nemo autem cum filium creaturam eſſe audiat,mo-
leſtè ferat,quaſi nominum communicatione ſubſtantia quoque communis facta ſit.
BASIL. Quomodo igitur ô ſapientiſſime tu,ſi ad diuerſitatem nominum ſubſtantiæ im
mutatio neceſſariò ſequitur (Recordamur enim hæc te in ſuperiori oratione pertractâſſe)
E nunc ad communicationem nominum communicatio ſubſtantiæ non conſequetur? Nec
enim ſemel,nec otioſè id dixiſſe videtur.Nam & nunc quaſi eum dictorum illico pœnituiſ-
ſet: quod communicatio nominum ſubſtantias communes non faciat, rurſus aduerſarios
carpens,poſt pauca hæc adducit. EVNOM. Oportebat,inquit,ſiquidem ipſis cura ve-
ritatis eſſet,cum nomina diuerſa ſint, ſubſtantias etiam diuerſas confiteri. BASIL.
Quomodo aliquis facilius hoc homine mentietur? quippe qui ad contraria breui conuer-
ſus, modò inquit diuerſitatem nominum neceſſariò ſubſtantiarum diuerſitatem oſtende-
re,modò è contrario communicationem non communem facere ſubſtantiam. Sed perin-
de facimus atque hi,qui homicidam contumeliæ,vel vulneris,vel huiuſcemodi peccati ac-
cuſant.Ad caput igitur malorum eius tranſeamus. Cum hic communem omnibus pariter
F chriſtianis:qui verè hac appellatione digni ſunt,opinionem eſſe vidiſſet, quod filius geni-
ta lux ſit ex ingenita luce reſplendens:& per ſe ipſe vita:& per ſe ipſe bonum, ex viuifican-
te fonte paternæ bonitatis prouenîens:Deinde recordatus,niſi has ſententias noſtras con-
cuſſiſſet, omnia ſua nihil niſi ſophiſmata quædam futura. Nam qui lucem eſſe patrem
profitetur,lucem autem & filium:cum lucis vnus & idem ſit ſenſus:ad confeſſionem iden-
titatis ſubſtantiæ per ſeipſum ſubito deducetur. Luci enim ad lucem ſecundum ipſam ra-
tionem lucis, nulla nec in prolatione nec in ſenſu eſt diuerſitas. Vt igitur hoc à nobis tol-
lat, artificij retibus fidei rationem circumuallat, nullam hæc inter ſe comparationem &
communionem docens habere: & quæ eſt geniti ad genitum oppoſitio, hanc dicens eſſe

*† τῆς οἰκειώσεως.*

 lucis

lucis etiam ad lucem: vel ſi hæc fugimus, compoſitum eſſe Deum confiteri cogens. Sed G
ipſam eius dictionem audiamus. EVNOM. Vtrum aliud quid ſignificat, inquit, lux
in ingenito præter genitum, vel idem vtrunque? Nam ſi aliud atque aliud, perſpicuum eſt
compoſitum eſſe, quod ex alio atque alio conſtat: quod autem compoſitum eſt, ingenitum
non eſt. Si verò idem, quantum abeſt genitum ab ingenito, tantum neceſſe eſt & lucem à
luce abeſſe, & vitam à vita, & virtutem à virtute. BASIL. Videte ac intelligite impie-
tatem horribilem: quantum, inquit, ingenitum à genito diſtat, tantum & lux à luce diſta-
bit, & vita à vita, & virtus à virtute: interrogemus ergo ipſum, quanto interuallo ingeni-
tum à genito diſſeparatum eſt? Num paruo aliquo, & tanto, vt poſſint nonnunquam ad i-
dem inter ſe conuenire? an hoc omnino impoſſibile, & magis quàm eundem mortuum eſ- H
ſe ſimul & viuere, ſanum & ægrotum vigilantem & dormientem. Talia nanque ſunt quæ-
cunque ſumma oppoſitione inter ſe diſſident: vt cum alterum adſit, neceſſariò abſit alte-
rum, quæ ita comparata ſunt, vt nunquam ſimul eſſe & conuenire poſſint. Secundum igitur
hunc modum, cum ad genitum ingenitum opponatur, qui patrem lucem nominat, lucem
verò & filium: tantum verò hanc lucem ab illa luce diſtare dicit, quantum genitum ab in-
genito diſtat: nonne manifeſtè impius eſt, quamuis verbo humaniorem ſe ſimulat, quaſi e-
tiam filium nominet, virtute tamen eorum quæ dicuntur ad contrarium ſenſum abdu-
cens. Conſiderate enim quid opponitur ingenito, aliúd ne ingenitum, an genitum. Palàm,
quoniam genitum. Quid porrò luci opponitur, lúx ne alia, an tenebræ? Profectò tenebræ. Si I
ergo quantum diſtat genitum ab ingenito, tantum neceſſe eſt diſtare lucem à luce, cui am-
plius occulta impietas eſt, quod in appellatione lucis luci oppoſitum adducens, contrarium
eſſe lucis naturę vnigeniti ſubſtantiam putat. Vel oſtendat nobis lucem luci oppoſitam eam
oppoſitionis menſuram habentem quæ genito ad ingenitum ineſt. Quod ſi hoc nec eſt, nec
iſte vnquam excogitabit, non ignoretur ars, qua verſutè blaſphemiam præparat. Nam quo-
niam putat, ingenito genitum modo contrario opponi, eandem luci ad lucem oppoſitio-
nem adaptat: vt per omnia hæc patris ſubſtantiam inimicam & hoſtilem vnigeniti oſten-
dat ſubſtantiæ. Propterea noua hæc eſt in dogmatibus traditio qua dicit: Quantum geni-
tum ab ingenito abeſt, tantum neceſſe eſt lucem à luce abeſſe. At ingenitum ad genitum ha K
bet quandam poſitione verborum non natura rerum oppoſitionem, ſicut iſti affirmant: lu-
cis autem ad lucem, nec prolatione vocis nec ſenſu poſſibile eſt aliquam oppoſitionem ex-
cogitare. Sed videtur deceptiuis cauillationibus ſeipſum ſeducere. Putat enim quæ ad con-
traria conſequuntur, eam habere pugnam ad inuicem, quam & principalia contraria poſſi-
dent: & cum alteri contrariorum contrarium inſit, & ad alterum omnino contrarium con-
ſequuturum. Vt ſi ad viſum lux ſequatur, ad cæcitatem tenebræ: & ſi ad viuere ſentire, ad
mortuum eſſe inſenſatum eſſe ſequatur. Hæc autem quòd & imbecillis & euanida obſerua-
tio ſit, attendenti cuilibet perſpicuum eſt. Nec enim quoniam ad vigilare viuere ſequitur,
ad dormire mortuum eſſe neceſſariò ſequitur. Sed nec contrario modo ſe habet genitum L
ad ingenitum. Si enim contraria ſunt, & alterum alterius erit corruptiuum (quod in caput
blaſphemantium vertitur) immo neque natura ſunt inimica neque quę conſequuntur ean-
dem neceſſario habebunt diſtantiam, quam habere & principalia demonſtrabantur. Aut
ergo deleas aliis ſcriptis hæc verba: aut noli impietate detineri & pernegare: tua enim eſt
blaſphemia, qui dixiſti, quantum diſtat genitum ab ingenito, tantum eſſe neceſſe lucem à
luce diſtare. Quare ſicuti nunquam qui natus eſt innaſcibilitatis erit particeps, ſic vnquam
ipſi de luce trades: & ita ſecundum te vnigeniti ſubſtantia æqualiter ab ingenito & à luce
diſtabit. At Ioannes magna ſpiritus voce reclamat tibi dicens: Erat lux vera. Tibi verò nul-
læ ſunt ad audiendum aures, nec cor ad percipiendum eam, ſed ad inimicam naturam, quæ M
ſimul cum luce eſſe non poteſt, vnigeniti ſubſtantiam cauillationibus tuis impellis. Nec e-
nim illud quaſi firmum dices, quod ab ingenito appellationem lucis non abſtuleris. Non e-
nim in ſono aëris, ſed in virtute ſignificatarum rerum eſt pietas. Tu vero neque in his im-
piis ſolum conſtitiſti, ſed etiam vitam & virtutem eadem menſura diſtantiæ inter ſe con-
trarias inducis, dicens: Quantum diſtat genitum ab ingenito, tantum neceſſe eſt lucem à lu-
ce diſtare, & vitam à vita, & virtutem à virtute. Ergo nec vita ſecundum te, nec virtus vni-
genitus eſt, ſed deles ipſius Domini verba dicentis: Ego ſum vita. Deles etiam Pauli dicen-
tis: Chriſtus, Dei virtus. Nam quæcunque in ſuperioribus demonſtrata ſunt, ea iſtis quoque
accommodabuntur. Nec enim vitam, nec virtutem, vitæ & virtuti opponi quiſpiam dixe-





A rit: ſed mortem ac imbecillitatem perfectiſſimam oppoſitionem explere. Quibus ipſe per
doloſam verſutiam malitioſè ſuo velamine orationem occultans, horribilem confirmat
impietatem, & eloquentiæ artibus in contrarium naturæ paternę naturam vnigeniti addu-
cẽs, ſolam reliquit nominum venuſtatem. Quid ergo nos quo pacto & patrem ingenitum,
& filium genitum profitemur, & in ipſo eſſe contrarietatem negamus, quid dicentes? id ſci-
licet quod boni quidem patris, bonus filius: ex luce vero ingenita, lux ęterna effulſit: & ex ve
ra vita fons eſt productus viuificans: & ex ipſa per ſe virtute dei virtus emicuit. Tenebræ
vero, mors & imbecillitas, principi huius mundi & tenebrarum principibus, ac prauitatis
ſpiritibus, & omni virtuti quæ diuinæ naturæ inimica eſt, adnumerantur, etiam ipſis non
B ſecundum ſubſtantiam contrariis bono exiſtentibus (ſic enim reprehẽſio hæc ad creatorem
rediret) verum electione propria per priuationem boni ad vitium prolapſis. Et tamen ad
hunc ordinem Eunomij lingua deum etiam ipſum oppugnans, vnigeniti naturam dedu-
cere conata eſt. Nec enim illud dicere poteſt, quod cum ſubſtantiam patris lucem eſſe po-
nat, maieſtate ac ſplendore vnigeniti ſubſtantiam excedentem, lucem quidem etiam ip-
ſam, ſed obſcuriorem & quodammodo offuſcatam arbitretur. Nam & ſi piæ mentis hæc
quoque non eſſent: quoniam imaginis ſimilitudinem detrahendo auferunt: ſed tamen vo-
to dignum, hæc ita ipſum diſſeruiſſe: non enim magno ad emendationem eius certamine
opus eſſet. Nunc vero ingenito ad genitum non ſecundum maius & minus ineſſe diuer-
ſitas dicitur, vt maioris luminis ad minus: ſed quanta eſt eorum, quæ nullo pacto ſimul eſſe
C poſſunt, diſtantia. Impoſſibile enim eſt, id cui alterum ineſt, per tranſmutationem quandoq;
ad oppoſitum pertranſire, vt vel ex ingenito genitum fiat, vel è conuerſo à genito ad inge-
nitum tranſmutetur. Ei ergo qui ſemel cenſuit tantum à luce lucem abeſſe, quantum abeſt
genitum ab ingenito, ne iſta quidem ratio ad fugam relicta eſt. Lux enim ſuprema cum te-
nuiore quodammodo ac obſcuriore luce, cum genere eadem ſit, ſola intentione ab ea dif-
fert: ingenitum vero non eſt geniti intentio, nec genitum ingeniti eſt remiſſio, ſed quaſi
per diametrum horum diſtantia eſt. Eos igitur qui genitum & ingenitum ſubſtantiam di-
cunt, hæc & his plura inconuenientia conſequuntur. Naſcetur enim illis contrarium è con-
trario: & pro naturali coniunctione neceſſaria etiam quędam ſecundum ipſam ſubſtantiam
D ſeditio ipſis inerit. Id autem maiorem impietatis inſipientiam oſtendit, ſi quis ſubſtantiam
dicit cuiuis rerum omnium eſſe contrariam: quod ſecus eſſe iamdiu, & apud exteros & ſa-
pientes conceſſum eſt: quos cum non inueniant iſti ſecum pro blaſphemiis certantes, quaſi
nulla re dignos deſpiciunt: Sed impoſſibile eſt ſubſtantiæ contrarietatem ineſſe. Si vero
quiſquam quod verum eſt, genitum atque ingenitum vt ſpecificas quaſdam proprietates
in ſubſtantia conſideratas ad veram & inconfuſam patris ac filij ſententiam perducentes
eſſe putat, is & impietatis periculum effugiet, & quod eſt rationi conſentaneum conſerua-
bit. Proprietates enim ac notæ quaſi characteres quidam & formæ in ſubſtantia inſpectæ, di Proprietatũ deo attributarum officium.
ſtinguunt quidem quod commune eſt appropriatis characteribus: communicationem ve-
E ro ſubſtantiæ non amputant: vt verbi cauſa, deitas communis eſt, proprietates autem pa-
ternitas & filiatio: ex complexione vero vtriuſque, communis dico ac proprij, comprehẽſio
veritatis nobis innaſcitur. Itaque ingenitam lucem audientes, patrem intelligimus: geni-
tam vero lucem cum audimus, filij ſententiam capimus. Ita ſecundum quod vterque lux
eſt, nulla in ipſis eſt diuerſitas, cum oppoſitio ſecundum genitum atque ingenitum inſpi-
ciatur. Hæc enim proprietatum natura eſt, vt in identitate ſubſtantiæ diſtinctionem oſten-
dant: & ipſæ quidem inter ſe cum ex oppoſito diſtinguantur, contrario modo opponun-
tur, vnitatem tamen ſubſtantiæ minimè diſtrahunt: ſicut volatile, pedeſtre, aquaticum,
F terreſtre, rationale, irrationale. Cum enim vna eſſentia omnibus ſubiecta ſit, proprietates Impoſſibile
hæ non faciunt ipſam diuerſam, neque quaſi ad mutua diſſidia pertrahunt: declaratione au
tem notionum tanquam lucem animis noſtris imponentes, ad comprehenſibilem menti-
bus intelligentiam ducunt. Hic vero proprietatum oppoſitionem ad eſſentiam transferens,
hinc impietatis attrahit opportunitatem, tanquam pueros nos cauillationibus vt laruis per-
terrens. Quòd ſi alia, inquit, eſt lux præter ingenitum, neceſſariò compoſitus deus nobis de-
monſtrabitur. Ego autem quid dico? Niſi alia ſit lux præter ingenitum, non eſt poſſibile ip-
ſam, ſicut nec ipſum ingenitum de filio prædicari. Intelliget autem quiſpiam etiam inde ſi-
gnificationes harum vocum differre, cum lucem habitare dicitur deus, & lucem in-
dui. Nuſquam vero dicitur in innaſcibilitate ſua habitare, neque illam deforis ſibi circum-

uolutam habere(nam hęc riſu digna)genitum autem & ingenitum ſpecificæ ac declaratiuæ G
quædam ſunt proprietates. Si enim nihil eſſet quod ſubſtantiam deſignaret, nullo vtique
modo ad intelligentiam noſtram perueniret.Nam cum vna deitas ſit, impoſſibile eſt pro-
priam notionem patris vel filij capere, niſi proprietatum acceſſione cogitatio noſtra con-
firmata ſit.At vero ad illud quo ait compoſitum demonſtrari deum,niſi pro eodem lux at-
que ingenitum capiantur, illud dicere poſſumus: quod ſi quaſi partem ſubſtantiæ ingeni-
tum caperemus, haberet locum ea ratio qua dicitur compoſitum eſſe quod ex diuerſis con-
ſtat.Si vero ſubſtantiam dei lucem, vel vitam, vel bonum,totum quod eſt, vitam,totum
lucem,totum bonum opinatur: vitam vero innaſcibilitas ſequitur: quomodo non incom-
poſitus eſt,qui ſecundum ſubſtantiam ſimplex eſt? Non enim demonſtratiui proprietatum H

Diuerſitas proprietatũ diuerſitatẽ ſubſtantiæ non arguit.

modi,ſimplicitatis eius rationem lædent. Nam ſi ita eſt,omnia quæ de deo dicuntur,cõpo-
ſitum eſſe deum nobis monſtrabunt.Et vt ex his videtur,ſi ſimplicis & impertibilis ſenten-
tiam ſumus conſeruaturi, vel nihil dicemus de deo præter ingenitum, & recuſabimus in-
uiſibilem ipſum nominare, incorruptibilem, inalterabilem, creatorem, iudicem,& cætera
quæ nunc ad glorificandum accipimus: Vel hæc nomina ſuſcipiẽtes quid faciemus? vtrum
omnia ad ſubſtantiam afferentes ponemus? Ergo non compoſitum ſolum, ſed è diſſimili-
bus etiam partibus compoſitum demonſtrabimus, cum aliud atque aliud à quolibet iſto-
rum nominum ſignificetur: An extra ſubſtantiam hæc capiemus? Quamcunque igitur in
his rationem excogitabunt,hanc & ingeniti appellatione ſuſcipiant. Cum autem inanibus I
nugis orationem impleſſet, ſuper omnes qui vnquam conſequi cognitionem dei ſtuduerũt
elatus, quaſi ipſe nouam quandam viam & inauditam quæ ad deum ferat, inueniſſet, &
quam nemo è prioribus perſpexiſſet, demum vt ab ipſa dei doctus ſubſtantia,in filium bla-
ſphemiam inducit. EVNOMIVS. Quoniam cœleſte regnum,inquit, & nullam gene-
rationem ſuſcipiens, his rebus docet,eam mentem quæ cum charitate illud adit, ex naturæ
lege quàm longiſſimè comparationem priorem repellere. BASILIVS. An non pa-
làm oſtendit,quod ipſe ſecretorum reuelatione dignus viſus ſit,cum per charitatem men-
tem ſuam ad deum adduxiſſet? Quapropter à communicatione patris vnigenitum longiſ-
ſimè repellit, nec ad comparationem ipſum ſuſcipi dignum putat. Verum etiam naturæ le- K
gibus à ſubſtantia patris, ſubſtantiam vnigeniti diſterminari ait. Quid ita dicens? quòd
deus omnium nec ſi voluiſſet, potuiſſet ad vnitatem ſubſtantiæ vnigenitum ſuſcipere na-
turæ lege prohibitus,ne illi iungatur,vt pote ſui ipſius quemadmodum apparet,nullam ha-
bens poteſtatem:ſed terminis neceſſitatis ſubiectus. Huiuſmodi enim ſunt, quæ naturæ le-
gibus retenta,abſque voluntate ad id quod naturæ videtur perducuntur.Nam quemadmo-
dum igni,natura non voluntate calefacere ineſt, & neceſſariò frigiditatis non eſt capax na
turæ legibus communicatione ad ipſam priuatus: ſic vult deum ac patrem legibus naturæ
alienam filio habere ſubſtantiam. Atqui naturæ leges non diſſeparationem alterius ab al-
tero,id eſt filij à patre,ac patris à filio,ſed neceſſariam & infractam communicationem fa-
ciunt.Si enim voluntate diceret à deo omnium factum eſſe, ne quenquam habeat conſor- L
tem:neque ſic tamen bonitatis diuinę ratio concederet,veriſimiliter dici patrem non com-
municare ea quæ ſibi adſunt ei qui ex ipſo eſt: attamen conſequenter hæc dicerentur. Na-
turæ autem legibus dicere alienationem eſſe, eius hominis eſt, qui ne ſenſibilium quidem
naturam conſiderauerit:per quam non aliena, nec contraria,ſed coniuncta potius, & con-
uenientia gigni ex quolibet conſueuerunt. Rurſum igitur etiam hic non conſpexit dicto-
rum ſuorum ad ſeipſa contradictionem.Nam in præcedentibus cum moleſtè ferret eos qui
patri ſimilem ſecundum ſubſtantiam vnigenitum dicunt,ſic ſcripſit. EVNOM. Princi-
pio autem mihi videntur,qui liberam & omni cauſa ſuperiorem, ac ab omnibus legibus li-
beram ſubſtantiam,cum genitæ ac legibus paternis ſeruienti comparare auſi ſunt, vel nullo M
modo naturam rerum conſideraſſe, vel non mente pura de his rebus iudicium facere.
BASILIVS. Quomodo ergo quæ nulli dominationi ſubiecta eſt,atque omnibus libe-
ra legibus, non liberum nunc habere id oſtenditur, vt nulli poſſit comparari,& naturæ le-
gibus irretita, inuoluntariè à communione ſui genitum depellat,vt propter hoc ipſi quo-
que vnigenito appropinquare non poſſit. Ac inconſonum quidem in iis quæ ab eo dicun-
tur tantum eſt, impium vero admodum eſt,quod nulli quidem dominationi ſubiectam ac
liberam patris ſubſtantiam appellat:ſi tamen nulli dominationi ſubiicitur, quæ naturæ le-
gibus ſubiecta eſt:Seruilem vero è contrario vnigeniti ſubſtantiam cenſet,etiã hinc æqua-
litatem



A litatem naturæ deſtruens.Nam cum duæ res ſint creatura & deitas, & creatura in ſeruitute
ac obedientia ordinata ſit,deitas autem in principatu & dominatione: qui à filio domina-
tionis dignitatem tollit,& eum in ſeruitutis humilitatem deiicit,nonne per hoc etiam per-
ſpicuum eſt,quod ſe declaret creaturis ipſum connumerare? Nec enim hoc illi decorum, ſi
conſeruis anteponatur.Sed ſi rex atque dominus non concedatur,non imminutione natu-
ræ,ſed bonitate voluntatis obedientiam ſuſcipiens: hoc miſerum, hoc horribile, hoc per-
niciem affert negantibus.Ille vero addit, quòd naturæ legibus ſubſtantia dei obtemperans,
nec comparationem ad aliud ſuſcipit, & nobis largitur vt idoneam & conuenientem ip-
ſius dignitati operationem ipſius intelligamus. Hoc illi dictum eſt, vt vnigenitum à patre
B alienum oſtendat:probat vero rationem noſtram. Nam ſi ſubſtantia dei nobis permittit,
vt conuenientem atque idoneam dignitati ſuæ operationem intelligamus, dignitas quæ-
dam innaſcibilitas eſt (vt Eunomio videtur) id autem ipſum & ſubſtantia eſt, ſecundum
iſtorum rationem: operatio vero dei, vnigenitus, vel operationis imago: & id ſecundum
iſtorum rationem.Quare his contradicere non poſſunt,quamuis multi facerem,ſi blaſphe-
miam iſtam abnegarent:ſed tamen quoniam dixerunt, ex his quæ dixerunt quid ſequatur
colligamus.Nam ſi dignitas dei innaſcibilitas eſt:id autem ipſum etiam ſubſtantia: idonea
vero eſt & conueniens dignitati dei operatio eius, hæc autem eſt Chriſtus ſecundum iſto-
rum opinionem: idoneus ergo & conueniens erit ſubſtantiæ dei. Et horum nihil noſtrum
C eſt. Ipſa enim iſtorum verba componentes, demonſtrationem contextimus. Ad ſubſtan-
tiam,inquit,dei ſequitur dignitas: dignitati proportionata eſt operatio:operationis imago
eſt vnigenitus.Et è conuerſo: Si operationis imago eſt vnigenitus, operatio vero dignita-
tis,& dignitas ſubſtantiæ:vnigenitus imago erit ſubſtantiæ.Sic etiam ipſi ſæpe qui operan-
tur mendacium,rerum perſpicuitate coacti,etiam nolentes veritati atteſtantur.Nam & dę-
mones non euangeliſtarum opus faciebant:ſed cum lucem veritatis non poſſent reſpicere,
clamabant. Scimus quia tu es ſanctus dei. Sed quæ ſequuntur perſpiciamus. EVNOM.
Si enim,inquit,ex creaturis conſiderando,aliquis ad ſubſtantias ducatur, cum ingeniti fa-
cturam filium inueniat, paracletum vero vnigeniti, cum ex vnigeniti exceſſu operationis
D diuerſitatem comprobet, non ambiguam de ea diuerſitate quæ ſecundum ſubſtantiam eſt,
capit demonſtrationem. BASILIVS. Primum igitur quomodo poſſibile eſt è crea-
turis excogitare ſubſtantias,ego quidem non video. Virtutem enim,ſapientiam,artem,ſub-
ſtantiam vero ipſam minimè creaturæ oſtendunt. Nec enim creatoris potentiam neceſſa-
riò aperiunt,cum poſſit aliquando artifex non omnes vires ſuas in operando exponere,ſed
remiſſione ſæpius in operibus vti vi artificij: quod & ſi totam virtutem ad opus cõmoueat,
tamen nec ſic ſubſtantia,quidnam ſit, comprehenditur:ſed vires ipſius per opera menſuran
tur.Quòd ſi propter incompoſitionem ſimplicitatemq; diuinæ naturæ, virtuti cõcurrere o-
pinatur ſubſtantiam,& propter innatam deo bonitatem,totam patris virtutem ad genera-
E tionem filij dicit commotam:totam autem rurſus vnigeniti ad ſubſtantiam ſancti ſpiritus,
vt ex ſpiritu vnigeniti virtus ſimul & ſubſtantia comprehendatur: aduertite quid hinc col-
ligatur. Nam è quibus conatus eſt ſubſtantiæ diſſimilitudinem approbare, ex iis videtur
confirmare ſimilitudinem.Si enim nihil habet commune ad ſubſtantiam virtus,quo pacto
è creaturis,quæ virtutis effectus ſunt,ad comprehenſionem ipſius deductus eſt? Quòd ſi idẽ
eſt virtus & ſubſtantia:quod virtutem deſignat,& ſubſtantiam profectò deſignabit: quare
creaturæ non ad diſſimilitudinem ſubſtantiæ, vt tu dicis, ſed ad ſummam ſimilitudinem
ducunt. Rurſus etiam hæc inductio noſtram magis quàm ipſius rationem comprobat.
Vel enim non habet vnde dictorum ſuorum afferat demonſtrationes: vel ſi è rebus hu-
manis imagines captat, inueniet non ex artificis operibus ad intelligentiam ſubſtantiæ
F nos duci: ſed ex genito eius qui genuit naturam cognoſcere. Non enim ex domo poſſibile
eſt ædificatoris ſubſtantiam comprehendere:ſed ex genitura facile eſt naturam eius qui ge-
nuit intelligere. Quare ſi vnigenitus creatura eſt, non oſtendit nobis patris ſubſtan-
tiam: quod ſi notum per ſeipſum nobis patrem fecit, non creatura, ſed filius & imago
erat vera, & ſubſtantiæ character. Sed hæc huiuſcemodi. Interpoſitio vero blaſphemia-
rum quanta? Nam cum deſpexiſſet eas minas, quas dominus in euangelio in ſpiritum
ſanctum blaſphemantibus terribiles minatus eſt, creaturam eſſe ait ſpiritum ſanctum:
ita vt parum deſit vt ne animal quidem ipſum eſſe det,cum in animatis vt plurimum hæc
appellatio accommodetur.Non enim quoniam† Dominum quoque ad hanc blaſphemiam

Suſpicor legendum ſpi

 coniunxit,

ritum ſanctum. Ab Eunomio primũ ſpiritus ſanctus creatura dict᷑ eſt.

coniunxit,minus moleſtè ferendum eſt:Nec etiam id impietatis mitigatio,ſed condemna- G
tionis acceſſio eſt : quoniam & dominus blaſphemiam in ſe ipſum bonitate ſua remiſit , in
ſpiritum vero ſanctum ineuitabilem eſſe audentibus edixit . Primus ergo illorum qui ſunt
in veritatem inuecti,ex quo prædicatio pietatis denuntiata eſt,hanc de ſpiritu vocem emit-
tere auſus eſt: nullum enim vſque ad hodiernum diem audiuimus creaturam ſanctum ſpiri
tum dixiſſe,niſi quod in ſuperſtitibus iſtorum ſermonibus hanc appellationem inuenimus.
Deinde dicit. EVNO. Si è creaturis ſubuehatur aliquis ad ſubſtantiæ comprehenſionẽ,
intelliget filium ingeniti eſſe facturam,vnigeniti vero paracletum. BASILIVS. Alius
hic impietatis modus . Dupliciter blaſphemat vnico verbo , & ſancti ſpiritus contemptum
quaſi conceſſum capiens, hinc ad demonſtrandam diminutionem vnigeniti proficiſcitur. H
Et cœli quidem enarrant gloriam dei , ſpiritus vero ſanctus vnigeniti gloriæ minutionem
denuntiat.Et dominus cum de paracleto dicat:Ille me glorificabit: iſta maledicens lingua,
impedimentum eſſe ipſum filio cenſet,ne ad patrem comparetur . Quoniam nanque ſpiri-
tus,inquit,factor eſt filius (Propitius autem tu domine in his quæ loquimur nobis ſis ) Hoc
vero huiuſcemodi eſt, vt nullum decus addat creatori:propterea nec patri cõparari dignus

O execranda impietas

eſt : quoniam humilitate eorum quæ fecit , dignitatis æqualitate priuatus eſt. An peiorem
vnquam audiſtis blaſphemiam?Num aliquis ita perſpicuê in crimen ineuitabile blaſphemã

Montanus.

do in ſpiritum ſanctum incidit?Montanus ſolus tantum in ſpiritum inſaniuit , & nomini- I
bus vituperauit humilibus,ac naturam ipſius tantum extenuauit,vt dicat infamiam afferre
factori:imò vero & ille humiliter de ſpiritu dicere cauiſſet,ſi tumor animi quo erat permi-
ſiſſet : ſed de hoc aliâs . Illud vero cui non patet, quòd nulla filij operatio à patre diuiſa eſt?

Spiritum ſanctum ab vtroq; procedere.

Nec eſt aliquid in rebus quod filio inſit,& à patre alienum ſit.Omnia,inquit, mea tua ſunt,
& tua mea.Quomodo ergo ſpiritus cauſam & originem vnigenito ſoli attribuit, & ad eius
accuſandam naturam huius creationem accipit?Si igitur duo principia in oppoſitum inter
ſe ducens, hæc ait , cum Manichæo & Marcione conteretur . Quòd ſi ab vna dependere ac
prodire omnia putat,quod à filio factum eſſe dicitur,ad primam refertur cauſam. Quare &
ſi cuncta producta eſſe per deum verbum credimus,omnium tamen eſſe cauſam deum to- K
tius non negauimus. Quo pacto autem diuidere ſpiritum à deo non habet manifeſtum pe-
riculum?Partim Apoſtolo coniunctim nobis tradente , & modò Chriſti ſpiritum dicente,
& modò dei,vbi ſcribit:Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Et rurſus: Vos
autem non ſpiritum mũdi accepiſtis,ſed ſpiritum qui ex deo eſt. Partim vero domino,quo-
niam ipſe veritas eſt,ſpiritum veritatis dicente à patre quoque procedere.At hic in deſtru-
ctionem maieſtatis domini noſtri Ieſu Chriſti,à patre quidem ſpiritum remouet,vnigenito
vero in maieſtatis demolitionem attribuit,non parua vt arbitratur,vituperatione afficiens.
Nullam enim prauorum verborum cogitationumq; in retributionis die vltionem expectat.
L

# Baſilij magni contra Eunomiũ,

## LIBER TERTIVS, QVI EST DE *ſpiritu ſancto.*

### BASILIVS.

M
VIx tandem blaſphemiis in vnigenitum ſaturatus, ad ſpiritum ſanctũ
tranſiit,totiq; ſuæ conſentanea voluntati de ipſo etiam diſſerit,ſic ſcri
bens. EVNO. Cum vero hæc de vnigenito ſufficiant, reliquum
eſt,vt de paracleto quoq; dicamus:nec opiniones non exquiſitas mul-
torum ſequemur, ſed ſanctorum in omnibus doctrinam conſeruabi-
mus . A quibus cum dignitate & ordine tertium ipſum didicerimus,
tertium quoq; natura eſſe credidimus. BAS. Quòd igitur non pu-
tet oportere in ſimplici ac ſecura fide multorum permanere: ſed arti-
ficioſis quibuſdam ac cauillatoriis rationibus,ad id quod ſibi videtur veritatem rurſus com
mutet



A mutet , ſatis verbis ſuis oſtendit . Cum enim contemnat opinionem multorum , qua ſpiri-
tum ſanctum glorificant,ſanctorum ſe ſimulat conſeruare doctrinam , & tacet eos qui ei i-
pſam tradiderunt:nunc etiam ea ipſa faciens,quæ cum de vnigenito haberet orationem fa-
cere demonſtratus eſt.Deinde ait à ſanctis didiciſſe ordine ac dignitate tertium eſſe ſpiri-
tum:à ſe autem ipſo credidiſſe , natura quoque tertium eſſe . Qui verò illi ſancti ſint , & in
quibus ſermonibus eam doctrinam fecerint, non poteſt dicere . Fuit ne vnquam homo ſic
audax,qui diuinorum dogmatum innouationes induceret?Cur enim neceſſe eſt,ſi dignita-
te ac ordine tertius eſt ſpiritus,natura quoque ipſum tertium eſſe ? Dignitate nanque ipſum
ſecundum eſſe à filio,pietatis ratio tradit:Natura verò tertia vti,nec à diuinis ſcripturis do
B cti ſumus,nec ex prædictis poſſibile eſt conſequenter colligi.Nam quemadmodum filius or
dine quidem à patre ſecundus eſt , quoniam ab illo eſt : & dignitate , quoniam origo atque
cauſa eſſendi pater ipſi eſt,& quoniam per ipſum acceſſus & adductio ad Deum patrem:na
tura vero nullo modo ſecundus,quoniam in vtroque vna eſt deitas:Ita videlicet & ſpiritus
ſanctus,etſi dignitate & ordine ſecundus à filio eſt , non tamen veriſimiliter alienæ ipſum
eſſe naturæ inde conſequetur.Quod inde patet.Angeli omnes vt appellationis vnius, ſic e-

Et genti, & priuato cuique ſuum eſſe à Deo deſignatum angelum.

iuſdem etiam ſunt naturæ inter ſe:attamen alij ipſorum gentibus præpoſiti ſunt:alij verò fi-
delium ſingulos conſequuntur:quanto autem gens vni viro præponenda eſt , tanto maio-
rem neceſſe eſt angeli qui gentis principatum habeat eſſe dignitatem,dignitate eorum qui-
C bus ſingulorum tutela commiſſa eſt.Quod verò ſingulis fidelium adſit angelus vt pædago
gus quidam & paſtor ad vitam dirigendam, nemo contradicet qui verborum Domini re-
cordatur dicentis:Ne contemnatis vnum ex his puſillis : dico enim vobis , quoniam angeli
eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Et Pſalmiſta dicit. Caſtra-
metatur angelus Domini in circuitu timentium ipſum.Et angelus qui eruit me à iuuentu-
te mea : & quæcunque talia . Quod verò rurſus ſint quidam angeli vniuerſarum gentium
præpoſiti,Moſes nos per canticum docuit:Quando diuidebat altiſſimus gentes,quando ſe-
parabat filios Adam , conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorum ſuorum.
Et ſapiens Daniel in viſione angeli audiuit ipſum dicentem : quoniam princeps regni Per-
D ſarum reſtitit mihi. Et ecce Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium me-
um,& ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum.Et poſt pauca idem dicit:Et princeps Græco-

Spiritũ ſanctum non eſſe alienę naturæ à patre & filio , nec creaturam.

rum veniebat.Verum etiam princeps exercitus , imperator copiarum Domini dicitur : qui
Ieſu Naue ad Iordanem manifeſtatus eſt . Et rurſus , Legiones quædam angelorum dicun-
tur,Domino diſcipulis dicente:An putas,quia non poſſum rogare patrem meum , & exhi-
bebit mihi pluſquàm duodecim legiones angelorum ? Princeps igitur exercitus angelorum
qui ex legionibus ordinati ſunt, palàm, quòd aliorum princeps eſt . Quorſum hæc oratio?
quòd non omnino ſi quid ordine ac dignitate ſecundum aut tertium eſt , id & naturam al-
teram habet.Nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius ſubditus , & tamen o-
E mnes angeli natura ſunt,& in dignitate quædam diuerſitas,in natura vero communitas eſt:
(Etenim ſtella ſtellæ præſtat in gloria , & natura ſtellarum omnium vna eſt : Et manſiones
multæ apud patrem,id eſt,dignitatum diuerſitates:glorificatorum verò natura vna) ſic pro
fectò & ſpiritus ſanctus,dignitate quidem ordinis tertius eſt . Accepimus enim ipſum ter-
tium à patre & filio numeratum,cum ipſe Dominus in traditione ſalutaris baptiſmi ordi-
nem tradiderit his verbis:Euntes baptizate in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.In na-
turam autem tertiam à filio ac patre deiectum ſpiritum,nullibi audiuimus. Cum enim duæ
res dicantur,deitas & creatura,dominatus ac ſeruitus,ſanctificans potentia & quæ ſanctifi-
catur,& quæ natura virtutem poſſidet,& quæ per electionem operatur , qua in parte ſpiri-

Alias ſpiritũ dici ſanctũ, alias creaturam.

tum ordinabimus?In his quæ ſanctificantur?at ipſemet ſanctificatio eſt. An in his quæ ma-
F gnis rebus geſtis virtutem adepta ſunt ? at bonus natura eſt.An in ſeruientibus ? at alij ſunt
adminiſtratorij ſpiritus,qui ad miniſterium mittuntur.Non ergo principalem,natura ſpiri-
tum,fas eſt nobis conſeruum dicere,nec creaturis connumerare eum qui in diuina & beata
trinitate connumeratur.Principatus enim & poteſtates & omnis creatura talis, quæ ad ob-
temperandum & diligenter quæ commiſſa ſunt curandum ſanctificatæ ſunt,non iure natu
ræ ſanctæ dicentur.Appetentes enim bonum,ſecundum amoris quem ad Deum habet pro-
portionem,ſanctitatis menſura participant.Et ſicuti ferrum quod in medio igni iacet , ferri
naturam non amiſit:vehementi tamen ignis actione ignitum , cum vniuerſam ignis natu-
ram in ſemetipſum acceperit,& colore,& calore,& actione ad ignem tranſit:ſic ſanctæ vir-
tutes

tutes ex communicatione quam cum illo habent, qui natura ſanctus eſt, per totam ſuam G
ſubſiſtentiam receptam,iam quaſi innatam ſanctificationem habent. Diuerſitas verò ipſis à
ſpiritu ſancto hęc eſt,quòd ſpiritus natura ſanctitas eſt:illis verò participatione ineſt ſancti-
ficatio.Quibus autem conſtructum & aliunde bonum præbetur,hæc naturæ ſunt transmu-
tabilis.Nec enim aliter Lucifer decidiſſet,qui mane oritur,nec in terra contritus eſſet, ſi rei
peioris natura non eſſet ſuſceptibilis. Quomodo igitur pium, creaturis ſpiritum coordina-
re,qui tam magno interuallo à creaturis diſſeparatus eſt? Creatura enim ita comparata eſt,
vt virtutis & diuinæ dilectionis præmium ſanctificationem habeat:quoniam natura vtitur
libera,vt ad vtrumlibet poſſit inclinari,ad electionem ſcilicet boni & peioris: Spiritus au-
tem ſanctus fons eſt ſanctificationis.Et vt natura ſanctus eſt pater, & natura ſanctus eſt fi- H
lius,ſic natura ſanctus ſpiritus quoque veritatis. Quapropter præcipua quoque hac appro-

Spiritus & ſancti nomē patri & filio quoque reperiri commune.

priata ſancti appellatione dign⁹ eſt.Quòd ſi ſanctitas ei natura eſt,ſicuti patri etiam & filio,
quo pacto tertiæ atq; alienæ naturæ eſt?Hæc propter,vt arbitror,& apud Eſaiam, Seraphim
tertio ſanctus exclamare conſcripta ſunt:quoniam in tribus hypoſtaſibus naturalis ſancti-
tas perſpicitur.Non eſt autem hoc nomen ſolum ſanctitatis cum patre ac filio ipſi commu-
ne,ſed ipſa etiam ſpiritus appellatio.Spiritus nanque Deus,& adorantes eum in ſpiritu & ve
ritate adorare oportet.Et Propheta inquit. Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Domi-
nus,cui diximus:In vmbra alarum ſuarum viuemus.Et Apoſtolus appellationem ſpiritus in
Dominum refert,cum dicit:Dominus autem ſpiritus eſt.Ex his omnibus patet,non naturæ I
alienationem, ſed coniunctionem ad patrem & filium per communicationem nominum
oſtendi.Bonus Deus & dicitur & eſt bonus,& ſpiritus ſanctus, non aſtructam habens bo-
nitatem,ſed natura ſibi innatam.Vel omnium abſurdiſſimum eſſet,natura ſanctum dicere,
quod bonitatem natura non habeat:ſed poſterius natam,& deforis ſibi allatam. In eo vero

Spiritus paracletus.

quod dixit Dominus,ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, & ipſe paracle-
tus noſter eſſe oſtenditur.Quare paracleti quoque appellatio non parum ad demonſtratio-
nem maieſtatis ſpiritus ſancti confert:Ac nomina quidem talia maieſtatem naturæ oſten-
dentia:operationes verò ſpiritus ſancti quales?Verbo,inquit, Domini cœli firmati ſunt, &
ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.Vt ergo Deus verbum creator cœlorum eſt,ſic ſpiritus K
ſanctus firmam ac ſtabilem virtutem cœleſtibus præbet & poteſtatibus.Et rurſus Iob:Spiri-
tus Domini qui fecit me,non de creatione,vt arbitror,ſed de humanæ virtutis perfectione,
dicens. Eſaias verò ex perſona Domini videlicet ſecundum humanitatem eius: Dominus
inquit miſit me,& ſpiritus eius.Et Pſalmiſta rurſus,per vniuerſa pertrāſire,ſpiritus virtutem
probans:Quò ibo,inquit,à ſpiritu tuo,& quò à facie tua fugiam? Beneficentiæ verò ab ipſo
ad nos peruenientes,quales & quantæ ſunt?Sicut ipſe Dominus dedit poteſtatem ſuſcipien
tibus ſe filios Dei fieri:ſic & ſpiritus ſanctus,ſpiritus adoptionis eſt. Et ſicut magiſter verus
eſt Dominus noſter:ſecundum quod dicitur:Vos autem nolite vocare magiſtrum vobis in
terra:vnus enim magiſter veſter eſt Chriſtus.Sic & ſpiritus ſanctus omnes docet, qui in no L
mine Domini crediderint,vt ab ipſo Domino teſtimonium perhibetur dicente: Paracletus

Donorum diſpenſator ſpiritus.

autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater meus,ille vos docebit omnia. Et quemadmodum
diuidere operationes in eos qui digni ſunt ſuſceptione operationum,pater dicitur: & diui-
dere miniſtrationes filius in dignitatibus miniſterij: ſic & ſpiritus ſanctus diuidere gratias
in eos qui ad ſuſcipiendum illas digni ſunt,probatur.Diuiſiones enim gratiarum ſunt,idem
autem ſpiritus.Et diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem autem Dominus.Et diuiſiones o-
perationum ſunt, & idem Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus. Vides quomodo hic
quoque ſpiritus ſancti operatio,operationi patris ac filij coniuncta eſt. Deinde ex eo etiam
quod ſequitur, magis diuinitas naturæ ſancti ſpiritus aperitur. Quid enim ait? Hæc autem
omnia operatur vnus atque idem ſpiritus,diuidens ſingulis prout vult:nihil aliud quàm au M

Inueſtigapor profunditatum dei

toris & Domini poteſtatem ipſi atteſtatur.Quapropter in nouo teſtamento Prophetæ cla-
mârunt.Hæc dicit ſpiritus ſanctus.Inueſtigatio autem profunditatum Dei, vnde ſpiritui a-
deſt?Sicut enim,inquit,nemo ſcit hominum ea quæ hominis ſunt,niſi ſpiritus hominis qui
eſt in eo:ſic & ea quæ ſunt Dei,nemo cognouit,niſi ſpiritus Dei. Nam quemadmodum ne-
mo alienus ac peregrinus intrinſecas poteſt animæ cogitationes inſpicere: eodem ſcilicet
modo,ſi quid cum Deo in ſecretis ipſius communicat,non alienum nec peregrinum ab eo,
profunditates iudiciorum ipſius inueſtigare poteſt. Præterea & vita nobis à Deo per Chri-

Spiritus viuificans.

ſtum in ſancto ſpiritu præbetur.Viuificat enim deus.Vnde ait Paulus, Præcipio tibi coram
Deo,qui



A Deo,qui viuificat omnia.Vitam autem præſtat & Chriſtus:Oues enim,inquit, meæ vocem
meam audiunt,& ego vitam æternam do illis.Viuificamur autem & per ſpiritum,vt inquit
Paulus:Qui excitauit Chriſtum è mortuis,viuificabit etiam mortalia corpora veſtra, pro-
pter inhabitantem ſpiritum ſanctum in vobis.Verum hic qui audet omnia, qui periculum
quod impendet audentibus verbum aliquod blaſphemum in ſpiritum ſanctum emittere,nō
expaueſcit,ſed expertem ipſum deitatis cenſet,ſic de eo ſcribens. EVNOM. Tertius &
natura & ordine patris imperio,operatione verò filij factus,tertio loco honoratus, vt pri-
mus & maior omnibus: & ſolus talis vnigeniti factura, deitate ac creatiua potentia carens.
BAS. Qui hoc dicit,nec deitatem in nobis eſſe crediſſe videtur,cum de Deo Ioannes di
B cat:Ex hoc ſcimus,quod in nobis eſt ex ſpiritu quem dedit nobis.Et Apoſtol⁹:Neſcitis quòd
templum Dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis?Et rurſus: In quo omnis ædificatio con-
ſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitacu-
lum Dei,in ſpiritu ſancto.Si ergo in nobis Deus habitare dicitur per ſpiritum,quomodo nō
eſt aperta impietas,expertem deitatis ipſum ſpiritum dicere?Et ſi Deos nominamus eos qui
per virtutem perfecti ſunt,perfectio autem eſt per ſpiritū:quomodo qui & alios effecit deos
priuatus ipſe deitate eſt?Non eſt igitur pium,vt in hominibus,ſic & in ſpiritu per participa-
tionem & honorem,ac non natura eſſe deitatem putare.Qui enim gratia diuinus efficitur,
mutabilis eſt naturæ,nonnunquam per negligentiam ex bonitate excidentis: id autem ba-
C ptiſmi ſalutaris traditioni apertè repugnat.Euntes,inquit,baptizate in nomine patris & fi-
lij & ſpiritus ſancti.Baptiſmus enim eſt ſigillum fidei,fides verò deitatis confeſſio(Nam cre
dere prius oportet,ac poſtea baptiſmate deſignari) baptiſmus vero noſter eſt ſecundum tra-
ditionem Domini:In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,nec creatura exiſtentis,nec ſer-
uili ratione cum patre ac filio connumerati, vt deitas in trinitate compleatur: quod autem
extra hanc eſt,totum conſeruum eſt, etiam ſi maximè dignitatis exceſſibus alia aliis in ho-
norem præponantur.Nec mihi rurſus hæc dicta incutias:Si creatura non eſt, ergo genitura
vel ingenitus:Sed non ingenitus:vnus enim abſque principio Deus eſt ingenitus:nec geni-
tura.Reſtat ergo creaturam ac facturam ipſum nominari.Verum ego ſi cuncta putarem no
D ſtra cognitione poſſe comprehendi,vererer forte ignorantiam confiteri:ſed quoniam infini
ta,non ex his ſolum quæ in futuro ſeculo præparata ſunt,nec eorum quę nunc in cœlis ſunt,
abdita eſſe,verumetiam eorum quæ corpori noſtro inſunt,non eſſe veram ac abſque cōtra-
dictione comprehenſionem,haud ſum neſcius:vt puta de viſu,vtrum imagines rerum viſi-
bilium ſuſcipientes,ſic obiecta comprehendamus:& quomodo maximorum montium, ac
inexpleti ac infiniti maris,& ad hæc cœli ipſius imago breui menſura pupillæ noſtræ conti-
neatur:an à nobis aliquid emittatur,quo viſibilibus appropinquato ſic ſenſum de ipſis capia
mus:& quid id ſit & quantum,vt terræ ac mari ſufficiat explicatum, & ſpatium quod inter
terram ac cœlum eſt,pertranſeat:& ad ipſum cœlum perueniat, tanta celeritate motum, vt
E æquali tempore circumadiacens corpus & ſtellæ quæ in cœlo ſunt cognoſcantur. Et quid o-
portet reliqua dicere?Ipſas mentis motiones,vtrum creare vel generare nata ſit anima, quis
cum certitudine dicat?Cum igitur hęc ita ſe habeant,cur mirum ſi de ſpiritu quoque ſancto
abſque rubore ignorantiam confiteamur? Reddere tamen oportet ei glorificationem, quæ
ſine contradictione per teſtimonium ipſi debetur.Quod enim ſuper creaturam ſit,ſatis no-
bis ea quæ per ſcripturam tradita ſunt,demonſtrant:Verum quia impoſſibile eſt vt ſanctifi-
cans cum ſanctificatis,docens cum doctis,reuelans & quæ reuelatione indigēt eiuſdem ſint
naturæ:ac nullus ſic omnino impudens eſt,vt audeat alium præter Deum omnium ingeni-
tum appellare:nec tamen etiam filium,cum vnus ſit vnigenitus: Quid igitur ipſum dicere

Spiritus ſancti attributa

oportet ſpiritum ſanctum,ſpiritum Dei,ſpiritum veritatis miſſum à Deo,per filium præbi-
F tum?non ſeruum ſed ſanctum,bonum,principalem,viuificantem,ſpiritum adoptionis,ſpi-
ritum omnia ſcientem quæ Dei ſunt.Sic enim etiam in trinitate vnitatis ratio conſeruabi-
tur:ſi vnum patrem profiteamur,& vnum filium,& vnum ſpiritum ſanctum. Afferūt verò
demonſtrationes,quod creatura dictus ſit ſpiritus ſanctus:Vnam ex Propheta dicente: Qui
firmans eſt tonitruum & creans ſpiritum:Alterum ex Euangelio,quòd omnia per ipſum fa-
cta ſunt.Nos autem propheticum dictum,non in ſpiritum ſanctum,ſed in communem hūc
flatum aëris ſcilicet ſpiritum credimus fieri.Quod inde patet:Non enim dixit:Qui creauit
ſpiritum,ſed creans ſpiritum.Nam ſicut tonitruum non in ſubſiſtētia quadam corporali ſe-
mel creatum eſt,ſed ſemper per voluntatem Dei,ad timorem hominum productum fieri &
diſſolui

diſſolui ſolet:ſic & ſpiritus tunc quidem fit,cum aër tanquam fluuius fluitat:rurſus vero ceſ G
ſat,cum quod prius mouebatur quieſcit ſecundum voluntatem eius,qui omnia ad conſer-
uationem & conſtructionem totius diſpenſat:vt per omnem creaturam & tonitruis & ven-
tis,ac reliquis operibus creator annuntietur.Quapropter poſtea quàm dixit:Qui firmãs eſt
tonitruum,& creans ſpiritum,inquit,& annuntians hominibus Chriſtum eius.Sicut enim
cœli enarrant gloriam Dei, iis qui poſſunt ex ipſis de creatoris arte cogitare:ſic & ſoni toni-
truum & ſpirituum motus creatorem prædicant ſuum.Et hæc forte Prophetia eſt humani-
tatem Domini concernens : Cum vox è cœlo fieret , tonitruum his qui audiebant , viſa eſt:
quam Deus & pater idcirco emiſit,vt per ipſam Chriſtum hominibus annuntiaret . Spiri-
tus autem moti qui mare conturbârunt, deinde ceſſârunt iuſſu Domini, liquidò etiam ipſis H
hominibus Chriſtum Dei annuntiârunt.At verò quod omnia per ipſum facta ſunt:nequa-
quam creatum eſſe ſpiritum ſanctum nobis oſtendit , quod omnibus ſpiritus connumere-
tur.Nam ſi vnus eſt ſpiritus ſanctus & ſolus , quomodo qui ſingularis cuiuſdam naturæ eſt
vna cum omnibus comprehendi poteſt?Et nemo putet contemptum eſſe ſubſiſtẽtiæ, ſi quis
neget quòd ſpiritus creatura ſit.Nam piæ mentis eſt,quæ à ſcripturis ſanctis reticentur,ea ti
mere de ſpiritu ſancto dicere:credere autem,peritiam & veram comprehenſionem in futu
ris ſeculis nobis futuram,cum tranſierimus tempus hoc in quo per ſpeculum & ænigma ve
ritas videtur,viſum,& viſionem quæ ad faciem eſt,conſequuti fuerimus,in Chriſto Ieſu do
mino noſtro,cui ſit cum patre gloria & ſpiritui ſancto,nunc & in ſecula, Amen. I

PROLOGVS LIBRI QVARTI.

*IN tribus ſuperioribus libris magnus Baſilius firmiores Eunomij locos ut confutaret, ſibi propoſuit:uerũ
quoniam etiam à ſcriptura multa ille afferebat,quibus malè explanatis quod intendebat approbabat,ſeor
ſum de ipſis in hoc quarto beatus Baſilius tractat.Quod quidem in ſecundo ipſe ſignificauit. Nam cum de
illo Salomonis,Dominus creauit me ab aliis producto,rationem reddidiſſet:latius ſe de hoc ac de aliis ſcriptu
ræ male ab illis acceptis,in proprio loco dicturum pollicitus eſt:quod in hoc quarto facit. Verum ad hæc ſyl-
logiſmis etiam quibuſdam utitur,qui eo difficiliores intellectu uidentur,quo propoſitiones rationeſque Euno* K
*mianorum nobis ignotiores ſunt.Capit enim plerunque eadem ipſa quibus illi firmiorem ſuam poſitionem pu-
tabant:& ſic uel aduerſus eos concludit,uel ad inconueniens eos impellit. Hæc in hoc loco præfari breuiter
placuit,ne quis miretur,cum uideat ſine rerum ordine librum hunc eſſe conſcriptum. Eſt enim ordo huius non
rebus,ſed diſpoſitioni Eunomianæ orationis accommodatus. Interciſus præterea uidetur, & non continuus,
quoniam,ut diximus,continua oratione firmiſsimos ipſius locos tribus ſuperioribus confutauit:hoc quarto lo-
cos ſcripturæ malè ab ipſis intellectos rectè accipiendos docet,& propoſitionibus eorum quibus illi tanquam
maximis utebantur,diligentiſſimè ſe opponit,quamuis in nonnullis interpoſitæ inſcriptiones ſe iungere con-
iuncta uideantur. Hæc præfatos eſſe ſufficiat:nunc ipſum audiamus.*

L

# Baſilij magni contra Eunomia-
## NOS LIBER QVARTVS SVPER
*iis quæ ex nouo ac uetere teſtamento, aduerſus fi-
lij diuinitatem Eunomiani calumniantur.*

SI filius natura Deus eſt,Deus verò natura etiam pater:non aliter filius M
Deus eſt,aliter pater,ſed ſimiliter.Sin verò filius non natura deus eſt,
dicitur deus & non eſt,vt qui dij falſo dicti ſunt.Si filius vnus domi-
nus eſt natura , Dominus verò & pater natura , palàm quòd non alia
natura.Et ſi pater vnus deus dicitur,deus inde & filius , nõ alia ſed ea-
dem natura.Si vnus dominus natura , cum multi poſitione appellen-
tur,& vnus filius natura,cum multi filij nominentur . Quod poſitio-
ne eſt,ad imitationem eius quod natura eſt dicitur : nihil enim poſi-
tione dicitur non antecedente eo quod natura eſt . Si ergo nos filij
Dei ſumus poſitione , neceſſe eſt natura filium antecedere . Verè impoſita nomina , eo-
rum ſub-



A rum ſubſtantiæ quorum ſunt nomina, notæ ſunt : Dominus autem & deus verè tam pater
quam filius:eadem ergo eſt ſubſtãtia ſicut & eadem nomina ſunt . Si vnigenitum eſſe gene-
rationis non eſt,ſed quia incomparabilis,vnigenitus etiam pater: incõparabilis enim & om
nis creatura non ſimilis alij vnigenita:multi ergo vnigeniti & non vnus filius dei. Quòd ſi
filius non ſimplciter vnigenitus , ſed filius vnigenitus , & à patre vnigenitus filius , &
vnigenitus eſt, & non vnigenita creatura. Si ſecundum participationem & conceſſionem
patris creator eſt filius,& non natura,nihil eorum quæ ab eo creata ſunt, ſecundum naturã
eſt.Quorum enim ſecundum naturam creator non eſt, hæc quomodo ſecundum naturam
ſunt ? Si deus ita operatur , vt nullus alius , etiam cum generat , vt nullus alius generabit,
B Deus enim ad omnia & per omnia incomparabilis eſt.Quod fit, non eſt ex ſubſtantia eius
qui facit:quod autem generatur,ex ipſa ſubſtantia eſt eius qui generat:non ergo idem eſt fa
cere & generare.Si ex deo eſt filius,non ſicut ex patre,ſed alio modo: cauſa vero etiam no-
ſtri vt ſimus deus eſt:ab ipſo enim ſunt omnia:non aliter filij pater eſt,aliter noſtri,ſed ſimi
liter:quod abſurdum eſt.Si nihil ſimile & æquale deo eſt pręter filium,nihil eorum quę per
ſimilitudinem ipſi accommodantur , ſimiliter omnino atque æqualiter dicetur: ſuper om-
nia enim deus . Quod in forma dei eſt , in ſubſtantia dei eſt, (non enim aliud forma, aliud
ſubſtantia dei,ne compoſitus ſit) qui ergo in forma æqualis eſt , & in ſubſtantia æqualis eſt.
Si genitus minor eſt eo qui genuit,non eſt culpa geniti, ſed genitoris imbecillitas. Si pater
C ante filium erat,cuiuſdam alterius neceſſariò pater erat: nam abſque filio pater non dicere-
tur:Si quis filium ſecundum ſubſtantiam cognouit,cognouit etiam patrem.Si enim me co
gnoſceretis, inquit, & patrem meum vtiq; cognoſceretis : conſubſtantialis ergo patri filius
eſt.Nullum enim incorporeum per diſſimilem ſubſtantiã cognoſci poteſt.Si credere Chri-
ſtum filium dei,vitam æternam affert:neceſſariò non credere,mortem affert. Quorum eæ-
dem ſunt operationes,eorum eſt ſubſtantia vna:operatio vero patris & filij vna eſt:vt illud:
Faciamus hominem . Et rurſum : Quæcunque enim pater facit , hæc & filius ſimiliter facit:
vna ergo eſt ſubſtãtia patris & filij. Si cognitio patris & filij vita æterna eſt: neceſſe eſt eiuſ-
dem patrẽ & filiũ eſſe ſubſtantiæ . Quæ enim diuerſæ ſubſtantiæ ſunt, vna cognitione non
D comprehenduntur,nec ſimiliter viuificare poſſunt.Si patris imago verè filius eſt: omnis au
tem imago vel ſubſtantiæ vel formæ vel figuræ vel ſpeciei & coloris imago eſt:Deus autem
nihil horum præter quàm ſubſtantia eſt:filius ergo cum ſubſtantiæ imago ſit , conſubſtan-
tialis patri eſt . Si pater in omnibus incomparabilis ad filium eſt , in omnibus autem & ad
creaturam,non aliter ad filium aliter ad creaturam,ſed ſimiliter:non ergo diſſimilis ſolum
patri filius,verumetiam creaturæ ſimilis: quod quomodo nõ abſurdum?Si enim creaturam
aſſerũt filium, & non vt vnum è creaturis aſſerunt:cur cum nos genituram dicimus, vt vnũ
ex genituris intelligunt?Si deus nõ generat ne fluxum patiatur,nec creabit ne laboret: quod
ſi creat abſque paſſione,multo magis ſine paſſione generabit. Si omnis lucis ſplendor gene
E ratur quidem ex luce,non vero aliquando,ſed ſine tempore & coæternaliter illi (non eſt e-
nim lux ſine ſplendore)Filius etiam cum ſplendor ſit,non aliquando erit,ſed coęternaliter.
Lux enim eſt deus,vt Dauid inquit:In lumine tuo videbimus lumen . & Daniel : Lux cum
ipſo eſt.Si genitura ſecundum eos ſubſtantia eſt,ſicut & ingenitum:filius vero dei genitura
eſt:ergo & ſubſtantia dei eſt.Si voluntate & non natura deus filium genuit , vel eum ſemel
voluit,inuitus in poſterum eſt:vel & rurſus voluit & rurſus etiam genuit. Quòd ſi non vna
eſt voluntas ipſius ſed diuerſæ, nec ipſe ſimplex eſt nec vnus creator,ſed ſicut vult etiam fa
cit.Si deus non generat,non generat profectò , vel quoniam non poteſt , vel quoniam non
vult:ſed ſi non poteſt,minor eſt quàm generans & perfecta natura , cum ad hoc etiam im-
F becillitas ipſi inſit.Quod ſi poteſt & noluit,quod natura habet voluntate retinuit. Quare &
ſi nondum genuit,tamen cum aliquando voluerit generabit . Si aliquando non erat filius,
ipſum aliquando poſt genitorem erit,& ante genitum:non ergo ſolo excepto patre ante o-
mnia filius eſt:verumetiam poſt illud aliquãdo eſſe inuenietur.Cum nos aſſeramus patrem
eſſe ſemper,neceſſe eſt etiam filium eſſe ſemper . Illi dicunt ergo quoniam & filius ſemper,
creator & creatura erit ſemper, & ſic patri & filio coæterna erit creatura . Atqui creatorem
qui dicit,non ſimul creaturam quoque dicit , nec enim vnà cum ædificatore ædificium eſt,
nec ſimul cum nauiculario nauis,nam creatio in creatore eſt, quod vero creatum eſt , poſt
creatorem,patrem autem dicere impoſſibile eſt,niſi ſit filius, qui & patrem dixit, nõ ſolum
patrem, ſed alicuius patrem dixit . Deus dominus, omnitenens , ſabaoth, qui eſt, Adonai,
Heloi,

Heloi,appellatur deus in ſcripturis: ingenitus vero nuſquam . Quòd ſi quis id etiam dabit, G
ingenitus & cætera huiuſmodi nomina aptè à Iudæis ac reliquis omnibus dicentur.A chri-
ſtianis vero ſolis pater Chriſti diceretur . Si ergo quod ſolum à cæteris nos ſeparat , falſum
eſt,& non verum eſt,& nomen poſitum non res per naturam: falſa eſt fides noſtra, ſpes va-
na.Nam cuius rei principium infirmum eſt,& finis infirmus eſt.Rurſus interrogãt,an cum
ſit,natus eſt filius,an cum non ſit:ita cum obſcura & maligna ſit eorum interrogatio:veren
tur enim quando & in quo tempore interrogare:cum ſic dicere ſolent, interroga eos è con-
trario,An deus cum ſit pater,filium genuit,an cum non ſit pater.Si enim pater cum ſit , ens
entem genuit: Si autem cum non ſit,factus & non natura pater.Omnem autem contentio-
nem ipſorum diuinæ ſcripturæ excludunt,cum Moſes quidem clamet de filio : Qui eſt, me H
miſit.Et euangeliſta:In principio erat verbum.Nec ſemel dicit erat,ſed quater.Et rurſum ali
bi:Qui eſt ex deo,qui eſt in ſinu patris.Et in aliis,qui eſt in cœlo. Et in Apocalypſi : Qui eſt,
qui erat,& qui venturus eſt.Et Paulus:Qui cum ſit ſplendor gloriæ,& in forma dei. Et rur-
ſus.Qui ſuper omnia deus eſt benedictus.Si filius verus eſt deus,& lux,& incommutabilis,
& bonus,& ſanctus,& dominus:hæc autem & pater cum ſit,non ſimiliter eſt,ſed magis:nõ
ſubſtantiæ exceſſu,ſed qualitatis præſtantia.Subſtantia enim magis quàm ſubſtantia non di
citur,ſed qualitas qualitate: homo enim homine magis non dicitur:bonus autem bono , &
iuſtus iuſto.Omnium quæ genita ſunt,eadem cum genitore natura eſt,quanuis genitus alio
modo habeat eſſe.Nec Abel,qui coitione natus eſt,aliud præter Adam eſt:cum Adam plaſ- I
matus,non natus ſit.Si cauſa cauſato maior eſt, & ſecundum ſubſtantiam differens : omnis
vero pater cauſa, & omnis filius cauſatus:maiores & ſecundum ſubſtantiam differentes , &
filiis patres ſunt,& non eiuſdem ſubſtantiæ:quod verum non eſt.Interrogãt,ſi cum pater fi-
lium genuerit,à generando ceſſauit:& ſi habebunt quod ceſſauerit,afferunt,ergo & genera-
re incepit.Omne enim quod finem habet,& principium habet: non erat ergo ſemper filius.
Dicamus , ſi id quod ceſſat eſſe neceſſariò, & principium habet : & quod principium habet,
neceſſario ceſſat:Angeli & cuncta incorporea cum principium eſſendi habeant , neceſſariò
& finem eſſendi habebunt:quod abſurdum eſt.Quare poſſibile eſt,& quod incepit,eſſe non
ceſſare: & quod ceſſabit, non incepiſſe.Quòd ſi ita non eſt,& ipſe filius cum principium eſ- K
ſendi habeat,finem etiam ſecundum ipſos neceſſario habebit:quoniam omne quod princi-
Pater & filius quomodo ſunt vnũ
pium habet,& finem habere volunt.Quod quomodo blaſphemia non eſt?Pręſcientia quo-
que dei cum non habeat principium, poſtea quàm ea facta ſunt quæ præſciuit,finem habet.
Non itaq; quod finem habet,id etiam neceſſariò principium habet. Vnum in rebus incorpo
reis,vel operatione,vel voluntate,vel ſubſtantia dicitur. Cum igitur ſaluator dixerit : Ego
& pater vnum ſumus:ſecundum aliquid iſtorum dixit . Si ergo operatione dicunt , neceſſe
eſt & ſubſtantiam dicere:quorum enim vna ſubſtantia non eſt , eorum non eſt vna opera-
tio.Quod ſi voluntate vnum, non ſolum quæcunque pater velit, ea neceſſe eſt & filiũ velle:
ſed quæcunque etiam filius velit , ea neceſſe eſt & patrem velle.Iubebit igitur & filius patri L
de quibus vult quoniam & ipſi iubetur,coactus & nolẽs miniſtrat: quod ſic nec operatione,
nec voluntate , ſecundum ipſos relinquitur vnum eſſe ſubſtantia , id eſt conſubſtantialem
eſſe filium patri.

*Quod nomen ingenitus,modum eſſendi non ſubſtantiam ſignificat.*

SI ingenitum eſſe ſubſtantia eſt,& genitum eſſe ſubſtantia.Ac ideo non conſubſtan
tialis eſt pater filio:neceſſariò genitura omnis vnitus ſubſtantiæ eſt:omnes ergo ge
nituræ filio dei conſubſtantiales ſunt:quod quomodo blaſphemia non eſt?Si inna
ſcibilitas ad naſcibilitatem filij ex oppoſito diſtincta, alia ſubſtantia eſt:& increatũ
eſſe ad creatum eſſe ex oppoſito diſtinctum,alia ſubſtãtia eſt: erit ergo & innaſcibilitas ſub- M
ſtantia,& increatum eſſe ſubſtantia,quare deus duæ non vna ſubſtantia eſt. Et ad hæc om-
nis creatura erit ſubſtãtia vna,quod falſum eſt.Vna enim creatura eſt,diuerſæ vero ſubſtan
tiæ.Sic autem & incommutabilitas ipſius,& abſque principio eſſe,multaq; huiuſmodi, ſub-
ſtantia erunt.Si enim ingenitum quis patrem,& genitum filium dicat,ſubſtantiam ſignifi-
cat,cum modum ſubſtantiæ ipſorum voluerit quis dicere,quonam modo aliter quam ſic di
cere potuerit?Quare innaſcibilitas ſubſtantiæ modus,non ſubſtantiæ nomen eſt. Si quæ di-
uerſimodè ſunt, diuerſam ſubſtantiam habent,homines inter ſe conſubſtantiales non ſunt.
Nam alio Adam de terra plaſmatus,alio Eua ex coſta facta,alio Abel,ex coitione enim:alio
modo qui ex maria ſola virgine natus eſt.Eodem modo in volatilibus & quadrupedibus.Si
ingenitus



A ingenitus pater, quoniam natus non eſt:filius vero genitus, quoniam natus : poſterior ge-
nito ingenitus eſt.Non enim habebat ad cuius diſtinctionem ingenitus diceretur. Nã non
eorum quæ non ſunt,ſed eorum quæ ſunt,diſtinctiones ſunt. Si deus erat aliquando cũ non
erat pater:factus pater,aſſumpſit vt eſſet pater:quare deus quidem ingenitus : factus autem
pater : ingenitus ergò & genitus,idem, cum ſit ſimplex.Si impoſſibile poſſibili contrarium
eſt,& ſapienti inſipiens,& quandocunque ex oppoſito inter ſe diuiduntur: etiam innaſcibi-
litas naſcibilitati contraria eſt.Quare ſi modus ſubſiſtentiæ innaſcibilitas non eſt , ſed ſub-
ſtantia:pater filio ſecundum ſubſtantiam contrarius erit.Si creatura & non genitura filius,
& cuncta quæ ſunt,creaturæ ſunt:pater fruſtra ingenitus dicitur , cum nullo modo genitus
B ſit,ad cuius diſtinctionem nominetur ingenitus. Commodius igitur increatus,quàm inge
nitus diceretur.Si innaſcibilitas nomen eſt,ſubſtantia non eſt:nomina enim,ſubſtantiarum
ſignificatiua ſunt,ipſa ſubſtantia non ſunt.Quod ſi ipſa innaſcibilitas ſubſtantia eſt , dicant
nomen eius : non enim ex ſubſtantiis , ſed è nominibus & operationibus cognoſcimus , &
præſertim incorporalia.Si innaſcibilitas ſubſtantiæ dei nomen eſt, vel cum ſubſtantiã pro-
priam deus cognoſcat,nomen ſubſtantiæ ignorauit:vel cum etiam nomen ſciret,audientes
decepit.Dominus enim inquit,omnitenens nomen meum.Et à Moſe quod ſibi nomen in-
terrogatus:Ego ſum qui ſum,inquit.Et rurſum:Deus Abraham,Deus Iſaac, & deus Iacob:
hoc mihi nomen æternum.Et Dauid : Dominus nomen tibi. Ingenitus autem nomen nec
ipſe ſibi,nec quiſpiam ſanctorum dixit . Quòd ſi nec decepit,nec ignorauit, (impium enim
C eſt aliquid tale dicere)ingenitus ei nomen non eſt.Ingenitus vel ſubſtantia vel accidens eſt.
Nam præter hæc nihil eſt.Sed ſubſtantia non eſt,quoniam nec quod ex oppoſito diſtingui-
tur : genitus enim filius non ſecundum quod ſubſtantia eſt , ſed ſecundum quod natus eſt.
Quòd ſi accidens, vel innatum , vel contingens eſſe & non eſſe.Sed ſi innatum eſt, neceſſe
eſt deum & ſubſtantiam & accidens eſſe.Ex neceſſitate nanque talia accidunt,quibus acci-
dunt . Quòd ſi contingenter , erit & ingenitus aliquando & genitus. Si ingenitum dicunt
deum quoniam natus non eſt,non quid eſt ſubſtantia eius dicunt , ſed quid non eſt : nulla
vero ſubſtantia ex quibus non eſt cognoſcitur,ſed ex quibus eſt . Nam & immortalis & in-
corruptibilis & incommutabilis non ſubſtantiam eius:ſed quod nec moriatur,nec corrum-
D patur,nec commutetur,vt creaturæ ſignificat:quare quid deus ſit doceant, non quid nõ ſit.
Si ingenitus non ſubſtantiæ nomen eſt,ſed ipſum ſubſtantia : cum & filius ſubſtantia ſit,&
ipſe ingenitus ſubſtantia eſt,& omnis ſubſtantia ingenita eſt. Si ingenitum ſubſtãtia dei eſt,
& genitum ſubſtantia filij:creatura ergo vel factura non eſt ſubſtantia eius:vna enim & nõ
multæ ſubſtantiæ filius.Cum quis hominem vel lapidem vel lignum dicit,ſubſtantiã quan
dam ſignificat:cum vero genituram dicit,non ſimpliciter ſubſtantiam ſignificat,eſſet enim
omnis genitura vna ſubſtantia . Quòd ſi genitura non eſt ſubſtantiæ cuiuſdam ſignificati-
uum,nec ingenitus.Si deus ingenitus eſt,quoniam natus nõ eſt: ſic & incorruptibilis, quo-
niam non corrumpitur. Sic enim incorruptibile non habiturum finem ſignificat, ſic & in-
E genitum quod ſit ſine principio.Quòd ſi ingenitus quidem,non incorruptibilis autem, erit
ſine principio,ſed non ſine fine,quod abſurdum eſt.Non eſt ergo ingenitum ſubſtantia, ſed
ſignificatio quod natus non ſit.Si pater natura ingenitus,filius quoq; natura genitus. Quòd
ſi natura genitus eſt:creatura non eſt:cum ergo ſit natura genitus,& eum qui genuit eſſe ne-
ceſſe eſt,genitura enim ſine genitore non erit : dicant ergo quis genuit ſi pater non genuit.
Si deus ſubſtantia eſt ingenita,& Chriſtus ſubſtantia genita,& paracletus creatura ſubſtan-
tia , pater & filius & ſpiritus ſanctus nomina ſolum ſunt ſine ſubſtantiis : Baptizent ergo in
ingenito & genito & creato . Res enim nominibus potiores: & ea quæ ſunt iis quæ dicun-
F tur,ad operationem vtiliora.Si pater,inquiunt,ingenitus,genitus vero filius,non ſunt eiuſ-
dem ſubſtantiæ.Nam ingenitus & genitus non erunt vnius ſubſtantiæ. At nos hæc non di-
cimus ſubſtantias,verum nomina ſubſtantiam cuiuſlibet eorum ſignificantia : nihil autem
prohibet diuerſorum nominum vnam eſſe ſubſtantiam : ſicut nec contrarium diuerſarum
in creatura ſubſtantiarum nomen vnum.Si conſubſtantialis,inquiunt,filius patri,pater ve-
ro ingenitus,filius autem genitus: eadem ergo ſubſtantia ingenita & genita. Sed non dici-
mus patris partem eſſe filium , vt diuiſa ſubſtantia ingenita & genita ſit. Verum totum ex
toto genitum ex genito,perfecta duo,non partes duas ex aliquo vno.Si ſaluator in nomine
patris venit,vt ipſe dicit:Ego veni in nomine patris mei:omnia quæ de patre dicũtur, ea de
filio quoque dicuntur.Quare dicetur etiã ingenitus ſi hoc quoq; patris nomen eſt.Si nomen
ingenitus

ingenitus patri honori eſt,ſimiliter vero & filium honorare oportet , ſecundum vocem ip- G
ſius qua dicitur,vt omnes honorent filium ſicut honorant patrem:neceſſe eſt & filium inge
nitum dicere,vt vnus patris & filij honor ſeruetur.Si filius patris nomẽ manifeſtauit,vt ip-
ſe dicit:Manifeſtaui nomen tuum hominibus,proprium autem ſubſtãtiæ eius ingenitus eſt:
monſtrent vbi ſaluator ipſum ingenitum nominauit?Si deus omnibus maior eſt, vtrũ ſub-
ſtantia maior eſt:an quoniam cauſa eſt omnium,cum ipſe à nullo ſit?Nam ſi in quantũ ſub-
ſtantia,omnis ergo ſubſtantia maior omnibus eſt:ſui autem inquantum ingenitus:non er-
go idem ſubſtantia & ingenitus.Si ingenitus aliquid eſt,& immortale, & ſine fine , & inæ-
grotabile,& inſeneſcens aliquid:ergo eo quòd ingenitus eſt excedet omnibus: ſecundũ cæ-
tera vero idem cum angelis,ſpiritibus,& animis.Nam & hæc immortalia ſunt , & ſine fine. H
Quod ſi non iis excedit quæ non eſt,ſed iis quæ eſt:nec enim homo quã irrationale melior,
eo quòd non eſt inanimis & inſenſibilis:nam hæc etiam irrationale: ſed eo quòd eſt ratio-
nalis:ſic igitur & deus,non quoniam ingenitus,ſed quoniam omnium eſt cauſa, maior eſt.
Si ex oppoſito diſtinguitur ingenitus genito:ingenitus autem ſimplex ſubſtantia,ſecũdum
quod incommutabilis quoque,& immortalis,& infiguratus eſt,& cætera huiuſmodi, diſtin
guetur à genito.Nam ſi aliquo iſtorum diſtinguitur,& reliquis non diſtinguitur, compoſi-
tus eſt & non ſimplex.Si qui cognouit deum eſſe ingenitum,quidnam eſt deus penitus co-
gnouit:maius autem nihil eſt quàm deum ſecundum naturam ſuam cognoſcere : nam hæc I
eſt æterna vita,qui nos docuit ingenitum eſſe deum,maior iis rebus inuenitur,quas deus a-
mantibus eum præparauit.Ex illis enim nihil poſſibile eſt hominem cognoſcere : quoniam
neque oculus vidit , nec auris audiuit , nec in cor hominis aſcendit:ingenitus vero nomen
etiam peccatores audiuerunt.Quòd ergo maius eſt , id vel per ſe vel per alium deus pecca-
tores docuit: quod minus & nihil ad vitam confert, id iuſtis conſeruauit: quod quomodo
non inconueniens.Ingenitum eſſe nec diffinitio,nec propriũ dei eſt:hæc enim cum illis cõ-
uertuntur,quorum diffinitio vel proprium ſunt.Si quid enim eſt animal rationale & mor-
tale,mentis & diſciplinæ capax,hoc eſt & homo:& ſi quid homo,hoc & illud.Propriũ vero
hominis riſibile:& ſi quid riſibile,id eſt homo.Ingenitum autem ſi quis cõcedet de ſolo deo K
dici,non ſtatim ſi quid deus , id eſt ingenitum . Nam filius cum ſit deus , ingenitus non eſt.
Nec diffinitio igitur nec proprium dei eſt, ingenitum eſſe:non enim conuertitur.

*Quod filius creatura non eſt.*

SI filius creatura dei eſt,omnis vero creatura creatoris ſerua,Chriſtus dei ſeruus eſt
& non filius. Non ergo ſuſcepit formam ſerui cum eſſet dominus , ſed erat ſeruus.
Factura factori in eadem virtute non communicat : nihil ergo commune patri cũ
filio:nec creatura ipſa,ſi factura & non genitura,filius eſt. Si genitura filius non vt
cæterarum geniturarum aliqua : omnis autem genitura creatura: non igitur creatura filius,
quoniam non eſt genitura vt cætera. Si alia deus creare non poterat præter vnicum filium, L
quoniã naturæ ſuę non conuenit:nec filius multa creabit,ſed vnum quid.Si minora creãtur
à minore,maiora vero à maiore, per multos ergo ſunt creaturæ:non enim omnes æquales.
Si creatiuus eſt deus natura:non vnius erit,ſed multorum. Nam vel imbecillitate multa nõ
creat,vel inuidia vel liuore.Si patris virtus per filium creauit,pater creator eſt nõ filius:ſicut
& inſtrumentũ non eſt artifex. Quare non eſt inconueniens patri accreare quæ à filio crean
tur.Si creaturarum creationẽ per ſe facere deus erubuit,nec glorificari ab illis ſuſtinebit.Nã
quę facere erubeſcebat,ea cũ facta ſint,propria putare nolet.Si idẽ creare & generare in deo,
quoniam ſimplex eſt:idem etiam erit ſeruare & perdere,viuificare & interficere:quod ſi idẽ
eſt,ſalus ergo pariter & perditio & mors & vita idem.Si Chriſtus dei virtus & ſapiẽtia eſt,
hæc autem increata & coæterna deo (non enim erat quando erat inſipiens & abſq; virtute) M
increatus & coæternus Chriſtus eſt deo . Si vero in quantũ operatio, virtus ac ſapientia dei
dicitur , & nos virtus ac ſapientia domini ſicut ipſe dei diceremur:quod inconueniens eſt.
Si filius æternus deus non eſt,erit neceſſario recens:& ſi verus non eſt,erit falſus:ſi non natu
ra,erit poſitione.Impiorum autem eſt recentes & falſos ac non natura deos colere.Non erit
enim tibi,inquit, deus recens? Et Paulus: Sed tunc quidem ignorantes deum,ſeruiuiſtis iis
qui dij non ſunt. Vel igitur impij qui Chriſtũ ſic colũt: vel natura & verus deus eſt filius: &
qui ſic ſentiũt,pij.Si filius operatio eſt & non genitura,nec qui operatus eſt,nec opus ipſe eſt
(aliud enim operatio præter hæc ) ſed etiam non ſubſiſtens : nulla enim operatio ſubſiſtit.
Quod ſi opus, tertius eſt à patre & non immediatus : primus enim qui operatus eſt, dein-
de



A de operatio,ac demum opus.Si filius ingenitus, quoniam ſolus à ſolo factus eſt, vnicreatus
(id eſt græcè μονόκτισος) magis propriè diceretur:cum ſecundum Eunomium verè creatu-
ra ſit,falſo autem nomine genitura vocetur.Si filius creatura patris ſolus, cuncta verò cæte-
ra filij:cum dixerit:Mea omnia tua ſunt:quod rectè dicere poterat filius,ad hoc autem intu-
lerit & mea tua , Eunomij ratione non rectè id intulit . Nam ipſe ſuiipſius eſſe non poteſt.
Quare videtur de ſimilitudine ac identitate ipſorum in omnibus ſimiliq; ſubſtantia,non de
creaturis ea verba dixiſſe.Si deus ſimiliter & creat & generat , Chriſtus & creator noſter &
pater ſimiliter eſt:Deus enim,& ita non opus eſſet adoptione quæ per ſpiritum ſanctum eſt.
Sicut nec opus eſt vt per alium creaturæ ipſius facti ſimus: præſertim cum multa ex creatu-
B ris non nata ſint adoptionis ſpiritum ſuſcipere,ſicut irrationabilia & inanimata.Si nos cum
creaturæ ſimus,ſpiritus ſancti adoptione filij efficimur,dicant ſi filius etiam creatura eſt,per
quem in adoptionem patris peruenit ? Si omnia quæ habet pater, filij ſunt : nihil autem eo-
rum quæ per filium facta ſunt,pater ſeorſum habet,niſi ſecundum eos filium ſolum : & ipſe
ergo ſeipſum habere debet:quod impoſſibile eſt.Si omnino imago ſimilis eſt per omnia: fi-
lius imago eſt: creatura verò in nullo creatori ſimilis , ſed per omnia diſſimilis : cum igitur
patris imago ſit filius,non erit creatura eius.Si quod incorporeum eſt cum generat, neceſſe
eſt vt ſicut corporeum generet:& cum cernit, vt corpus cernet:& cum audiat, vt corpus au-
diet,& omnem operationem vt corpus operabitur.Quod aliquis non habet, id aliis largiri
C non poteſt:ſi ergo creatura & ſeruus eſt filius,alios liberos facere non poteſt . Quod natura
medium inter aliqua eſt,id vtraſq; contingit extremitates : Si igitur dei ac noſtri mediator
natura Chriſtus eſt,non per diſpenſationem,ſed natura coniuncta ſunt deus & creatura. Si
filius patri ſimilis eſt , non autem ſecundum ſubſtantiam,reſtat vel forma vel operatione,
ſed forma quidem impoſſibile.Nullum enim incorporeum habet formam.Sin autem ope-
ratione,nihil ipſe operatus eſſet alterius à ſe naturæ,ſed quale quid ipſemet eſt.Siquidem fa-
ctura patris eſt,& non genitura. Præterea etiam prædictum eſt , quod operatione ſimile eſt,
id etiam ſecundum ſubſtantiam neceſſariò eſſe ſimile . Si dei opera fide non demonſtratio-
ne,ſecundum Dauid qui dixit:Et omnia opera eius in fide:quanto magis ex patre ante ſecu
D la filij generatio fide & non demonſtratione?Si ex nihilo pater filium fecit,& filius ex nihi-
lo cuncta:eadem virtus ac operatio eſt eorum,qui ex nihilo quicquid volunt creare poſſunt,
nullibi differentia creaturarum conſiderata:nam cum creaturæ in multis & per multa diuer
ſitatem habeant,non tamẽ diuerſi ſunt creatores,ſed vnus filius per quem omnia facta ſunt.
Si eorum quæ ex nihilo facta ſunt, prima dei factura Chriſtus , & ſic credentes eum colunt
Arriani,& Iob primam dei facturam diabolum dicit,cum dicat,Hoc primum eſt origo plaſ
matis Domini,latent diabolum colentes & non filium dei . Quod ſi filij primam facturam
dixiſſe Iob aſſerant,vel non amplius ſpiritus Domini ſecundum eos factura,vel poſt diabo-
lum ſpiritus ſanctus inuenietur.Si fides noſtra in filium,opus eſt Dei, hoc enim, inquit, o-
E pus eſt Dei,vt credatis in eum quem ille miſit,ipſe Dei eſſe opus non poteſt. Non enim idẽ
fides in ipſum,& ipſe.

*Super illo Apoſtolico , Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia,*
*tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi.*

SI ſecundum deitatem filius patri ſubiicitur,ex principio profectò ſubiectus eſſet,ex quo
& deus erat.Sin verò non ſubiectus erat,ſed poſtea,ſubiicietur ſecundum humanitatem pro
nobis,& non pro ſe ſecundum deitatem.

*De illo Apoſtolico , Propterea largitus eſt illi Deus nomen,*
*quod ſuper omne nomen eſt.*

SI poſt incarnationem,propter obedientiam,nomen ſuper omne nomen filio pater lar
F gitus eſt deo exiſtenti,& omnis lingua confitebitur Dominum,ante incarnationem,nec no
men ſuper omne nomen habebat,nec confeſſionem ab omnibus quod eſſet Dominus. Ma-
ior igitur factus eſt poſt incarnationem quàm ante eam fuerit,quod eſt inconueniens. Tale
quid & illud eſt , Data mihi eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra . In humanitate igitur &
non in deitate intelligenda hæc ſunt.

*De illo euangelico , Pater meus maior me eſt.*

MAIVS vel magnitudine, vel tempore, vel dignitate, vel virtute, vel vt cauſa dicitur.
Verum magnitudine pater maior filio non dicitur,incorporeus enim . Nec tempore , nam
filius temporum eſt creator . Nec dignitate , factus enim non eſt quod nunquam erat. Nec
A virtute

virtute,quæcunq; enim facit pater,hæc & filius ſimiliter facit,nec vt cauſa, quoniam ſimili- G
ter nobis & ipſo maior eſſet, ſiquidem & eius & noſtri cauſa. Honorem ergo magis filij ad
patrem dictum,id non imminutionem eius qui dixit oſtendit. Deinde quod maius eſt,non
omnino diuerſæ eſt ſubſtantiæ,homo enim maior homine dicitur,& equus equo. Quare ſi
maior pater dicitur, non ſtatim ſubſtantia quoque illius. Et vniuerſaliter quæ comparan-
tur, de conſubſtantialibus non de iis dicuntur, quæ diuerſarum ſunt ſubſtantiarum. Nam
homo non propriè maior irrationali dicitur, nec irrationale inanimato, ſed homo homi-
ne, & irrationale irrationali. Pater ergo & ſi maior filio dicitur, ei tamen filius conſub-
ſtantialis eſt? H

*Super illo euangelico, Horam autem & diem nemo ſcit &c.*

SI creator omnium filius eſt,iudicij verò tempus ignorat,quod creauit ignorat. Non e-
nim iudicium dixit ignorare,ſed tempus,quod quomodo non inconueniens?

*Super eodem.*

SI cognitionem omnium quam pater habet,filius non habet,mentitus eſt cum dixit,O-
mnia quæ pater habet mea ſunt.Et,ſicut pater nouit me,ego noui patrem. Quòd ſi aliud eſt
patrem,aliud quæ patris ſunt cognoſcere,maius autem patrem cognoſcere,quàm ea quę pa
tris ſunt,quanto vnuſquiſq; quàm ſua maior,cum id quod maius eſt filius cognoſcat.Nullus
enim,inquit,nouit patrem niſi filius,quod minus eſt ignorat,quod eſt impoſſibile. Quoni-
am ergo non conferebat hominibus iudicij tempus audire,idcirco reticuit. Nam expecta- I
tio perpetua feruentiores ad pietatem reddit. Cognitio vero quod multum tempus intere-
rit,negligentiores ad pietatem feciſſet,cum ſperamus poſtea pœnitentia poſſe ſaluari. Nam
qui vſque ad horam illam omnia nouit (dixit enim ea) quo pacto horam illam ignoraue-
rit? Fruſtra vero & Apoſtolus diceret,In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ co-
gnitionis abſconditi.

*Super eodem.*

SI ſpiritus ſanctus profunditates Dei inueſtigat,nec quicquam eorum quæ dei ſunt poſ-
ſit ignorare,filius vero ignorat,maior ſecundum ipſos ſpiritus ſanctus filio,quem nec æqua
lem volunt. K

*Super illo euangelico, Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.*

SI verè filius dicebat,Pater ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte. Non ſolum timidita-
tis ac imbecillitatis ſe accuſat,verumetiam patri eſſe aliquid impoſſibile opinabatur. Quod
enim dicit,ſi poſſibile eſt,dubitantis erat,ac non certioris quod pater ipſum poſſet ſeruare.
Ad hæc,quomodo qui mortuos vita donabat, non multo magis poterat viuis vitam con-
ſeruare? Cur ergo qui Lazarum ac alios multos mortuos excitauit, non ſibiipſi vitam præ-
bet,ſed à patre vitam petebat,cum timens dixit,Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix i-
ſte? Si inuitus etiam moriebatur, non ſe humiliauit factus obediens patri vſque ad mor-
tem,nec ſeipſum dedit,vt dixit Apoſtolus:Qui ſe dedit in redemptionem pro peccatis no- L
ſtris. Quod ſi volens, quid opus his verbis: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte?
Hoc ergo non de ſe ipſo, ſed de iis qui in eo peccaturi erant ne peccent accipiendum,pro
quibus etiam crucifixus dicebat: Pater dimitte ipſis quoniam ignorant quid faciunt.
Non oportet igitur ea quæ ſecundum diſpenſationem dicta ſunt, quaſi ſimpliciter dicta
accipere.

*Super illo euangelico, Et ego uiuo propter patrem.*

SI propter patrem filius viuit,propter alium & non propter ſeipſum viuit. Qui verò pro-
pter alium viuit,ipſe vita per ſe eſſe nõ poteſt.Nec enim qui gratia ſanctus eſt,per ſe ſanctus
eſt:mentitus ergo eſt filius cum dixerit:Ego ſum vita.Et rurſus ſic:Et filius quos vult viuifi- M
cat.De humanitate igitur non de deitate dictum intelligere oportet.

*Super illo, Neque filius à ſeipſo aliquid facit.*

SI quod eſt ſui arbitrij, melius eſt quàm quod eſt ſub arbitrio alieno: homo autem ſui
arbitrij eſt, filius vero Dei ſub arbitrio patris, melior eſt homo filio: quod eſt inconueni-
ens. Quod ſi qui eſt ſub alieno arbitrio,liberos facere non poteſt:quod enim ipſe non habet
vt eligat, aliis dare non poteſt. Saluator qui nos liberi arbitrij fecit, non erit ſub libero ar-
bitrio alicuius.

*Super eodem.*

SI NIHIL Saluator à ſe ipſo facere poterat, ſed imperante patre, nec bonus eſt nec
malus.



A malus. Nullius enim eorum quæ facta ſunt, cauſa eſt: & quomodo abſurdum non eſt,
cum homines ſint bonorum & malorum liberi factores, filium Dei nullius rei liberum eſ-
ſe factorem?

*Super illo, Ego ſum uitis.*

SI SALVATOR, vt inquit, vitis eſt, nos vero palmites: agricola pater ad palmites
viti connaturales, vitis vero non connaturalis agricolæ: filius nobis connaturalis eſt, &
pars nos ipſius: non autem connaturalis filius patri, ſed per omnia alienus. Ad quos dice-
mus quod non deitatis ſuæ ſed carnis nos dixit palmites, ſecundum quod dicit Apoſtolus,
Nos enim ſumus corpus Chriſti & membra ex parte. Et rurſum, Neſcitis quòd corpora
B veſtra membra Chriſti ſunt? Et in aliis, Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœle-
ſtis, tales & cœleſtes: igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem
cœleſtis. Si viri caput eſt Chriſtus, Chriſti autem caput Deus, homo verò non conſubſtan-
tialis Chriſto (non enim Deus) Chriſtus verò conſubſtantialis Deo (Deus enim) non er-
go vt viri caput eſt Chriſtus, ſic & Deus Chriſti. Nam creaturæ natura & creatrix dei-
tas in vnum ac idem non conueniunt. Ergo ille vt pater, caput eſt Chriſti, hic vero vt
factor, noſtrum. Si voluntas patris eſt, vt nos in filium ſuum credamus (hæc enim eſt vo-
luntas eius qui miſit me, vt omnis qui videt filium & credit in ipſum, habeat vitam æter-
nam) non eſt ex voluntate filius, alioqui credere nos in ipſum, vel cum ipſo, vel ante i-
C pſum inueniretur.

*Super illo, Nullus bonus.*

SI SALVATOR bonus non eſt,neceſſariò malus eſt,cum enim ſimplex ſit,nihil eorum
quæ ſunt in medio ſuſcipit,& quomodo non abſurdum,bonorum factorem malum eſſe? Et
ſi vita bonum eſt,ac verba filij vita ſunt,vt ipſe dixit,Verba quæ locutus ſum vobis,ſpiritus
ſunt & vita,quomodo cum phariſæus bone magiſter dixiſſet, nullus, reſpondit, bonus niſi
deus? Non enim cum ab illo ſolummodo bonus audiſſet,nullus bonus dixit,ſed magiſter bo
nus.Sicut ergo ad tentantem reſpondit,vt Euangelium dicit,vel ſicut ad ignorantem quòd
Deus bonus eſt,& non ſimpliciter magiſter bonus.

D *Super illo uerbo, Pater glorifica me.*

SI CVM glorificari à patre filius petebat,ſecundum deitatem & non humanitatem pe
tebat,quod non habebat petebat:falſus ergo eſt qui dixit Euangeliſta: Et vidimus gloriam
eius.Et Apoſtolus:Nõ vtique regem gloriæ crucifixiſſent.Et Dauid:Et introibit rex gloriæ:
Non ergo acceſſionem gloriæ,ſed manifeſtationem diſpenſationis fieri petit.

*Super eodem.*

SI QVAM habebat gloriam antea quàm mundus fieret,eam verè à patre petebat quam
amiſit.Quod ſi hoc:non ſolum gloriam amiſit,ſed etiam deitatem. Nam inſeparabilis eſt à
deitate gloria.Nudus ergo ſecundum Photinum erat homo.Apparet igitur in quantum ho
E mo,non deitatis defectu talia dixiſſe.

*Super illo, Primogenitus omnis creaturæ.*

SI ANTE creaturam filius non genitura eſt,ſed creatura:primò creatus vtique dicere-
tur,non primogenitus.Si quoniam primogenitus creaturæ dictus eſt,primo creatus eſt: &
cum primogenitus mortuorum dicatur,ante mortuus mortuorum erit. Quòd ſi primogeni
tus mortuorum dictus eſt, quoniam cauſa ſit reſurrectionis è mortuis: ſic & primogenitus
creaturæ,quoniam cauſa ſit vt à nihilo ad eſſe creatura producta ſit.Si quoniam creaturę pri
mogenitus dictus eſt,primum ipſum eſſe creatum Apoſtolus oſtẽdit:Cum ergo dixerit, O-
mnia per eum & in eo creata ſunt,debuiſſet dicere: Et ipſe factus eſt ante omnia. Cum au-
tem dixerit:Et ipſe eſt ante omnia: oſtendit eum quidem ſemper eſſe, creaturam vero fa-
F ctum. Hoc enim verbum eſt, illi in principio erat verbum, conſonat. Si primogenitus,in-
quiunt, filius, non amplius vnigenitus,ſed alius quoque eſſe debet:ad quem primogenitus
dicitur? Atqui ô ſapiens tu,cum etiam ex Maria virgine ſolus natus ſit,primogenitus ipſius
dictus eſt.Quouſque enim peperit,inquit,filium ſuum primogenitum. Quare non neceſſe
eſt ad fratrem primogenitum dici.Dici etiam poſſit qui primus natus eſt primogenitus.Ad
hæc autem etiam ad eos qui per adoptionem ſpiritus ſancti ex Deo nati ſunt,vt Paulus di-
cit:Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis filij eius, vt ipſe ſit primogenitus
in multis fratribus.

*Super illo, Dominus creauit me.*

SI qui in carne eſt, inquit, ego ſum via. Et idem: Nemo venit ad patrem niſi per me. Ipſe G
etiam eſt qui dicit: Dominus creauit me initium viarum ſuarum. Dicitur autem & de geni
tura creatura & factura: vt illud: Poſſedi hominem per Deum. Et rurſum: Et fecit filios &
filias. Et Dauid: Cor mundum crea in me deus: non aliud petens, ſed id videlicet quod erat
permundari. Dicitur autem & noua creatura, non qui alia creatura factus ſit, ſed quoniam
illuminati ad meliora opera præparantur. Si pater ad opera filium creauit, non propter ſe-
ipſum, ſed propter opera eum creauit: quod vero propter aliud & non propter ſe factum eſt
vel pars illius propter quod factum eſt, vel eo minus eſt. Quare Saluator vel creaturæ pars
eſt, vel minor quàm creatura. Neceſſe eſt ergo de humanitate eius intelligere. Dicet etiam
aliquis, de ſapientia illa hæc Salomonem dixiſſe, cuius & Apoſtolus meminit dicens: Quo- H
niam enim in ſapientia dei non cognouit mundus, per ſapientiam deum. Preterea nec Pro-
pheta eſt qui dixit: ſed prouerbiorum ſcriptor. Prouerbia vero imagines aliorum ſunt, non
ipſa quæ dicuntur. Si dei filius eſt qui dicebat: Dominus creauit me: potius dixiſſet, pater cre
auit me. Nullibi enim ipſum dominum ſuum, ſemper verò patrem vocabat. Capiendum
igitur verbum genuit, de deo filio: creauit vero, de deo qui formam ſerui accepit. In omni-
bus autem iſtis non duo dicimus, Deum ſeorſum, & hominem ſeorſum: vnus enim erat: ſed
cogitatione ac mente cuiuſlibet naturam conſideramus. Nec enim Petrus duos intellexit
cum dicat: Cum igitur Chriſtus paſſus ſit pro vobis ſecundum carnem. Si genitura inqui-
unt filius eſt & non factura, quomodo ſcriptura dicit: Certiſſimè ergo ſciat omnis domus I
Iſraël, quia dominum eum & Chriſtum fecit deus? Quare hic quoque dicendum, de eo qui
ex Maria eſt ſecundum carnem dictum eſſe: ſicut & angelus qui euangelizabat paſtoribus
dicit, quod natus eſt vobis hodie Saluator qui eſt Chriſtus dominus. Nam quod dicit ho-
die, non vtique de eo putabitur qui ante ſecula. Clarius autem quod ſequitur demonſtrat,
cum dicat: Hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis. Si cum natus eſt filius, tunc ſapientia, falſum
illud, Chriſtus dei virtus & dei ſapientia. Nam ſapientia eius facta non eſt, ſed ſemper erat.
Et ſicut illud quaſi de patre à Dauid dictum. Eſto mihi in deum protectorem. Et factus eſt
mihi in ſalutem. Et Paulus, Fiat vero deus verus, omnis autem homo mendax. Sic & domi
nus natus eſt nobis à deo ſapientia, ſanctificatio & redemptio. Si ergo pater factus protector K
& verus, non factura, & filius etiam factus ſapientia & ſanctificatio, non eſt factura. Si ve-
rum quod vnus deus pater, verum videlicet quod vnus dominus Ieſus Chriſtus Saluator.
Nec igitur Saluator deus ſecundum ipſos, nec pater dominus. Et vanum illud, Dixit domi-
nus domino meo. Falſum autem & illud, Propterea vnxit te deus deus tuus, &, Pluit domi-
nus à domino, & fecit deus ſecundum imaginem dei, Et, Quis deus præter dominum? Et,
Quis deus præter deum noſtrum? Et Ioannes, quod deus erat verbum & verbum erat apud
deum. Et Thomas de filio, Dominus meus & deus meus. Ad creaturas ergo & falſò non
propriè dictos deos non in patrem & filium ea intelligere oportet, quæ ex oppoſito diſtin-
cta ſunt. L

*Super illo, ut cognoſcant te ſolum uerum deum.*

QVI verus eſt, ad eos qui ex oppoſito falſò diſtinguuntur, dicitur. Qui verò incompa-
rabilis eſt, ad omnia & per omnia excedit. Cum ergo Hieremias de filio dixerit, Hic deus
noſter non reputabitur alius præter ipſum, maiorem quoque patre dixit. Quòd autem ve-
rus & filius deus, idem Ioannes in epiſtola dicit, Vt cognoſcamus ſolum verum deum, &
ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt verus deus & vita æterna. Nec igitur propter il-
lud, non reputabitur alius præter ipſum, maiorem patre filium intelligendum, nec ſolum
verum deum eſſe patrem, verum vtraque à falſo dictos nec exiſtentes, ſicut etiam in Deu-
teronomio dicit, Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus. Si ſuper
omnia eſt deus, neceſſariò excedit omnia. Apoſtolus igitur cum ſuper omnia deum Sal- M
uatorem dixerat, maiorem etiam patre dixit? ſed hoc inconueniens. Similiter igitur &
hoc intelligendum, magnus deus non vtique minor erit alio deo. Apoſtolus ergo cum
de filio dixit, Expectamus beatam ſpem & apparitionem gloriæ magni dei, & Saluatoris
noſtri Ieſu Chriſti: maiorem patre intellexit? Filij enim apparitionem & præſentiam ex-
pectamus, non patris abſque diſcretione. Igitur de patre ac filio hæc non cum obſeruatio-
ne dicuntur.

*Aequaliter eſſe deo, non aliud eſt quam deo æqualem eſſe.*

FILIVS igitur cum non in rapinam putauerit æqualiter eſſe deo, quomodo diſſimilis





A ac inæqualis deo? Iudæi autem Eunomio magis pij. Nam cum ſaluator filium ſe dei dixerit,
quaſi filio ſolum debeatur, ſi verè filius eſt, æqualem ipſum eſſe patri: volebant, inquit, ipſum
lapidibus petere, non ſolum quia ſoluebat ſabbatum, ſed quia etiam patrem proprium deum
dicebat, æqualem ſeipſum faciens deo. Aequalis igitur patri & ſecundum Apoſtolum & ſe-
cundum ſaluatoris vocem, quamuis Eunomius nolit. Si iudicij dominus filius non eſt, vt
hos quidem præmio, illos vero ſuppliciis poſſit afficere, quomodo dicebat: Pater neminem
iudicat, ſed vniuerſum iudicium dedit filio? Et alibi: Poteſtatem habet filius hominis in ter-
ra peccata dimittere. Et rurſus: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Ad Petrum
vero: Tibi dabo claues regni cœlorum. Ad diſcipulos autem: Amen dico vobis, vos qui ſe-
B cuti eſtis me, in regeneratione ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus
Iſraël. Ipſis vero ſcriptis ſolutum eſt cum ſaluator dixerit: Et tunc reddam vnicuique ſecun
dum opera eius. Et alibi: Et ibunt qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: qui vero mala
egerunt, in reſurrectionem iudicij. Apoſtolus vero: Omnes enim nos manifeſtari oportet
ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque corporis propria prout geſſit, ſiue bonum ſiue
malum. Eorum igitur qui accipiunt, eſt dignos ſe ad dexteram vel ad ſiniſtram ſedere fa-
cere, non eius qui dare poteſt, etiam ſi iniuſta petitio ſit.

*Super illo, Quis deus præter dominum, & quis deus præter deum noſtrum.*

Quod non ad filium hæc & horum ſimilia, ſed ad dictos deos cum non ſint, ſcripturæ di
C xerunt, ex illis ſufficienter demonſtratum eſt, ex quibus & deum & dominum ſæpe filium
demonſtrauimus in veteri ac nouo teſtamẽto dictum eſſe: Dauid aũt idipſum clarius fecit
dicẽs: Quis ſimilis tibi: & adiunxit, in diis domine. Et Moſes: Dominus ſolus dux eius erat,
& non erat cum eo deus alienus, cum tamen ſaluator eſſet cum ipſis, vt dicit Apoſtolus, Bi
bebant autem è ſpirituali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. At Hieremias,
Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de iis quæ ſub cœlo ſunt. Nec enim
in iſtis filius. Nam ipſe creator omnium eſt. De idolis ergo quæ colebant gentes, & quod
prædictum eſt, & illud. Ego deus primus, & ego poſt hæc, & præter me non eſt deus, & ante
me non fuit alius deus, & poſt me non erit. Et, Audi Iſraël, Dominus deus tuus, deus vnus
D eſt, & omnia talia nonne de filio intelligenda ſunt?

# Baſilij magni Cęſarienſis Epi-
## SCOPI DE SPIRITV SANCTO LIBER
### *contra Eunomianos, quòd non ſit creatura, quem prioribus adiunctum,*
E
### *ad Amphilochium ſcriptum opinari licet.*

CVm quæ communia ſunt creaturis, ſpiritui ſancto non communicen
tur: & quæ ſpiritus propria ſunt, creaturæ non communicentur, col-
ligitur hinc ſpiritum non eſſe creaturam: quoniam quæ communia
ſunt patri & filio, eadem communia ſunt & ſpiritui. Nam quibus de-
ſignatur in ſcriptura pater & filius eſſe deus, eiſdem ſignatur & ſpiri-
tus ſanctus deus. Ex quibus colligitur eiuſdem ſpiritum eſſe deitatis
cum patre. Quoniam quæcunque patri vt deo, non vt patri inſunt:
F & quæcunque filio vt deo, non vt filio inſunt, ea etiã ſpiritui inſunt,
non autem creaturis: ſicut nomina & res creaturis incommunicabiles, ſoli trinitati commu
nes: patet trinitatem eſſe conſubſtantialem. Omne quod factum eſt, tranſmutationis ac ver
ſionis ſuſceptibile eſt ſecundũ prophetam, qui de deo dicit: qui omnia facit & commutat ip
ſa: ſpiritus nec verſionis nec mutationis ſuſceptibilis eſt: non ergo creatura. Cum creatura
in duas partes diuiſa ſit, in corporeas ſcilicet res atq; incorporeas, mutatio etiam quam re-
cipit diuiſa eſt. Nam corpora ſecundum ſubſtantiam mutationis ſuſceptibilia ſunt: cum mũ
dus corruptibilis in corruptionem traducatur, ſecundum ſcripturam: Et mortalia corpora
noſtra, immortalia fiunt: incorporea vero ac rationalia, ſecundum operationem vel volun-

tatem mutationis ſuſceptibilia ſunt,ſecundũ illud,Angelis peccantibus non pepercit.Quòd G
ſi omnium quæ facta ſunt,hæc ſubſtantia,illa voluntate mutationis ſuſceptibilia ſunt: Spi-
ritus vero ſanctus nec ſubſtantia , nec voluntate mutationis eſt ſuſceptibilis , non eſt ergo
ſpiritus creatura . Omnis creatura ſanctificata ſancta eſt , ſpiritus vero ſanctus non eorum
quæ ſanctificantur,ſed ſanctificantium eſt,non ergo creatura. Nihil creatum ſubſtantia ſan
ctum,nam quod ſubſtantia ſanctum eſt, exteriore ſanctificatione non eget, eget autem ex-
teriore ſanctificatione quod factum eſt,cum dignum effectum ſit ad ſe ſanctificationẽ addu
cere,ſpiritus vero ſanctificationis non eget,quòd ſubſtantia ſanctus ſit,non igitur eſt crea-
tura . Omnis creatura creatoris ſerua eſt , ſecundum prophetam, qui ſic deum alloquitur:
Quoniam omnia ſeruiunt tibi:qui aũt ſeruus eſt libertatem ac adoptionem quam ipſe ſub- H
ſtantia conſecutus non eſt,aliis præſtare non poteſt:Spiritus vero libertatem ac adoptionẽ
præſtat:ſpiritus enim clamat in cordibus noſtris:Abba pater: quare non eſt ſeruus,ſicut nec
filius,nõ ergo creatura. Nulla creatura rationali anima participabilis eſt,vt in ipſa eſſentia-
liter habitet: ſpiritus autem ſanctus inhabitat in ipſa , ſecundum eum qui dicit: Templum
dei ſumus,& ſpiritus ſanctus habitat in nobis:non ergo creatura.Omnis rationalis creatu-
ra virtutis ac vitij ſuſceptibilis eſt , ſpiritus autem nullius horum ſuſceptibilis eſt, non ergo
creatura ſpiritus.

*Quod ſpiritus creator eſt.*

COELI enarrant gloriam dei , & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Et in I
alio pſalmo:Et opera manuum tuarum ſunt cœli . Et quænam erunt incorporei dei manus
incorporeæ,quæ firmamentum & cœlos crearunt,ille ipſe propheta explanat cum dicit:Ver
bo domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Verum quemadmodũ
prolatum verbum in deo non eſt : ſed viuens & ſubſiſtens & factiuum omnium , ſic in deo
non eſt ſpiritus perfuſus,non diſſolutus aër , ſed virtus ſanctificans,conſubſtantialis, ſubſi-
ſtens,manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Et id dictum eandem habet cum ſupe-
riori ſententiam.Spiritus enim diuinus,Iob inquit,qui fecit me.Et altera manuum exponẽs
Salomon inquit : Deus patrum & domine miſericordiæ , qui feciſti omnia in verbo tuo,&
ſapientia tua conſtruxiſti hominem.Chriſtus autem dei virtus & dei ſapientia, quæ ſecun- K
dum tropologiæ rationem manus eſt creans . Ad hæc etiam ſpiritus operationi totam no-
ſtram impoſuit naturam. Renouantem quoque ipſum creaturas in incorruptionem ſermo
diuinus dicit : Auferes ſpiritum eorum & in puluerem ſuum reuertentur . Emitte ſpiritum
tuum & creabũtur,& renouabis faciem terræ. Nec profectò ipſe ſeipſum mittit. Miſſionem
autem vocat exitum ad opus,non de loco in locum migrationem.Quoniam ſpiritus domi
ni repleuit orbem terrarum , & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis . Spiritus
domini ſuperueniet in te.Quapropter & quod in ea natum eſt, inquit, de ſpiritu ſancto eſt.
Quod ex alio eſt,vel creatione ab ipſo eſt, vt illud: Vnus deus & pater ex quo ſunt omnia.
Vel per generationem,ſecundum illud:Ego à patre exiui.Et Ex vtero ante luciferum genui L
te, non quoniam vterum deus habeat,verum quoniam propriæ ſuæ & non nothæ genituræ
Ex vtero ante luciferũ genui te. ex vtero parentum naſcuntur, vterum ſe ipſum ad generandũ habere deus dixit, ad confu-
ſionem impiorum,vt ſaltem ſuam conſiderantes naturam , proprium patris fructum ſicut
ex vtero ſuo natum filium eſſe prædiſcant. Quod ergo ex alio eſt, vel creatione vel genera-
tione,vel natura,ex ipſo eſt,ſicut operatio noſtra ex nobis,vel ſicut ſplendor ſolis ex ipſo.Si
ergo ſupernaturale Chriſti corpus è ſpiritu ſancto eſt , nec geniturам ipſius eſſe poſſibile:
quoniam quod ex carne natum eſt,caro eſt:& quod ex ſpiritu natũ eſt,ſpiritus eſt. Nec rur-
ſus ex ipſo ſicut operatio eius,quoniam in ſimplici natura & incorporea eandem ſubſtantiæ M
rationem operatio ſuſcipit:Relinquitur ergo ex ipſo eſſe,ſicut eius creatura.Verum & digi-
tus dei qui tranſmutauit in Aegypto puluerem in animalia,generationem animalium quæ
à principio fuerat oſtendens,paracletus erat, ſpiritus veritatis . Cum enim tres euangeliſtæ
dicant ad Iudæos dominum dixiſſe.Si autẽ ego in ſpiritu dei dæmones eiicio, igitur in vos
peruenit regnũ dei. Lucas dixiſſe ipſum inquit: Si autem ego in digito dei dæmonia eiicio,
peruenit ergo ad vos regnum cœlorum : Quas ob res & quæ per Moſen in Aegypto facta
ſunt ſigna,quæ digito dei facta ſunt,& mirabilia dei ſigna cum ſpiritu fiebant:digitus vero
dei & in his quæ à Moſe,& in his quæ à domino ſigna facta ſunt,ſpiritus dictus eſt:nõ quo-
niam parua quædam virtus coëxiſtens deo eſt,ſicut corpori digitus:verum quoniam vnum
Digitus dei quid ex donis ſpiritus,quæ ſecundum diuiſionem ſunt, gratia etiam ſanitatum eſt , id quod
eſt vnum



A eſt vnum quid,& non vniuerſa ſpiritus dona digitum vocat. Alij enim per ſpiritum datur
ſpiritus ſapientiæ, alij vero ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij gratia ſanitatũ
in vno ſpiritu,alij prophetia,alij diſcretio,ſpirituum,alij genera linguarum,alij interpreta-
tio ſermonum.Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus,diuidẽs ſingulis prout
vult.Diceret aliquis,quod hæc omnia & quæcunque alia dona ſpiritus ſunt, tanquam cor-
pus quid ipſius ſunt,vnumquodq; donum digitus:& hoc autem vtile dictionis ne negligas.
Cum enim dixiſſet,quia omnia hæc operatur ſpiritus,ſicuti vult:de domino etiam ipſemet
inquit.Et diuiſiones operationum ſunt , idem vero deus qui operatur omnia in omnibus.
Quòd ſi omnia operatur deus ſicuti vult , omnia vero hæc vnus ac idem ſpiritus operatur,
B diuidens ſingulis prout vult:quomodo diuerſitas ſubſtantiæ illic eſt,vbi operationi identi-
tas eſſe cognoſcitur:permutatis enim ſubſtantiis ſecundum impiiſſimum Eunomium , di-
uerſas eſſe oportebat & operationes:Eandem autem autoritatem & poteſtatem ſpiritus ſal-
uator atteſtatur:Spiritus,inquit,vbi vult ſpirat.

*De remiſſione peccatorum.*

PROPRIVM dei eſt peccata dimittere, cum ipſe dicat:Ego ſum qui deleo peccata tua.
Et,Si fuerint peccata veſtra vt coccinum , quaſi nix dealbabuntur : & ſi fuerint rubra quaſi
vermiculus,vt lana alba erunt. Præterea quoniam deus dei filius Ieſus paralytico peccata di
miſit, dicens : Fili dimittuntur tibi peccata tua,qua in re à Iudæis qui deum ipſum eſſe ne-
ſciebant,blaſphemare putabatur,dicẽtibus:Ipſe blaſphemat:nullius enim eſt dimittere pec-
C cata niſi ſolius dei.Dominus autem ſanctis apoſtolis inſufflans,inquit:Accipite ſpiritũ ſan-
ctum,quorumcunq; dimittetis peccata,dimittentur eis:Si ergo nullius eſt peccata dimitte-
re,ſicuti certè nullius eſt,niſi ſolius dei: dimittit autem ſpiritus ſanctus per apoſtolos: Deus
ergo ſpiritus ſanctus,& eiuſdem operationis cum patre & filio:Docete,inquit,omnes gẽtes
baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Gentes iubet credentes & doctas
baptizari in trinitatis nomine.At Petrus Iudæis qui concordes fuerant in morte Chriſti pœ
nitentiam agentibus:Pœniteat ſingulos,inquit,à malitia veſtra & à via praua,& baptizetur
vnuſquiſque veſtrum in nomine domini Ieſu, & ſaluabitur : quaſi poſſit eadẽ operari filius
in regeneratione baptiſmi,quæcunque pater & ſpiritus operantur. Dominus vero apoſtolis
D dixit:Expectate promiſſionem patris quam audiſtis,quòd Ioannes quidem baptizauit aqua
ad pœnitentiam:vos vero baptizabimini in ſpiritu ſancto.Si ergo in apoſtolis eadem opera-
ri poteſt ſpiritus ſanctus quæ patris ac filij nomen in iis quæ ex gentibus crediderunt, & do-
mini Ieſu nomen in iis Iudæis qui pœnitentiam egerunt : Nemo enim diceret minore apo-
ſtolos per lauacrum gratia participaſſe , quàm qui è gentibus crediderunt:quoniam per ſpi-
ritum ſanctum gratiam habuerunt:quomodo non eſt eiuſdem cum patre ac filio ſubſtantię
ſpiritus,cum eiuſdem ſit operationis?

*Quod eadem ſit poteſtas patris & filij & ſpiritus ſancti.*

E VADE in Damaſcũ,& ibi dicetur tibi,quòd vas electionis mihi es.Dominus de cœ-
lo viſus Paulo dixit,quod eum in prędicatorem euangelij orbi conſtituerat.Intran-
ti vero in Damaſcum, Ananias dixit:Salue frater,reſpice: Deus patrum præordina-
uit te : ac ne de Chriſto id intelligeretur,infert, vt cognoſceres voluntatem eius, & videres
iuſtum ſuum Ieſum: qui vocationem & ordinationem ſcriptis commendans dixit : Paulus
ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus.Deinde quid aliud etiam ad vocationem dicit:Segre
gatus in euangelium dei.Qui autem ſegregauit, vt apoſtolorũ actus docuerunt,ſpiritus fuit.
Ieiunantibus enim apoſtolis,inquit,& orantibus, dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Pau
lum & Barnabam in opus ad quod eos aſſumpſi. Quòd ſi dominus deus patrũ ipſum elegit
F quem præordinauit,ac eundem ſpiritus autoritate naturæ vſus ſegregat,quomodo alteritas
in trinitate ſubſtantiæ eſt,in qua operationis identitas inuenitur? Mea verba , Salomon in-
quit,à deo dicta ſunt:at Paulus à Chriſto: An probationem enim quęritis,inquit,Chriſti,qui
in me loquitur.Nihil autem minus ſpiritus etiam in Apoſtolis loquitur:Loquebantur enim
inquit,Apoſtoli prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis.Et non eſtis vos qui loquimini(Sal-
uator ipſis dixit)ſed ſpiritus patris qui in cœlis eſt,loquitur in vobis. Spiritus autẽ & in pro-
phetis loquitur:Quis enim dabit,Moſes dixit, omnem populum iſtum prophetare: quando
dabit dominus ſpiritum ſuum in ipſum ? Et teſtamenti noui propheta nouus Agabus ex-
clamauit dicens : Hæc dicit ſpiritus ſanctus . Quòd prophetæ teſtamenti veteris ex con-
ſuetudine clamabant : Hæc dicit dominus deus . Et hæc Paulus quæ à patre & filio &

 ſpiritu

ſpiritu dicta ſunt colligens: Omnis, inquit ſcriptura diuinitus inſpirata. Quòd ſi ſpiritus in G
prophetis & apoſtolis loquitur, & omnis ſcriptura per deitatem inſpirata eſt: dicatis impij,
cum eius ſcriptura diuinitus inſpirata ſit, quomodo ipſe ſpiritus deus non eſt?

*Quod neque uiſio neque oraculum ſeparatim ſit à patre & filio & ſpiritu ſancto.*

ESAIAS propheta, Vidi, inquit, dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleua-
tum, & ſeraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni &c. & poſt hæc dixit, Vade & dices
populo huic, Audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis: incraſ
ſatum eſt enim cor populi huius. Quantum igitur ad textum ipſum & conſecutionem ſcri
pturæ propheticæ ſupernus pater eſt, qui viſus oraculum præbuit prophetæ, at tonitrui filius
cum alta locutus ſit, & tonitruo terribiliora dixerit, qui non quod non erat, ſed quod erat H
verbum dixit, filium, inquit, viſum oraculum præbuiſſe prophetæ, quoniam dicit Eſaias de
ipſis: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligant
corde, & conuertantur, & ſanem eos: Hæc dixit Eſaias quando vidit gloriam eius. Paulus
vero viſionem & oraculum id, ſpiritus eſſe cenſuit dicens. Bene dixit ſpiritus ſanctus per
prophetam Eſaiam ad patres noſtros, auditu audietis & non intelligetis, & videntes vide-
bitis & non videbitis, incraſſatum enim eſt cor populi huius. Propheta igitur patris in quo
Iudæi credebant, perſonam inducit, Euangeliſta filij, Paulus ſpiritus, vnum deum ſabaoth
eum qui viſus fuit communiter nominantes. Ita cum de vno deo in ipſis indiſtincta ma-
neat opinio, ratio ipſis de hypoſtaſi diſtincta eſt? I

*Quod participant creatore quæ ad imaginem eius facta ſunt, hoc autem per ſpiritum fit.*

QVOD ſi hæc intelligerent ac bene auſcultarent, qui contra ſeipſos male cauillan-
tur, profectò ſpiritum à deitate non alienarent, ne à deitate ſeipſos abſcinderent,
ne mundum à deo diſterminarent, ne deum propria creatura diſſiparent. Miſera
enim cuncta quæ à deo creatore facta ſunt, cum ſecundum naturam creatam
à gloria deſtituta ſint, niſi deitate participent. Non dignus autem ſermo de deo ſi nudam ac
ſui deſertam creaturam deſpicit. Verum nec creatura ſic miſera, nec deus ſic impotens eſt,
vt ſanctam participationem ad creaturas non tranſmittat. Denique ſtatim ad imaginem
ſui hominem facere voluit. Omnium autem imago quæ creatur à primitiuo ad materiam K
tranſmutata, ſimilitudinem capit & charactere participat per artificis mentem & manus cõ
firmationem: ſic pictor, ſic lapidum ſculptor, ſic qui auream aut æneam ſtatuam fingit, ma-
teriam cœpit, in exemplar reſpexit, recepit rei quam ſpeculatus eſt figuram, hanc in materiã
impreſſit. Quòd ſi hominibus non poſſunt ad ſimilitudinem informari materiæ, niſi Idea ip
ſorum participent: quomodo ad ſimilitudinem dei creatura aſcendet, niſi diuino characte-
re participarit? diuinus vero character non ſicut humanus eſt, ſed viuens & verè ens imago
imaginis efficiens, qua omnia quæ participant imagines dei conſtituuntur. Imago quidem
dei Chriſtus eſt: qui eſt imago, inquit, inuiſibilis dei, imago vero filij ſpiritus, quo qui parti-
cipant filij conformes fiunt, ſecundum illud ſcriptum: Quos præſciuit & prædeſtinauit con L
formes, inquit, fieri imaginis filij eius, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

*Quod ſpiritus ſanctus nec poſſeßio, nec creatura dei eſt.*

SI ſpiritus à gloria filij alienus eſt, quomodo ſecundum Apoſtolum ipſum tuo conteſta
bitur quòd filius dei ſis? Quomodo clamabit in te, abba pater, niſi donum verè à filio
ſit non poſſeſſio eius, ab ipſo miſſus, non ſicut humanus ſpiritus vel aëreus, vt ſolent di
cere qui à deitate ſpiritum ſeparant? Sed dei ac filij ſpiritus æternus, in maieſtate diuina exi-
ſtens & cognitus. Neque enim ſpiritus tuus Chriſtus, nec ſpiritus aëris dominus, nec immũ
dus ſpiritus. Nam hoc quoque addicere quidam auſi ſunt. Spiritus vero ſanctus Chriſtus ac
deus vocatur, cum Apoſtolus vt modo cõmonuimus, dicat: Si quis autẽ ſpiritũ Chriſti non M
habet, non eſt eius: ſi vero Chriſtus in nobis, &c. Hæc igitur cum dicat, ſpiritus habitationẽ
Chriſti habitationẽ eſſe affirmat. Et rurſus dicẽs: Dominus vero ſpiritus eſt: vbi aũt ſpiritus
domini, ibi libertas: quare dominus ſpiritus domini, nõ ergo poſſeſſio nec creatura domini.

*Quod imago uera & naturalis dei ac filij ſpiritus eſt.*

ET imago vera non ex imagine vera, ſicut nos propterea aſſimilat ad imaginem & effi
cit non efficitur, & vnctio eſt & non inũgitur. Vnctio vero ſpiritus in nobis (vt Ioãnes
dicit) & quid dixi in nobis, imò enim & in Chriſto domino ſecundum carnem. Ieſum
inquit, de Nazareth, vnxit eum deus de ſpiritu ſancto & virtute. Chriſtus igitur per ſpiritũ
& vnctionem quæ eſt in ſpiritu: quare non per alienam deitatẽ domini vnctio eſt, & nomẽ
Chriſti,



A Chriſti: & qui ab ipſo chriſtiani vocantur: Ploraret enim verè aliquis ſi etiam ſalutis noſtræ
nomen à creatura incipiat: à creatura deductum ſit, & per ſeruum adoptionem habeamus.
Creatura non ſanctificat creaturam, ſed ab vno ſancto, qui de ſe dicit: Ego ſanctifico me,
per ipſum omnia ſanctificantur. Sanctificat verò per ſpiritum, ſicut demonſtratum eſt. Spi-
ritus ergo non eſt creatura, ſed ſanctitatis Dei character, & omnis ſanctificationis fons. In
ſanctificatione ſpiritus vocati ſumus, vt Apoſtolus docet, hic nos renouat, & rurſus imagi-
nes efficit dei per regenerationis lauacrum & innouationem ſpiritus ſancti deo adoptamur.
Noua iterum creatura participãs ſpiritu quo priuata inueterauerat. Imago & iterum dei ho
mo, qui à diuina ſimilitudine decidit, & iumentis inſipientibus ſimilis factus, cõparatus eſt
B illis. Similis eſt factus iumentis ſecundum mortem: Sicut enim mors iſtius, inquit, ſic mors
iſtius: ſed nunc qui ſuſcitauit Chriſtum, inquit, è mortuis, viuificabit etiam mortalia noſtra
corpora per ſpiritum eius qui in nobis inhabitat.

*Quod ſpiritus cum opera Dei perficiat, diuinæ naturæ eſt.*

QVIS enim qui creaturas renouat, qui corruptionem in incorruptionem tranſmu-
tat, qui nouam nos efficit creaturam in ſecula permanentem, à creatore deo ac filio
ſeparabit? Quomodo qui extra deitatem eſt, deitatis creaturam recuperat, nouam
ipſam atque incorruptibilem efficiens? Quo deus alio indigebat vt defluxam
creaturam ſuam reciperet? Silentio tradatur ſermo impius, qui inueteratam & corruptam
creaturam opus dei eſſe aſſerit: eam vero quæ non antiquatur nec corrumpitur, à creatura
C innouari contendit. Non glorificetur creatura ſupra deum, glorificatur autem ſupra deum,
ſi quæ morte ac corruptione ſoluta ſunt, quæ deus per filium operatus eſt, immortalia per
creaturam atque incorruptibilia efficiuntur. Sed ſpiritus diuinus omnia quæ à deo per fili-
um facta ſunt, perficit, ſicut in noua creatione, de qua dicitur: Si quis in Chriſto noua crea-
tura. Propterea verbo domini, inquit, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eo-
rum. Viuens verbum in quo facti ſunt cœli, hic ipſe deus verbum, de quo Ioannes clamat.
Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vitam eſſe viuificantem ſpiritus
monſtrat, ſecundum quod ſcriptum eſt: Vita ſpiritus qui cœleſtes virtutes efficit, hic ipſe
cum patre & filio glorificatur. Nec enim verborum prolatione, quamuis humano more ver
D ba dei prolata dictaq; dicantur, deus creat, nec aërij ſpiritus profuſione cœli ornantur. Spiri-
tus enim ad creandum viuo verbo coordinatus eſt, viua virtus, diuina natura, ineffabilis ex
ineffabili ore exiſtens ineffabili modo, & per ſufflationem ad hominem miſſa, & ſecundum
figuram corporaliter à domino traditam, rurſus ab eo per ſufflationem reſtituta. Concurre-
re enim oportet cum prima nouitate præſentem innouationem atque concurſum. Informa
uit igitur cum ſufflaſſet, cum non alius eſſet atque is, qui à principio inflauit, ſed ipſe per
quem deus ſufflationem dedit, tunc quidem cum anima, nunc vero ad animam: ſic deus
creat non manuum motu corporalium, ſed viui verbi operatione, & ſpiritus participatione
viuificantis. Igitur à principio cuncta facta ſunt in ſpiritu, & in ſpiritu rurſus innouantur.
E Vna & eadem planè operatio dei per filium in ſpiritu videtur, & trinitas diſſeparationem
non ſuſcipit, ſed ſecundum veram Pauli doctrinam: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem au-
tem ſpiritus, & diuiſiones adminiſtrationum ſunt, idem autem dominus, & diuiſiones ope-
rationum ſunt, idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Et cum omnes diuinas o-
perationes recenſuiſſet: Omnia vero hæc, inquit, operatur vnus & idem ſpiritus, diuidens
ſingulis prout vult.

*Quod cum glorificetur cum Deo ſpiritus, non creatura, ſed diuinæ naturæ oſtenditur.*

NON igitur ſuper dei creaturam poteſtatem habet creatura, nec circa ipſas operatur,
F ſed alia creatoris, alia creaturarum eſt operatio. Angeli (vt Saluator dicit) patris qui
in cœlis eſt faciem vident, & id ipſis beatitudo & magna gloria eſt, opera vero ſunt
dei, iuxta illud: Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignis flammam, ſed & ſan
ctificatos, & in ipſis operatur, ſicut in ſanctis hominibus, quinetiam quæ dei ſunt denuntiãt
ſicut homines: quapropter neque angelos vnà cum deo glorificamus, ſicut neq; homines, cũ
non propria eorum ea quæ per eos fiunt exiſtimemus, ſed dei qui per eos operatur. Spiritus
verò cũ deo ac filio glorificatur, ſicut & diuina operatio per ipſum adimpletur. Gratia enim
domini noſtri Ieſu Chriſti, Paulus inquit, & communicatio ſancti ſpiritus cum omnibus vo
bis. At ſalutis noſtræ caput, perfectaq; de deitate ac ſanctificatione baptizatoris traditio, ni-
hil aliud eſt, quàm baptizare in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. In eiſdem autem dei-
tatis

tatis operibus trinitatem glorificari,quoniam nec ſine filio pater operetur,nec filius ſine ſpi G
ritu vnius deitatis teſtimonium eſt.

*Quod ſicut filius ad patrem ſe habet,ſic & ſpiritus ad filium.*

PROPTEREA & dei quidem verbum filius eſt,filij autem verbum ſpiritus.Por-
tans enim,inquit,omnia verbo virtutis ſuæ: & quoniam verbum filij per deum, gla-
dium,inquit,ſpiritus,quod eſt verbum dei:verbum autem dei viuens ac operans.Nec
mihi ad humanas ſimilitudines decidas,verum vbique maius in deo intelligas,exemplum
verbi ad vnius demonſtrationem operationis accipiens.Nam & intellectus tuus omnia per
verbum conſiderat. H

*Cur & ſpiritus,filius filij non dicitur.*

NON quia non eſt ex deo per filium,ſed ne trinitas filios ex filiis habere ſuſpecta, vt
eſt in hominibus,infinita putetur multitudo. Sed dices ſi dei eſt imago filius, filij
vero ſpiritus,cur non filius filij ſpiritus dictus eſt?hac enim re ad impietatem firmiſ
ſima vſus es.Nam vel filium vel creaturam vis intelligere:& quoniam filius nominatus nō
eſt,idcirco creaturarum cauſam creaturam eſſe blaſphemas,eum qui creaturas ſanctificat ac
deificat qui domini dei nomine glorificatur, qui diuinas operationes adimplet. Quoniam
ergo indignus tibi videtur appellatione filij,tanquā à patre & filio alienatus,conſidera quo-
modo ſanctificatos filios efficit:quòd ſi tu per ſpiritum dei es filius, quomodo ſpiritus à fi- I
liatione alienus?& ſi tu per ſpiritum deus,quomodo ſpiritus à deitate alienus? Verum rur-
ſus interrogabis,cur autem filij non ſuſcipit nomen?Iis enim quæ dicta ſunt attendere non
dignum putas:eius vero cauſam quæris quod dictum non eſt:ſicut Sadducæus reſurrectio-
nem non credens,ſed modum reſurrectionis curioſè inueſtigans, & negligens quod dictū
eſt,propter id quod dictum non eſt:& ſi tacebimus, nolentes quæ dei ſunt variis curis ver-
ſare,diuini ſpiritus gloriam victam arbitrare:propterea filij appellatio de ipſo poſita nō eſt:
quaſi non idem abs te quærere poſſimus.Nam ſi concedis infinitos poſitione filios per ſpiri-
tum ſanctos eſſe,cur ſpiritus ſaltem poſitione filius non appellatur, præſertim cum melior
ſit iis qui per ipſum gratia adoptantur, ac ideo non debeat magis per appellationem dimi- K
nui.Nos vero etiam de hoc vt poſſibile eſt nobis,ipſis reſpondeamus.Nam quod ad te atti-
net,cum eadèm quoque tibi immineat interrogatio,tacere ſufficiebat.Dicimus ergo,ſi quis
filium ex filio diceret, in ſuſpicionem multitudinis trinitatem deitatis hominibus adduce-
bat: Facile nanq; ſuſpicari erat, quod ſi filius ex filio natus eſt,ex hoc alius vtique natus eſſet,
ac rurſus alius,& deinceps ad multitudinem.Quamobrē ex deo quidem eſſe ſpiritum aper-
tè prædicauit Apoſtolus dicens:quod ſpiritum qui ex deo eſt,accepimus:& per filium efful-
ſiſſe clarum fecit,cum filij ſpiritum ſicut dei ipſum nominauit,& mentem Chriſti dixerit:ſi-
cut & dei ſpiritum vt hominis, filium vero filij dicere cauit, vt vnus ſit pater deus, ſemper
pater permanens,& ſit in æternum quod eſt:vnus verò filius æterna generatione natus, qui L
abſque participio vna cum patre eſt filius Dei verus,qui ſemper eſt quod eſt, Deus verbum
& Dominus:vnus autem & ſpiritus ſanctus,verè ſanctus ſpiritus ſecundum quod ſcriptum
eſt:Qui cum patre & filio conglorificatur,qui & ſpiritus oris à Propheta Dauid nominatur,
quem & digitum Dei eſſe docemur,cum dominus in Euāgelio dicat: Si verò in digito dei
ego eiicio dæmonia.Dicta hæc & bene dicta ſunt, ſicuti ſunt iis qui abſque curioſa inueſti-
gatione credunt in Deum,& verbum & ſpiritum vnam deitatem ſolam adorabilem,vt nuſ
quam aditus multitudini fiat, ſed quilibet in trinitate vnum ens cognoſcatur, vnus pater,
vnus filius,vnus ſpiritus ſanctus.

*Quod etiam ſi ſpiritus non uocetur filius,perſpicuum tamen eſt quod ex Deo eſt,& quomodo hu*
*manæ ſimilitudines accommodandæ Deo,& non prætermittendæ.* M

NEC enim ad cognoſcēdum ex deo eſſe ſpiritum,minus quid habituri eramus, cum
oris ſpiritum audiremus.Sufficit enim nomen ipſius ad ſignificandum exiſtentiam
eius ex deo.Nec enim filius,nec generatio deitatis proprium eſt,ſed ex humana ſi-
militudine adductum,ex qua etiam ſpiritus dictio traducta eſt. Hac ergo in diuino ſpiritu
diuina ſcriptura vſa eſt, aliter ex deo eſſe oſtendens, quoniam non oportebat eadem hunc
quoque ſimilitudine ſignificare,vti dictum eſt.Tu verò ſimiliter ſicut infideles contra diui
nam doctrinam hæc diſponis,ad blaſphemiam feſtinans:& quoniam proceſſio ex deo, ſpi-
ritus generatio vocata non eſt,idcirco nec ipſum ſpiritum oris dei eſſe credis, ſed manuum
dei opus,& humana exempla deſpiciens,euertis quæ ex ipſis intelliguntur diuina dogmata,
cum



A cum oporteret diuini dogmatis verba cum timore audire, & quicquid dicitur cum pietate
recipere,nec ſtultiſſimè ea quæ ſunt pietatis cauillari. Generat deus non vt homo: generat
autem verè:& quod ex eo natum eſt,eſt verbum non humanum: edit autem verbum verè,
& ex ipſo emittit per os ſpiritum non qualis hominis eſt,quoniam nec os Dei corporale: ex
ipſo autem ſpiritus non aliunde operatur Deus,non corporeis manibus:operatur autem nō
ex ſe ipſo creaturas producens,ſed per creationem ſubſiſtere faciens, ſicut non ex ſe ipſo o-
pus producit homo,qui manibus operatur.Nec tranſmoueas diuinorum verborum termi-
nos,filius eſt filius,& ſpiritus eſt ſpiritus,non creatura. Nec de filio quæras cur non ſpiritus
vocatus eſt,nec de ſpiritu cur non filius,nec creaturam eſſe filium vel ſpiritum blaſphema-
B bis.Filius dei fructus,ſanctus ex ſancto,æternus ex æterno,ſpiritus ſancti dator ad ſubſiſten
tiam & formationem creaturæ.Qui filium tollit,is creationis omnium principium abſtulit.
Principium enim eſt ſubſtantiæ omnium dei verbum,per quod omnia facta ſunt. Qui ſpiri
tum aufert,perfectionem eorum quæ ſunt,abſcindit.Nam quæ fiunt,emiſſione & participa
tione ſpiritus fiunt.Nec in tempore procedit quod ex deo procedit: quamuis in tempore fa-
ctiones reddat verbum,ſemper eſt etiam antea quàm à Moſe ſuboſtenderetur. Quaſi enim
proferebatur humana locutione,vt per figuram humanam exponatur per ipſum factam eſſe
creaturam.Spiritus ſemper eſt etiam antea quàm ſufflatum ipſum & elatum deſcriberet Mo
ſes corporali figura,per ipſum eſſe viuificationem deſcribens.

C *Quod niſi ſpiritum ex Deo quis dicat,nec uerbum.*

VERVM ea quæ copulationis atque coniunctionis diuinæ ſigna ſunt,verbi ſcilicet ac
ſpiritus nomina,abſcindit Eunomius:quę verò exteriorem ac diuerſam naturam ſi-
gnificant,manus ſcilicet operationem & factionem operum,hæc ſola ſuſcipit.Nam
ſi ex ore dei non credis ſpiritum proueniſſe,nec verbum credes:quoniam & Dauid verbum
& ſpiritum ſimul glorificans,verbo Domini dixit cœlos eſſe firmatos,& ſpiritu oris eius o-
mnem virtutem eorum.Et Moſes quæ verbo facta opera monſtrauit,ſpiritu viuificata oſtē-
dit in factione hominis ſecundum imaginem. Quomodo igitur diſſeparabuntur inſepara-
bilia,verbum ſcilicet dei,& ſpiritus ex deo per filium?Quod ſi nō credis in ſpiritu, Paulum
D audi,qui formationem noſtram in ſpiritu conſummari ait? Nos verò omnes reuelata facie
gloriam Domini ſpeculantes,in eandem imaginem conformamur, à claritate in claritatē,
tanquam à Domini ſpiritu.Per verbum ergo in ſpiritu factura ſecūdum imaginem eſt. Sed
dicis:deus facit ſpiritum,& facit per filium,& illud: Omnia per ipſum facta ſunt, ſpiritum
quoque tibi continere videtur:quæ igitur trinitas eſt,dualitas tibi demonſtratur. Nam ſi cū
cæteris omnibus ſpiritus,quomodo cum patre ac filio ſpiritus? quomodo trinitas eſt trini-
tas?quomodo in trinitate baptiſmus:qui vniuerſum orbem ſanctificat?Sed aquis connume
rari eum dicis,vtpote creaturam,ſicut & aquæ ſunt,quoniam Dominus dicit: Niſi quis re-
generatus fuerit ex aqua & ſpiritu.At id parum eſt.Tu verò quoniam Ioannes dicit:ipſe nos
baptizabit in ſpiritu ſancto & igni: etiam cum igni gehennæ diuinum ſpiritum coordinas.
E Hæc quem impietatis exceſſum nō ſuperarent?Si aquarum dignitatē ſpiritui attribuis,quo-
niam ſpiritus aduentu aquæ ſanctificantur:exæquari nanque tibi viſum eſt,quod ſanctifica-
tur ei qui ſanctificat:& deo ac filio connumeratum in eadem operatione ac gloria non hor
reſcis,hanc vnam operationem ac gloriam decidens.Quod vero aquis vtitur ad corporum
mūdationem,idcirco aquarum honore dignum ſpiritum arbitratus es.Ac medicinam qui-
dem licet materia vtatur,non tamen tanti quanti materiam,ſed materiæ dominam exiſti-
mas. Diuinum autem ſpiritum vt peccati maculas abſtergat aquis vtentem, ad aquarum
dedecus atque humilitatem deieciſti.Aquarum,quæ impiis etiam ad communem vſum cō
F ceſſæ ſunt:aquarum,quibus pollutiones corporis omnes abſterguntur. Quid etiam, ſi illud
ignis recordatus fuiſti,ô quantam rem mente concipere auſus es?admiror contumaciam ſi
verè ignem non extimuiſti.Baptizat Chriſtus in ſpiritu,ſanctificatione dignos,indignos ve
rò ad ignem dimittit:alienos à bono,malo tradens.Propterea igitur tibi bonum & malum
coniuncta,ſimul creata,& alterum alterius videntur participantia,& cum nos eaſdem patris
& filij & ſpiritus ſancti operationes demonſtremus,tu non perſpicis vnionem,nec cum ſeor
ſum in dei gloria ſpiritus prædicatur intelligis, Apoſtolis ipſis deitatis gloriam tribuenti-
bus,hæc dicit ſpiritus ſanctus,ſicut Prophetæ,hæc dicit Dominus: & domini tentationem,
dicentibus tentationem ſpiritus,cum ad tentantes Petrus ait: Quid vtique conuenit vobis
tentare ſpiritum Domini?Et ad eoſdem.Non es mentitus hominibus,ſed deo.Quòd ſi Apo
ſtoli

ſtoli dicant:Viſum autem eſt ſpiritui ſancto & nobis,non coordinantes ſe ipſos cum pote- G
ſtate ſpiritus,ſed ſubiicientes,tanquam ab ipſo tunc ducti,& quaſi vnam cognitionē ac pru
dentiam dicētes ſuam & ſpiritus,& vnam poteſtatem,idcirco tu in creaturam ſpiritum de-
ducere conaberis? Quemadmodum ſi Moſen quoque deo exæquari affirmes, cum audias:
Credidit autem populus Domino,& Moſi ſeruo eius.Sed differentia eſt videlicet inter ſer-
uum & Dominum:quam etiam monſtrans ſcriptor,dixit:Et Moſi ſeruo eius.Nam deo ſicu
ti Domino,& ſicut ei qui Moſen miſit crediderunt,Moſi verò ſicuti ſeruo miſſo. Sic igitur
ſpiritui quidem viſum eſt,à quo tanquam Domino eccleſiæ leges datæ ſunt:Apoſtolis vero
tanquam miniſtris,per quos præcepta edita ſunt. Spiritus autem ſeruus non eſt: Dominus
enim,inquit,ſpiritus eſt:& vbi ſpiritus Domini,ibi libertas.Et Iſraël quidem vt ſeruus,prę- H
ceptis ſpiritus ducitur cum formidine correptus:Chriſtianorum verò eccleſia ſanctificata,
per charitatem adoptatur. Propterea dicit Paulus: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
iterum ad timorem,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis,in quo clamamus abba pater.Quip-
pe qui ſeruum accepit,filius à ſeruo non conſtituitur,nec propter ſerui participationem,pa-
trem deum appellare audebit,nec ſeruus omnia dei operatur ſicut vult, nec ſpiritus poten-
tiam ſi eſſet ſeruus ac creatura per cuncta tranſire caneret Pſalmiſta, faciem ipſum ac ma-
num dei appellans,cum dicat:Quo ibo à ſpiritu tuo,& quo à facie tua fugiam?Si aſcendero
in cœlum,tu illic es:ſi deſcendero ad infernum, ades. Si ſumpſero pennas igneas diluculo,
& habitauero in extremis maris,etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera I
tua. Spiritus enim eſt qui adimpleuit cuncta, ſecundum quod ſcriptum eſt: Spiritus enim
Domini adimpleuit orbem.Salomon inquit, Quapropter cum ſeptem orationibus ſpiritus
cognoſcatur,quas Eſaias expoſuit: Idcirco Zacharias quoque ſpiritum Domini ſeptem o-
culos appellauit, ſic dicens: Iſti ſunt oculi Domini reſpicientes terram. Et id quod dici-
tur: Cœlum & terram ego adimpleo, dicit Dominus: Eam adimpletionem ſignificat, quæ
diuino ſpiritu efficitur, vt etiam per Zachariam Dominus dicit: Ego in vobis, & ſpiritus
meus ſtetit in medio veſtri. Prædicta ſunt huiuſmodi, etiam alia plura, vt certum ſit,ſpiri-
tum eſſe qui creaturam implet. Quare quis non ſentiat maieſtatem deitatis ſpiritus, cum
audiat: Quo ibo à ſpiritu tuo? Et rurſum: Cœlum & terram ego adimpleo dicit Domi- K
nus. Ad vnum ac idem concurrentem video dei ac ſpiritus dictam in omnibus vniuerſa-
lem præſentiam.Tu verò in talibus cum non queas increatum eſſe ſpiritum intelligere ac di
cere,ipſum deum ſpiritum vocari contendis.At nec per ſeipſum inhabitat in creaturis deus
nec pro ſpiritu dei deum ipſum poſſet aliquis accipere,cum apertè audiat Apoſtolus de ſpi-
ritu qui in nobis habitat talia ſcribentem:Nobis verò reuelauit deus per ſpiritum eius. Spiri
tus enim omnia ſcrutatur,etiam dei profunda.Quis enim ſcit hominum quę hominis ſunt,
niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?Ita & quę dei ſunt nemo cognoſcit,niſi ſpiritus dei.Nos
autem non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui eſt ex deo, vt ſciamus quæ à
deo donata ſunt nobis. Sic ergo in his nemo poſſet pro ſpiritu dei deum ipſum accipere, L
quanuis ita eum coniunctum cum gloria Domini videat,vt homini ſpiritum hominis no-
lit violenter ſpiritum dei dicere ipſum eſſe Deum.Spiritus,inquit,meus ſuper te:non deum
ſed ſpiritum,quia ex Deo eſt ſignificauit,ſpiritus Domini ſuper me.Appellauit vnum diui-
num ſpiritum non plures vno. Aliquis dicat, & ſpiritus Domini deus à Domino dicitur.
Spiritus nomine patrem ſignificauit,quoniam incorporeus eſt.Sicut enim ſpiritus deus eſt:
ſecundum illud,Templum dei eſtis vos, & ſpiritus dei habitat in vobis: ſic & deus ſpiritus
eſt, trinitate ſecundum naturam nec inciſa nec diſſeparata, vt nomina quoque non diſſe-
parentur. Quapropter cum vnus ſit deus, deus etiam filius natura paterna & nomine pa-
terno, & cum filius vnus Dominus ſit, Dominus etiam pater imaginis nomine vocatus, M
ſicut eius primitiuus atque genitor: ſic & ſpiritus Dominus à Domino nomen habens, à
quo etiam datur, Dominus etiam ab imagine ſua ſpiritus: quoniam & deus ſpiritus ab
ipſo appellatus eſt, nec tres deos, nec tres Dominos, nec tres ſpiritus, propterea faciun-
dum, ſed trinitatis vnionem in communitate nominum cognoſcendum, quamuis tu
ad tantum dementiæ deueneris, diſiungens ac diſſeparans à patre ac filio ſpiritum, vt
quoniam dicit Dominus: hæc autem eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum de-
um & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: in patre ac filio vitam æternam ſine ſpiritu aſſe-
ras denuntiatam eſſe. Quare ſi ſpiritus propter hæc tibi tollendus videtur, ſine ſpiritu
baptiſmo vitæ baptizeris: ſin verò in ſpiritu vitam hæreditas, quomodo vitam æter-
nam ſine



A nam ſine ſpiritu ſomnias? Si quis ſpiritum,inquit,Chriſti non habet,is non eſt eius. Quo-
modo igitur in æternum viues,niſi ſis Chriſti.Chriſti vero non eris, ſpiritum eius non ha-
bens.Sed cur non addidit inquies, vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti
Ieſum Chriſtum & ſpiritum ſanctum?Non diſiungens ſpiritum,à dualitate duos nominat,
ſed contra vniens,& in patre ac filio ſpiritum ſignificans,& ab eis inſeparabilem.Nec enim
Paulus cum dicit:Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis:abſque pa
tre ſanctificationem introduxit. Verum in filio patrem quoq; ſignificauit. Nec cum inquit:
Vobis enim reuelauit deus per ſpiritum eius, inde abſtulit filium qui dicit: Nec patrem ali-
quis agnoſcit niſi filius, & cui filius reuelabit. Quod ſi patrem non nominans, cum patris
B nomine tamen filium etiam ſignificat: ſic vbi ſpiritus quoque non nominatur in præbente
ipſum ac dante intelligitur.An & quādo dicunt Apoſtoli:Hæc dicit ſpiritus ſanctus,ſolum
ſuſpicabimur ſpiritum leges nobis ferre & futura prædicere, & non ex patre per filium la-
tionem legum & prophetiam deſcendere?Et quando dicitur:puer factus ex ſpiritu ſancto fa
ctus, non abſque verbo ad pueri ſubſiſtentiam ſpiritum aduenisse intelligimus, præſertim
cum dicat Ioannes,quod verbum caro factum eſt,cumq; incarnatio verbo aſſcribatur. Ve-
rum per hæc omnia manifeſtum,quoniam in verbo ſpiritus eſt, cum vnio deitatis non di-
uidatur. Trium enim nominum acceptio trinitatem enumerat, & trinitatis vnionem ha-
bet,cuiuſlibet nominis ſignificatio.Sicut illud:Ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo omnia,in v-
num nomē colligit patris & filij & ſpiritus ſancti proprietatem. Vnus enim deus eſt ex quo
C omnia:& vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia,vnus vero ſpiritus in quo omnia,
ſecundum quod dicitur:Vos non eſtis in carne,ſed in ſpiritu:ſi ſpiritus dei habitat in vobis.
Quamobrem & illud: In deo viuimus & mouemur & ſumus, apertè ſpiritus eſt proprietas
in deo figurata.Non enim per creaturæ operationem deus glorificatur cum ipſe dicatur eſſe
in quo viuimus & mouemur & ſumus. Nec per creaturam creatura continetur & viuit, &
eſt:cum & ipſa indigeat virtute creatoris contineri. Verum quoniam ſpiritus deus cuncta
quæ à deo per filium ſunt in eſſe corroborans: idcirco & eſſendi durationem præbet par-
ticipatus,& nos qui prius ab ipſo diſtracti corrumpebamur, rurſum in ipſo viuimus. Cum
autem multa dicere poſſimus, quibus deus in creatura,& creatura in deo ſignificatur, qui-
D bus omnibus ſpiritus ſignificatur, his quæ dicta ſunt tanquam ſignis aliorum ſatis habebi-
mus,monſtrantes errore implicitis,quod aduerſus deum eſt eorum in ſpiritum impietas: ſi
tamen ſpiritus gloriam,dei gloriam eſſe cognoſcere ſtudebunt.

*Quod non ab æquiuocatione identitas, ſed à natura diuina unitas agnoſcitur.*

VERVM ſpiritus, inquit, etiam hominis dicitur, vt illud: Non permanebit ſpiritus
meus in hominibus iſtis. Et aëris, vt illud: Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ.Et alia
profectò multa inuenies:ſed rectius hæc accipiet, qui diuina piè intelligit, dicens in
aduerſariorum obiectionem.Quod ſi quis putabit idētitatem ex æquiuocis introduci, quid
faciet?quoniam multa dicuntur entia cum vnius id ſit domini & veri dei,dicentis:Ego ſum
E qui ſum.Dicuntur autē & patres multi,& dij,& genitores,& ſapientes,& potentes,& crea-
tores,quæ ſoli deo vera inſunt.Et ingenita eodem modo dicuntur, quæ nūquam nata ſunt,
naſcitura vero vel faciunda, ſicut reſurrectio mortuorum nondum facta, ſed futura:vel ſi-
cut à ferro annulus cum faciundus ſit,& nondum factus, in ferri natura ineſt:vel ſicut cum
ex aqua vel lapide,ignis vel alia quadam materia, modo ſimili talis fieret ignis. Rurſus in-
genitum intelligimus,quod minimè ac nullibi eſt, non ens, qui dum dixerit ſubſiſtentiam
deſtruxit & eſſentiam ſubſtantiæ. Nam non ens nec exiſtens, eam quæ nullo modo eſt na-
turam ſignificat:entem autem atque exiſtentem eſſentiam,ſi quis dixerit, ſubſtantiam exi-
F ſtentem ſignificauit:qui vero dixit ingenitum deum vel hunc ingenitum cum articulo,ſiue
deus nomen præponat,ſiue poſtponat,nec ſubſtantiam abſtulit,nec eſſe dei, nec etiam crea-
tam ſubſtantiam dei eſſe ſignificauit:ſed quòd nata non ſit,demonſtrauit. Nec quoniam eſ-
ſe dei non abſtulit,idcirco quid ſit ſubſtantia dei,ſignificauit:verum appellatio ingeniti vo
cis non qualitatem, vel quantitatem, vt illi demonſtrare vana pollicentur, vana dicentes:
ſed quonam modo eſſe habeat ſubſtantia dei, oſtendit. In his vero quomodo quid ſit,& id
ipſum quod eſt, quale eſt, vel quid eſt, quantum intereſt, inueſtigabile eſt omni creaturæ.
Nam ſi iudicia eius abyſſus multa,(vt propheta dicit)& viæ eius ininueſtigabiles & inſcru-
tabiles omnino ſecundū Paulum: quanto magis ipſe cuius talia ſunt iudicia,tales viæ. Nec
mirum ſi ipſe deus talis eſt, vbi ſua talia ſunt. Si enim quæ præparauit deus diligentibus ſe,
nec

nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit,vt ſcriptum eſt,quanto ma- G
gis eius ipſius dei naturam qui talia præparauit,ineffabiliorem quiſpiam dicat eorũ, qui piè
in ipſum atque ſimpliciter credunt?Ad hæc verba quoque multa dicuntur?At vnum dei æ-
ternum,quod & deus in euangelio prædicatur,per quod omnia facta ſunt. Et filij dei in ſcri
ptura multi dicuntur,ſecundum illud:Filios genui & exaltaui,& rurſus:Filius meus primo-
genitus Iſraël.Verũ poſitione & charactere quodam à vero deo adoptati,poſitione filij non
veri ſunt,à natura enim ac veritate res proficiſcuntur. Quòd ſi qui natura eſſentialiter ab ip
ſo natus eſt, filius non eſt ſecundum iſtorum contemptum qui diſſimiles ſubſtantia patrem
ac filium dicunt,qua in conditione qui poſitione filij ſunt inuenientur? Sed ignorantiſſimi
omnium quæ ſecundum humanam naturam ſunt, impiè deitati accommodant:& ſcriptu- H
ras quæ multifariam ac multis modis intelliguntur,ſimpliciter conſiderantes, excidũt cum
bene duci non patiantur. Rectè nanque ſunt viæ domini,& iuſti ambulabunt per eas,impij
vero in viis planis ceſpitant.Et quod mirum eſt,quæ iuuant eos quæ per fidem valent,ea iis
officiunt,qui circa quæſtiones ac inutiles contentiones ægrotãt: ſicut Apoſtolus dixit,mor
bum eſſe animæ, male & curioſè de deo quærere, ea maximè quæ cum fide cũctis perſpicua
ſunt. Nam ſi ſanctiſſimo ipſi deo de ſeipſo non credunt, quomodo prophetas & apoſtolos
in ſcripturis ſacris de ipſo loquentes auſcultabunt? Credere enim oportet accedentem ad
deum,quod eſt,Credere,inquit,non infideliter,ac curioſè quærere:& quod eſt inquit,ne il-
lud quæras quod non eſt.Quod enim eſt, erat, & eſt, & erit ſemper, & omnibus eſſe donat, I
ſicuti qui natura deus eſt.Quid igitur homo incredulus non credis, quod proprium habeat
filiũ deus,& quæris quomodo genuit deus?Si vero quomodo de deo interrogas,& vbi quo-
que vt in loco,& quando vt in tempore interrogabis:quod ſi abſurdum de deo talia quęre-
re,turpius profectò erit non credere. Non erubeſcis forte, cum in infidelitate ſis:quæris e-
nim non vt fidem,ſed vt infidelitatem inuenias:quod verum eſt ſecundum quod ſcriptum
eſt:Nam in malignam animam nõ introibit ſapientia.Credidit enim Abraham deo, & re-
putatum eſt ei in iuſtitiam, & amicus dei appellatus eſt.Amicus dei beatus Abraham & di-
ctus eſt,& eſt per fidem amicus,amicus per obedientiam dei:ac tu inimicus propter infide-
litatem ac inobedientiam dei.Credidit vero Abrahã deo,non diſcredidit vt vos:propterea K
ipſe amicus,vos vero inimici.Inimici domini mentiti ſunt ei,vt ſcriptum eſt:quoniam filiũ
dei natura, poſitione ac gratia dicunt adoptatum,& creatorem creaturam,& factorem fa-
cturam:& eum qui ſemper in patre eſt,aliquando non fuiſſe:ex deo qui eſt,genitum: filium
à nihilo factum aſſerentes. Non autem ſolum aduerſus deum ac filium mentiuntur deo re-
pugnantes & Chriſto, ſed aduerſus etiam ſpiritum pugnant:Nam non patiuntur ſpiritum
dei appellatione domini vocare, dura ceruice & incircunciſo corde, diuinis ſe opponentes
ſcripturis. Cur autem contrarius es bonæ huic fidei & ſaluanti confeſſioni? Deus verbum,
ſpiritus,pater,filius,& ſpiritus:non alienus filius,non alienus ſpiritus dei,& filij,non locis di
ſpartiti,non æuo circumſcripti,non interuallo dimenſi.Non defuit vnquam filius patri,nec L
filio ſpiritus:ſed incommutabilis & inalterabilis eadem trinitas ſemper pater non filius, ſed
pater filij genitor: vt mens verbi pater, vt potentia potentis:vt ſapiens qui ſapientiam ge-
nuit,vt hypoſtaſis proprium charactera: filius vero ſemper filius eſt, vt forma dei ſemper
exiſtens,vt imago dei naturalis: verum & ſpiritus imago filij dicta eſt,& digitus dei, & dei
ſpiritus,& verbum ac ſpiritus oris,& ſpiritus bonus,& rectus, & principalis, & ſpiritus virtu
tis,& dominus & deus dictus eſt ſpiritus dei, ſicut & verbum. Nam ſi vnà cum deo & ver-
bo virtutes cœlorum ſpiritus firmat, quomodo alienus? quem qui accipiunt templum dei
efficiuntur:qui & ſpiritus oris dei appellatur, & creationis cauſa cum verbo mõſtratur. Qui
operatur omnia quemadmodum deus ſicuti vult,vt Apoſtolus aſſerit,adoptionis ſpiritus li M
bertatis cauſa.Qui vbi vult diuinitatem ſpirat,quem & ſpiritum veritatis dominus omniũ
apertè nominat.Qui ad ipſum de cœlo in ſpecie columbę deſcendit.Qui ſanctificat carnem
dominicam cum virtute.Qui adimplet orbem.Qui vbique adeſt vt deus, ac cum deo ſem-
per eſt,nec ab eo ſeparatur. Qui omnia dei nouit,vt & ſpirit9 qui in nobis eſt,nouit noſtra.
Cum ſpiritum dico,qui in nobis eſt,humanum ſpiritum dico,ſic inquit:Et ea quæ dei ſunt,
nullus nouit niſi ſpiritus dei.Et rurſus ſaluator inquit:Nemo nouit quis eſt filius niſi pater:
neque patrem quis nouit niſi filius, & cui vult filius reuelare. Hæc illi ſimile, ac illud huic
æquipollens.Nobis enim,inquit,deus reuelauit per ſpiritum ſuum. Vide igitur quemadmo
dum nunc quidem pater filium,nunc vero filius patrem reuelat:nonnunquam autem ſpiri-
tus filium,



A ritus filium,ac patrem ſimiliter.Quare vniuerſa deitas nunc in patris,nunc in filij, & ſpiri-
tus ſancti appellatione tibi manifeſtatur:& tibi propheticam quæſtionem ſoluit apertè Apo
ſtolus,nec ſinit vnam perſonam exiſtimare deitatem, propter eas voces quæ id ſignare pu-
tantur. Nam & ipſe quãuis perſonam vbique filij creatricem prædicet, tamen in patris per-
ſonam vniuerſam creationẽ reduxit.An non ipſe eſt qui dixit: Vnus deus pater,ex quo om
nia, & nos in eo:& vnus dominus Ieſus,per quem omnia & nos per ipſum?cum ſimiliter &
hic vnum & vnum liquidò dixerit,& per quem omnia ſunt atteſtatus ſit.Vnum eſſe ad Ro
manos dixit,& per ipſum omnia fieri.Addidit,non ſolum ex ipſo.Quare ſi dualitas in dua-
litate ſignatur,vel trinitas in trinitate ſimiliter,in eodem Apoſtolo & prophetis apertè ſunt
B teſtimonia,quod non dualitatem, imò nec trinitatem tollunt,cum vnitatem prædicent:ſed
vnitatem deitatis ſcientes, in vna perſona tres prædicant: ac ab initio in creatione mundi
aperitur, quod ad filium & ſpiritum deus loquebatur. Sic enim humano more introduxit
Moſes colloquentem ipſum ac dicentem:faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ
noſtram. Cui enim dixit faciamus? An non verbo & vnigenito filio,per quem ſecundum
euangeliſtam omnia facta ſunt, & ſpiritum de quo ſcriptum eſt: Spiritus diuinus qui fecit
me.Quod & ſi non dicit nominatim de quibus vel quibuſcum colloquebatur,quod non de
ſe ſolo dicit,inde perſpicuum eſt:Ecce,inquit,Adam factus eſt vt vnus è nobis. Et rurſum:
Venite deſcendamus & confundamus linguas eorum,vt etiam connumerari eos intelligas.

Moſes & prophetæ ſæpe plures perſonas in diuinis ſuboſtendunt.

Nec enim angelos creatori ac domino quiſpiam in eodem honore collocare audebit: nec
C vnicam rurſus perſonam deum poſſibile eſt intelligere, cum dicatur, vt vnus ex nobis: &
venite deſcendamus & confundamus. Clarum autem & quod de Sodomorum euerſione
dicitur:Tunc pluit dominus ſulphur & ignem à domino de cœlo.Et quod in prophetis ſimi
liter his è perſona dei dictum: Euerti eos,inquit, ſicut deus euertit Sodomam & Gomorrã.
Et alibi clementer loquens deus,dicit:Saluabo eos in domino deo ſuo. Quod non eſt diſſi-
mile ab apoſtolica dictione, qua dicitur: Dabit ei dominus inuenire à domino miſericor-
diam in illa die. At Zorobabel & ſapientia eius,ſubobſcure ne tibi ac non apertiſſimè ſub-
ſiſtentiam ac vitam veritatis videtur oſtendere, cum dicat: Omnis terra veritatem vocat,
& cœlum ipſi benedicit,& omnia opera concutiuntur & tremunt? Quænam verò eſt veri-
D tas?an non verbum ac filius,per quem omnia facta ſunt?Ego,inquit,ſum via,veritas,& vita.
Veritas non eſt niſi ex vero naturaliter & æternaliter ab ipſo nata.Propterea infert, dicens:
Benedictus deus veritatis qui eſt pater veritatis Chriſti. Chriſtus veritas,quem omnis ſpi-
ritus colit & tremit.Quare quod verbum quidem viuens eſt,& perſona perfecta,& ſpiritus
ſimiliter,ſufficiunt quæ modò dicta ſunt ad doctrinam. Figuræ autem humanæ apud deum
multæ quoque ſunt aliæ: nec propterea deum hominem eſſe exiſtimamus, cum faciem au-
dimus,oculos, aures, manus & pedes. Nec in cœlo ſedere veluti in ſede,ac terram ſcabellũ
pedum calcatam corporaliter:ſed vt diuinæ poteſtati ſubiectam debet dici de deo. Sic rur-

Deo humano more attributa quõ ſunt accipienda.

ſum ſi vterum de deo audies,non conturberis,tanquam corporeum quid cogitans, ſed ſpi-
E rituale quid intelligens, melius aliquid eloquare generatiuum dei ex ipſo apertè tibi reue-
latum.Sic etiam cum manus audis,factiuum ipſius planè cognoſcas: aurem vero audiendi
poteſtatem,oculos perſpectiuum ipſius,alas protegendi vim: aliorum quoque omnium ſi-
militer vnumquodque propriam ſeruat ſententiam & rectiſſimam de deo, iis maximè qui
rectiſſimè credunt. Quare nomina hominum ſunt vſus ad cognitionem ac diſcretionem
ſubſtantiarum,vel etiam rerum ac eorum quæ circa ſubſtantias eſſe cogitatione percipiun-
tur.Non ergo mirum tibi videatur,vterum dici de deo, quoniam nec manus,nec alia præ-
dicta:nec igitur generatio de deo dici tibi vel cuiuis audieti mirum videatur. Quod ſi quis
F timet ne in deo generante paſſio ſit,poteſt & creantis motum timere & laborem, & mate-
riæ aſſumptionem,& vſum inſtrumentorum.Hæc enim omnia hominibus adſunt cũ quic-
quam conſtituant:quæ ſi deo non aſſunt, nec in generando aderit paſſio. Impoſſibile nãque
eſt,naturam impaſſibilem,in paſſionem incidere? Cur igitur timet quiſpiam timore vbi ti-
mor non eſt?Deus natura generans,ex ſe num patitur? Abſit.Et creans quicquam ex nihilo
vel vniuerſa quæ ſunt,num laborat? Abſit, ne dicatur: quod ſi vnum fugis neque vnum, ſi
totum ſimiliter & vnum: ſi vnum humano more & totum. Sin vero totum non humano
more, nec vnum. Nam ſi ex nihilo voluntate totum abſque labore fecit deus, & id nobis
non eſt incredibile,omnibus profectò credibilius erit, vt deum decet, ex ipſo ſine paſſione
natura diuina proprium filium genuiſſe,æqualis honoris,æqualis gloriæ,eiuſdem ſedis con
ſiliatorem,

ſiliatorem,cooperatorem, conſubſtantialem patri & deo, non diuerſæ ſubſtantiæ, nec alie- G
num ab eius ſola deitate.Nam ſi ita non eſt,nec adorabilis eſt.Scriptum eſt enim.Non ado
rabis deum alienum: nec recentem aliquem ſuſcipere deum iubemur. Non ergo dicas cul-
tus eſſe additionem:nec etiam quod priſcis filius tacebatur , nobis vero reuelatus eſt. Nam
ſi verbum creatiuum dominum confiteris ( Verbum autem cognouerant patres , verbum
dei adorabant,& cum verbo ſpiritum.)nec eum diſſeparabis ab eo qui dicit:Ego deus ſolus,
nec eſt præter me , ne blaſphemare cogaris in filium quòd deus non ſit . Nec enim diſſepa-
rabilis ab eo qui dicit : Ego extendi cœlum ſolus , ne cogaris negare filium eſſe creatorem.
Nam à gloria ſolius dei is qui cœlum extendit non ſeparatur . Quas ob res in filio patrem
cognoſce, in patre filium glorifica , non partiaris quæ impartibilia ſunt , non ſcindas quæ H
non ſcinduntur. Nam & ſi ſcindere volueris,non tamen ſcinditur:& ſi dirumpuntur hære-
tici,trinitas tamen non dirumpitur , & eſt colenda in vna & æterna gloria,vnam & vnam
deitatem vbique circumferens,irrupta,inſciſſa,indiuiſibilis,adimplens omnia,omnia con-
tinens,in omnibus exiſtens,creans,gubernans,ſanctificans,viuificans.Hæc diuina & admi-
rabilis catena non dirumpitur,vt ſcriptum eſt: Funiculus triplex non dirumpitur. Hoc ſen
ſu & beatus Paulus ad eos,qui rectè crediderunt,ſcribens dicebat:Gratia domini noſtri Ieſu
Chriſti,& charitas dei ac patris, & communicatio ſancti ſpiritus cum omnibus nobis. Nã
quando à deo fiunt omnia per Ieſum Chriſtum in ſpiritu, inſeparabilem patris & filij & ſpi I
ritus ſancti operationem eſſe video . Propterea templa dei & filij & ſpiritus ſancti omnes
ſancti ſunt,in quibus vna deitas, vna dominatio, vna ſanctitas patris & filij & ſpiritus ſan-
cti per vnam habitat ſanctificationem baptiſmi.

*Aduerſus eos qui dicunt ſcriptum eſſe de patre ac filio,*
*de ſpiritu autem in baptiſmate ſolum.*

CVM vero pater dicat:In vltimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem car-
nem:quid dicemus de filio? Nam de ipſo ſcriptum non eſt,cum etiam dicat prophe
ta:Ibi obuiam fuerunt ſerui & viderunt facies ſuas,inter ſe numero tranſierunt & v-
nus eorum non eſt relictus,quoniam dominus iuſſit,& ſpiritus eius congregauit eos:Vbi fi
lius?Cum autem dicat:Spiritus exibit à me,& flatum omnem ego feci: vbi filius ? Et Dauid K
cum dicat: Spiritũ rectum innoua in viſceribus meis,vbi filius ? Cum idem rurſus: Spiritus
tuus bonus deducet me in terram rectam:vbi filius?Et cũ dicat: Spiritu principali confirma
me:vbi filius? Cum vero Iob dicat: Spiritus diuinus qui fecit me:vbi filius?Ac rurſus idem:
Spiritus eſt in tonitruis,flatus autem omnitenentis qui me docet:vbi filius ? Et cum Dauid
dicat:Emitte ſpiritum tuum & creabuntur,& renouabis faciem terræ:vbi filius? Et cum di-
cat:Quo ibo à ſpiritu tuo:& quo à facie tua fugiam?vbi filius?Cum vero dicat:Væh filij re-
belles,feciſtis conſilium non per me, & pactiones non per ſpiritum meum: vbi filius? Cum
etiam dicat:Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice aſcendet,& requieſcet ſuper ip
ſum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis , ſpiritus cognitionis & L
pietatis,& replebit ipſum ſpiritu timoris dei:quomodo ſeparabo ſpiritum? Cum autem di-
cat:Spiritus domini ſuper me,propter quod vnxit me euãgelizare pauperibus, miſit me præ
dicare captiuis remiſſionem,& cęcis viſum : quomodo ſeparabo ſpiritum? Et alia perquàm
multa,ſi quis cum induſtria quærit,de ſpiritu & filio & patre,tam à veteri quàm à nouo in-
ueniri teſtamento poterit. Aue gratia plena dominus tecum. Ecce enim concipies in vtero
& paries filium.Et cum Maria diceret:Quomodo fiet iſtud,quoniam virum non cognoſco?
Inquit ipſi angelus:Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et
rurſum idem angelus dicit Ioſeph:Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam:quod enim
in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt.Et euangeliſta prophetam exponens dicit, vt adimplea M
tur quod dictum eſt:Ecce filius meus electus quem elegi . Dilectus meus in quo bene com-
placuit animæ meæ.Ponam ſpiritum meum ſuper eum.Et in euangelio ſcriptum eſt: Spiri-
tus vbi vult ſpirat, & vocẽ eius audis, ſed neſcis vnde venit aut quo vadit: ſic eſt omnis qui
natus eſt ex ſpiritu.Item in euangelio:Si vero ego in ſpiritu dei dęmonia eiicio,ergo perue-
nit in vos regnum dei.Et rurſus ſcriptum eſt:Omne peccatum & blaſphemia dimittetur ho
minibus,ſpiritus autem blaſphemia non habet remiſſionem. Et in baptiſmo deſcendit ſpiri
tus ſanctus & manſit ſuper ipſum: angeli vero deſcendentes adminiſtrabãt ei:vt cognoſcas
quidem quòd angeli deſcendentes miniſtrabant,vt ſeruitutẽ oſtenderent:ſpiritus vero man
ſit ſuper ipſum:vt cum manſionem audias,naturæ ipſius libertatem intelligas.Scriptum eſt
autem:



A autem:Et pater in me manens ipſe facit opera.Et rurſus ſcriptum eſt:Ieſus verò plenus ſpi-
ritu ſancto regreſſus eſt à Ioanne,& agebatur à ſpiritu in deſertum , & diebus quadraginta
tentabatur à diabolo.Et rurſus:Accipite ſpiritum ſanctum:quoruncunque dimittetis pecca
ta,dimittentur.Et rurſus:Veritatem vobis dico , expedit vobis vt ego vadam . Si ego enim
non abiero,paracletus non veniet ad vos,ſpiritus veritatis qui à patre procedit.Quod ſi di-
cant:Non loquitur à ſe ipſo ſpiritus , ſed quæcunque audiet loquetur . Dicemus ipſis , quod
nec filius à ſe ipſo loquitur,ſed qui me miſit pater,inquit,ille mihi dixit,quid dicam,& quid
loquar.Quæcunque enim ſpiritus & filius loquũtur,dei verba ſunt:& propterea omnis ſcri
ptura diuinitus inſpirata & vtilis eſt,quam locutus eſt ſpiritus.Nam verè id monſtrat ſpiri-
B tum non eſſe creaturam:quoniam omnis rationalis creatura , eſt quando à ſeipſa loquitur,
eſt quãdo ea quæ dei ſunt loquitur,vt cum dicit Paulus: De virginibus autẽ præceptum non
habeo,conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus.Iis autem qui matrimonio
iuncti ſunt,præcipio,non ego ſed Dominus.Et Propheta : O Domine iudicia loquar ad te,
quid quoniam impij proſperantur?Et rurſus:Heu me mater,vt quid me peperiſti?Nonnun-
quam autem dicit,hæc dicit Dominus.Et nonnunquam Moſes:Ego ſum tenuis vocis & tar
dæ linguæ.Aliquando verò is ipſe:Hæc dicit Dominus,emittas populum meum vt mihi ſa
crificet.Spiritus autem non ſic.Non enim aliquando ſua , aliquando quæ dei ſunt loquitur,
id nanque creaturæ eſt,verum omnia ſpiritus verba,dei verba ſunt,ſimiliter & filij. Propte-
C rea nec filius à ſeipſo loquitur.Qui enim miſit me pater,inquit,ipſe mihi dixit:Quid dicam
& quid loquar?non dices,nam id imperfecti eſt & neſcientis verum , quoniam quæcunque
pater loquitur per filiũ in ſpiritu loquitur . Præterea ſcriptum eſt : Nullus ſcit quæ hominis
ſunt,niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt,ſic & ea quæ dei ſunt,nullus nouit niſi ſpiritus dei.
Et rurſus.Spiritus enim ſcrutatur etiam profunda dei.Quod ſi dicat,qui ſcrutatur neſcit,&
ideo ſcrutatur,dicemus quoniam & deus corda hominum ſcrutatur,& per Prophetas dicit:
Scrutabor Hieruſalem cum lucerna.Ad hæc ſcriptum eſt:Neſcitis quod corpora veſtra tem
plum ſpiritus ſancti ſunt,qui eſt in vobis,quem habetis à deo?Et rurſum:Neſcitis quod tem
plum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis,& propterea vos non eſtis in carne ſed in ſpi-
D ritu?Siquidem ſpiritus dei habitat in vobis.Et rurſus ſcriptum eſt:Et hęc quidem fuiſtis,ſed
abluti eſtis,ſed ſanctificati,ſed iuſtificati in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu
dei noſtri.Et rurſus:Non enim audeo loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Chriſtus
in obedientia gentium,in virtute ſignorum & prodigiorum,in virtute ſpiritus ſancti.Et in
principio epiſtolarum Paulus patris & filij & ſpiritus ſancti meminit,ſic ſcribens:Paulus ſer
uus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus,ſegregatus in Euangelium Dei,quod antè promiſerat,
per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo,qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecun-
dum carnem,qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſanctificationis ſpiritum.
Et rurſus:Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti & charitas Dei patris & communicatio ſancti
E ſpiritus.Rurſus:Diuiſiones gratiarum ſunt,idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtratio-
num ſunt,idem verò Dominus , & diuiſiones operationum ſunt , idem autem deus qui o-
peratur omnia in omnibus . Et Iob , Viuit Dominus qui me ſic iudicauit , & omnitenens
qui amaritudine impleuit animam meam . Spiritus verò diuinus qui mihi in naribus re-
manet . Et Dauid , Emitte lucem tuam & veritatem tuam , lucem ſpiritum dicens , verita-
tem verò filium . Et in aliis , Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam , & ſalutare tu-
um da nobis.

*De ſpiritu ſancto, & quomodo quærendum de eo, & quæ ſit eius uirtus.*

GAVDEAT omnis anima quæ de diuinioribus quærit,ſi talem habeat oculum,& ta-
lia quæ ſenſu inuiſibilia ſunt & quærere & videre poſſit . Nam quæ ſic quærit , apud
F eum quem quærit,vt ſcriptum eſt,habitare poteſt.Scriptum eſt enim,Si quęris,quę-
ras,& apud me habita.Tunc autem habitat,quando cum fide quærit.Nam & ſi non inueni-
re accidat,non tamen remouetur ne in fide eius habitet quem quærit,ſed dicit ſecundũ bea-
tum Dauid:Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,cõfortata eſt & non potero ad eam. Et ſe-
cundum patrem lunatici,Credo,adiuua incredulitatem meam. Cum igitur hanc habeam⁹
intentionem,cum fide de natura ſancti ſpiritus quæramus , ab ipſo quem quærimus cogni-
tionem petentes.Ipſe nanq; eſt qui queritur,ipſe qui præbet quęſiti cognitionem.Sicut verò
per ſacras ſcripturas ab ipſo didicimus,Ipſe eſt qui ſanctos,ſanctos fecit,& diuinam iis vitã
præbet qui deum ab ipſo quærunt. Neceſſe eſt autem honorabiliorem eſſe iis qui accipiunt,

qui ſancti fiunt cum ipſe adueniat,& cum ipſe derelinquat,corrumpuntur.Ipſe verò ſemper G
eſt,cum ſit fons æternæ vitæ. Quis verò præbitionis eſt modus , vt & in omnibus ipſe ſit &
in ſingulis,mens conſideret,quæ à deceptione & hæreſi liberata,hac cõſideratione digna fa-
cta eſt.Accedat autem quieto ſtatu,quieſcat verò ipſius non ſolum circumadiacens corpus,
& corporis æſtus,ſed totum continens cœlum,terram,maria,& quæ in iis rationalia ſunt,&
cuncta intelligat adimpleri,& vndiq; ſuper ipſa ſtantem ſpiritum,vt influxum & infuſum,
ac vndiq; ingredientem & reſplendentem.Spiritus enim Domini adimpleuit orbem,& hoc
quod omnia continet cognitionem habet dei.Reſplendet autem hominibus qui digni ſunt
ſicut ſolis radij nubem illuminantes,& ipſam ſplendere facientes,auriformem ipſi faciẽ pręe-
bentes,ſic & ſpiritus ſanctus in corpus hominis adueniens dedit vitam, dedit immortalita- H
tem,dedit ſanctificationem,iacens ſuſcitauit . Id autem motu ſempiterno motum à ſpiritu
ſancto,ſanctum animal factum eſt.Homo verò inhabitante ſpiritu,Prophetæ,Apoſtoli,an-
geli habet dignitatem,cum prius eſſet terra & cinis.Verum natura & virtus ſpiritus manife
ſtior & dilucidior fiet,quænam ſit,ſi nobis in mentem veniet quemadmodum ſanctos ac o-
mnem rationalem naturam ſua continet ac ductitat voluntate.Nam vniuerſæ cœleſtiũ vir-
tutum multitudini & iuſtorum itidem multitudini ſeipſum dedit,& omnis ſubſiſtentia iu-
ſtorum,tam magnorum quàm paruorum,& angelorum & archangelorum ſanctificata eſt,
& cum iaceant corpora aliud hic,aliud illic,cumq; inter ſe medium quid habeant,nõ ſic ſpi
ritus nec aliqua ſui parte cuilibet diſpertitus diuinitus facit viuere,ſed tota eius virtute viuũt I
vniuerſa,& vbiq; adeſt emittenti deo aſſimilatus & in eſſe & in vbiq; ac in omnibus ſimili-
ter eſſe.Et Gabriel Mariam euangelizans,ac alius alibi quenquam ſanctorũ,& quilibet Pro-
phetarum prædicens,Et Paulus Romæ euangelizans,& Iacobus in Hieruſalem , & Marcus
Alexandriæ,ac alius alia in ciuitate ſpiritu adimplebantur,nullo in eodem tempore prohi-
bente internallo eandem fieri gratiam.Per hunc etiam quilibet ſanctorum deus eſt.Dictum
eſt enim à deo ad ipſos:Ego dixi,dij eſtis,& filij excelſi omnes,& deus deorum ſanctorum,
ſcilicet Dominus loquutus eſt,& videbitur deus deorum(ſanctorum videlicet)in Sion.Ne-
ceſſe eſt autem qui diis cauſa eſt vt dij ſint,diuinum ſpiritum eſſe,& à deo eſſe.Nam quem-
admodum quod cremantibus cauſa eſt vt crement,ipſum cremans eſſe neceſſe eſt : & quod K
ſanctis cauſa eſt,vt ſancti ſint,ipſum ſanctum eſſe.Sic & qui diis cauſa eſt vt dij ſint , ipſum
deum eſſe neceſſe eſt,ſic cum tale bonum ac diuina poſſeſſio ſpiritus ſit,iam illi credẽs,Chri
ſtum qui hunc præbet quærere non timeas.Quippe nemo dicere poteſt,deum Ieſum,niſi in
ſpiritu,& quam in ſubſiſtentiam alterius vitam ſpiritus edit,hæc ab ipſo non ſeparatur.Sed
quemadmodum id quidem caliditas ignis innata,id verò quam prębet aquæ vel alij huiuſ-
modi,ſic & ipſe & in ſe ipſo vitam habet,& qui eo participãt viuunt,vt Deos decet,vitam
diuinam ac cœleſtem poſſidentes.Omnia nanq; in ſeipſo immortalia continet, intellectum
omnem,angelum omnem,animam omnem,& cum bene ſe habeat,mutationem non quę-
rit,nec migrationem,cum omnia in ſe ipſo habeat.Sed nec augeri quærit,cum ſit perfectiſ- L
ſimus.Idcirco & apud deum omnia ſunt perfecta , charitas, gaudium,pax, magnanimitas,
bonitas, ſapientia,intelligentia, conſilium,tutela,pietas, cognitio,ſanctificatio, redemptio,
fides,virtutum operationes,ſanctitatum gratiæ,& quæcunq; his ſimilia.Nihil in ſe ipſo ad-
uentitium,ſed omnia propria poſſidens,ſicut dei ſpiritus,& ex eo exiſtens, cauſam ſuiipſius
habens,ſicut fontem ſui vnde manat,fons autem & ipſe bonorum quæ prædiximus. Verum
ipſe à Deo manans ſubſiſtit: quæ verò ex ipſo manant operationes, ipſius ſunt.Hunc ſpiritũ
ſanctum effudit ſuper nos copioſè Deus per Ieſum Chriſtum, effudit,non creauit , largitus
eſt,non fecit,dedit,non conſtruxit,eadem conferens dico , quoniam vndiq; te firmum eſſe
oportet.Qui ab hoc ſpiritu doctus eſt, qui dicet in ſcrutantium reſponſione , digitus Dei à M
Propheta nominatur.Ac rurſus inquit:Docibiles dei erunt.Multi ſunt in quorũ rationabili
anima hic diuinus eſt ſpiritus,niſi negligentia eorum diſcedat ab ea . Cum verò ipſi appro-
pinquauerit,& quaſi vnum facta fuerit,illud audit:Qui verò Domino adhæret, vnus ſpiri-
tus eſt.

Finis librorum beati Baſilij contra Eunomium.



A REVERENDO IN CHRISTO P. AC D. D. IO-
anni Dantiſco Epiſcopo Culmenſi, ſereniſs.Poloniæ regis a-
pud Cæſarem oratori, DES. ERASMVS
ROTEROD. S. D.

NAE TV MIHI *tui cupientiſſimo,te totum ἀφθόνως exhibuiſti* Præſul *ornatiſ-*
*ſime.*Nam *mentis ingeniique tui ſimulacrum,hoc eſt integritatem,candorem,pietatẽ,*
*eruditionemq; non uulgarem in carminibus epiſtoliſq; tuis,haud ſecus atque in ſpecu-*
*lo contemplari licet:oris autem habitum,& in hoc quoque magna ex parte relucẽtem*
B *animũ,mirè repræſentat imago gypſo ſingulari artificio expreſſa:quo certè ſum æqui-*
*or aulicis negotiis,& iſti fabulæ reuera motoriæ,quam tot iam annis agere cogeris,*
*quæ hactenus obſtitit,quo minus licuerit propius exoptatiſſima tua conſuetudine frui,*
*coramq; uiuas audire & reddere uoces.*Nondum *quidem expletum eſt,ſed tamen bo-*
*na ex parte mitigatum eſt meum tui deſiderium.*V*erum ne nulla penſatione uideantur* παλίνδρομοι αἱ χάρι-
τες *, quemadmodum tu mihi pectus aureum gypſo expreſſum exhibuiſti,ita tibi uiciſſim,ſcriptorẽ mitto, char*
*tacea expreſſum materia,uerè gemmeum,niſi ſi quid plaſtæ culpa factus uidebitur deterior.*Miſiſti τὸν πάνυ
βασιλέα,*inter huius æui monarchas ſine controuerſia primum,ego remitto* τὸν ἀληθῶς μέγαν βασίλειον,
*omnium ſuffragiis inter* Græcos *ſcriptores principem,meo quidem penicillo non in gypſo,ſed in charta defor*
*matum,quàm fœliciter,tuum erit iudicium,qui literaturam utranque pulchrè calles.*Argumentum *eſt de ſpiri*
C *tu ſancto,quem Arij uiperina poſteritas,filio,non deo quemadmodum ille docuit,ſed creatæ ſubſtantiæ mini-*
*ſtrum adiungere conata eſt,ut in conſeſſu perſonarum,tertium imumq; ſubſellium cederet ſpiritui .* Ea *quæſtio*
*per illa tempora feruebat,ut quum maximè,& ut fit,ex una excetra multis ſubinde capitibus enaſcentibus, ac*
*diuerſis opinionum uentis facto turbine inter ſe decertantibus,eccleſiæ nauis non minus iactabatur ſectarum*
*undis,quàm hodie ſummo cum animi dolore iactari uidemus:nimirum altum dormiente* Chriſto *in animis ho-*
*minum, quum omniũ, tum eorum præcipuè in quibus maximè debebat uigilare.*Hoc *probatiſſimi doctoris o-*
*pus,quoniam uidebam à* Gregorio Nazianzeno *magnoperè laudatum in monodia, nec hactenus à quoquam,*
*quod equidem ſciam,*Latine *uerſum,eo libentius hoc laboris mihi ſumpſi,quod ſubodorarer hiſce temporibus,*
*furtim reuiuiſcere conantem iam olim extinctæ uiperæ progeniem,quæ rurſus duas perſonas,uerbum & ſpiri*
*tum,meditatur à uero dei cognomine depellere,ut iã hac in parte nihilo meliores futuri ſint* Chriſtiani,*quàm*
D *Iudæi aut* Turcæ:*qui quoties ſeſe componunt ad pietatis profeſſionem,facilè patiuntur* Chriſtũ *appellari* Pro
*phetam,aut etiam deum,ſi urgeas:ſed talem,qualis fuit* Moſes,*cæteriq;* Prophetæ.*Si quis indignetur* Moſen
*æquari* Chriſto,*fatentur* Chriſtum *longè potioribus donis à deo locupletatum.*Qui *modeſtiores ſunt,fatentur*
*ſpiritum ſanctum excellentem eſſe creaturam,ſed* Chriſto *famulantem:quibus minus eſt frontis,aiunt ſpiritum*
*ſanctum nullam eſſe ſubſtantiam,ſed tantum bonæ mentis concitationem.Sed abſit ut huiuſmodi uiperarum ſi-*
*bila quenquam afflent,in nomine patris,filij,& ſpiritus ſancti renatum.*Non *hic ſumam operam in prædican-*
*dis* Baſilij *laudibus,ne audiam,* τό,τίς αὐτὸν ψέγει*:non ſilebo tamen quid mihi inter uertendum acciderit.*
Viſus *ſum mihi in hoc opere deprehendiſſe factum,quod in celeberrimis quibuſq; laudatiſſimiſq; ſcriptoribus,*
*uelut in* Athanaſio,Chryſoſtomo,*&* Hieronymo *factum & uidemus & indignamur.*Quid *iſthuc inquis?*Po-
*ſteaquàm dimidium operis abſolueram citra tædium,uiſa eſt mihi phraſis alium referre parentem,aliumq; ſpi-*
E *rare genium.*Interdum *ad tragicum cothurnum intumeſcebat oratio,rurſus ad uulgarem ſermonẽ ſubſidebat.*
Interdum *ſubinane quiddam habere uidebatur,uelut oſtentantis ſe didiciſſe,quæ* Ariſtoteles *in libris de enun*
*tiatione & prædicamentis,*Porphyrius *in libello de quinq; uocibus prædicabilibus,tradiderũt.*Ad *hæc ſubin-*
*de digrediebatur ab inſtituto,nec ſatis concinnè redibat à digreſſione.*Poſtremò,*multa uidebantur admiſceri,*
*quæ non admodum facerent ad id quod agitur:quædam etiam repetuntur obliuione,uerius quàm iudicio : quũ*
Baſilius *ubiq; ſit ſanus,ſimplex, & candidus,ſibi conſtans,atque etiam inſtans,nũquam ab eo quod agitur ex-*
*currens temerè,nuſquam diuinis myſteriis admiſcens philoſophiam mundanam,niſi per aduerſarios coactus,*
*idq; contemptim:ſed ubique placidus ac uirgineo quodam pudore incedit,ab omni oſtentatione alieniſſimus,*
*ne in pugna quidem ab ingenij lenitate recedens.*Ex *his rebus ſubiit animum meum ſuſpicio,ſtudioſum quem-*
F *piã,quo uolumen redderet auctius,multa intertexuiſſe,uel ex aliis autoribus decerpta emblemata (*Nam *hoc*
*argumentum à compluribus* Græcis *accurratè tractatum eſt)uel ex ſeſe reperta.*Sunt *enim in his quædam eru-*
*dita,ſed à charactere* Baſilij *diſcrepantia:quædam rurſus eiuſmodi,ut indole referant parẽtem ſuum,uidelicet*
*eũ,qui doctiſsimis* Athanaſij *libellis de* Spiritu *ſancto,ſuas loquaces ſed elumbes attexuit nænias,quiq; in* Epi
*ſtolam ad* Corinthios *poſteriorem,& in* Apoſtolorum Acta Chryſoſtomus *haberi ſtuduit.*Porrò,*ſceleratiſſi-*
*mum contaminandi genus eſt,egregiorum uirorum clariſſimis purpuris,ſuos pannos intertexere,aut ut meli-*
*us dicam,generoſa illorum uina,ſuis uapis corrumpere:quod in diui* Hieronymi *commentariis , quibus enar-*
*rat* Pſalmos,*intolerabili ſacrilegio factum eſſe,clarius eſt,quàm ut negari poſſit.*Aduerſus *tantam eccleſiæ cõ*
*tumeliam promptum erat remedium,ſi principes & epiſcopi librorum quos lectu dignos cenſuiſſent,archety-*
*pa in certis bibliothecis reponenda curaſſent.*In *his itaque uertendis fateor mihi nonnihil obrepſiſſe tædij, a-*
*deò ut identidem illud* Maronis *mecum ſubmurmurarem,*

*Non alias uires, conuersáque numina sentis?* G
*Quum in cæteris nihil eſſet quod offenderet guſtum meum. Sed hanc meam ſuſpicionem nihil aliud haberi uo-*
*lo quàm ſomnium, ſi tu diſſenties. Sub operis calcem ueluti celeuma canens, excurrit in naualis pugnæ deſcri-*
*ptionem, uerbis planè tragicis phaleratam, in qua mirè ponit ob oculos, eccleſiæ tum miſerabiliter fluctuantis*
*imaginem, ſed non ita multum abhorrentem ab horum temporum ſtatu, in quibus tam cæca eſt opinionum digla*
*diatio, ut interdum amicos pro hoſtibus feriamus, nec ulla ſit charitas aut concordia, ſi qua eſt ulla, niſi quam*
*conciliauit erroris conſpiratio, hoc eſt, morbus communis: & in tanta dogmatum uarietate, in tanta morum*
*corruptione, in tam confuſo uociferantium tumultu, propemodum ſublato rerum hominúmque diſcrimine, me-*
*rito dubitet aliquis, cui ſeſe globo adiungat. Nulla ſynceritas, ſed prodigioſa quædam calumniandi ſcabies, ne*
*dicam rabies, habet pleroſque, uel alienorum lapſuum ſæuos expenſores, uel rectè dictorū malignos interpre-* H
*tes. Sub omni lapide ſcorpius dormit. Ex unica ſyllaba quantus tumultus incōparabili uiro ſuſcitatus eſt. Quo-*
*niam in ſolenni clauſula precationis aut concionis, pro In ſpiritu, ſemel atque iterum dixerat, Cum ſpiritu, Ba*
*ſilius, per omnes urbes, per omnes pagos, per omnia fora, per omnia conuenticula calumniantium uocibus la-*
*pidabatur: nec illum uel inculpata morum integritas, uel eruditio rara, cum pari facundia coniuncta, uel ipſa*
*functionis dignitas, uel admirabilis quædam erga omnes, tum comitas, tum benignitas, à uenenatis obtrecta-*
*torum ſibilis uindicare potuerunt: ut ego optimo iure nimis delicatus uideri poßim, ſi nullo pacto cum tali ui-*
*ro conferendus homuncio linguacium quorundam obtrectationes perpeti non queam. Simul illud ex hoc argu-*
*mento liquet quod ſcripſit beatus Hieronymus: Arianorum, Eunomianorum, Origeniſtarum, aliorumq; circa*
*diuinas perſonas errores, ex humana philoſophia duxiſſe ſeminarium: non quòd philoſophia per ſe ſit impia,*
*ſed quòd ad huius regulam cœleſtis illa philoſophia quæ uenit è ſinu patris per filium, nec uelit, nec debeat exi* I
*gi. Qui nanque iſti, qui nihil aliud erant quàm homines, diuina myſteria poſſint perſpicere, qui ſic in pleriſque*
*naturæ rebus cæcutierunt? Quanquam illi qui tum diuo Baſilio faceſſebant negotium, philoſophaſtri uerius e-*
*rant, quàm philoſophi. Apud imperitam multitudinem ſeſe pro conſummatis philoſophis uenditabant, quod ex*
*Ariſtotele Porphyrioq; deguſtarant uerius, quàm didicerant, quid ſit enūtiatio: quid genus, quid ſpecies, quid*
*ſubſtantia, quid accidens, quid quantitas, quid qualitas, quid ad aliquid, quot modis dicantur oppoſita, quot*
*modis aliquid uel ſit in alio, uel de alio prædicetur. Quæ nunc ſunt elementa puerorum ad philoſophiæ limen*
*accedentium, ut iſtorum impietas magis ſit imputanda falſæ perſuaſioni, quàm philoſophiæ. Quas turbas con-*
*citaſſent in orbe, ſi illa quoque deguſtaſſent quæ Ariſtoteles tradidit de formis ſyllogiſmorum, de demonſtra-*
*tionibus, de topicis & elenchis, de naturalibus, & iis quæ ſunt ultra naturalia. Sed euehor longius, ut in præ* K
*fatione. Itaque ut finiam, quicquid hic eſt noſtræ opellæ, tibi dicatum eſſe uolui Præſul ampliſsime, non tantum*
*ob id, ut tui nominis lenocinio ſtudioſis reddatur commendatius, uerum multo magis ut acri tuo iudicio, tuá-*
*que lima fiat emendatius. Nam primam manum ad te mitto. Hic ſi quis mihi temeritatis dicam ſcribat, nihil a-*
*liud adferam ad eius criminis purgationem, quàm naturam, & hac ualentiorem diutinam conſuetudinem. Na*
*turam refingere difficillimum eſt, ſed multo difficilius dediſcere quod diutinus uſus penitus infixit, utramque*
*alteri iunctam mutare prorſus ἀδύνατον arbitror homini. Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. At iſthuc, inquies, eſt*
*accuſare teipſum, potius quàm excuſare. Quid facias? Sæpenumero tamen apud clementem iudicem ueniā pro-*
*meruit ingenua culpæ confeßio. Cuius tamen partem aliquam, ſi libeat tergiuerſatorem agere, in typogra-*
*phos reiicere liceret, qui mihi ferè extorquent ouum antequam pepererim, & ſi quid conceptum eſt, non ſi-*
*nunt fœtum matureſcere, ſed inuita Lucina cogunt per abortum eiicere. Non ignorabam quid te dignum eſ-* L
*ſet Vir clariſsime, ſed imitatus Græculum illum è paupere pera depromo paucos obolos, οὐ γὰρ τὴν ἀξίαν*
*σοῦ ὦ σεβαστὲ, εἰ γὰρ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδων. Precor ut iſta motoria fabula, quam tot iam annos a-*
*gis, ſortiatur cataſtrophen, tum tibi priuatim, tum publicè regno Poloniæ fœlicem, téque Sigiſmundus rex, ut*
*ſi quis alius, omnibus ornamentis egregio principe dignis cumulatus, dulci patriæ gregique chariſsimo, cuius*
*ſolicitudo pietatem tuam per omnes negotiorum undas comitatur, breui reſtituat. Datum apud Friburgum*
*Briſgoæ, pridie calendas Maias,* Anno Domini M. D. XXXII.



A # D. Baſilij magni Cæſarienſis

## EPISCOPI DE SPIRITV SANCTO LI-
## *ber ad ſanctum Amphilochium Iconij epiſcopum*, DES. ERAS-
## MO ROTERODAMO *interprete*.

B ### PROOEMIVM.

EQVIDEM collaudo in moribus tuis diſcendi ſtudium atque induſtriā,
ſupraq; modum delector iſta inſtantia vigilantiaq; mentis tuæ, qui pu-
tas nullam vocem ex his quæ per vniuerſam ſcripturam de deo prædi-
cantur, oportere indiſcuſſam relinquere. O charum mihi caput, Amphi
lochi, quem ego præ cæteris facio plurimi. Rectè ſiquidem, poſteaquam
audiſti dominum adhortantem. Qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit:
poſtulandi inſtantia videre mihi quamuis deſidioſiſſimum ad imperti-
C endum excitare poſſe. Quin & illud inſuper in te exoſculor, quod nequaquam, ſicut hiſce tē
poribus plerique faciunt, tentandi gratia proponis quæſtiones, ſed vt quid ſit verum inue-
ſtiges. Nam qui curioſis auribus mea verba captent, quiq; quæſtiones nobis obiiciāt horum
hoc tempore magna eſt copia. At difficillimum eſt nanciſci animum diſcendi auidum, nec
in aliud exquirentem quod verum eſt, niſi vt ignorantiæ medeatur: propterea quod quem-
admodum venatorum laqueus, ac bellantium inſidiæ fraudem habent occulta arte ſubditā,
ita complurium interrogationes inſidioſæ ſunt: qui percontationes obiiciunt, non vt ex his
capiant aliquid vtilitatis, ſed vt quum repererint reſponſionem minus facientem ad ipſo-
rum affectum, hanc iuſtam belli cauſam habere videantur. Quod ſi ſtulto de ſapientia per-
D contāti, pro ſapientia imputabitur: ſapientem auſcultatorem, quem propheta admirando cō
ſultori comparat, quanti æſtimabimus? Profectò dignus eſt, vt non illum tantum toto pe-
ctore complectamur, verum etiam vt eos qui illi huius ſtudij conſortes, & omnium laborū
ſocij ſunt ad perfectionem feſtinanti, ad vberiorem profectum prouocemus. Nam haud o-
ſcitanter audire ſermonem de rebus diuinis diſſerentem, ſed conari, quid in quaque dictio-
ne, quid in quaque ſyllaba reconditi ſenſus lateat perſcrutari, nō eſt eorum qui ſegnes ſunt
ad pietatem, ſed qui intelligunt ſcopum noſtræ vocationis: quando nobis præſcriptum eſt,
vt ſimiles efficiamur deo, ſaltem quatenus humanæ naturæ fas eſt. Porrò ſimilitudo non eſt
abſque cognitione, cognitio vero è doctrina paratur. Doctrinæ autem initium eſt oratio,
E orationis partes ſyllabæ ac dictiones. Proinde ſyllabas excutere, non eſt aberrare à ſcopo.
Nec vero quoniam alicui videbuntur minutæ, ob id videri debent & negligendæ: imò quo-
niam difficilis eſt inuentu veritas, vndique nobis eſt veſtiganda. Etenim ſi quemadmodum
cæteræ artes, ita & pietatis acquiſitio paulatim minutis acceſſionibus augeſcit, nihil eſt prę-
termittendum iis qui ad cognitionem inſtituuntur. Veluti ſi quis prima elementa vt res mi
nutas contemnat, quando ad perfectam perueniet ſapientiam? Næ, & Non, ſyllabę duę ſunt.
Attamen quæ rerum omniū potentiſſima eſt veritas, & quæ extrema malitiæ linea eſt, men
dacium, frequenter his minutis verbis comprehendūtur. Sed quid hęc commemoro? quum
iam ſi quis vel capite annuat teſtimoniis de Chriſto prolatis, totam pietatem expleuiſſe iu-
F dicetur. Quod ſi hæc ad hunc habent modum, quid eſſe poſſit in his verbis quæ de deo diſ-
ſeruntur, adeo puſillum, vt ſiue rectè dictum ſit: ſiue ſecus, non magnum habeat momētum
in vtranque partem. Nam ſi ex lege, nec vnum iota, nec apex vnus præteribit, quomodo no
bis tutum fuerit vel minutiſſima tranſiliſſe? At quæ tute nobis exactè diiudicanda propo-
ſuiſti, ſic minima ſunt, vt eadem ſint magna: prolationis quidem compendio exigua, atque
ob id fortaſſe contemptui obnoxia, ſed rerum ſignificatarum vi magna: ad ſimilitudinem
ſinapis, quod quum ſit minutiſſimum inter arida legumina, ſi iuſta cura adhibeatur, expli-
cat vim in ipſo latentem, & exurgit in altitudinem, ſuo ſe robore ſuſtentans. Quòd ſi quis
ridet noſtram circa ſyllabas, vt pſalmi verbis vtar, nugacitatem, ipſe quidem infrugiferum ἀδολεσχίαν
riſus ſui fructum metat: nos vero haudquaquam cedentes hominum conuitiis, nec illorum

vituperatione deiecti, veſtigandi ſtudium deſeramus. Tantũ enim abeſt, vt me harum mi- G
nutiarum pudeat, vt ſi etiam dignitatis vel minimam partem aſſequar, tum mihi gratula-
turus ſim, veluti res maximas aſſequuto, tum fratri, qui nobis huius perſcrutationis ſocius
eſt, arbitrer non mediocre lucrum obuenturum. Itaque quum in minimis verbis cõſpiciam
certamen maximum, ſpe præmij non detrectabo laborem, quem arbitror hac diſputatione,
tum mihi fore vtilem, tum audientibus ſatis magnum fructum allaturum. Quapropter cũ
ipſo iam, vt ita loquar, ſpiritu, ad explanationem accedam. Et ſi vis vt me in diſputationis
viam inducam, ad huius quæſtionis originem me pauliſper conuertam. Nuper oranti mihi
apud populum, & vtroque modo glorificationem abſoluẽti deo ac patri, interdum cum fi-
lio ipſius ac ſpiritu ſancto, interdum per filium in ſpiritu ſancto: quum alij quidam ex his H
qui tum aderant id obſeruarant, dicentes nos non modò peregrinis ac nouis vſos vocibus,
verum etiam inter ſe pugnantibus: tum tu præcipuè, nimirum conſulens illorum vtilitati.
Quòd ſi prorſus ipſi eſſent inſanabiles, tamen poſtulaſti quampiam dilucidam doctrinam
de vi harum ſyllabarum, euulgari. Iam igitur nobis quàm fieri poteſt breuiſſimè dicendum
eſt, ſermonem ab exordio quodam indubitato confeſſoq; ſumentibus.

## VNDE SIT ORTA HAERETICORVM DE ſyllabis obſeruatio.

### CAPVT II. I

CVRIOSA iſtorum hominum circa ſyllabas ac dictiones obſeruatio haudquaquã
ſimplex alicui videri poſſit, neque ad mediocre tendens malum, ſed profundum
habet atque obtectum aduerſus pietatem conſilium. Contendunt enim oſtendere
diſſimilem eſſe prolationem patris, & filij, & ſpiritus ſancti, tanquam hinc habitu-
ri facilem probationem, eos etiam natura diſiunctos eſſe. Habent enim iſti vetus quoddam
commentum, ab Aërio huius hæreſeos principe inuentum, qui in epiſtolis ſuis alicubi ſcri-
pſit affirmans, ea quę ſecundum naturam diſſimilia ſunt, diſſimiliter proferri: ac retrorſum,
quæ diſſimiliter proferuntur, eſſe diſſimilia ſecundum naturam. Ad huius dicti confirma- K
tionem citauit Apoſtolum dicentem, Vnus deus & pater, ex quo omnia, & vnus dominus
Ieſus Chriſtus per quem omnia. Itaque quemadmodum, inquit, voces ſe habent inter ſeſe,
eodem modo habebunt & rerum ſignificatarum naturæ. Sed inter ſe diſcrepant, Per quem
& ex quo: diſſimilis eſt igitur patri filiꝰ. Ex hoc morbo, nata eſt iſtis & de propoſitis ſyllabis
curioſitas: vnde deo quidem & patri tanquam eximiam quandam portionem attribuunt il
lud, Ex quo: filio vero, & deo aſſignarunt illud, Per quẽ: ſpiritui autem ſancto, illud, In quo,
negantq; hunc ſyllabarum vſum vſquam inuerti, vt quemadmodum dixi, ex diſcrepantia
prolationis, ſimul appareat & naturæ diſcrepantia. Atqui non obſcurum eſt, eos dum de ſyl-
labis ſubtiliter nugãtur, impio ſermoni ſuam vim reſeruare. Siquidem his ſyllabis, Ex quo, L
mundi conditorem volunt ſignificari: rurſus his, Per quem, operis miniſtrum, aut inſtrumẽ
tum: his denique, In quo, tempus aut locum declarari: vt filius, qui condidit vniuerſa, intel-
ligatur nihilo honorabilior inſtrumento: porro ſpiritus ſanctus, nihilo plus ad res conden-
das momenti attuliſſe videatur, niſi quod tempus aut locum præbuerit rebus conditis. Ad
hunc autem errorem perduxit illos, etiam externæ philoſophiæ ſcriptorum obſeruatio, qui
has ſyllabas, Ex quo, & Per quem, rebus natura ſeparatis attribuerunt. Siquidem illi putant
his ſyllabis, Ex quo, ſignificari materiam primam: his vero, Per quem, inſtrumentum accõ-
modari, aut ſaltem obſequiũ. Sed quid vetat, toto illorum ſermone repetito, paucis arguere, M
quàm iſti homines non tantum dicant à vero diſſidentia, verum etiam quàm ipſi non con
ſtent ſibi.

## E MVNDANA PHILOSOPHIA NATAM ESSE de ſyllabis ſophiſticam diſputationem.

### CAPVT III.

QVI inani philoſophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt cauſæ natu-
ram, eamq; in propria ſignificata diuidunt, alias aiunt eſſe cauſas principales, alias
cooperantes, aut concauſales, alias ſine quibus ratio non ſubſiſtat. Atque harũ cui-
que



A cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, vt cauſæ vocabulo alias declare-
tur ipſe conditor, alias inſtrumentum. Nam conditori congruere exiſtimant illud, A quo.
Aiunt enim propriè dici, à fabro factum fuiſſe fundamentum: cæterum inſtrumento conue
nire illud Per quem, quãdo ſecuri ac terebello, vt aiunt, reliquisq; ſimilibus vtitur faber. Si-
militer hanc particulam, Ex quo, illi faciunt propriam materiæ: ſiquidem è materia fit opi-
ficium. Porro particulam, Iuxta quod, putant ſignificare animi conceptum, ſiue exemplar
artifici propoſitum. Aut enim prius in cogitatione ſibi depingit id quod facere deſtinat, ac
deinde quod animo concepit, ad opus perducit: aut ad exemplar iam æditum, reſpiciens ad
illius ſimilitudinem, operationem dirigit. Cæterum hanc particulam, δι᾽ ὅ, id eſt, propter
B quod, volunt competere fini: ſcalas enim factas ad vſum hominum. Porro his verbis, ἐν ᾧ,
id eſt, in quo, tempus aut locum commendari. Etenim roganti quando factum eſt? reſpon-
detur, In tali tempore. Item percontanti vbi factum eſt? reſpondetur, In tali loco. Nam iſta
tametſi nihil conferunt ad id quod conditur, tamen abſque his nihil poteſt fieri. Operanti-
bus enim & loco & tempore opus eſt. Hæc quoniam didicerunt iſti, & vt præclara mirãtur
quæ didicerunt, obſeruationes ex fruſtranea philoſophia, eq; inani deceptione ſumptas, ad
ſimplicem & artificij ignaram doctrinam transferunt, vt & dei filium diminuant, & ſpiritũ
ſanctum reiiciant: qui quidem vocem inſtrumentis inanimis, atque humili prorſus mini-
ſterio tributam, loquor de ſyllabis, δι᾽ οὗ, id eſt, per quem, à rebus ſenſibilibus ad omniũ rerũ
C conditorem non veriti ſunt transferre: nec pudet homines chriſtianos ſerræ malleiq; voca-
bulum, vniuerſæ creaturæ conditori attribuere.

## HARVM SYLLABARVM IN SCRIPTVRIS nullum ſeruari diſcrimen.

### CAPVT IIII.

NOS porro frequenter his vſum fuiſſe vocibus etiam veritatis ſermonẽ confitemur.
haud tamen dicimus ſpiritus libertatem vllo modo ſeruire, iuxta ſubmiſſionem &
D indignitatem rerum ſenſibilium, ſed iuxta id quod ſemper adeſt, ad exprimendam
rerum proprietatem vocabulis nonnihil abutimur. Neque enim ἐξ οὗ, id eſt, ex
quo, prorſus declarat materiam quemadmodum illi putant, ſed vſitatiſſimum eſt ſcripturæ
hoc vocabulum ad ſupremam illam cauſam accommodare. Quod genus eſt illud, Vnus 1. Cor. 8.
deus ex quo omnia. Ac rurſum, Omnia autem ex deo. Nam veridicus ſcripturæ ſermo fre-
quenter vtitur hac dictione de materia quoque, veluti quum ait: Facies arcam è lignis im- Gene. 6.
putreſcibilibus. Et, Facies candelabrum ex auro puro. Et, primus homo è terra, terrenus. Et, Exodi. 37.
E luto compoſitus es tu æquè atque ego. At iſti vt, quemadmodum diximus, in perſonis cõ- 1. Cor. 15.
ſtituant naturarum diuerſitatem, definierunt hanc vocem ſoli patri congruere: & huius ob-
E ſeruationis ſeminarium hauſerunt à rebus externis, à philoſophis huius mundi, tametſi ne
his quidem per omnia ſeruientes: ſed filio quidem iuxta præſcriptionem illorũ, inſtrumenti
vocabulum impoſuerunt: ſpiritui vero ſancto, loci. Aiunt enim, In ſpiritu: & aiunt, Per filiũ:
at quum deo tribuunt, Ex quo, non hic ſequuntur philoſophorum præſcriptionem, ſed ad
apoſtolicam, vt aiunt, conſuetudinem tranſeunt. Quomodo illud dictum eſt, Ex ipſo autem
& vos eſtis in Chriſto Ieſu. Et, Omnia autem hæc ex deo. Quid igitur eſt, quod ex hac argu-
tia conficitur? Aliam eſſe naturam cauſæ, aliam inſtrumenti, aliam loci. Filius itaque natura
diuerſus eſt à patre, quemadmodum inſtrumentum diuerſæ naturæ eſt ab opifice. Diuerſus
eſt & ſpiritus ſanctus, quandoquidem locus ac tempus diuerſam habet naturam ab inſtru-
mentis, aut illis qui his vtuntur.

F

## ET DE PATRE DICI PER QVEM ET DE filio Ex quo, & de ſpiritu ſancto.

### CAPVT V.

AD hunc quidem modum ſe habent, quæ ab iſtis adferuntur. Nos verò demonſtra-
bimus, nec patrem quum ſibi ſumeret has voces Ex quo, ad filium proieciſſe has.
Per quem: neque rurſus filium non recipere ſpiritum in conſortium harum vocũ
Ex quo, aut Per quem, ſicut iſti præſcribunt: quod tamen iſtorum inanis diſtribu-
 tio

Ephe. 4. tio definit. Vnus deus & pater ex quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem G
omnia. Hæ voces non ſunt eius generis vt nobis legem præfigant, per quam aliter loqui ſit
nefas, ſed quæ notent perſonarum diſcrimen. Neque enim in hoc adhibentur, vt naturæ di-
uerſitatem inducant, ſed vt impermixtam patris ac filij notionem approbaret, ſic eas adhi-
buit Apoſtolus. Nam quod hæ voces inter ſe contrariæ non ſint, neque velut in bello ſepa-
ratæ aduerſus hoſtilem aciem, expugnent naturas ad quas acceſſerint, inde liquet, quod bea-
tus Paulus ambas de vno & eodem ſubiecto pronuntiauit, quum ait. Quoniã ex ipſo, & per
Roma. 11. ipſum, & in ipſum omnia. Quod autem hæc ad dominum referat, quiuis fatebitur, qui vel
tenuiter inſpiciat mentem orationis. Quum enim prius Apoſtolus poſuiſſet ex Eſaia teſti-
monium, Quis cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? ſubiecit: Quoniam H
Eſa. 40 ex ipſo & per ipſum & in ipſum ſunt omnia. Quemadmodum de verbo dei, à quo condita
ſunt vniuerſa, Prophetam eſſe loquutum ex his quæ ſubiiciuntur, diſcas licebit: Quis mẽſus
eſt manu aquam, & cœlum palmo, & totam terram pugno? Quis ſtatuit montes libra, & ru
pes ſtatera? Quis cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius illi fuit? Nam hæc dictio
Quis, hic non prorſus id quod abſurdum eſt, ſignificat, ſed quod rarum: velut in hoc, Quis
Pſalm. 33. inſurget mihi aduerſus peruerſè agentes? Et, Quis eſt homo qui vult vitam. Et, Quis aſcen-
Pſalm. 23. det in montem domini? Similiter & hoc loco dictum, Quis eſt qui cognouit ſenſum do-
Ioan. 3. mini, & conſilij illius particeps fuit? Pater enim diligit filium, & omnia oſtendit illi. Hic eſt
qui continet terram, eamq; pugno complexus eſt. Hic qui cuncta in ordinem decentem di I
geſſit, qui & montes æqualiter librauit, & mari terminos præſcripſit, & omnibus quæ in mũ
do ſunt, ſuum deſignauit ordinem. Qui totum cœlum minima ſuæ poteſtatis particula cõ-
prehendit, quem ſermo propheticus figuratè palmum appellauit. Vnde congruenter adiecit
Roma. 11. Apoſtolus illa, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum ſunt omnia. Ex hoc ſiquidem iis quæ ſunt,
cauſa vt ſint manat, iuxta voluntatem dei & patris: per eundem omnibus, vt perſeuerent,
conſiſtantq;, qui condidit vniuerſa, quiq; ſingulis quæ facta ſunt ad ſui conſeruationem ne-
ceſſaria dimetitur. Quapropter ſanè etiam vniuerſa ſeſe ad illum conuertunt, inuincibili at
que inſedabili quodam deſiderio, & arcano affectu, ad principem & gubernatorem vitę re-
Pſalm. 144. ſpicientia, iuxta illud quod ſcriptum eſt, Oculi omnium in te ſperant. Et rurſus, Omnia à te K
expectant. Et, Aperis manum tuam, & imples omne animal bonitate. Quòd ſi aduerſus
hanc noſtram expoſitionem inſtabunt, quæ illos ratio liberabit, quo minus euidenter in ean
dem recidant difficultatem. Etenim ſi dabunt has tres voces, Ex ipſo, per ipſum, & in ipſum
omnia, non eſſe dictas de domino, omnino neceſſum eſt, vt propriè deo patri attribuantur.
Atque hinc palam conciderit illorum obſeruatio. Quandoquidem reperitur non ſolum, Ex
quo, verum etiam, Per quem accommodari ad patrem. Quæ vox poſterior, ſi nihil declarat
humile; quam tandem ob cauſam eam velut inferioris dignitatis aſſignant filio? Quod ſi
omnino declarat miniſterium reſpondeant nobis, deus gloriæ & pater Chriſti, cuius prin-
cipis eſt miniſter? Igitur iſti quidem ad hunc modum à ſeipſis vndique ſubuertuntur, nobis L
autem vtrinque quod firmum eſt ſeruabitur. Etenim ſi de filio euicerimus dictum eſſe quod
recitauimus, comperietur hæc particula Ex quo, in filium competere. Quòd ſi quis conten-
dat prophetiæ verba ad deum patrem eſſe referenda, rurſus concedet hanc vocem. Per quẽ,
deo patri congruere: & vterque ſermo parem vim obtinebit, eo quòd pari ratione de deo
vſurpatur: itaque iuxta modum vtrumq; perſpicuum erit has particulas parem inter ſe de-
clarare dignitatem, quòd de vna eademq; perſona vſurpatæ ſint. Sed ad id quod erat pro-
Ephe. 4. poſitum reuertamur. Apoſtolus ſcribens Epheſiis ita loquitur, Veritatem autem loquentes
in charitate, augeamus in ipſum omnia, ſiue creſcamus in ipſum per omnia, qui eſt caput
Chriſtus, ex quo totum corpus dum compingitur & connectitur, per omnem iuncturam
ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſura vniuſcuiuſque membri, incrementũ M
Coloſſ. 2. corporis facit. Et rurſus ſcribens Coloſſenſibus, ad quos quod non haberent vnigeniti no-
titiam dictum eſt. Qui tenet caput, hoc eſt Chriſtum, ex quo totum corpus per iuncturas &
connexiones ſubminiſtratum, augeſcit augmento dei. Quod Chriſtus caput eſt eccleſiæ alio
Ephe. 1. loco didicimus, Apoſtolo dicẽte, Et ipſum dedit caput ſuper omnia eccleſiæ. Et Ioannes, De
Ioan. 1. cuius plenitudine accepimus omnes. Et ipſe dominus, De meo accipiet, & annuntiabit vo-
Ioan. 16. bis. In ſumma, ſi quis ſtudioſe loca recenſeat, perſpiciet hanc particulam Ex quo, diuerſis v-
Luc. 8. ſurpari modis. Nam & dominus, Noui, inquit, virtutem ex me exiſſe. Similiter & de ſpiritu
compluribus locis obſeruauimus poſitum eſſe Ex quo. Qui enim, inquit, ſeminat in ſpiritu,
è ſpiritu



A è ſpiritu metet vitam æternam. Item Ioannes, Ex hoc cognoſcimus, quod in nobis eſt, è ſpi-
ritu quem nobis donauit. Et angelus, Quod enim in ea natum eſt, è ſpiritu ſancto eſt. Et do Matth. 1.
minus, Quod natum eſt è ſpiritu, ſpiritus eſt. Atque id quidem ad hunc habet modum. Iam Ioan. 3.
vero demonſtrandum eſt hanc vocem Per quem, pariter & de patre, & de filio, & de ſpiritu
ſancto in ſcripturis vſurpari. Ac de filio ſanè ſuperuacaneum fuerit adducere teſtimonia,
vel quia per ſe notum eſt, vel quod hoc ipſum ab aduerſariis probatur. His vero demon-
ſtrabimus hanc particulam Per quem, etiam de patre poſitam eſſe in ſcripturis. Fidelis, in- 1. Cor. 1.
quit, deus per quem vocati eſtis in conſortium filij ipſius. Et, Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti 2. Cor. 1.
per voluntatem dei. Et rurſum. Itaque non es iam ſeruus, ſed filius: quòd ſi filius, & hæ- Roma. 6. Gala. 4.
B res per Deum. Item illud, Quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam 1. Cor. 1.
patris. Et Eſaias, Væ, inquit, qui profundè facitis conſilium, & non per dominum. Quin
& de ſpiritu ſancto multis teſtimoniis doceri poteſt, hanc vocem prædicari. Nobis au-
autem, inquit, deus reuelauit per ſpiritum ſuum. Et alio loco, Egregium depoſitum ſerua, 2. Tim. 1.
per ſpiritum ſanctum. Ac rurſus, Alij quidem per ſpiritum datus eſt ſermo ſapientiæ. Eadem 1. Cor. 1.
verò & de ſyllaba, In, dicere poſſumus, quòd hanc de deo patre ſcriptura vſurparit, velut in
veteri teſtamento. In deo, inquit, faciemus virtutem. Et, In te laus mea ſemper. Et rurſus, In Pſal. 88.
nomine tuo exultabo. Et apud Paulum, In deo, inquit, qui cõdidit omnia. Et, Paulus ac Syl-
uanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre. Et, Iam tandem proſperabor Philip. 3.
in voluntate dei, vt veniam ad vos. Et, Gloriari, inquit, in deo: aliaq; tam multa, vt difficile
C ſit vel enumerare. At nobis non eſt propoſitum oſtẽtare teſtimoniorum multitudinem, ſed
redargutione docere, iſtorum obſeruationem non rectè habere. Siquidem hanc particulam
In, de domino ac ſpiritu ſancto vſurpatam eſſe, tanquam per ſe notum, demonſtrare ſuper-
ſedebimus. Illud neceſſariò dicendum eſt, quod prudenti auditori ea quæ prius digeſta ſunt,
ſatis habent redargutionis ex ipſa pugnantia dictorum quæ adferunt. Nam ſi prolationis di
uerſitas arguit naturam diuerſam, quemadmodum iſti dicunt, nunc voces eædem de ſingu-
lis perſonis prædicatæ, vel pudore cogent eos fateri eſſentiam in nullo diſcrepantem. Neq;
enim ſolum quum de deo fit ſermo, harum vocum vſus variat, verum etiam ea quæ ab his Gene. 4.
ſignificantur ſæpenumero inuertuntur, quoties altera alterius recipit ſignificationem, velu-
D ti, Poſſedi hominem per deum, inquit Adam: idem dicens, quaſi dixiſſet ex deo. Et alibi, Gene. 37.
Quæ præcepit Moſes Iſraëli per mandatum domini. Et rurſus, Nonne per deum horum ma
nifeſtatio eſt? Ita Ioſeph loquens de inſomniis quæ viderat in carcere. Palam eſt, & hunc pro
eo quod erat Ex deo, dixiſſe, Per deum. Et contra, hæc particula Ex quo, vſurpatur pro Per Gala. 4.
quem, velut quum ait Paulus, Factus ex muliere, pro eo quod erat, Per mulierẽ. Nam id no-
bis alibi perſpicuè diſtinxit, quum ait, fœminæ conuenire, è viro natam eſſe, viro autem per 1. Cor. 11.
fœminam, in his quæ ſic ſcribit: Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierẽ. Quan-
quam hic Apoſtolus ſimul oſtendens varium harum vocum vſum, ſimul obiter corrigens
quorundam errorem, exiſtimantium domini corpus eſſe ſpirituale, vt oſtenderet carnem in
E Chriſto diuinæ naturæ vnitam, ex humano liquore concretam fuiſſe, maluit vti verbo ſigni
ficantiore. Nam hę dictiones, Per mulierem, tranſitorium generationis intellectum erant ſi-
gnificaturæ. At hæ, Ex muliere, ſufficienter declarant communionem naturę genitę cum ea
quæ genuit: non quòd ſecum pugnet Apoſtolus, ſed oſtendit has voces facilè ſibi viciſſim ce
dere. Poſteaquam igitur de quibuſcunq; definitum eſt propriè dici, Per quem, in hos ipſos
transferri, Ex quo, quam habet probabilitatem, ad pietatis calumniam ab hac communione
dictiones inter ſeſe ſeparare.

F

OBSISTIT IIS, QVI CONTENDVNT FILIVM
non eſſe cum patre, ſed poſt patrem, vbi &
de gloriæ æqualitate.
CAPVT VI.

ATQVI nec ad ignorantiæ excuſationem confugere poſſunt, quum tanto artificio
tantaq; peruerſitate noſtra dicta excipiunt, qui nobis indignantur, quòd gloriæ ple
nitudine vnigenitum æquamus cum patre, quodq; ſpiritum ſanctum à filio non
ſeparamus, vnde nos nouitatis architectos & nouos tractatores, ac verborum adin
uentores, & quibus non probroſiſſimis nominibus appellant. Quorum conuitia tantum ab-
eſt

eſt vt indigne feram,vt ni nos ipſorum calamitas dolore,perpetuoq; cruciatu afficeret,pro- G
pemodum dicerem me illorum maledictis habere gratiam,vt qui mihi conciliant beatitu-
Mat.5. dinem.Beati enim,inquit,eſtis,quum probris vos impetiuerint homines,ac perſequuti fue-
rint,& omne verbum malum dixerint in vos mentientes,propter me.Porrò de quibus no-
μετὰ πα-τρὸς. μετὰ πατέρα. bis indignantur,huiuſmodi ſunt.Non eſt,inquiunt,cum patre filius, ſed poſt patrem,vnde
conſequitur,per filium, gloriam patri tribuendam eſſe, cum filio nequaquam : eo quod hæ
voces cum filio,æqualitatem declarant honoris : Per filium vero,miniſterium ſignificant.
Rurſus nec ſpiritum,inquit,ſanctum oportet cum patre & filio collocare,ſed ſub filio & pa
tre,vt intelligatur non eiuſdem ordinis cum illis,aut eiuſdem numeri,ſed ſubditus. Atque
huiuſmodi de verbis artificioſis argutationibus peruertunt fidei ſynceritatem ſimplicitatẽ- H
q;.Proinde quam veniam aſſequentur imperitiæ prætextu,qui ne aliis quidem imperitos ſe
videri patiuntur ob iſtam curioſitatem?Nos verò primũ illud ab iſtis petemus, de filio quid
dicant,num ſentiant illum tempore recentiorem,an ordine, an dignitate? Sed nullus adeò
demens eſt,vt dicat conditorem ſeculorum,quoquam eſſe tempore poſteriorem, quum nul
lum ſit interuallum quod naturalem filij cum patre cõtiguitatem dirimat. At ne cogitatio-
ne quidem hominum poſſit quis filium dicere patre recentiorem,non ob id modò quod ſi-
mul intelligantur iuxta naturam eorum quæ dicuntur ad aliquid,verum etiam quòd ea di-
cuntur priora,quæ lõgius abſunt à præſenti tempore,veluti quæ Noë temporibus acta ſunt,
priora ſunt iis quæ narrantur de ſubuerſis Sodomis,quòd illa longius diſſita ſint ab hoc tẽ- I
pore,& hæc illis poſteriora,quod appareant huic tempori viciniora.At eius vitæ quæ omne
tempus,& omnia ſecula ſuperat,eſſentiam metiri diſtantia quæ interceſſit ab initio quo cœ
pit eſſe vſq; ad præſens tempus,an non præter impietatem,omnem etiam dementiam ſupe-
rat,ſi quemadmodum res generationi corruptioniq; obnoxiæ, aliis aliæ priores eſſe dicun-
tur,eundem ad modum deus pater,collatus cum filio deo qui eſt ante ſecula,ſuperat.Siqui-
dem vt pater filio ſit anterior,nemo queat animo ſpeculari,eo quòd domini generationem
nec vlla cogitatio neq; vlla notio antecedat.Ioannes pulchrè duabus vocibus cogitationem
Ioan.1. intra præſcriptos terminos recluſit,cum ait,In principio erat verbum.Hæc enim vox, Erat,
nullum cogitationi præbet exitum quemadmodum hæc,Principium,non dat tranſitum hu K
manæ mentis imaginationi.Quantumuis enim cogitatione curras ad anteriora, non exce-
dis, erat.Et quantumuis inſtiteris videre quæ ſint vltra filium, non poteris tamen ſuperare
principium.Itaq; pium iuxta hanc rationem,patrẽ ſimul cum filio intelligere. Quod ſi ima-
ginantur,quaſi filius velut in loco,patre ſit humilior,vt in ſublimi ſedeat pater,dein filio hu
milior locus conceſſus ſit,fateantur iſtud,& nos tacebimus,quòd ipſa ex ſeſe oratio manife
ſtam habet ſui redargutionem.Siquidem nec in ratiocinando ſibi conſtant,qui non conce-
dunt patrem ad vniuerſa pertingere,quum eorum qui ſani ſunt,cogitatio credat deum im-
Pſal.138. pleſſe vniuerſa,neq; recordantur Prophetæ dicentis,Si aſcendero in cœlum,tu illic es,ſi de-
ſcendero ad inferos, ades:hæc, inquam,non meminerunt,qui has voces supernè & infernè L
partiuntur inter patrem & filium.At vt nihil dicam ad redarguendam illorum imperitiam
qui rebus incorporeis locum attribuunt,quid erit quod excuſet impietatem,qua tam impu-
Pſal.109. denter repugnant aduerſanturq; ſcripturis? Quod genus eſt illud, Sede à dextris meis,&,
Hebræo.1. Conſedit in dextra maieſtatis dei. Neq; enim hæc vox Dextrum, ſignificat locum inferio-
rem,quod iſti prædicant,ſed ſtatum æqualitatis,eo quòd dextrum hic non accipiatur corpo
raliter,ad iſtum enim modum fortaſſis & ſiniſtrum aliquid in deo poſſit eſſe, ſed honorifi-
cis verbis ac præſidentiam declarantibus,filij maieſtatem ſermo nobis commendat, vt iam
non poſſint iſti dicere, per hanc vocem inferiorem dignitatis gradum ſignificari. Diſcant
1.Cor.1. igitur,quòd Chriſtus eſt dei virtus, dei ſapientia, dei imago inuiſibilis, & ſplendor gloriæ, M
quodq; hunc pater ſignauit deus,ſeq; totum in eo expreſſit.Hæc igitur & his ſimilia teſtimo
nia quæ per vniuerſam ſcripturam reperiuntur,vtrum dicemus humilitatis habere ſignifi-
cationem,an ceu præconia quædam,vnigeniti maieſtatem,& æqualem cum patre gloriam
ebuccinari?Audiant inſuper & ipſum dominum palam ſuam gloriam cum patre æqualem
Ioan.14. aſſerentem,quum ait,Qui vidit me,vidit & patrem.Ac rurſum,Quum venerit filius in glo
Marc.13. ria patris.Et,Vt honorificẽt filium,quemadmodum honorificant patrem.Item illud, Vidi-
Ioan.5. mus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenus gratiæ & veritatis. Rurſus,
Ioan.1. Vnigenitus filius,qui eſt in ſinu patris.Horum dum iſti nihil cõſiderãt, locum hoſtibus de-
ſtinatum attribuunt filio.Nam ſinus paternus,ſedes eſt digna filio. Scabelli verò locus, iis
conuenit



A conuenit,qui ſunt inferioris exiſtimationis.Nos igitur ad alia properantes obiter & in tranſ
curſu attigimus teſtimonia.Tibi verò per otium licet,collectis vndiq; probationibus, glo-
riæ ſublimitatem,ac virtutis eminentiam in filio perſpicere,quanquam ne hæc quidem con
temnenda ſint grato dociliq; auditori, niſi quis carnaliter & abiectè intelligat has voces,
Dextrum,& Siniſtrum,vt & loco circumſcribat deum,fingátq; figuram ac formam ſitum-
q; corporalem:quæ ab intelligentia dei,qui ſimplex eſt,qui immenſus & incorporeus, longe
ſemota ſunt.Vt omittam,quòd iſtorum hæc humilis cogitatio, pariter in patrem cadit atq;
in filium, vt iam non deiiciat filij dignitatem, ſed adiungat blaſphemiæ crimen aduerſus
deum patrem quiſquis talia diſſerit.Quæcunq; enim auſus fuerit euomere in filium,neceſſe
B eſt vt eadem tranſferat & in patrem.Nam qui patri ſuperiorem locum ad pręſidendum tri-
buit,dicens filium humiliore ſedere loco,is quæcunq; corporeis accidunt,ea omnia habitu-
rus eſt ſuum figmentum conſequentia. Quod ſi iſtæ imaginationes ſunt vino delirantium,
ac per phreneſim mente commotorum, qui poteſt eſſe pium,filium qui natura, gloria, di-
gnitateq; patri coniunctus eſt, non ſimul cum patre adorari & glorificari ab his qui edocti
ſunt,eum qui non honorificat filium,non honorificare patrem. Quid porrò dicemus?quid
iuſtæ excuſationis afferemus in communi totiusq; creaturæ formidabili iudicio, ſi poſtea-
quam dominus apertè denuntiauit ſe venturum in gloria patris,& beatus Stephanus Ieſum Actu.7.
vidit ſtantem à dextris dei, & Paulus ſpiritu afflatus, teſtificatus eſt de Chriſto quod eſt in Hebræo.1.
dextra dei & patris,qui dixit:Sede à dextris meis : deniq; quum ſpiritus ſanctus teſtimoni-
C um perhibeat,quod conſederit ad dextram maieſtatis dei,nos throni conſortem, & hono-
ris eiuſdem participem,ab ęqualitate ſtatus,ad inferiorem deiiciamus locum?Siquidem ar-
bitror,ſtationem & conſeſſum,naturam dei ſolidam & vndiquaq; firmam ſignificare,iuxta
quem tropum & Baruch indicare volens deum immobilem & immutabilem ſemper eſſe, Cap.3.
ait,Et tu ſedes in æternum,& nos perimus in æuum.Dextrum verò locum ſignificare digni
tatis æqualitatem.An non igitur audax facinus eſt,filium paternæ gloriæ conſortio priuare,
veluti qui mereatur in loco minus honorato collocari.Sed aiunt hunc ſermonem cum ip-
ſo,omnino peregrinum eſſe & inuſitatum:contra, Per ipſum, tum ſermoni ſcripturæ fami-
liariſſimum eſſe,tum fratrum vſu tritum eſſe.
D

## ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON CONGRVENter de filio dici Cum quo,ſed Per quem.

### CPVT VII.

QVid igitur nos ad iſta? nimirum beatas eſſe aures quæ non audierunt vos,& beata
corda quæ conſeruata ſunt,ne à veſtris ſermonibus ſauciarentur. Vobis porrò qui
Chriſtum diligitis, dico,eccleſiam vtrunq; harum vocum vſum agnoſcere, neu-
trumq; reiicere,quaſi alter alterum deſtruat.Quum enim in vnigenito naturæ ma-
E ieſtatem,ac dignitatis excellentiam contemplamur,tribuimus illi gloriam cum patre. Rur-
ſus quum conſideramus,quæ bona in nos contulerit,aut quomodo nos ipſos ad patrem ad-
duxerit,deoq; nos aſſeruerit,confitemur hoc beneficium per ipſum & in ipſo,peractum eſſe
in nobis,vt altera particula Cum quo,propria ſit glorificãtium: altera,Per quem,ſit propria
gratias agẽtium. Quin & illud mentiuntur,hanc vocem Cum quo,ab vſu piorum alienam
eſſe.Quotquot enim morum conſtantia,antiquitatis maieſtatem,nouis ornamentis prætu-
lerunt,ac maiorum traditionem citra mutationem conſeruarunt, ſingulis tum regionibus,
tum ciuitatibus hac voce ſunt vſi.Cæterum qui conſueta faſtidiunt, ac vetera tanquam ob-
F ſoleta ſubmouent,ij ſunt qui nouas vocum fictiones recipiunt,quemadmodum qui in cul-
tu ſtudioſi ſunt ornatus,ſemper nouam formam præferunt communi.Itaq; videas & hodie
à ruſticanis hanc vocem more veterum pronuntiari. Cæterum iſtorum verba ſunt ex noua
ſapientia inuſta,ab ipſis qui in artificio pugnisq; verborum detriti ſunt.Proinde quod à ma-
ioribus noſtris dictum eſt, & nos dicimus, gloriam eſſe communem patri cum filio, qua-
propter & glorificationis hymnos patri ſimul cum filio offerimus. Quanquam hoc nobis
non eſt ſatis,ſic à patribus eſſe traditum:nam & illi ſcripturæ ſequuti ſunt autoritatem,ex te
ſtimoniis quæ paulo ante vobis è ſcriptura citauimus,ſumpta origine. Siquidem illud ver-
bum,ſplendor cum gloria intelligitur,& imago cum principali exemplari,& filius omnino
cum patre,vt nec verborum conſequentia,neq; rerum natura admittat ſeparationem.

QVOT

## QVOT MODIS INTELLIGATVR HAEC PARTICVLA Per quem,& in quo ſenſu congruentius dicitur Cum quo:vbi ſimul exponitur,quomodo mandatum accipit filius, & quomodo mittitur. G

## CAPVT VIII.

ITaque quum Apoſtolus gratias agit deo per Ieſum Chriſtum , ac rurſus quum ait
ſeſe per illum accepiſſe gratiam & apoſtolatum ad obedientiam fidei in omnibus
gentibus , aut quum dicit nos acceſſum habere ad gratiam hanc in qua ſumus &
gloriamur,illius erga nos beneficentiam commendat,nunc quidem vt à patre bo- H
norum gratiam in nos tranſfundentis , nunc rurſum vt per ſeipſum conciliantis nos patri.
Siquidem quum ait,Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum:ſignificat bonorum ſub-
Rom.1. miniſtrationem ab illo proficiſci.Rurſum quum ait,Per quem acceſſum habemus, quòd re-
Rom.5. cepti ſumus,ac familiaritatem cum deo conſequuti,id per Chriſtum eſſe procuratum decla
rat.Num igitur confeſſio gratiæ per Chriſtum in nobis operantis , diminuit illius gloriam?
An potius dictu verius fuerit,enarrationem beneficiorum,decens eſſe argumentum glori-
ficandi filium?Hanc ob cauſſam comperimus ſcripturam non vno tantum vocabulo nobis
ſignificare dominum , nec his tantum quæ diuinitatem ac magnitudinem eius declarant,
ſed interdum vti vocibus naturam aſſumptam exprimentibus.Nouit enim nomē filij quod I
eſt ſuper omne nomen,& filium verum dicere,& vnigenitum dei,& virtutem dei,& ſapien
tiam,& verbum.Rurſus,ob multiplicem in nos beneficentiam, quam ob diuitias bonitatis,
iuxta variam ſuam ſapientiam egentibus præſtat , aliis innumeris appellationibus eundem
deſignat,dum aliquando vocat illum paſtorem,alias regem, interim & medicum , denique
ſponſum,viam,oſtium,fontem,panem,ſecurim,ac petram.At iſta non declarant naturam,
ſed quemadmodum modò dicebam gratiæ varietatem modis omnibus in nobis operantis,
quam ex affectu quem gerit erga ſuum figmentum,vt cuiq; opus eſt impartit.Eos enim qui
ad illius ditionem confugerunt , quiq; per malorum tolerantiam communicandi facilita-
tem præſtiterunt,oues appellat, ſeq; talium paſtorem eſſe profitetur, qui vocem ipſius audi- K
Ioan.10. unt,nec attendunt doctrinis peregrinis.Oues enim meæ,inquit,vocem meam audiunt.Rex
autem vocatur eorum,qui iam tranſgreſſi ſunt,legitimaq; caſtigatione opus habent.Oſtium
dicitur,eò quòd per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones , ac rurſus tutò per-
ducit in caulas , eos qui per fidem in ipſum ad cognitionis bonum confugerint . Vnde,Per
me,inquit,ſi quis introierit,& ingredietur & egredietur, ac paſcua inueniet . Petra dicitur,
1.Cor.10. eò quòd validum ſit & inconcuſſum , & quauis arce tutius propugnaculum ipſi fidentibus.
1.Pet.2. In his,hæc vox per ipſum , aptiſſimum ac ſignificantem vſum habet , quoties ita profertur
quaſi dominus ſit oſtium,quaſi paſtor,quaſi via.Cæterum tanquam deus,ac dei filius , cum
patre communem habet glorificationem . Quoniam in nomine Ieſu omne genu flectetur, L
cœleſtium,terreſtrium,& infernorum, & omnis lingua confitebitur, quòd dominus ſit Ie-
Phil.2. ſus Chriſtus in gloriam dei patris.Quas ob res ambabus vocibus vſi ſumus,altera propriam
illius dignitatem,altera eius erga nos munificentiam prædicantes.Quum enim per illum ſit
omne præſidium animabus noſtris, iuxta quanque auxiliandi ſpeciem, excogitata eſt pecu-
liaris quædam appellatio . Veluti quum ſibi animam incontaminatam non habentem ma-
culam aut rugam,quaſi puram virginem adiungit,ſponſus appellatur.Quum eam male ſau
ciam vulneribus diaboli,grauiterq; laborantem è peccatis ſuſcipere dignatur , medicus vo-
catur.Vtrum igitur quod hiſce modis noſtri curam gerit , cogitationes noſtras eò deducet,
vt humilius de eo ſentiamus,an potius è diuerſo efficiet , vt ſeruatoris & potentiam & hu- M
manitatem erga nos admiremur,quod & compati noſtris infirmitatibus ſuſtinuit,& ad no
ſtram infirmitatem ſeſe demittere.Neque enim cœlum ac terra, immenſaq; maria nec ani-
mantia,vel in aquis,vel in terris degentia,nec plantæ,nec aſtra,nec aër,nec horæ, nec mul-
tiplex vniuerſi ornatus,excellentiam potentiæ illius nobis perinde commendat,atque quod
deus incomprehenſibilis:ſic per carnem cum morte conflictatus eſt , vt ipſa diuinitas nihil
pateretur,quo nobis ſua morte largiretur immortalitatem.Item quum ait Apoſtolus,In his
Roma.8. omnibus ſuperamus,per eum qui dilexit nos : nequaquam hac voce humile quoddam mini
ſterium indicat,ſed auxilium potius,quod per imperium ſuæ potentię operatur in nobis.Si-
quidem ipſum alligauit fortem,diripuitq; vaſa illius, videlicet nos , quibus ad omnia mala
opera



A opera fuerat abuſus,fecitq; vaſa vtilia domino, apparatos ad omne opus bonum, ob prom- Ephe.2.
ptitudinem illius quod erat in nobis.Hoc pacto acceſſum habemus ad patrem,quem ille no Roma.5.
bis parauit,tranſlati de poteſtate tenebrarum in ſortem ſanctorum in lumine.Ne igitur ob Coloſ.1.
filij diſpenſationem,ſeruilem humilitatem,aut coactum obſequium imaginemur:ſed intel
ligamus voluntariam ſolicitudinem,ex bonitate ac miſericordia iuxta voluntatem dei pa-
tris erga ſuum figmentum operantem.Sic enim pietatem ſeruabimus,ſi & perfectam illi po
tentiam teſtimonio noſtro tribuemus,& nequaquam in omnibus quæ perfecta ſunt,filium
à voluntate paterna ſeparabimus.Quemadmodum igitur quoties dominus appellatur via, Ioan.14.
ad ſublimiorem intelligentiam potius quàm ad vulgarem,atque è medio ſumptam,animo
B ferimur.Audientes enim viam,ſeriem & ordinem intelligimus per opera iuſtitiæ, perq; il-
luminationem ſcientiæ ducentem ad legitimum profectum,ſemper ad anteriora feſtinan-
tes,& ad ea quæ reſtāt noſmetipſos extendentes,donec perueniamus ad beatum finem,quæ
eſt dei cognitio,quam dominus per ſeſe in ipſum credentibus largietur.Reuera enim bona
eſt via,exorbitationis erroriſq; neſcia , dominus noſter Ieſus, ad patrem qui verè bonus eſt
perducens.Nemo,inquit,venit ad patrem niſi per me. Talis eſt noſter ad deum reditus per Ioan. 6.
filium.Porro qualis ſit patris erga nos per eundem bonorum ſuppeditatio, deinceps erit diſ
ſerendum.Omnis naturæ, tum in hac creatura viſibili, tum in intelligibili,ad hoc vt conſi-
ſtat,dei cura egentis,conditor eſt ſermo, videlicet vnigenitus deus , quantum cuique opus
C eſt opem diſtribuens.Varia quidem & omnis generis auxilia,ob varietatem eorum qui be-
neficio iuuantur,vnicuique tamen congruè iuxta neceſſitatis modū,auxilia dimetitur. Eos
qui in tenebris ignorantiæ detinentur , illuminat : propterea lumen verum dicitur.Iudicat
iuxta operum dignitatem remetiens præmium , ob id iudex iuſtus dicitur.Pater enim ne- Ioan . 5.
minem iudicat,ſed omne iudicium dedit filio.Erigit è ruina,qui è ſublimitate vitæ ad pec-
catum delapſi ſunt.Ob id vocatur reſurrectio.Omnia autem facit, contactu virtutis, ac vo- Ioan.11.
luntate bonitatis operans : Paſcit,illuminat,alit,deducit,medetur,erigit. Quæ non ſunt,ea
facit vt ſint, condita conſeruat. Hoc modo bona ex deo per filium ad nos perueniunt, ma-
iore celeritate in ſingulis operantem, quàm vllus ſermo proferri valeat. Neque enim fulgu
D ra , neque lucis per aërem tam velox diſcurſus eſt , non oculorum celeres ictus , non ipſius
intellectus noſtri motus : ſed horum quodque magis vincitur diuinæ operationis celeri-
tate,quàm animantia quæ ſunt apud nos maximè ſegnia,non dicam volatilium,neque ven
torum, neque cœleſtium orbium impetu , ſed ipſius mentis noſtræ motu ſuperantur . Nam
quo tandem temporis ſpatio egeat : qui gubernat omnia verbo veritatis ſuæ , quique nec
corporaliter operatur , neque manuum opera ad fabricandum opus habet,ſed eorum quæ
fiunt naturam habet inuiolabili potentiæ obſequentem.Sicuti Iudith, Cogitaſti, inquit, & Capite.9.
præſto ſunt tibi omnia quæ cogitaſti . Attamen ne fortè ex magnitudine eorum quæ fiunt,
rapiamur in imaginationem , vt putemus dominum nullam habere originem , quid ait is,
E qui per ſe vita eſt?Ego viuo propter patrem. Et,dei virtus, Non poteſt, inquit,filius à ſe fa- Ioan.6.
cere quicquam . Rurſus, is qui ex ſe perfecta eſt ſapientia: Mandatum, inquit, accepi, quid Ioan. 14.
dicam,& quid loquar:per hæc omnia ducens nos ad patris cognitionem, & admirationem
eorum quæ gerebat , ad illum referens, vt per ipſum cognoſcamus patrem.Neque enim ex
operum differentia pater intelligitur propriam ac ſeparatam à filio operationem oſtendere:
quæcunque enim viderit patrem facientem, hæc & ſimiliter filius facit : ſed ex gloria quam
vnigenitus defert patri, miraculum operum colligitur, dum præter operum magnitudinē,
de ipſo etiam autore operum gloriatur , & exaltatur ab iis qui agnoſcunt eum patrem do-
mini noſtri Ieſu Chriſti,per quem omnia,& propter quem omnia.Ideo dicit dominus: Om Ioan. 17.
nia mea tua ſunt,tanquam ad ipſum origo rerum cōditarum referenda ſit:& tua mea,quod
F ipſi à patre condendi autoritas prouenit : non quòd pater ad operandum filij auxilio ſit v-
ſus , neque quòd ipſi particularibus mandatis vniuſcuiuſque operis miniſterium commiſ-
ſum ſit : nam iſtud quidem ſeruile eſt, & à diuina dignitate immenſo ſemotum interuallo:
ſed quòd verbum plenum paternis bonis à patre reſplendens,omnia facit ad ſimilitudinem
eius qui ipſum genuit.Nam ſi iuxta eſſentiam nihil differt à patre, nec potentia à patre dif-
fert.Porrò quorum æqualis eſt potentia , horum æqualis eſt & operatio . Chriſtus ſiquidem 1 . Cor.1.
dei virtus eſt,& dei ſapientia . Et ſic omnia per ipſum facta ſunt, omniàque per ipſum con-
dita ſunt, non quòd inſtrumentali quodam ac ſeruili miniſterio fungatur : ſed quòd tan-
quam conditor paternam implet voluntatem. Itaque quum ait , Ego ex me ipſo loquutus Ioan . 14.
non

Ioan. 12. nõ ſum.Et rurſum,Sicut præcepit mihi pater,ita loquor.Et,Sermo quẽ auditis non eſt me⁹, G
Ioan.14. ſed eius qui miſit me.Et alibi,Et quemadmodum mandauit mihi pater, ſic facio: Nõ quòd
caruerit libero propoſito,ac voluntatis impetu, neque quòd ex ſignis ab imperante datis oc
caſionem expectarit, ideo talibus vtitur verbis:ſed vt declaret ſuam mentem per naturæ v-
nitatem,& indiuulſum conſenſum,cum patre coniunctam eſſe.Proinde quod dicitur, man
datum, ne ſermonem imperioſum per vocalia organa prolatum intelligamus, filio velut
obedienti præſcribentem,quid facere debeat, ſed iuxta ſenſum deo dignum intelligamus,
voluntatis traditionem inſtar formæ cuiuſpiam in ſpeculo relucentis, à patre in filium ſine
Ioan.3. tempore demanantem.Pater enim diligit filium,& omnia oſtendit illi. Itaque quæcunque
habet pater filij ſunt,non quòd hæc illi paulatim accreſcant,ſed adſint ſemel vniuerſa.Non H
enim inter homines, qui artem perdidicit,ac diutina exercitatione firmum artis in animo
fixúmque habitum gerens, ilico poteſt iuxta ſcientiæ rationes quas in mente tenet per ſeſe
operari. At dei ſapientia, videlicet architectus vniuerſæ creaturæ,ſemper perfectus, & citra
doctorem ſapiens,dei virtus,in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ occulti, non
eget particulari præſcripto, quod ipſi modum ac menſuram operationis præfiniat. Scilicet
tu quidem etiam pædagogeum aperies in vanitate cogitationum tuarum, & hunc quidem
facies præſidentem loco doctoris,illum vero aſtantem cum diſcipuli imperitia: dein paula-
tim additis præceptionibus diſcentem ſapientiam,donec promoueatur vſque ad perfectio-
nem.At ex hoc,ſi modò noueris conſequentiam quæ eſt in dictis obſeruare,inuenies filium I
ſemper diſcere, nec vnquam ad finem peruenire poſſe, eò quòd infinita ſit patris ſapientia,
nec infinitæ rei finis poſſit apprehendi. Itaque qui non conceſſerit, filium ab initio habere
omnia,nunquam conceſſurus eſt illum ad perfectionem peruenturum.Sed pudet iſtius hu-
milis cogitationis,in quam è ſermonis tenore paulatim deductus ſum.Igitur ad ſublimita-
Ioan. 14. tem verbi reuertamur.Qui vidit me,vidit & patrem:non figuram,non formam,pura enim
eſt ab omni compoſitione diuina natura: ſed videt bonitatem voluntatis, quæ ſimul cum
eſſentia currit, ſimilis illi atque æqualis: quin, vt melius dicam,eadem in patre quæ in filio
Philippen.2 intelligitur.Quid igitur ſibi vult illud, Factus obediens vſque ad mortem? Item illud, Pro
Ephe.5. nobis omnibus tradidit ſeipſum? Quoniam hoc à patre habuit,vt iuxta ſuam bonitatem o- K
peraretur pro hominibus. Tu vero & illa audito: Chriſtus nos exemit de maledicto legis.
Roma. 5. Item,Quum peccatores eſſemus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt.Diligenter autem obſerua
Gala.3. verba domini,quòd quum nos de patre erudiret,nouit authenticis & herilibus vti vocibus,
Marci. 1. Volo,mundare.Et Tace,obmuteſce.Et,Ego aũt dico vobis.Et illud,Mutum & ſurdum dę-
Marci.4. monium ego tibi præcipio:& ſi qua ſunt huius generis alia. Vt ex his quidem dominum &
Lucæ. 4. conditorem noſtrum cognoſceremus, per illa vero patrem domini & conditoris noſtri di-
Marc.9. ſceremus. Ita ſermo vndiquaque verax demonſtrat patrem creare per filium, vt nec patris
imperfecta ſit creatio,nec eneruis filij operatio,ſed duorum vnam eandémque voluntatem
declarat.Itaque hęc vox Per quem,confeſſionem habet cauſſæ principalis,non autem ſumi- L
tur ad proloquium cauſſæ efficientis.

## DEFINITIVAE SENTENTIAE DE SPIRITV doctrinæ ſcripturarum congruentes, & quòd ſpiritus eſt dominus.

## CAPVT IX.

IAM vero etiam de ſpiritu ſancto communes noſtræ ſententiæ cuiuſmodi ſint ex-
pendamus, tum eas quæ nobis de illo è ſcripturis collectæ ſunt,tum eas quas patrũ
traditione ſine ſcripto accepimus. Primum igitur qui audiuit appellationes ſpiri- M
tus,erigitur animo,& ad ſupremam naturam cogitationem attollit. Nam ſpiritus
dei dictus eſt,& ſpiritus veritatis,qui ex patre procedit.Spiritus rectus,principalis. Spiritus
ſanctus, quæ poſtrema propria eſt illius ac peculiaris appellatio. Quod ſanè nomen omniũ
maximè declarat id quod eſt incorporeum, & ab omni materia purum, atque incompoſi-
tum declarat.Quapropter & dominus,vt animum qui putat deum in loco adorandum, do
ceat eum incomprehenſibilem & incorporeum eſſe: Spiritus, inquit, eſt deus.Proinde fieri
non poteſt,vt qui audit ſpiritus,naturam loco circunſcriptam, aut mutationibus & altera-
tionibus obnoxiam, aut omnino creaturæ ſimilem imaginatione imprimat menti ſuæ: ſed
ad id quod ſummum eſt cogitatione proficiſcens,intelligibilem ſubſtantiam cogitet neceſ-
ſe eſt,



A ſe eſt,virtute infinitam,magnitudine incircunſcriptam, nec temporum nec ſeculorum di-
menſionem recipientem,nemini bona quæ habet ipſa,inuidentem:ad quam omnia conuer
tuntur quæ egent ſanctificatione,quam omnia appetunt iuxta virtutem viuentia, cuius af-
flatu velut irrigantur & adiuuantur,vt perueniant ad proprium ſuum naturalémque finem:
ſic perficientem cætera, vt ipſe in nullo deficiat: non aliunde parta vita viuentem, ſed qui
ſit ipſe vitæ largitor:nec acceſſionibus augeſcentem,ſed plenum,rectum, in ſeipſo colloca-
tum,qui nuſquam non adeſt:ſanctificationis parentem: lucem intelligibilem, vniuerſæ po-
tentiæ rationali,ad veritatis inueſtigationem,velut illuſtrationem quandam ex ſeſe pręben
tem:natura inacceſſum,ſed qui capi poſſit ob benignitatem: omnia quidem implentem vir
B tute,ſed ſolis iis qui digni ſunt communicabilem, quibus ſeſe non eadem impertit menſu-
ra, ſed iuxta portionem fidei diſpertitur vim ſuam.Simplicem iuxta eſſentiam, ſed poten-
tiis varium:qui ſingulis totus adeſt,& totus vbique eſt: qui ſic diuiditur, vt nihil ipſe patia-
tur: cuius ſic omnes participes ſunt, vt ipſe maneat integer,radij ſolaris in morem, cuius
beneficium ſic adeſt ei qui fruitur, quaſi ſoli adſit, quum & terram illuſtret & mare, & aëri
miſceatur: itidem & ſpiritus ſanctus, vnicuique capacium quum adſit quaſi ſoli, omnibus
ſufficientem & integram gratiam infundit, quo fruuntur quæcunque de illo participant,
non quantum ipſa ſua natura poſſunt capere,ſed quantum poteſt ille. Porro conſortium cũ
ſpiritu non conſtat loci propinquitate: nam qui fiat, vt ad incorporeum corporaliter acce-
C das?ſed à cupiditatibus receſſu,quę poſt acceſſerunt animæ propter amicitiam erga carnem,
& à dei conſortio alienarunt. Itaque purgata à probro quòd eam per maliciam contamina-
rat,& ad natiuam pulchritudinem reuerſa, ac velut imagine regia veterem formam puri-
tate reddens,hoc vno demum modo poteſt ad paracletum appropinquare:ille porrò,velu-
ti ſol, purum nactus oculum oſtendet tibi in ſeipſo imaginem illius qui videri non poteſt.
In beata autem huius imaginis contemplatione, videbis ineffabilem archetypi pulchritu-
dinem,per hunc corda ſuſtolluntur in altum,manu ducuntur infirmi, proficientes perfici-
untur.Hic eis qui à tumultu cupiditatum purgati ſunt illuceſcẽs, per communionem quam
cum ipſo habent,ſpirituales reddit.Et quemadmodum corpora illuſtria perlucidáque, con
D tacta radio ſolis, fiunt & ipſa ſupra modum ſplendida, & alium fulgorem ex ſeſe profun-
dunt:ſic & animæ ſpiritu afflatæ,ac ſpiritu illuſtratæ,fiunt & ipſę ſpirituales,& in alios gra-
tiam emittunt. Hinc futurorum præſcientia,arcanorum intelligentia,occultorum compre
henſio,donorum diſtributiones, cœleſtis conuerſatio, cum angelis chorea: hinc gaudium
nunquam finiendum,hinc in deo perſeuerantia,hinc ſimilitudo cum deo,& quo nihil ſubli
mius expeti poteſt,hinc eſt vt deus fias.Communes igitur noſtræ ſentẽtiæ de ſancto ſpiritu,
quas de magnitudine dignitatéque illius,déque operationibus, ab ipſis ſpiritus eloquiis ſen
tire didicimus, vt è multis paucas attulerimus,ſic habent. Nunc ad contradicendi cupidos
veniendum eſt, conabimúrque illorum obiectiones refellere, quas è falſi nominis ſcientia
E nobis proponunt.

## ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON OPORtere patri & filio adiungere ſpiritum ſanctum.

## CAPVT X.

NON oportet, inquiunt, patri & filio adiungere ſpiritum ſanctum: partim eo quòd
ſit alienæ naturæ,partim quod dignitate ſit inferior.Quibus æquum eſt,vt apoſto-
lorum verbis reſpondeamus:Deo oportet obedire magis quàm hominibus.Nam ſi Actuum. 4.
dominus apertè in tradendo ſalutifero baptiſmate præcepit diſcipulis, vt baptiza- Mar. 16.
F rent omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: haud dedignatus cum illo con
ſortium:contrà iſti dicunt,non oportere ſpiritum patri filióque coniungere: an non dei præ
cepto palàm aduerſantur? Etenim ſi dicant huiuſmodi coniũctionem non declarare vllam
communionem,aut conſortium,proferant,quid igitur hoc exiſtimandum eſt,aut quam a-
liam adferunt magis peculiarem conſortij rationem. Alioqui ſi dominus ſibi & patri non
adiunxit ſpiritum in baptiſmo, ne nobis vitio vertant quod eos coniungimus. Nihil enim
nos ab illo præſcripto diuerſum neque ſentimus neque loquimur. Quòd ſi illic coniunctus
eſt patri & filio ſpiritus, nec quiſquam eſt adeò impudens, vt quicquam aliud dicat, nec ſic
quidem nos in ius vocent,ſi ſcripturas ſequimur. Sed apparatus belli aduerſum nos inſtru-
ctus eſt,

ctus eſt,omniſq; cogitatio in acie conſtitit , & linguæ maledicorum hic multo vehemẽtius G
iaculantur,quàm Iudæi,qui Chriſtum occiderant,olim lapidibus impetierunt Stephanum.
Verum illud ne lateat iſtos,nos quidem eſſe belli occaſionem,cæterum negotium reuera ad
excelſum ſpectare:Itaque in nos quidem machinas & inſidias inſtruunt, ſeq; mutuo exhor-
tantur ad ferendas ſuppetias , vt quiſque peritia aut robore valet : cæterum id quod oppu-
gnatur,fides eſt, iſq; ſcopus communis eſt omnibus, vt ſoliditatem fidei in Chriſtum labe-
factent,apoſtolicam traditionem ſolo æquatam abolendo. Eapropter ſicuti ſolent æris alie
ni debitores qui ſanè cordati ſunt,probationes è ſcriptura clamore exigunt:patrum teſtimo
nia,quæ ſcripto prodita non ſunt, veluti nullius momenti reiiciunt. At non deſeremus ve-
ritatem,neque per ignauiam ab illi ferendis auxiliis deſiſtemus.Etenim ſi dominus nobis vt H
neceſſarium ac ſalutare dogma tradidit,ſpiritum cum patre coniungendum eſſe,his autem
ſecus videtur, ſed diuidere ac diſtrahere volunt ſpiritum,& ad ſeruilem naturam detrude-
re,an non verum eſt,apud illos blaſphemiam ipſorum plus habere ponderis, quàm domini
præſcriptum? Agedum igitur omni contentione depoſita,ita denuò de his quæ ſunt in ma-
nibus conſideremus.Chriſtiani vnde nos? Vtique per fidem,dicet quilibet. Seruamur autẽ,
quo modo? Nimirum regenerati per gratiam quæ confertur in baptiſmo. Nã vnde alioqui?
Et poſtea quum ſciamus hanc ſalutem per patrem & filium & ſpiritum ſanctum certò pro-
mitti,num doctrinæ formam quam accepimus abiiciemus? Id profectò multis dignum ſu-
ſpiriis fuerit,ſi comperiamur nunc longius abeſſe à ſalute noſtra, quàm tum quum credidi- I
mus.Etenim ſi quod tunc recepimus , nunc abnegamus , non minus damni fuerit, quàm ſi
quis expers baptiſmatis decedat : aut ſi in vno quopiam eorum quæ à Chriſto tradita ſunt
deficiẽs,baptiſmum accipiat:& profeſſione quam in prima inſtitutione depoſuimus, quum
liberati à ſimulachris acceſſimus ad deum viuum, qui nos in omni tempore, perq; vitam o-
mnem ſua vi conſeruat,tanquam tuta cuſtodia cinctus,ſeipſum alienum reddat à promiſſis
dei,ſuo ipſius chirographo repugnans,quod in profeſſione fidei depoſuit. Nam ſi vitæ ini-
tium eſt baptiſmus, ſiq; dierum omnium primus eſt dies regenerationis, perſpicuum eſt &
vocem illam omnium pretioſiſſimam eſſe mihi,quæ in adoptionis gratia prolata eſt. Itá ne
traditionem quæ me perduxit ad lucem ac dei cognitionẽ largita eſt , per quam factus ſum K
filius dei , qui paulo antè propter peccatum eram hoſtis, deſeram ſeductus iſtorum proba-
bilibus ſermonibus? Quin potius illud mihi precor, vt cum hac profeſſione contingat hinc
decedere ad dominum.Et ipſos hortor,vt inuiolatam ſeruent fidem vſque ad diem Chriſti,
& indiuulſum à patre & filio cuſtodiant ſpiritum ſanctum, quam doctrinam in baptiſmate
receperunt , & in profeſſione fidei atque in perſolutione plenæ gloriæ perſeuerent.

## PRAEVARICATORES, QVI NEGANT SPIRITVM.
## CAPVT XI.

CVI væ? Cui afflictio,cui anguſtia ac tenebræ,cui ſempiterna condemnatio? Nonne L
præuaricatoribus? Nonne iis qui fidem abnegarunt? Sed vnde probantur abnegaſ-
ſe? Nonne hinc,quod ſuam ipſi profeſſionem irritam fecerunt? Quid autem profeſ
ſi ſunt,aut quãdo? Profeſſi ſunt ſe credere in patrem & filium & ſpiritum ſanctum,
quum renuntiantes diabolo & angelis eius ſalutiferam illam vocem ædiderunt. Quod igi-
tur iſtis dignum vocabulum repertum eſt à filiis lucis? Nonne perfugę ac pręuaricatores ap
pellantur,vt qui ſua ſalutifera pacta violarint. Quo igitur nomine vocẽ eum qui deũ abne-
gauit,eum qui Chriſtum abnegauit ? Quonam alio, quàm præuaricatoris ac deſertoris ? At
ei qui negauit ſpiritum,quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem? quippe qui pactũ
cum deo initum violarit? Ergo quum profeſſio fidei in deum, pietatis beatitudinem nobis M
conciliet,contrà abnegatio,crimini abnegati dei faciat obnoxios, an non horrendũ eſt hãc
profeſſionem nunc irritam facere,non ignem,non gladium,non crucem,non flagella, non
rotam,non tormenta metuentes,ſed ſolis ſophiſmatibus ſeductionibusq; iſtorum qui ſpiri-
tui rebelles ſunt,impulſos? Teſtificor omni homini Chriſtum profitenti, ſed & eum negan
Galat. 5. ti quod Chriſtus nihil illi proderit,nec ei qui deum quidem inuocat, ſed Chriſtum ſpernit,
quòd inanis eſt fides illius.Similiter ei qui ſpiritũ reiicit, teſtificor quòd fides eius qua pro-
Ioannis. 3. fitetur patrem & filium,inanis erit,quam nec habere poteſt, niſi ſimul adſit ſpiritus. Non e-
1. Cor. 12. nim credit in filium,qui non credit ſpiritui ſancto: non credit in patrẽ, qui non credit filio.





A Nec enim poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Et, Deum nemo vidit vnquã,
ſed vnigenitus filius,qui eſt in ſinu patris,ipſe nobis enarrauit . Inſuper talis expers eſt veræ
adorationis.Neque enim fieri poteſt,vt quis filium adoret niſi in ſpiritu ſancto,aut vt patrẽ
inuocet,niſi in adoptionis ſpiritu.

## ADVERSVS EOS QVI DICVNT SVFFICE-re baptiſma tantum in nomine filij.
## CAPVT XII.

B NEminem vero debet offendere illud Apoſtoli,quòd nomen patris,& ſpiritus ſancti
mentionem,in baptiſmatis commemoratione frequenter omittit:neque ideo pu-
tet harum vocum vſum eſſe indifferentem.Quicunque inquit,in Chriſtum bapti-
zati eſtis,Chriſtum induiſtis.Quicunque in Chriſto baptizati eſtis , in mortem il-
lius baptizati eſtis.Siquidẽ Chriſti appellatio,totius deitatis eſt profeſſio:quippe quæ ſimul Gala. 3.
declarat & deum qui vnxit,& filiũ qui vnctus eſt,& ſpiritũ ſanctũ qui eſt vnctio:quẽadmo- Roma. 6.
dum à Petro in Actis didicimus,Ieſum Nazarenũ,quem vnxit deus ſpiritu ſancto. Item in
Eſaia,Spiritus domini ſuper me,eo quod vnxit me.Et pſalmicus ille cãtor,Propterea vnxit Cap. 4.
te deus deus tuus oleo exultationis,vltra participes tuos.Videtur attamen interdum & ſpi- Cap. 61.
ritus tantum in baptiſmate feciſſe mentionem Apoſtolus,Omnes,enim inquit,in vno cor- Pſal. 44.
C pore,& in vno ſpiritu baptizati ſumus.His & illud conſonat , Vos baptizabimini in ſpiritu
ſancto.Rurſum,Et ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto.At non ideo quis dixerit perfectum 1. Cor. 12.
eſſe baptiſma,in quo ſolum ſpiritus nomen inuocatum eſt.Oportet enim inuiolabilem ma- Actu. 1.
nere traditionem,quę in viuifica gratia data eſt:eo quòd qui liberauit de corruptione vitam
noſtram,poteſtatem nobis renouationis dedit:quæ poteſtas cauſſam habet ineffabilem , &
in myſterio reconditam,ſed magnam animabus ſalutem conferentem,vt quicquam adde-
re aut detrahere,planè ſit ab æterna vita excidere. Proinde, ſi in baptiſmo ſeparare ſpiritum
à patre & filio, vt periculoſum eſt baptizanti , ita baptiſmum accipienti inutile , quomodo
nobis tutum fuerit,à patre & filio diſtrahere ſpiritum? Fides,ac baptiſma,duo ſunt modi pa
D randæ ſalutis,inter ſe cognati & inſeparabiles.Nam fides perficitur per baptiſmum, baptiſ-
mus verò fundamento fidei nititur,& vtraque res per has voces impletur. Sicut enim credi
mus in patrem & filium & ſpiritum ſanctum , ſic & baptizamur in nomine patris & filij &
ſpiritus ſancti.Ac præcedit quidem profeſſio ad ſalutem perducens , ſequitur autem baptiſ-
ma conſignans pactum noſtrum.

## QVARE APVD PAVLVM, ANGELI SI-mul cum patre & filio adiunguntur.
## CAPVT XIII.

E

AT alia inquiunt,quæ ſimul patri & filio annumerantur,non ideo per omnia ſimul
cum illis glorificantur.Veluti quum Apoſtolus obteſtans Timotheum angelos ſi-
mul adducit,dicens,Obteſtor te in conſpectu dei,& Chriſti Ieſu,& electorum eius 1. Tim. 5.
angelorum:quos tamen non ſeparamus à reliquis creaturis,neque ſuſtinemus eos
patri & filio annumerare . Ego verò tametſi hic ſermo nulla dignus eſt confutatione , tam
manifeſtam præferens abſurditatem:tamen illud dico , quod conſeruum etiam teſtem ali-
quis adducere poſſit apud manſuetum ac placabilem iudicem,quiq; maximè per æquitatem
erga reos iuſtè iudicandi irrefutabilem rectitudinem declarârit . Cæterum vt aliquis fiat li-
F ber è ſeruo,atque vocetur filius dei,& à morte reuocetur ad vitam , à nullo alio poteſt dari,
niſi ab eo qui cum deo naturalem habet ſocietatem,& à ſeruili conditione ſit alienus. Quo-
modo autem ſociabit nos deo, qui ipſe eſt alienus ? Quomodo liberos reddet nos , qui ipſe
eſt iugo ſeruitutis obnoxius? Itaque non ob eadem fit ſpiritus & angelorum mentio,ſed ſpi-
ritus commemoratur tanquam autor ac dominus vitæ:angeli verò tanquam conſeruorum
adiutores,fidelesq; veritatis teſtes adhibentur.Siquidem mos eſt ſanctis,dei præcepta teſti-
bus adhibitis tradere . Sicut hic ipſe Timotheo loquens in hunc modum , Quæ accepiſti à
me coram multis teſtibus,ea depone apud fideles homines . Et nũc angelos atteſtatur,ſciens 2. Tim. 2.
quòd angeli pariter adfuturi ſunt iudici , quum venerit in gloria patris , vt iudicet orbem

terrarum in iuſtitia.Quiſquis enim,inquit,confitebitur me coram hominibus, & filius ho- G
minis confitebitur eum coram angelis eius. Qui verò abnegauerit me coram hominibus,
Matth.10. abnegabitur in conſpectu angelorum dei.Et Paulus alibi dicit, In reuelatione domini Ieſu
2.Theſ.1. de cœlis,cum angelis.Hanc ob cauſſam conteſtatur angelos,firmas ſibi pręparans probatio-
nes ad magnum illud tribunal.Neque hic modò,verum etiam ſimpliciter omnes,quibus a-
liquod verbi miniſterium commiſſum eſt,nullo vnquam tempore ceſſant teſtari: non an-
gelos tantum,verum etiam cœlum & terram inclamant, vt intra quorum ambitum omnia
gerantur, quiq; in examinatione in hac vita geſtorum ſint ſimul cum iudicandis futuri.
Aduocauit,inquit,cœlum ſurſum,& terram ad diiudicandum populum ſuum.Vnde & Mo
ſes traditurus populo eloquia dei,Teſtor,inquit,hodie cœlum& terram.Et rurſus in Canti- H
co,Attende cœlum & loquar,& audiat terra verba ex ore meo.Item Eſaias,Audi cœlum,&
Cap.1. auribus percipe terra.Hieremias autem etiam admirationem ac ſtuporem cœlo tribuit, ob
Cap.2. audita impia populi facta:Obſtupuit cœlum ſuper hoc,& exhorruit amplius terra vehemen
ter,dicit dominus,quoniam duo mala fecit populus meus. Apoſtolus itaque ſciens angelos
hominibus datos ceu pędagogos quoſpiam ac morum gubernatores, vocauit illos in teſti-
monium.At Ieſus Naue etiam lapidem teſtem ſermonum ſtatuit.Iamverò & collis alibi te-
ſtis appellatur à Iacob,Erit,inquit,lapis hic hodie in teſtimonium vobis in extremis diebus
quum mentiti fueritis domino veſtro,fortaſſe credēs virtute diuina & lapides vocem emiſ I
ſuros in redargutionem tranſgreſſorum.Sin minus,certe illud fore, vt omnium conſcien-
tia ſtimulo recordationis perculſa vulneretur.Ad hūc igitur modum, ij quibus cōmiſſa fuit
animarum gubernatio,teſtes quicunque quandocunq; fuerint pręparant,vt in poſterum ci-
tari poſſint.Sed ſpiritus non ad vſum occaſionis,ſed per naturæ communionem deo cōiun-
ctus eſt,haud ille quidem pertractus à nobis,ſed à domino adiunctus.

## OBIECTIO, QVOD IN MOSEN NONNVLLI baptizati ſunt,& in illum crediderunt,& huius dilutio, in quibus & de typis.

## CAPVT XIIII. K

VErum,inquiunt,tametſi baptizamur in ſpiritu, non inde par eſt vt ſpiritus deo co-
puletur,quando in Moſen nonnulli baptizati ſunt & in nube & in mari.Similiter
1.Cor.10. in confeſſo eſt & fidem tum temporis in homines perueniſſe. Credidit enim po-
pulus Deo,& Moſi famulo eius. Quid igitur,inquiunt, ex fide ac baptiſmo ſpiri-
Exod.14. tum ſanctum vſqueadeò attollis ac magnificas ſupra reliquam creaturam? quum eadē iam
& in hominibus fuiſſe ſcripturarum teſtimoniis demonſtratum ſit? Quid dicemus? Nimi-
rum illud,quod in ſpiritum quidem ſanctum,vt credimus, æquè atque in patrem & filium, L
ſimiliter & baptizamur.Fides autem quæ erat in Moſen, & in nube, velut vmbra fuit & fi-
gura. Neque verò quoniam diuina rebus humilibus & humanis præfigurata ſunt, protinus
& diuinorum humilis eſt natura,quam figurarum adumbratio frequenter innuit. Eſt enim
figura rerum expectandarum declaratio,per imitationem ob oculos ponens, ac tectè præ-
monſtrans quod futurum eſt.Velut Adam figura erat futuri, & Chriſtus figuratè dictus eſt
Ioan.6. lapis,& aqua promanans è petra,figura erat viuificæ potentiæ verbi.Si quis,inquit,ſitit,ve-
niat ad me,& bibat.Et manna typus erat viui panis, qui de cœlo deſcendit. Et ſerpens pro
ſigno poſitus,typus erat ſalutiferæ paſſionis per crucem conſummatæ, eoq; qui reſpexerunt
ad illum ſeruati ſunt. Similiter & quæ de eductis Iſraëlitis ſcribuntur, ad ſignificationem
eorum qui baptiſmo ſalui fiunt, narrata ſunt. Seruabantur enim Iſraëlitarum primogeni- M
ta,quemadmodum & baptizatorum corpora,quum gratia datur iis qui ſanguine ſignati fue
rint.Sanguis enim pecudis,figura eſt ſanguinis Chriſti. Primogenita verò typus eſt homi-
nis,qui primus conditus eſt:qui quoniam neceſſariò in nobis eſt,dum perpetuo tenore ſuc
ceſſionis vſque ad finem propagatur,ideo in Adam omnes morimur, & regnauit mors ab
Adam vſque ad legis conſummationem, & Chriſti aduentum. Porrò primogenita à deo
præterita ſunt,ne ea tangeret angelus extinctor,vt oſtenderetur,nos iam non amplius mo-
ri in Adam, qui in Chriſto viuificati ſumus. Cæterum, mare & nebula ad præſens quidem
tempus,inducit ad fidem admirationis, ad futurum autem tanquam typus venturam gra-
tiam præſignauit.Quis ſapiens & intelliget hæc? Quomodo mare baptiſmi typum gerens,
ſeparat



A ſeparat à Pharaone,ſic & lauacrum hoc à diabolica tyrannide.Illud quidem occidit hoſtem
in ſeſe,moritur & hic inimicitia quæ nobis fuit cum deo. Ab illo populus exiit illæſus. Aſ-
cendimus & nos ab aquis tanquam ex mortuis viui, ſeruati per gratiam eius qui vocauit
nos.At vmbra quam fecit nubes, figura eſt doni proficiſcentis à ſpiritu ſancto, quæ flam-
mam cupiditatum mortificando,membra nos refrigerat. Quid igitur? num quia per figu-
ram in Moſe baptizati ſumus,ideo protinus exigua eſt gratia baptiſmatis? Ad iſtam ratio-
nem nec aliud quicquam in noſtris ſacramentis fuerit magnum, ſi quod in ſingulis magni-
ficum eſt,cum figuris conferamus.Ac ne dei quidem erga homines charitas quicquam erit
magni aut eximij,qui filium vnigenitum dedit pro peccatis noſtris:quādoquidem & Abra-
B ham filio ſuo non pepercit. Nec Chriſti mors erit glorioſa, quod aries loco Iſaac victimæ
figuram expleuit. Neque deſcenſus ad inferos erit horribilis, quòd Ionas tribus diebus ac
totidem noctibus mortis figuram prius expleuit.Idem ergo facit & de baptiſmate, qui ve-
ritatem vmbræ comparans, cumq; figuris conferens ea quæ figuris ſignificantur, vniuer-
ſam pariter euangelicam diſpenſationem eleuare aggreditur.Nam quæ peccatorum remiſ-
ſio,quæ vitæ renouatio in mari,quod donum ſpirituale datum eſt per Moſen? Quæ illic pec-
cati mortificatio? Non illi Chriſto commortui ſunt,eoq; nec cum illo reſuſcitati ſunt. Non
portabant imaginem illius cœleſtis,non mortificationem in corpore circunferebant, non
exuerant veterem hominem cum factis ſuis,non induerant nouum,qui renouatur in agni-
C tionem ſecundum imaginem illius qui condidit.Quid igitur confers lauacra cum lauacris,
quæ ſolam nominis appellationem habent communem, rerum verò tanta eſt differentia,
quanta eſt inter ſomnia & veritatem, inter vmbras imaginéſque, & inter ea quæ reuera
ſunt.Quanquam & ipſa fides in Moſen,non modò declarat fidem quoque in ſpiritum par-
uæ eſſe dignitatis,ſed iuxta iſtorum ratiocinationem, omnia potius quæ de deo profitemur
extenuat.Credidit,inquit,populus deo,& Moſi famulo eius.Deo itaque copulatus eſt Mo- Exod.14.
ſes,non ſpiritui:erátque typus,non ſpiritus,ſed Chriſti.Tum enim is qui medius intercedit
inter deum & homines,per Moſen præſignabatur in miniſterio legis. Neque enim ſpiritus
figura fuit Moſes,qui inter deum & populum interceſſit.Data eſt enim lex,diſpoſita per an
D gelos,in manu ſequeſtri,videlicet Moſi,iuxta prouocationem populi dicentis, Loquere tu Exod.22.
nobis,& non loquatur nobis deus. Itaque fides quæ erat in Moſen ad Dominum refertur,
qui ſequeſter eſt inter deum & homines, qui dixit, Si crederetis Moſi, crederetis vtique & Ioan.5.
mihi.An ideo parui momenti eſt,fides in Dominum, quæ per Moſen præſignata eſt? Non
opinor.Conſimili ratione ſi quis in Moſe baptizatus eſt,nequaquam ob id eſt exigua ſpiri-
tus gratia in baptiſmate.Quanquam & alioqui poſſum dicere, conſuetudinem eſſe ſcriptu-
ræ,Moſi nomine etiam ſignificare legem,velut illic: Habent Moſen & Prophetas. Itaque Luc.16.
de legali baptiſmate loquens, Baptizati ſunt, inquit, in Moſe. Qur igitur gloriam noſtræ
ſpei,ac diuitias dei,& ſeruatoris noſtri,qui gratis per regenerationē renouat velut aquilæ iu
E uentutem noſtram,contemptibilem reddere conamini,ex vmbris & figuris veritatem ca-
lumniantes? Profectò ſtulti,ac omnino infantilis animi eſt,puerìq; cui reuera lacte eſt opus,
ignorare magnum illud myſterium noſtræ ſalutis: quod quemadmodum doctores facere
ſolent in inſtituendis diſcipulis,ita nos in exercitatione pietatis dum ad perfectionem in-
ducimur,primum perceptu facilioribus,ac noſtro modulo congruentibus ad incomprehen
ſibilem ſcientiam paulatim introducti fuimus,deo qui noſtra gubernat,oculos noſtros ve-
lut in tenebris enutritos,paulatim ad magnum illud lumen aſſuefaciendo ſubuehēte.Dum
enim parcit infirmitati noſtræ in profunda opulentia ſapientiæ ſuæ,inq; imperſcrutabilibus
iudiciis,placidam hanc nobíſque accommodam adhibuit inſtitutionem vt prius corporum
F vmbras intueremur, & in aquis ſolem cerneremus, conſuefaciens, ne protinus ſpectaculo
puræ lucis offenſi,caligaremus.Ad conſimilem rationem tum lex vmbram habens futuro-
rum,tum per Prophetas facta deliniatio,quæ eſt veritatis ænigma,exercitamenta excogita-
ta ſunt,quibus oculi cordis noſtri præpararentur,vt ab his facilis nobis tranſitus eſſet ad re-
conditam in myſterio ſapientiam. Itaque de figuris quidem hactenus. Neque enim licet
huic loco diutius immorari.Alioqui quod obiter incidit,longè maius fieret argumento prin
cipali.Quorſum igitur attinet his aliquid addere,in quibus abūdè multæ ſunt obiectionum Alius deus.
diſſolutiones.

## CONFVTATIO EORVM QVI OBIICIVNT QVOD in aqua baptizati ſumus, in quo & baptiſmi declaratio. G

### CAPVT XV.

ETiam in aqua baptizamur, at nequaquam ob id aquam vniuerſæ creaturæ præfe-
rimus, aut ei patris filiique honorem communicamus. Atque illorum quidem ver-
ba talia ſunt, qualia eſſent hominum ira commotorum, qui ob rationem affectu
obſcuratam, à nullo temperant, quod ad vlciſcendum eum à quo offenſi ſunt, fa-
ciat. Nos tamen haud grauabimur etiam de his diſſerere. Aut enim ignorantes docebimus,
aut perperam obſiſtentibus non concedemus. Sed re pauló altius repetita dicemus: Dei ac H
ſeruatoris noſtri circa hominem diſpenſatio, reuocatio eſt à prolapſu, reditúſque ad dei con
tubernium ab alienatione quam induxit inobedientia. Hanc ob cauſam fuit aduentus Chri-
ſti in carne, euangelicæ conuerſationis prodita forma, afflictiones, crux, ſepultura, reſurre-
ctio, vt homo qui ſaluus fit per imitationem Chriſti, veterem illam adoptionem qua in ius
filiorum aſcitus fuerat, recipiat. Itaque neceſſarium eſt ad vitæ perfectionem Chriſtum imi
tari, non ſolum exemplis, quæ in vita demonſtrauit, lenitatis, modeſtiæ, ac patientiæ, verum
etiam mortis illius, ſicut Paulus ait, Chriſti imitator: conformor morti eius, ſi quo modo
perueniam ad reſurrectionem è mortuis. Quomodo igitur fit, vt ſimus in ſimilitudine mor
Roma.6. tis eius? Conſepulti cum illo per baptiſma. Quis igitur eſt modus ſepulturæ, aut quis ex imi- I
tatione fructus? Primum oportet vitæ prioris ſeriem interrumpere. Id autem nemo poteſt
facere, niſi natus deſuper, iuxta Domini vocem. Siquidem regeneratio, quod ipſum etiam
nomen declarat, alterius vitæ initium eſt. Vnde eum qui alteram vitam incepturus eſt, o-
portet ſuperiori vitæ finem imponere. Quemadmodum enim in his qui poſteaquàm ad
ſtadij finem peruenerunt, ſeſe reflectunt, & priuſquam in contrarium moueantur, conſi-
ſtunt pauliſper, ac requiem aliquam interponunt: ſic & in mutatione vitæ videbatur neceſ-
ſarium, vt mors inter priorem & poſteriorem vitam intercederet, quæ & præcedentem fi-
niat, & initium det ſequuturæ. Quomodo igitur aſſequimur deſcenſum ad inferos? Chri-
ſti ſepulturam imitantes per baptiſmum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodam- K
modo aquis inſepeliuntur. Proin depoſitionem operum carnis figuratè ſignificat baptiſ-
mus, iuxta Apoſtolum dicentem. Circuncisi eſtis circunciſione non facta manu, per expo-
Coloſ.2. liationem corporis carnis, in circunciſione Chriſti, ſepulti cum illo in baptiſmo, qui quo-
dam modo repurgat animam, à carnalis affectus immundicia ipſi adnata, iuxta id quod
ſcriptum eſt, Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Eóque non Iudæorum more in quibuſ-
Pſal.50. libet inquinamentis abluimur, ſed vnum nouimus ſalutiferum baptiſma: quandoquidẽ vna
eſt pro mundo mors, & vna ex mortuis reſurrectio, quarum figura eſt baptiſma. Quapro-
pter, qui nobis vitam diſpenſat Dominus, baptiſmatis pactum nobis ſtatuit, mortis ac vitæ
typum habens: mortis quidem imaginem implente aqua, ſpiritu verò vitæ arram præbente. L
Hinc itaque nobis perſpicuum eſt factum quod quærebatur, quamobrem aqua coniuncta ſit
ſpiritui. Quum enim duo ſcopi propoſiti ſint in baptiſmo, videlicet vt aboleat corpus pec-
cati, ne poſtea fructificet mortem, tum vt viuat ſpiritu, & fructum habeat in ſanctificatio-
ne: aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in ſepulchro recipiens, ſpiritus verò vim
viuificam immittit, à morte peccati renouans animas noſtras in nouam vitam. Hoc igitur
eſt deſuper naſci ex aqua & ſpiritu, quaſi mortificatio perficiatur in aqua, vitam verò no-
ſtram operetur ſpiritus. Tribus igitur demerſionibus, ac totidem inuocationibus, magnum
baptiſmatis myſterium peragitur, vt & mortis figura adumbretur, & per traditionem diui-
næ cogitationis animus repurgetur eorum qui baptizantur. Itaque ſi qua eſt gratia in aqua, M
non eſt ex ipſius aquæ natura, ſed ex ſpiritus præſentia. Non enim eſt baptiſmus depoſitio
ſordium corporis, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio apud deum. Itaque Dominus ad vi-
tam ex reſurrectione nos præparans, totam euangelicam conuerſationem proponit, vt
non iraſcamur, vt malorum tolerantes ſimus, & à voluptatum amore puri, vt à ſtudio
pecuniæ mores ſint liberi, præſcribens, vtque quæ illud ſeculum iuxta naturam poſſe-
dit, hæc nos occupantes corrigamus. Proinde ſi quis definiens dicat Euangelium eſſe
formam vitæ, quæ eſt ex reſurrectione, mihi nequaquam videretur à vero aberrare.
Reuertitur Ad ſcopum igitur reuertamur: per ſpiritum ſanctum datur in paradiſum reſtitutio, in
toties. regnum cœlorum reditus, in adoptionem filiorum reuerſio: datur fiducia deum ap-
pellandi



A pellandi patrem ſuum, conſortem fieri gratiæ Chriſti, filium lucis appellari, æternæ gloriæ
participem eſſe, & vt ſemel omnia dicam, eſſe in omni benedictionis plenitudine, tum in
præſenti hoc ſeculo, tum in futuro nobis repoſitorum bonorum, quibus interim per fidem
fruimur, perinde quaſi adſint, gratiam velut in ſpeculo contemplãtes. Nam ſi talis eſt arra-
bo, quale eſt illud quod perfectum eſt? Et ſi tales ſunt primitiæ, quæ erit verbi conſumma-
tio? Inſuper & illinc cognoſcitur, quàm excellens ſit gratia quæ à ſpiritu confertur in bap-
tiſmate, quòd Ioannes quidem baptizauit aqua, Dominus autem meus Ieſus Chriſtus in ſpi Matth.3.
ritu ſancto. Ego, inquit, baptizo vos per aquam ad pœnitentiam: qui autem poſt me venit,
potentior me eſt, cuius non ſum dignus vt geſtem calceamenta: ipſe vos baptizabit in ſpi-
B ritu ſancto & igni. Ignis baptiſmum probationem quę fiet in iudicio, ſentiens: quemadmo-
dum ait Apoſtolus, Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Et rurſum, Dies enim de- 1.Cor.3.
clarabit, quod in igni patefit. Iam vero ſunt nonnulli, qui in certaminibus pro pietate, reue-
ra non imitatione Chriſti mortem perpeſſi, nihil huiuſmodi ſacramentis quæ ſunt in aqua
opus habuerunt ad ſalutem, nimirum in proprio baptizati ſanguine. Neque hæc ita loquor,
quod aquæ baptiſma ſpernam, ſed vt iſtorum rationes deiiciam, qui aduerſus ſpiritum eri-
guntur, quiq; commiſcent mixturam non recipientia, & ſimilia faciũt, quæ comparationem
reſpuunt. Ad id igitur quod inſtitutum eſt redeamus. Reditus.

## C QVOD IN OMNI SENSV, SPIRITVS SANCTVS inſeparabilis eſt à patre & filio, ſiue in creatione intelligi- bilium creaturarum, ſiue in humana diſpenſa- tione, ſiue in iudicio quod expectatur.

### CAPVT XVI.

QVOD in omnibus ſpiritus ſanctus inſeparabilis, & prorſus indiſtractus ſit à patre 1.Cor.12.
& filio, Paulus Corinthiis ſcribẽs declarat, eo in loco quo tractat de dono lingua-
rum: Si omnes, inquit, prophetetis, ingrediatur autem infidelis, aut idiota, argui-
D tur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, & occulta cordis eius manifeſta fiunt, atq;
ita procidens in faciem, adorat deum, renuntians quod deus ſit vere in vobis. Itaque ſi ex
prophetia, quæ iuxta diſtributionem donorum ſpiritus operatur, agnoſcitur deus in prophe
tis eſſe, conſultent iſti, quem locum tribuant ſpiritui ſancto. Vtrum æquius ſit illum cum
deo iungere, an ad creaturarum ordinem extrudere. Præterea ex his quæ Petrus dixit Sap-
phiræ. Quid eſt quod conuenit inter vos, tentare ſpiritum ſanctum, non mentiti eſtis homi Act.5.
nibus, ſed deo: declarat quæ peccantur in ſpiritum ſanctum, eadem peccari in deum. Hoc
autem pacto diſcere poteris, ſpiritum ſanctum in omni operatione coniunctum & inſepa-
rabilem eſſe à patre & filio. Siquidem quum deus efficiat varias operationum diſtributio-
E nes, ac dominus eas diſtributiones adminiſtret, ſimul adeſt ſpiritus ſanctus, partitionem do
norum pro cuiuſque dignitate proprio arbitrio diſpenſans. Diuiſiones, inquit, donorum
ſunt, vnus autem ſpiritus. Et diuiſiones adminiſtrationum ſunt, vnus autem dominus. Et
diuiſiones operationum ſunt, vnus autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Hæc au- 1.Cor.12.
tem, inquit, omnia operatur vnus & idem ſpiritus, diuidens ſeorſim cuique, prout vult. At-
tamen non quoniam Apoſtolus primo loco meminit ſpiritus, ſecundo filij, tertio dei & pa
tris, protinus oportet ſuſpicari totum omnino ordinem inuerſum eſſe. A noſtra ſiquidem
conditione ſumpſerat exordium, eo quòd nobis qui dona accepimus, primũ occurrit is qui
diſtribuit: mox cogitamus eum qui miſit, poſtremò cogitationem ſubducimus ad fontem
autoremq; bonorum. Iam etiam ex rebus initio conditis diſcas licet, ſpiritus cum patre & fi
F lio communionem. Nam meræ, & intelligibiles, & vltramundanæ virtutes, ſanctæ tum
ſunt, tum nominantur, ex gratia per ſpiritum infuſa ſanctimoniam nactæ. Eóque præter-
miſſa eſt mentio quomodo cœleſtes virtutes conditæ fuerint: ſed de ſenſibilibus tantum
creatorem nobis aperuit is, qui conditi orbis conſcripſit hiſtoriam. Tu vero qui facultatem
habes ex viſibilibus inuiſibilium rationem deprehendere, glorifica conditorem in quo con
dita ſunt omnia, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue virtutes,
ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue aliæ quæpiam naturæ rationales quæ nominari non poſ
ſunt. In horum autem creatione cogita mihi principalem cauſam eorum quæ fiunt, patrem,
dein conditricem, filium, perfectricem, ſpiritum ſanctum: vt voluntate quidem patris ſint

adminiſtraiorij ſpiritus, filij vero operatione perducantur vt ſint, ſpiritus autem aduentu G
perficiantur. Porrò angelorum perfectio eſt ſanctificatio, & in hac perſeuerantia. Ac nemo
me credat, tres originales ſubſtantias ponere, aut filij operationem imperfectam eſſe. Prin-
cipium enim eorum quæ ſunt, vnum eſt, per filium condens, per ſpiritum ſanctum perfici-
ens. Ac nec pater qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habet operationem, neque
filius inconſummatam creationem, niſi à ſpiritu perficiatur. Hoc pacto nec pater opus ha-
bebit filio, ſola voluntate creans, attamen vult & ſolet creare per filium. Neque filius egebit
auxilio, iuxta patris ſimilitudinem operans, ſed & filius vult ſoletq; per ſpiritum perficere.
Pſalm. 32. Nam verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque nec
verbum eſt ſignificatiuus aëris ictus, per vocis inſtrumenta prolatus: nec ſpiritus oris hali- H
tus, è partibus reſpiratoriis efflatus: ſed verbum quod in principio fuit apud deum, deus eſt:
& ſpiritus oris dei, ſpiritus eſt veritatis, qui à patre procedit. Itaque tria intelligis, mandan-
tem dominum, creans verbum, & confirmantem ſpiritum ſanctum. Quæ porrò alia poſſit
eſſe confirmatio, quàm in ſanctimonia perfectio, confirmationis verbo ſignificante, conſtan
tiam, immutabilitatem, ac ſoliditatem in bonis. Sanctificatio vero non eſt abſque ſpiritu.
Neque enim cœlorum virtutes ſuapte natura ſanctæ ſunt: nam ſi id eſſet, nulla re differrent
à ſpiritu ſancto: ſed iuxta portionem qua ſe inuicem ſuperant, à ſpiritu habent ſanctificatio-
nis menſuram. Quemadmodum enim cauterium non ſine igni intelligitur, quum aliud ſit
Caue. Heb. 1. ſubiecta materia, aliud ignis: itidem & in cœleſtibus virtutibus, ſubſtantia quidem earum, I
puta ſpiritus eſt aërius, aut ignis immaterialis, iuxta id quod ſcriptum eſt, Qui facit ange-
los ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Ea propter & in loco ſunt, & fiunt viſi-
biles, dum iis qui digni ſunt apparent in ſpecie propriorum corporum. Attamen ſanctifi-
catio quæ eſt extra ſubſtantiam illorum, perfectionem illis adiungit per communionem
ſpiritus. Conſeruāt autem dignitatem per perſeuerantiam in bono, habentes quidem in e-
ligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius qui verè bonus eſt, conſortio exci-
dentes: vt ſi ſubtraxeris verbo ſpiritum, perierint angelorum choreæ & ſanctificatio, ſub-
latæ ſint archangelorum præfecturæ vnà cum ſanctificationibus ac prophetiis, denique
confuſa fuerint omnia. Conſequenter & nullis gubernata legibus, nullo digeſta ordine, K
nullis finibus circumſcripta fuerit illarum vita. Quomodo ergo dicent angeli, Gloria in
Iterat. excelſis deo: niſi à ſpiritu accepta poteſtate? Nemo ſiquidem poteſt dicere dominum Ie-
ſum, niſi in ſpiritu ſancto, & nullus in ſpiritu dei loquens, dicit Ieſum anathema: quod
ſanè dicerent impij & aduerſarij ſpiritus, quorum defectio comprobat quod dicimus,
virtutes inuiſibiles eſſe ſui arbitrij, æquè ad virtutem atque ad vitium vertibiles, & ob id
opus habentes auxilio ſpiritus. Ego vero ipſum Gabrielem haud alio modo arbitror præ-
dicare futura, quàm præſcientia ſpiritus, eo quòd vnum de numero variorum donorum
ſpiritus, ſit prophetia. Porrò qui myſteria viſionis viro deſideriorum iuſſus erat annun-
tiare, vnde nactus eſt ſapientiam, vt poſſit docere arcana, niſi per ſpiritum ſanctum, L
quum patefactio myſteriorum peculiariter ad ſpiritum ſanctum pertineat, iuxta id quod
1. Cor. 2. ſcriptum eſt, Nobis reſerauit deus per ſpiritum. Throni vero & dominationes, princi-
patus & poteſtates, quomodo beatam illam vixiſſent vitam, niſi ſemper viderent vul-
tum patris, qui in cœlis eſt? At viſio non eſt abſque ſpiritu. Quemadmodum enim ſi in
nocte tollas lucernam è domo, ſupereſt vt nihil videant oculi, nihil operentur virtu-
tes, nec agnoſcatur rerum dignitas, ſed per ignorantiam aurum perinde conculcetur
ac ſi ferrum eſſet: ita in intelligibili gubernatione, impoſſibile eſt illam inſititiam mane-
re vitam abſque ſpiritu: nihilo profectò magis quàm exercitus in recto ordine manere po- M
teſt abſente duce, aut chorus in conſonantia, niſi adſit chori præfectus, qui temperet har-
Eſaiæ. 6. moniam. Qui poſſent dicere Seraphim, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus, niſi docti
per ſpiritum? quoties pium eſt hunc glorificationis hymnum canere. Siue igitur laudant
deum omnes angeli eius, ſiue laudant eum omnes virtutes eius, per ſpiritus inſtinctum
fit, ſiue aſtant milies mille angeli, ſiue centies centum milia angelorum illi miniſtranti-
um, per virtutem ſpiritus, ſuum officium citra reprehenſionem perficiunt. Itaque tota il-
la ſupercœleſtis & ineffabilis harmonia, tum in culturis dei, tum in vltramundanarum
virtutum inter ipſas conſonantia nequaquam ſeruari poſſet, niſi præſit ſpiritus. Ad eum
quidem modum in creando adeſt ſpiritus ſanctus, iis quæ non proficiendo perueniunt ad
perfectionem, ſed ab ipſa protinus creatione perfecta ſunt in hoc vt perficiatur conſum-
meturq;



A metúrque illorum ſubſtantia, ſimul conferens gratiam ſuam. Cæterum diſpoſitiones cir-
ca hominem quæ factæ ſunt à magno deo, & ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, iuxta bonita-
tem dei & patris, quis negabit per ſpiritus gratiam eſſe peractas? Siue velis priſca ſpecta-
re, veluti patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datam, figuras, prophetias,
fortiter in bellis geſta, miracula per ſanctos ædita: ſiue quæ circa Chriſti in carne aduen-
tum diſpenſata ſunt: per ſpiritum geſta ſunt omnia. Primò enim adfuit ipſi carni domi-
nicæ, dum illi factus eſt vnctio, & inſeparabiliter coniunctus, ſicut ſcriptum eſt. Super Matth. 3.
quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt filius meus dile- Mar. 1.
ctus. Et, Ieſum à Nazareth quem vnxit deus ſpiritu ſancto. Deinceps omnis actio præſen- Act. 4. Matth. 4.
B te ſpiritu ſancto peragebatur. Hic aderat ſimul quum & à diabolo tentaretur. Sublatus eſt,
inquit, Ieſus à ſpiritu in deſertum vt tentaretur. Tum ædenti miracula ſimul aderat. Si
enim, inquit, in ſpiritu eiicio dæmonia. Nec deſeruit excitatum à mortuis. Dominus e- Matt. 12.
nim qui renouabat hominem, éique reddebat gratiam quam ex afflatu dei acceptam ami-
ſerat, inſpirauit in faciem diſcipulorum, quibus ait, Accipite ſpiritum ſanctum, ſi quorum Ioan. 20.
peccata remiſeritis remittuntur: & ſi quorum retinueritis, retenta ſunt. Iam vero eccle-
ſiæ ordo, & gubernatio, nonne palàm & irrefutabiliter per ſpiritum ſanctum peragitur?
Ipſe, inquit, dedit eccleſiæ primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio doctores. Ad 1. Cor. 12.
hæc virtutes, præterea dona ſanationum, ſubuentiones, gubernationes, genera lingua-
C rum. Hic enim ordo iuxta diſtributionem donorum ſpiritus digeſtus eſt. Quin ſi quis ac-
curatius perpendat, comperiet ne in tempore quidem apparitionis de cœlo dominicæ,
quam expectamus, otioſum fore ſpiritum ſanctum, id quod quidam arbitrantur: ſed ſi-
mul adfuturum in die quo ſeſe manifeſtabit filius, quo iudicaturus eſt orbem terrarum in
iuſtitia, ille beatus, & ſolus potens. Quis igitur vſqueadeò rudis eſt, vt non audierit de
bonis quæ deus præparauit dignis, ignorétque iuſtorum coronam eſſe ſpiritus beneficium,
quod tum largius perfectiúſque dabitur, ſpirituali gloria cuique pro rectè geſtis diſtribu-
ta? In ſplendoribus enim ſanctorum manſiones multæ ſunt apud patrem: hoc eſt, digni- Ioan. 14.
tatis diſcrimina. Sicut enim ſtella à ſtella differt in claritate, ita & reſurrectio mortuo- 1. Cor. 15.
D rum. Itaque qui conſignati ſunt ſpiritu ſancto in diem redemptionis, quíque ſancti ſpiri-
tus primitias puras & incorruptas ſeruauerint, ij ſunt qui audient, Euge ſerue bone & fi- Matth. 26.
delis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Similiter & qui contriſtauerint
ſpiritum ſanctum, malitia ſtudiorum ſuorum, aut qui non fecerint lucrum è ſorte data,
ſpoliabuntur eo, quod acceperant, beneficio in alios tranſlato, aut iuxta euangeliſtam, o-
mnino diſſcindentur. Diſſectio autem omnino intelligenda eſt in hoc, quòd prorſus & à
ſpiritu ſancto alienabuntur. Neque enim corpus diuiditur, vt vna pars tradatur ſupplicio,
altera abſoluatur. Nam id quidem fabuloſum, nec eo dignum iudice, quum totus homo
peccauerit, dimidium illius addici pœnæ. Nec anima in duas partes ſecatur, quum tota
E per totum hominem peccandi affectum habeat, ſimúlque cum corpore malum operetur.
Sed quemadmodum dixi, Diſſectio eſt animæ, perpetua à ſpiritu ſancto alienatio. Nunc
enim tametſi non admiſcetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adeſſe ſemel conſi-
gnatis, expectans vt ad ſalutem conuertantur. Tum vero in totum ab anima quæ gratiam
ipſius prophanauerit, reſecabatur. Eóque non eſt in inferno qui confiteatur, neque in
morte qui memor ſit dei: quod iam non adſit ſancti ſpiritus adiutorium. Quomodo igi-
tur intelligi poteſt, abſque ſpiritu ſancto fieri iudicium? quum verbum declaret, ſpiritum
eſſe iuſtorum præmium, quando pro arrabone exhibebitur quod perfectum eſt. Et hæc eſt
prima peccatorum condemnatio, quum eo quod videbantur habere, ſpoliantur. Porrò ma
ximum argumentum, ſpiritus cum patre & filio arctiſſimæ ſocietatis illud eſt, quòd eodem
F modo dicitur habere ſe erga deum, quo erga vnumquemque noſtrum ſe habet ſpiritus, qui
eſt in nobis. Quis, inquit, hominum nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus, qui eſt 1. Cor. 2.
in ipſo. Sic, quæ ſunt dei, nemo nouit, niſi ſpiritus, qui ex deo eſt.

ADVERSVS EOS, QVI DICVNT SPIRITVM ſanctum non annumerari patri, ſed ſubnumerari, vbi & de pia ſubnumeratione, ſummarius fidei decurſus. G

CAPVT XVII.

ET hæc quidem hactenus: cæterum ſubnumerationem quid dicant, aut in cuius rei
ſignificationem vocem hanc vſurpent, ne cogitare quidem facile eſt. Nam & hanc
nobis è mundi ſapientia fuiſſe inuectam, in propatulo eſt. At an aliquam habeat
propriam ratione᷑ ad id quod nunc agitur, hoc conſideremus. Aiunt igitur qui cir-
ca res inanes curioſi ſunt, quędam nomina eſſe communia, quorum ſignificatio multa com H
plectitur: alia magis propria, & alia plus aliis habere vim peculiare quiddam denotandi.
Exempli cauſa, commune nomen eſt eſſentia, quod pariter de omnibus prædicatur, ſiue in-
animis ſiue animatis. Peculiarius autem animal, quod de paucioribus prædicatur quàm il-
Prædicabilia. lud prius, de multis tamen quæ videntur illi ſubiecta. Siquidem in eo, rationalium ſimul
& irrationalium natura comprehenditur. Rurſum magis ſpeciale nomen eſt homo, quàm
animal: rurſum vir ſpecialius eſt nomen, quàm homo, & viro ſpecialius eſt, hic, aut ille
vir, puta Petrus, aut Paulus, aut Ioannes. An igitur quum ſubnumerationem dicunt, ſen-
tiunt communis vocabuli, in ea quæ ſubiecta ſunt diuiſionem? At non poſſum credere il-
los ad tantum ſtuporem deductos, vt dicant deum omnium rerum velut communionem I
quandam eſſe verbo tantum intelligibilem, ſed qui non habeat eſſe per ſubſtantiam, in ſub-
iecta diuidi, atque hinc ſubdiuiſionem hanc & ſubnumerationem dici. Iſtud ſanè ne inſani
quidem dixerint. Nam præter impietatem, etiam ſermonem inſtituunt, cum eo quod pro-
ponunt pugnantem: propterea quòd quæ ſubdiuiduntur, eiuſdem ſunt eſſentiæ, cuius ſunt
illa à quo diuiduntur. Sed ob nimiam iſtorum abſurditatem videmur oratione deſtitui,
nec habere quibus verbis illorum ſtultitiam reprehendamus, adeò vt mihi videâtur etiam
propter amentiam aliquid lucrifacere. Quemadmodum in corpora mollia cedentiaq; non
poſſis egregiam plagam impingere, eo quòd obſiſtere contraq; niti non queant: ita eos qui
palàm inſaniunt non poſſis forti iuueniliq; redargutione percellere. Supereſt igitur, vt abo- K
minandam illorum impietatem ſilentio prętereamus. At non patitur ſilere me nec fratrum
charitas, nec aduerſariorum improbitas. Quid igitur dicunt? Vide quanta ſit in dictis illo-
rum arrogantia. Nos, inquiunt, profitemur, iis qui honore pares ſunt conuenire connume-
rationem: iis vero qui inferioris ſunt conditionis, ſubnumerationem. Et iſtud quur tandem
dicitis? Neque enim intelligo veſtram peregrinam ſapientiam. An quod aurum auro con-
numeratur, plumbum vero non item erit connumerari dignum: ſed ob materiæ vilitatem
ſubnumerabitur auro? Tantamq; vim tribuitis numero, vt is vel rerum vilium dignitatem
attollere, vel pretioſarũ rerum maieſtatem deiicere valeat. Ergo rurſus aurum pretioſis la-
pidibus ſubnumerabis, atque in his ipſis elegantioribus ac maioribus ſubnumerabis minus L
lucidos ac minores. Sed quid non dicant, qui ad nihil aliud vacant, niſi aut ad dicẽdum, aut
audiendum aliquid noui? Poſthac cum Stoicis & Epicureis nominentur qui docent impie-
tatem. Quæ nanque vel poſſit fieri rerum viliorum ad pretioſiores ſubnumeratio? Aereus
obolus, aureo ſtateri quomodo ſubnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo poſ
ſideri numiſmata, ſed vnum & vnum. Vtrum igitur vtri horum ſubnumeratur? Nam vtrũ-
que ſimiliter profertur. Sed ſi quodque per ſe numeres, facis æqualitatem pretij eodem nu-
merandi modo. Rurſus ſi ea coniungas, eandem facis dignitatem, vtrumque alteri connu-
merans. Quòd ſi quicquid in numerando poſteriore loco poſueris, id habebit ſubnumera-
tionem, numeranti in manu eſt, ab æreo numiſmate numerationem incipere. Sed imperi- M
Reditus. tiam redarguere ſuperſedeamus, & ad ea quæ ad rem pertinent, orationem vertamus. Etiã
ne filium dicitis ſubnumerari patri, ac ſpiritum filio, an ſoli ſpiritui tribuitis ſubnumeratio-
nem? Etenim ſi filium ſubnumeratis, rurſus in eiuſdem impietatis ſermonem reciditis, vi-
delicet in diſparilitatem eſſentiæ, in dignitatis deiectionem, in natiuitatem tempore poſte-
riorem: breuiter in omnes ſimul blaſphemias contra vnigenitum vnico iſto verbo reuolui
declarabimini: quibus cõtradicere prolixius eſt, q̃ vt huic conueniat feſtinationi, prȩſertim
quũ alias aliis in locis iſtorum impietas à nobis pro viribus refutata ſit. Quòd ſi ſoli ſpiritui
putant conuenire ſubnumerationem, diſcant ſpiritum ſimul eodẽ modo pronuntiari cũ do
mino, quo modo fili⁹ pronũtiatur cũ patre. Nomẽ enim patris filij & ſpirit⁹ ſancti, ſimiliter
æditum



A æditum eſt. Itaque quemadmodum ſe habet filius ad patrem, ita ad filium ſeſe habet ſpiri-
tus, iuxta verbi dei ordinem in baptiſmo traditum. Quòd ſi ſpiritus filio iunctus eſt, filius
autem patri, liquet & ſpiritum adiungi patri. Quem igitur locum habet, vt dicant alterum
connumerari, alterum ſubnumerari, quum in vna eadémque ſerie nomina ſint ordinata. In
ſumma porrò, quæ res ex omni rerum genere, à ſua ipſius natura excidit dum numeratur, ac
non potius quæ numerantur, talia perſeuerant, qualia condita ſunt ab initio. Cæterum nu-
merus adhibetur à nobis, vt ſignum quo declaratur multitudo eorum de quibus agimus.
Nam corpora quædam numeramus, quædam metimur, quædam libramus: & quorum con-
tinua eſt natura, ea menſura comprehendimus: quorum diſcreta, ea numero ſubiicimus, niſi
B quòd quæ ſubtilia ſunt, ea rurſus fiunt etiam menſurabilia. Porrò quæ grauia ſunt, libræ mo-
mento diſcernimus. Non itaque quoniam iiſdem ſigna ad ſignificationem quantitatis exco
gitauimus, protinus etiam naturam eorum quæ ſignificantur immutauimus. Quemadmo-
dum igitur quæ libra expendimus, ea non ſublibramus inter ſeſe, etiam ſi vnum ſit aurum, al
terum ſtannum, neque ſubmetimur, quæ menſura diiudicantur: ita nec ea quȩ numerantur,
vllo modo ſubnumeramus. Quod ſi in cæteris nihil eſt, quod ſubnumerationem recipiat,
qua fronte dicent ſpiritui competere ſubnumerationem. Sed iſti circa ethnica inſanientes,
exiſtimant dignitates quæ gradibus diſtant, aut iuxta naturæ ſubmiſſionem ſunt inferiores,
iis conuenire ſubnumerationem.
C

QVOMODO IN PROFESSIONE TRIVM PERSOnarum pium monarchiæ dogma ſeruamus, vbi & eorum qui dicunt ſpiritum ſubnumerari refutatio.

CAPVT XVIII.

QVVM patrem & filium & ſpiritum ſanctum traderet Dominus, non ſimul cum
numero tradidit, non enim dixit. In nomine primi, ſecundi, ac tertij: neque, in
vno, duobus, aut tribus: ſed per ſancta nomina fide ad ſalutem perducente cogni-
D tionem largitus eſt. Itaque quòd nos ſaluos facit, fides eſt. Numerus verò ſignum
declarans quantitatem eorum de quibus loquimur, ab hominibus excogitatus eſt. Sed qui
vndiquaque ſibi ipſis noxias contrahunt, etiam numerandi facultate aduerſus fidem abuſi
ſunt. Alij verò qui cæteris in rebus nihil immutant propter additum numerum in diuina
natura venerantur numerum, nec ob id honoris modum paracleto debitum tranſgrediun-
tur. Sed ô ſapientiſſime, ſint maximè ſupra numerum, quæ non poſſumus aſſequi, quemad-
modum priſca Hebræorum pietas propriis ac peculiaribus notis ineffabile nomen dei figu-
rabat, atque hinc in omnibus excellentiam commendabat. Quòd ſi & numerus adhiben-
dus eſt, nequaquam eſt in hoc deprauanda veritas. Aut enim ſilentio honorantur ineffabi-
E lia, aut piè numerantur ſancta. Vnus deus & pater, & vnus vnigenitus filius, & vnus ſpiri-
tus ſanctus. Vnamquanque perſonam ſingulariter efferimus: cæterum vbi numerandum
eſt, haudquaquam indoctè numerando, eas proferimus, quaſi plures deos intelligamus. Ne-
que enim iuxta compoſitionem numeramus, ab vno ad plura facientes incrementum, vt
dicamus, vnum, duo, tria, neque primum, ſecundum, ac tertium. Ego enim deus primus, &
ego poſterior. Secundum autem deum nunquam antehac, ac ne hodie quidem audimus,
eo quòd deum ex deo adorantes, etiam proprietatem profitemur perſonarum, manemúſ-
que in vno principatu, non diſſipantes diuinæ naturæ rationem in multitudinem ſubdiui-
ſam: eo quòd vnam in deo patre, & deo vnigenito, formam, vt ita loquar, contemplamur,
F inſeparabili deitatis eſſentia vnitam. Filius enim in patre, & pater in filio: quandoquidem
hic talis eſt, qualis ille, & ille qualis hic: atque hac quidem in parte vnum ſunt. Itaque iuxta
perſonarum proprietatem, vnus ſunt & vnus: at iuxta communem naturam, vnum ſunt
ambo. Quomodo igitur ſi vnus & vnus ſunt, non ſunt duo dij? Quoniam rex dicitur re-
gis imago, non autem duo reges. Neque enim poteſtas ſcinditur, neque gloria diuidi-
tur. Quemadmodum autem principatus ac poteſtas nobis dominans vna eſt: ſic & glori-
ficatio quam illi deferimus vna eſt, non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar pri-
mum refertur. Quod igitur hic eſt per imitationem imago, hoc illic natura filius: & quem-
admodum apud artifices imitatio fit ad formam, ita in diuina incompoſitáque natura, in
communione deitatis eſt vnio. Vnus autem eſt & ſpiritus ſanctus qui & ipſe per ſe profer-
tur, ac

tur,ac per ſe ipſum complet ſuper omnia glorificandam ac beatam trinitatem:cuius cum pa G
tre & filio conſortium ſatis illud declarat,quod in turba creaturarum poſitus non eſt,ſed ſo
litariè profertur.Neq; enim vnus eſt è vulgo,ſed quemadmodum vnus eſt pater,vt vnus fi-
lius:ita & vnus eſt ſpiritus ſanctus,à creaturarum natura tantum ſemotus, quantum par eſt
ſolitarium à rebus compoſitis ac multitudinem habentibus abeſſe . Patri verò in tantum v-
nitus eſt,quantum conſortij habet vnitas cum vnitate.Sed nec hinc ſolum probatur naturę
communio:verum illinc quoque,quod ex patre eſſe dicitur,non ſic à patre veniens , quem-
admodum ex deo ſunt omnia,neque per generationem quemadmodum filius,ſed tãquam
ſpiritus oris eius,omnino tamen nec os membrum eſt, nec flatus reſolubilis ſpiritus : ſed os
dei maieſtas dicitur,& ſpiritus eſſentia viuens,ſanctificationis autor:vnde ſic declaratur il- H
lius conſortium,vt ineffabilis eſſentiæ modus ſeruetur.Quin & Chriſti ſpiritus dicitur,tan-
quam illi natura coniunctus.Eóque ſi quis Chriſti ſpiritum non habet,hic non eſt eius.Vn-
de ſolus ſpiritus dignè glorificat dominum.Ille,inquit,me glorificabit:non vt natura gene
rabilis,ſed tanquam ſpiritus veritatis,dilucidè in ſe ipſo declarans veritatem,& tãquam ſpi
ritus ſapientiæ Chriſtum,qui eſt dei virtus ac dei ſapientia , in ſua magnitudine incompre-
henſibilem.Deniq; tanquam conſolator in ſeipſo exprimit,conſolatoris à quo miſſus eſt bo-
nitatem,& in ſua propria dignitate eius à quo proceſſit,maieſtatem illuſtrat.Eſt igitur glo-
ria,alia quidem naturalis, veluti gloria ſolis eſt lumen : alia gloria aliunde veniens : alia ex
propoſito,quæ iudicio defertur pro meritis.At hæc rurſum gemina eſt.Filius, inquit, glori- I
Ioan.14. ficat patrem,& ſeruus Dominum ſuum.Ex his duabus , ea quæ ſeruilis eſt à creatura defer-
tur:altera verò quæ,vt ita loquar,contubernalis eſt,à ſpiritu præſtatur, quemadmodum de
Ioan.17. ſe ipſo dixit,Ego te glorificaui ſuper terram,opus perfeci quod dediſti mihi vt facerem. Sic
Ioan.16. & de paracleto dictum eſt,Ille me clarificabit,quoniam de meo accipiet, & annuntiabit vo
Ioan.7. bis.Et quemadmodum filius glorificatur à patre,quum ait,Et glorificaui,& in æternum glo
rificabo:ſic glorificatur ſpiritus per conſortium quod habet cum patre & filio, & per vnige-
Mat.12. niti teſtimonium,dicentis:Omnis blaſphemia remittetur vobis hominibus, ſed in ſpiritum
blaſphemia non remittetur . Quum autem per vim illuminatricem intendimus oculos in K
pulchritudinem imaginis dei inuiſibilis,pérque hanc ſubuehimur ad pulcherrimum ſpecta
culum archetypi,ibi videlicet adeſt inſeparabiliter,cognitionis ſpiritus, vim imaginis ſpe-
culatiuam in ſeſe præbens,iis qui veritatis contemplatione delectantur,non foris oſtendens
ſed per ſeipſum inducens ad agnitionem . Quemadmodum enim nemo nouit patrem niſi
1.Cor.12. filius:ſic nullus poteſt dicere Dominum Ieſum : niſi in ſpiritu ſancto . Non dixit, Per ſpiri-
Ioan.4. tum,ſed In ſpiritu.Et,Spiritus eſt deus:& qui adorant eum , in ſpiritu & veritate oportet a-
Pſal.35. dorare:ſicut ſcriptum eſt,In lumine tuo videbimus lumen : hoc eſt, in illuſtratione ſpiritus
videbimus lumen verum,quod illuminat omnem hominem venientem in mundum . Ita-
que in ſeipſo oſtendit vnigeniti gloriam , & veris adoratoribus in ſe ipſo dei cognitionem L
præbet.Proinde via ad dei cognitionem eſt ab vno ſpiritu,per vnum filium ad vnum patrẽ.
Ac rurſus natiua bonitas, & naturalis ſanctimonia , & regalis dignitas à patre per vnigeni-
tum ad ſpiritum ſanctum permanat . Ad hunc modum & perſonas profitemur , nec pium
monarchiæ dogma labefactatur.Cæterum qui ſubnumerationem ponunt dicentes,primum
ſecundum,ac tertium,ſciant ſeſe deorum multitudinem,iuxta gentium errorem , in illiba-
tam Chriſtianorum de deo profeſſionem inducere.Ad nihil enim aliud tendit ſubnumera-
tionis doloſa inuentio,quam vt profiteamur,deum primum,ſecundum ac tertium. Sed no
bis ſufficit à Domino præſcriptus ordo,quem qui confundit non minus peccabit,quàm pec-
cat iſtorum impietas . Quod ergo naturalis communio nequaquam diſſoluitur modo ſub-
numerationis,ſatis dictum eſt.Sed concedamus pertinaci & inaniter ſapienti,donemúſque M
per ſubnumerationem ſpiritus ſignificari quiddam alio poſterius . Videamus quid ex hoc
1.Cor.15. ſermone conſequatur.Primus, inquit,homo de terra terrenus , ſecundus homo de cœlo . Et
Ibidem. alibi,Non primum,inquit,quod ſpirituale eſt,ſed quod animale,deinde quod ſpirituale.Er
go ſi primò ſubnumeratur ſecundum , id quod ſubnumeratur vilius eſt eo cui ſubnumera-
tur.Ita iuxta vos,vilior eſt homo ſpiritualis animali,& cœleſtis homo vilior eſt terreno.

ADVERSVS



A
## ADVERSVS EOS QVI DICVNT NON ESSE glorificandum ſpiritum.
## CAPVT XIX.

DONEMVS iſta,inquiunt,at ea gloria nullo pacto debetur ſpiritui,vt à nobis hym
nis ſit attollendus. Vnde igitur probaturi ſunt ſpiritus dignitatem , omnem intel-
lectum ſuperantem,ſi patris & filij communio viſa eſt iſtis parum grauis ad teſti-
ficandum,attamen poſſumus,& ad ea quæ nominibus ſignificantur reſpicientes,&
ad operationum magnitudinem,& ad operationem quam in nobis,imò quam erga creatu-
B ram omnem ſuppeditat,naturæ illius ſublimitatem ac potentiam incomprehenſibilem de-
monſtrare.Quatenus igitur mente tenetur,ſpiritus dictus eſt , quemadmodum ſpiritus di-
citur deus, & ſpiritus vultus noſtri , Chriſtus Dominus . Sanctus dicitur , quemadmodum
ſanctus pater,& ſanctus filius.Creaturæ ſiquidem aliunde inducta eſt ſanctimonia: at ſpiri-
tui ſanctitas eſt conſummatiua naturæ . Ideóque non ſanctificatur , ſed ſanctificat . Bonus
item dicitur ſicut pater,& bonus,is qui bonus ex bono natus eſt,cui bonitas eſt ipſa eſſentia.
Rectus dicitur,vt rectus Dominus,& rectus Deus noſter,eo quod per ſe ſit ipſa virtus & i-
pſa iuſtitia,quæ ſe non poteſt nec in hanc partem, nec in illam flectere , propter naturæ in-
commutabilitatem.Paracletus,id eſt,conſolator,dicitur ſpiritus,quemadmodum & vnige Ioan.14.
C nitus:ſicut ipſe dixit,Ego rogabo patrem meum,& dabit vobis alium paracletum. Hoc pa-
cto communia ſunt nomina patri,filio,& ſpiritui ſancto,quæ appellationes competunt il-
lis iuxta naturæ conſortium.Nam vnde alioqui?Rurſum ſpiritus principalis, & ſpiritus ve-
ritatis,& ſpiritus ſapientiæ dictus eſt.Spiritus diuinus qui fecit me . Et Beſelehel, inquit, im- Exod.31.
pleuit deus ſpiritu ſapientiæ & intellectus & ſcientiæ.Huiuſmodi igitur nomina, & præcla-
ra ſunt & magnifica, nec ob id declarant inter perſonas eſſe vllam excellentiam, quod qui-
dem attinet ad gloriam . Operationes verò partim ineffabiles ſunt ob magnitudinem , par-
tim innumerabiles ob multitudinem.Nam quo pacto intelligemus ea quæ fuerunt ante ſe-
cula? Quales erant illius operationes ante creaturam intelligibilem ? Tum quàm multa ab
D illo erga creaturam beneficia? Ad hæc quæ poteſtas ad ventura ſecula? Erat enim,& præerat,
& ſimul aderat cum patre & filio ante ſecula, vt etiam ſi quid cogitaris ante ſecula, hoc ta-
men reperias ſpiritu eſſe poſterius . Quòd ſi creaturam reputes , conſolidatæ ſunt cœlorum
virtutes à ſpiritu,ſic,vt conſolidationem intelligas firmitatem,qua non poſſunt à bonis ex-
cidere.Etenim quod Deo coniunctæ ſunt, quódque ad maliciam verti non queunt , quod-
que in beatitudine nihil deſiderant virtutes , id illis à ſpiritu acceſſit . Chriſti aduentus eſt,
ſpiritus præcurrit.In carne fuit aduentus,& ſpiritus inſeparabilis. Operationes virtutũ ſunt,
ſunt dona ſanationum, ſed per ſpiritum ſanctum.Dæmones expulſi ſunt, ſed in ſpiritu Dei.
Diabolus ſpoliatus eſt imperio,ſed intus præſente ſpiritu.Peccatorum facta eſt remiſſio,ſed
E in gratia ſpiritus.Abluti eſtis, ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in 1.Cor.6.
ſpiritu ſancto.Conglutinatio cum deo à ſpiritu eſt.Miſit enim Deus ſpiritum filij ſui in cor- Rom.8.
da noſtra,clamantem, Abba pater : Reſurrectio mortuorum à ſpiritu eſt . Emittes ſpiritum Pſal.103.
tuum,& creabuntur, & renouabis faciem terræ. Siue quis creaturam accipiat , de extincto-
rum reuiuiſcentia,an non magna ſpiritus operatio,quæ ſuppeditat nobis vitam ex reſurre-
ctione,& ad ſpiritualem illam vitam animas noſtras tranſcribit . Siue creaturæ nomine in-
telligantur , qui hic à peccato recedentes , ad id quod optimum eſt transformati ſunt : nam
ita quoque nonnunquam vſurpatur,iuxta ſcripturæ conſuetudinem,velut quum Paulus di-
cit,Si qua in Chriſto noua creatura . Et renouatio quæ hic fit, & à terrena mortalíque vita 2.Cor.5.
F ad cœleſtem conuerſationem tranſmutatio , quæ fit per ſpiritum , ad ſummam admiratio-
nem ſubducit animos noſtros . In his vtrum metuere debemus , ne dignitatem immodicis
honoribus tranſgrediamur: an contra , ne cogitationem de ſpiritu noſtram ad humilia de-
primamus , etiam ſi videamur maxima de eo loqui , quæ quidam humana mente concipi,
humanáque lingua proferri poſſunt . Hæc dicit ſpiritus ſanctus, ſicut, Hæc dicit Dominus:
Deſcende,& ambula cum illis,nihil diiudicans,quoniam ego miſi illos.Num hæc ſunt hu- Actu.7. Actu.13.
milis aut aſpernandi verba ? Separate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod accerſi- Cap.48.
ui illos . Num ſeruus ita loquitur ? Et Eſaias , Dominus miſit me , & ſpiritus eius . Et,Deſ-
cendit ſpiritus à Domino, & deduxit eos . At ne rurſus mihi deductionem accipias pro hu-
mili miniſterio.Nam hoc opus etiam dei eſſe teſtatur verbum . Deduxiſti, inquit , ſicut o- Pſal.76.
ues popu-

ues populum tuum. Et, Adducens velut ouem Ioſeph. Deduxiſti, inquit, eos in ſpe,& non G
timuerunt. Proinde quum audieris: Quum venerit paracletus, ille vos commonefaciet o-
Ioan.14. mnis veritatis: cogita deductionem, ſicuti doctus es, ne calumnieris intellectum. Quin
& interpellat, inquit, pro nobis. Itá ne quantum ſupplex eſt infra beneficij autorem, tan-
tum ſpiritus iuxta dignitatem excidit à deo? At tu nondum audiſti de vnigenito, quòd is
eſt in dextra dei, & interpellat pro nobis. Num ideo quòd ſpiritus eſt in te, ſi tamen omni-
no in te eſt, aut quòd nos excæcatos, ad eligendum id quod vtile eſt, docet, deducítque, i-
deo pia ac diuina gloria illum mulctabis? Nam iſthuc profectò extremæ ſit ingratitudinis,
benemerentis humanitatem vertere in occaſionem ingratitudinis. Nolite igitur contriſta-
re ſpiritum ſanctum, audite quid dicat primitiæ martyrum Stephanus, inobedientiam ac H
Actu.7. rebellionem exprobrans populo. Vos, inquit, ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. Et rurſum
Cap.63. Eſaias, Prouocauerunt ſpiritum ſanctum, & verſus eſt illis in inimicitiam. Et alibi, Do-
mus Iacob prouocauit ſpiritum Domini. An hæc non declarant potentiam cum autorita-
te coniunctam, iudicio legentium permitto. Eos qui hæc audiunt, quas tandem opinio-
nes oportet animo concipere? An tanquam de inſtrumento, déque obediente, & parem ho
norem cum creatura ſortito, denique nobis conſeruo? an grauiſſimum eſt vel dicto tantum
hanc blaſphemiam ſubire piorum aures animosq́;? Seruum appellas ſpiritum? Sed ſeruus,
Ioan.15. inquit, non nouit quid faciat Dominus ipſius. Spiritus autem non aliter nouit quę ſunt dei,
quàm ſpiritus hominis nouit quæ ſunt hominis. I

ADVERSVS EOS QVI DICVNT SPIRITVM NEC in ſeruili, nec in herili conditione eſſe, ſed in libertate.

CAPVT XX.

NEQVE ſeruus, inquiunt, neque dominus, ſed liber. O mirum ſtuporem, ô miſe-
randam audaciam iſta loquentium. Quid amplius deplorem, vtrum inſcitiam an
blaſphemiam iſtorum, qui de deo dogmata humanis exemplis corrumpunt, &
quæ eſt in rebus hominum conſuetudo, per quam diſpar eſt dignitatum excellen- K
tia, eam ad diuinam & ineffabilem naturam accommodare nituntur, haud reputantes a-
pud homines quidem nullum eſſe natura ſeruum. Aut enim qui viribus preſſi ſunt, ſub iu-
gum ſeruitutis inducti ſunt, velut in bello capti: aut ob paupertatem in ſeruitutem adacti
ſunt, velut Aegyptij Pharaoni: aut iuxta ſapientiam quandam & arcanam diſpenſatio-
nem, qui inter filios deterrimi ſunt, parentum voce, ſapientioribus ac melioribus in ſerui-
tutem addicti ſunt, ſed quam haudquaquam condemnationem, ſed beneficium potius du-
xerit æquus rerum æſtimator. Nam qui ob ſenſus inopiam, non habet in ſeſe id quod na-
tura imperat, huic expedit in alterius eſſe poteſtate: vt dum potentioris prudentia guber-
natur, ſimilis ſit currui qui aurigam recepit, aut naui quæ nauclerum habet clauo aſſiden- L
tem. Hanc ob cauſam Iacob Dominus Eſau ex benedictione patris factus eſt, vt ſtultus à
ſapiente, vel inuitus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, vide-
licet mentem. Et Chanaam filius ſeruus erat fratribus ſuis, quoniam indocilis erat ad vir-
tutem, quod imprudentem haberet patrem, videlicet Cham. Ad hunc quidem modum
hic fiunt ſerui. Liberi verò ſunt, qui effugerunt paupertatem, aut bellum, aut qui aliorum
cura non egent. Itaque quamuis hic herus, ille ſeruus appelletur, omnes tamen vel quia ſu-
mus eiuſdem inter nos honoris, vel quia ſumus creatura illius qui fecit nos, conſerui ſu-
mus. Illic porrò quid potes è ſeruitute eximere? Simul vt nati ſunt, additum eſt, vt ſeruitu-
tem ſeruiant. Sibi quidem inuicem non imperãt, eo quòd cœleſtia expertia ſint vſurpatio- M
nis, deo tamen ſubiecta omnia, ac tanquam Domino debitum timorem, ac tanquam con-
Malach.1. ditori debitam gloriam perſoluunt. Filius enim honorat patrem, & ſeruus metuit Domi-
num ſuum. Et ex his duobus alterum omnino Deus à nobis requirit. Nam ſi pater, inquit,
ſum ego, vbi eſt honor meus? Si Dominus ſum ego, vbi eſt timor meus? Alioqui vita hæc
fuerit omnium maximè miſerabilis, niſi ſubdita ſit prouidentiæ diuinæ. Cuiuſmodi ſunt
virtutes deſertrices, quæ quod ceruicem erexerunt aduerſus deum omnipotentem, excu-
tiunt ſeruitutem, non quòd taliter conditæ ſint, ſed quòd ſubditæ non ſint ei, à quo conditæ
ſunt. Quomodo igitur appellas liberum? Qui regis imperio non obtemperat? Qui nec in al-
terum principatum gerere nouit, nec principi parere ſuſtinet? At nec eſt iſtiuſmodi natura
in rebus



A in rebus conditis, & talem imaginari euidens eſt in ſpiritũ impietas. Quòd ſi ſpiritus crea-
tura eſt, nimirum ſeruit cum cæteris omnibus. Omnia enim, inquit, ſeruiunt tibi. Si ſupra
creaturam eſt, regni quoque conſors eſt.

TESTIMONIA E SCRIPTVRIS SPIRITVM appellari dominum.

CAPVT XXI.

B SED quid opus eſt ex rebus humilibus pugnantes, verbis turpiter parare victoriam,
quum liceat citandis grauioribus teſtimoniis irrefutabilem gloriæ ſublimitatem
declarare? Quod ſi proferremus ea quæ ſcriptura nos docuit, forſitan magno vehe-
mentiq́; clamore vociferantes, & auribus obturatis lapides tollent, aut quicquid
fortè occurrerit, in arma vertentes iſti qui repugnant ſpiritui, in nos irruerint. Sed non eſt
nobis incolumitas anteponenda veritati. Inuenimus igitur apud Apoſtolum, in epiſtola ad
Theſſalonicenſes ſecunda, Dominus autem dirigat corda noſtra, in dilectionem dei, & in Cap.2.
ſuſtinentiam Chriſti. Quis eſt dominus inducens in dilectionem dei, & in ſuſtinentiam pro
afflictionibus Chriſti. Reſpondeant nobis, qui ſpiritum in ſeruitutem adigunt. Siue enim
C de patre fiat ſermo, omnino dici poterit, Dominus vos dirigat in dilectionem ſui, ſiue de fi 2.Theſſ.3.
lio, addi poterit, in ſuam ipſius ſuſtinentiam. Quærant igitur quænam ſit alia perſona, quam
domini vocabulo deceat honorari. Huic affine eſt illud, quod alibi poſitum eſt: Dominus
vos impleat, & abundare faciat charitate, in vos inuicem & in omnes, quemadmodum &
nos in vos, ad confirmandum corda veſtra irreprehenſibilia in ſanctificatione, coram deo
& patre noſtro in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis. Quem do-
minum optat coram deo & patre noſtro in aduentu domini noſtri irreprehenſibilia fide-
lium Theſſalonicenſium corda confirmata in ſanctitate conſtabilire? Reſpondeant nobis
qui cum miniſtratoriis ſpiritibus, qui mittuntur ad miniſterium, collocant ſpiritum ſanctũ.
D At non habent quod reſpondeant, quapropter audiant & aliud teſtimonium, euidenter ſpi-
ritum ſanctum appellans dominum. Dominus, inquit, ſpiritus eſt, Et rurſum. Tanquam à 2. Cor.3.
domino ſpiritu. Ne vero vlla relinquatur occaſio contradicendi, ipſum Apoſtoli ſermonem
recitabo: Vſque ad hodiernum, inquit, diem, idem velamen in lectione veteris teſtamenti
manet non reuelatum, quod in Chriſto abrogatur. Quum autem conuerſus fuerit ad domi
num, tolletur velamen. Dominus autem ſpiritus eſt. Quur hoc dicit? Quoniam qui nudæ
intellectui literæ aſſidet, & illic circa legales obſeruationes occupatus eſt, Iudaica literæ in-
telligentia quaſi velo tectum habet cor: & id accidit illi eò quòd ignoret corporalem legis
obſeruationem in aduentu Chriſti abolitam eſſe, iam figuris ad veritatem tranſlatis. Euane-
E ſcunt enim lucernæ ſolis aduentu. Et ceſſat lex, ac prophetæ ſilent ſimul vt illuxit veritas.
Attamen qui potuit ad profunda legalis intellectus oculis penetrare, ac diſcuſſa legis obſcu
ritate ceu velamento introire ad arcana, hic imitatus eſt Moſen, in hoc quòd cum deo lo-
quens ſuſtulit velamen, & ipſe ſe conuertens à litera ad ſpiritum, vt velamini quod impo-
ſitum eſt ſuper faciem Moſi reſpondeat legalium doctrinarum obſcuritas: cõuerſio autem
ad dominum reſpondeat ſpirituali intelligentiæ. Ergo qui in lectione legis aufert literam,
conuertit ſeſe ad dominum. (Dominus autem nunc hic ſpiritus dicitur) ac ſimilis redditur
Moſi per illuſtrationem dei, qui faciem habet glorificatam. Sicut enim quæ iuxta floridos
colores poſita ſunt, è ſplendore promanante colorantur & ipſa: ſic qui euidenter intendit
oculos in ſpiritum, ex illius gloria quodam modo transformatur vt fiat illuſtrior, dum ve-
F ritate à ſpiritu promanante ceu luce, corde illuminatur. Et hoc eſt tranformari à gloria ſpi-
ritus ad propriam gloriam, haud parcè, neque tenuiter, ſed in tantum quantum par eſt illu-
ſtrari eum qui à ſpiritu illuminatur. Non vereris ô homo Apoſtolum dicentem, Templum
dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis. An ſcriptura admiſit vnquam vt ſeruile domicili- 1.Cor.13.
um appellatione templi honoraret? Quid ille qui ſcripturam diuinitus inſpiratam appellat,
eò quòd afflatu ſpiritus ſcripta ſit, num contumelioſis & ſpiritum attenuantibus verbis v-
ſus eſt?

CONFIR-

## CONFIRMATIO NATVRALIS SPIRITVS COMMVNIOnis, eo quòd æquè ac pater & filius incomprehenſibilis eſt. G

### CAPVT XXII.

NON ſolum autem ex hoc quòd eaſdem habet appellationes, & in operationibus
conſors eſt patri & filio, dilucet naturæ illius excellentia, verum etiam ex eo quòd
pariter atque ille incomprehenſibilis eſt intellectu. Quæ enim de patre loquitur,
quòd ſit ſupra cogitationem humanam, quæq; de filio, eadem dominus & de ſpiri-
tu ſancto dicit, Pater iuſte, mundus te non cognouit, inquit filius: mundum hic appellans H
non eum qui conſtat è cœlo & terra, ſed inſynceriſſimam innumeriſq; mutationibus obno
Ioan. 14. xiam vitam. Ac de ſeipſo loquens, Adhuc modicum, inquit, & mundus me non videbit,
vos autem videbitis me: rurſus hic eos qui materiali carnaliq; vita deuincti ſunt, & oculis
tantum expendunt veritatem, mundum appellans: qui quoniam non credebant reſurrecti-
onem, non amplius oculis cordis viſuri erant dominum noſtrum. Hæc autem eadem dixit
& de ſpiritu, Spiritum, inquit, veritatis mundus non poteſt accipere, neque videt illum, ne-
que nouit eum: vos autem nouiſtis illum, quòd apud vos manet. Carnalis ſiquidem homo
mentem habens ad contemplationem minus exercitatam, aut in affectu carnis velut in cœ-
no defoſſam gerens, non poteſt ad ſpirituale lumen veritatis attollere oculos. Quapropter I
mundus, hoc eſt, carnis cupiditatibus dedita vita, velut oculus imbecillis non ferens ſolis
radios, ſpiritus gratiam non recipit. At dominus collaudatis diſcipulis, quod mundę eſſent
vitę ob doctrinam ipſius, dat iiſdem, vt ad ſpeculationem contemplationémque ſpiritus
Ioan. 15. ſint idonei. Nunc, inquit, vos mundi eſtis, propter ſermonem quem loquutus ſum vobis.
Vnde mundus non poteſt illum capere? eò quod non videt illum. Vos autem nouiſtis eum,
quoniam apud nos manet. Eadem dicit & Eſaias, Qui ſtabiliuit terram, & quæ in ea ſunt,
Cap. 59. deditq; ſpiritum populo qui eſt ſuper illam, & ſpiritum calcantibus eam. Nam qui concul-
cant terrena, iiſq; ſuperiores euaſerunt, digni prędicati ſunt dono ſancti ſpiritus. Proinde de
ſpiritu quem mundus capere non poteſt, ſed à ſolis ſanctis per cordis puritatem videri po- K
teſt, quid aliud iudicandũ eſt quàm omnis generis honores illi competere? Reliquę virtutes
omnes in loco circunſcriptę eſſe creduntur. Nam angelus qui aſtabat Cornelio, non erat in
eodem loco, quo quum aſtaret Philippo. Neque qui loquutus eſt Zachariæ ab altari, per idẽ
temporis etiam in cœlo ſuam implebat ſtationem. At ſpiritus ſimul & in Abacuch opera-
tus, & in Daniele in Babylonia creditus, & in catarrhacta fuit cum Hieremia, & cum Eze-
Pſalm. 138. chiele in Chobar. Spiritus enim domini repleuit orbem terrarũ. Et, Quò ibo à ſpiritu tuo?
Aggei. 2. & à facie tua quo fugiam? Et Propheta. Quoniam ego, inquit, vobiſcũ ſum, dicit dominus.
Et, Spiritus meus ſtat in medio veſtri. Eum vero qui vbique eſt, qui deo præſens eſt, cuius
eſſe naturæ credere oportet? Vtrum omnia complectentis an particularibus arctatæ locis? L
Qualem eſſe naturam angelorum dei filius demonſtrauit. Verum hoc nequaquam dictu-
rus es. Igitur qui natura dominus eſt, qui magnitudine incomprehenſus, qui potens in ope-
rationibus, qui bonus in beneficentiis, hunc non efferemus, non glorificabimus?

## SPIRITVS GLORIFICATIONEM ESSE ENVMERAtionem eorum quæ illi adſunt.

### CAPVT XXIII. M

EGO vero nihil aliud intelligo gloriam, quàm commemorationem mirabilium
quæ illi adſunt. Itaque aut iſti interdicent nobis, ne prorſus mentionem faciamus
bonorum quæ ab illo accepimus, aut omnino ea quæ illi adſunt commemoraſſe,
eſt ſummam glorificationem impleſſe. Nam ne patrem quidem domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, & vnigenitum illius filium aliter glorificare poſſumus, quàm pro virili noſtra il
lius prodigia recenſendo.

REDARGV-



## A REDARGVTIO ABSVRDITATIS EORVM QVI non glorificant ſpiritum, ex collatione eorum quæ in creaturis glorioſa ſunt.

### CAPVT XXIIII.

ITA ne gloria & honore coronabitur plebeius homo. Et gloria, & honor, & pax ho
mini facienti bonum in promiſſis repoſita ſunt. (Eſt autem peculiaris Iſraelitici po
puli gloria, quorum, inquit, eſt adoptio, & gloria, & cultura. Et ſuam ipſius gloriã
quandam cõmemorat pſalmorum cantor. Exurge gloria mea. Et rurſus, Gloria ſo Pſalm. 56.
B lis, lunę, & ſtellarum. Iuxta Apoſtolum vero adminiſtratio iudicij fiet cum gloria.) Itaque
quum tam multa ſint quę gloria potiuntur, vis ſpiritum vnum ex omnibus inglorium eſſe?
Et tamen miniſtratio, inquit, ſpiritus eſt in gloria. Qua igitur fronte facitis illum indignum 2. Cor. 3.
gloria? Et magna eſt gloria iuſti, iuxta pſalmodiam, Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo. Pſalm. 157.
Et rurſus. Timentes autem dominum glorificabit. At gloria ſpiritus iuxta tuam opinionem
nulla eſt. An non igitur euidens periculum eſt, talibus dictis ineuitabile crimen in ſeſe accer
ſere? verum homo qui ſaluus fit per iuſtitiam operũ, plurimum abſit ab eo, vt ſpiritum de-
bita gloria fraudet. Sit inquiunt, glorificandus, at non cum patre & filio. Et qui conſentaneũ
eſt rationi, alium locum imaginatione deſignare ſpiritui, eo relicto quem ſtatuit dominus,
C & gloriæ conſortio ſpoliare, eum qui vbique coniunctus eſt diuinitati, in profeſſione fidei,
in baptiſmate redemptionis, in operatione virtutum, in inhabitatione ſanctorum, in donis
ad obedientiam conferentibus. Neque enim eſt vllum donum abſque ſancto ſpiritu ad crea
turam perueniens, quando nec ſimplex verbum in Chriſti laudibus quis poſſit dicere, niſi
cooperante ſpiritu, quemadmodum in euangeliis à domino & ſeruatore noſtro didicimus.
Eſſe qui hęc omnia neglexerint, & ignorata communione quæ eſt in omnibus patri & filio,
diſtrahant ſpiritum, neſcio an quiſquam ſancti ſpiritus particeps conficturus ſit. In quem
igitur ordinem illum deportabimus? Creaturarũ? At vniuerſa creatura ſeruit. Spiritus autẽ
liber eſt, Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Atque quum multa ſint quæ poſſim hic comme- 2. Cor. 3.
D morare, quàm non conueniat ſpiritum ſanctum annumerare rebus creatis, de his dicere ſu-
perſedebo. Nam ſi incipiam pro argumenti dignitate, & quæ pro nobis faciunt, probationes
adducere, & quæ ab aduerſariis obiiciuntur diluere, prolixo ſermone fuerit opus, loquacita-
teq; voluminis deterruero lectores. Eoq; illis alteri tractatui reſeruatis, propoſitis adhærea-
mus. Conſideremus igitur ſingulatim. Natura bonus eſt ſpiritus, vt bonus pater, & bonus fi Repetit omnia.
lius. Creatura vero per electionem eius qui bonus eſt, particeps eſt bonitatis. Nouit profun-
da dei: ſed creatura, per ſpiritum accipit arcanorum reſerationem. Viuificat vnà cum deo
qui viuificat omnia, cumq; filio qui dat vitam. Qui enim excitauit, inquit, Chriſtum à mor Roma. 7.
tuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, per ipſius ſpiritum qui habitat in vobis. Atq; ite-
E rum, Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Sed ſpiritus quoque Ioan. 10.
viuificat. Ac rurſum, Spiritus autem, inquit, vita per iuſtitiam. Quin & dominus teſtatur
ſpiritum eſſe viuificum. Caro non prodeſt quicquam: Quomodo igitur eum à viuificandi Ioan. 6.
potentia ſubmouentes naturæ coniungemus, quæ ipſa vita egeat? Quis adeò contentioſus,
quis adeo expers doni cœleſtis, & abſque guſtu bonorum dei verborum? Quis adeò à ſpe cœ
leſtium alienus, vt ſpiritum creaturæ copulet à diuina natura diſtractum? In nobis, inquiũt,
ſpiritus eſt tanquam donum dei. At donum nequaquam iiſdem honoribus afficitur, quibus
is qui dedit. Donum quidem dei ſpiritus eſt, ſed donum vitæ. Lex enim dicit, Spiritus vitæ
liberauit te. Et donum potentiæ. Accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos.
An ob id contemnendus eſt? An non & filium pater dedit hominibus? Qui, inquit, proprio Actuum. 1.
F filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non vnà cum eo omnia Roma. 8.
nobis donabit? Et alibi. Vt ſciamus quæ à deo nobis donata ſunt: de myſterio aſſumpti ho- 1. Cor. 1.
minis loquens. Itaque qui iſta loquuntur, an non Iudaicam ingratitudinem amentiámque
ſuperarunt, qui excellentiam diuinæ bonitatis vertunt in inſultum blaſphemiæ. Accuſant
enim ſpiritum, quod nobis dat fidutiam deum appellandi patrem noſtrum. Emiſit enim
deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamãtem, abba pater, vt ſpiritus vox propria fiat eo- Roma. 8.
rum qui acceperunt.

QVOD

## QVOD SCRIPTVRA HAC SYLLABA IN, PRO Cum, vſa ſit: vbi & In, idem pollere quod Cum. G

### CAPVT XXV.

QVI ſit igitur, inquiunt, vt ſcriptura nequaquam tradat ſpiritum glorificari cum pa
tre & filio, ſed ſtudioſe vitet ne dicat, cum ſpiritu. Sed maluit eum glorificari in
deo: quaſi hoc iudicarit congruentius. At ego nequaquam dixerim hanc ſyllabam
In, ſignificare ſenſum minus honorificum, imò potius ſi ſanè accipiatur, ad maxi-
mam ſpiritus celſitudinem erigere mentem, quandoquidem obſeruauimus hanc frequen-
ter vſurpari pro Cum. Quod genus eſt illud, Ingrediar domum tuã, in holocautomatibus: H
Pſalm. 104. pro eo quod erat, cum holocautomatibus. Et, Eduxit eos in argento & auro. Itẽ illud, Egre-
dietur deus in virtutibus noſtris, aliaq; huius generis innumerabilia. Omnino lubens ab iſta
noua ſapientia didicero, qualem glorificationem Apoſtolus abſoluerit per hanc dictionem
In, iuxta formam quam iſti nunc è ſcriptura proferunt. Nequaquam enim inuenimus di-
ctum, Tibi patri honor & gloria per vnigenitum tuum in ſpiritu ſancto. Qui ſermo modo
iſtis vſitatior eſt ipſa, vt ita loquar, reſpiratione. Horum enim ſingula ſeparatim inuenire li
cet, coniunctim poſita in tali ordine nequaquam poterunt oſtendere. Itaque ſi exactè vrgẽt
ea quę in ſcripturis habentur, oſtendant vnde iſta dicant. Quod ſi concedunt conſuetudini,
ne nobis faceſſant negotium. Nos enim ambas dictiones, è fidelium vſu mutuati, ambabus I
vtimur: glorificationem quidem ex æquo per vtramque impleri perſuaſi: eis vero qui de-
prauant veritatem, magis obturari os credimus propoſita dictione: quæ quum vim habeat
ſcripturis congruentem, non eſt amplius ad contraria accommodabilis. Eſt autem hæc, cui
nunc ab iſtis contradicitur, quæ pro Et, coniunctione ſumitur. Nihil enim refert vtrum di-
cas, Paulus & Siluanus & Timotheus, an Paulus cum Timotheo & Siluano. Nominum e-
nim connexio, vtraq; pronuntiatione ſimiliter ſeruatur. Itaque ſi quum dominus dixerit, Pa
trem & filium & ſanctum ſpiritum: ipſe dicam, Patrem & filium cum ſpiritu ſancto: nihil di
uerſum dixero, quod ad ſententiæ vim attinet. Porrò per præpoſitionem connecti nomina,
multis argumentis probari poteſt. Gratia, inquit, domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, K
& communio ſpiritus ſancti. Ac rurſum, Obſecro vos fratres per dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum, & per charitatem ſpiritus. Itaque ſi pro coniunctione Et, voluerimus vti præpo-
ſitione Cum, quid differentiæ fecerimus? Ego ſanè non video, niſi quis iuxta frigidam grã-
maticen, coniunctionem tanquam copulatiuam, ac maioris vnionis declaratiuam præferẽs,
præpoſitionem reiiciat, quaſi non obtineat parem vim. Sed ſi hactenus de his eſſet nobis cõ
trouerſia, haudquaquam multis verbis opus eſſet nobis ad reſpondendum. Nunc vero neq;
de ſyllabis, neque de hoc aut illo dictionis ſono diſputant, ſed de rebus iuxta vim ac verita-
tem maximo inter ſe diſcrimine diſſidentibus. In quibus quum indifferens ſit ſyllabarum
vſus, iſti has quidem, vt in ſcripturis repertas inducere, illas vero ab eccleſia ſubmouere mo L
liuntur. Ego vero tametſi primo ſtatim auditu euidens ſit vtendi libertas, attamen etiam ra
tionem reddam, iuxta quam patres noſtri non otioſè ſimul amplexi ſint & huius præpoſi-
tionis vſum. Nam præterquàm quod hæc ſyllaba Et, idem valens refellit Sabellij malitiam,
& ſimiliter atque illa perſonarum proprietatem declarat, velut, Ego & pater veniemus, E-
go & pater vnum ſumus: eximium habet ſempiternæ communionis, & cum deo coniun-
ctionis teſtimonium. Nam qui dixit, cum patre filium eſſe, ſimul & perſonarum proprie-
tatem & inſeparabile conſortium expreſſit. Quod idem fit in rebus humanis, in quibus Et,
coniunctio, declarat operationis conſortium: at præpoſitio Cum, ſignificat etiam commu-
nionem. Quod genus eſt, Nauigarunt in Macedoniam Paulus & Timotheus, ſed & Tychi- M
cus & Oneſimus miſſi ſunt Coloſſenſibus. Ex his diſcimus illos rem eandem feciſſe. Cæte-
rum ſi audierimus, connauigarunt, & collegæ miſſi ſunt, etiam illud addiſcimus, eos actio-
nem pariter operatos eſſe. Ita Sabellij errorem deſtruens hæc vox vt non alia æquè, addidit
illis & diuerſo impietatis genere inſanientes. De his loquor, qui temporalibus interuallis fi-
lium à patre, & ſpiritum ſanctum à filio diſtrahunt. Cui ſenſui maximè repugnat ſyllaba
Cum, eo quòd Cum, coniunctionem inter ſeſe communicantium exprimit, velut ſimul na
uigantium & ſimul inhabitantium, aut quiduis aliud communiter perficientium. At præpo
ſitio In, declarat relationem ad id in quo ſunt operantes. Siquidem quum audimus Innaui-
gant, aut Inhabitant, protinus cogitamus ſchapham, aut domum. Itaque iuxta communem
vſum



A vſum harum ſyllabarum talis eſt inter ipſas differentia, aut ſi quid amplius inueniri poſſit à
ſtudioſis. Neque enim mihi vacat de ratione ſyllabarum exquirere. Quoniam igitur demon
ſtratum eſt præpoſitionem Cum, ſignificantiſſimè reddere coniunctionis intelligentiam, ſit
vobis ſi videtur fœderata, ac deſiſtite atrox, & indenuntiatum bellum cum illa gerere. Atta-
men quanquam ea vox adeò boni ominis eſt, ſi cui cordi eſt per ſyllabam Et, glorificando
connectere nomina, ſicut in Euangeliis de baptiſmate didicimus, patrem & filium & ſpiri-
tum ſanctum, ita fiat, nemo contradicturus eſt. Hac conditione deponamus arma. Sed iſti
citius abiecerint linguas, quàm hanc vocem recipiant. Hoc igitur eſt, quod nobis indenun-
tiatum & irreconciliabile bellum excitat. In ſpiritu, inquiunt, ſancto, danda eſt gloria deo,
B non ipſi ſpiritui: ac mordicus hanc vocem In, velut humilem addunt ſpiritui. De qua non
inutile fuerit prolixius dicere. Quæ quum audierint iſti, demirabor ſi non eam proditricem
& ad ſpiritus gloriam vltrò tranſfugam pronuntiarint.

## QVOT MODIS DICITVR IN, TOTIDEM modis de ſpiritu accipi.

### CAPVT XXVI.

MIHI conſiderãti quàm ſimplex ac breuis ſit huius ſyllabæ pronuntiatio, tamen va
C ria videntur quæ per eam ſignificantur. Quot enim modis dicitur In, totidem mo
dis inuenimus eam de ſpiritu conceptibus ſubſeruire. Nam forma dicitur eſſe in Modi In.
materia, & potentia in eo quod eſt alicuius formæ capax, & habitus in eo qui ſe-
cũdum illum affectus eſt, aliâque huius generis multa. Itaque quatenus ſpiritus ſanctus vim
habet perficiendi creaturam rationalem, abſoluens illius faſtigium formæ rationem obti-
net. Nam qui iam non viuit ſecundum carnem, ſed ſpiritu dei agitur, & filius dei nomina-
tur, & conformis imagini filij dei factus eſt, ſpiritualis dicitur. Et ſicut cernendi vis eſt in o-
culo ſano, ſic & operatio ſpiritus in anima purgata. Eôque Paulus optat Epheſiis, vt oculos Ephe. 1.
habeant illuminatos in ſpiritu ſapientiæ. Et quemadmodum ars eſt in eo qui nactus eſt il-
D lam, ita gratia ſpiritus in eo qui recepit, ſemper quidem præſens, at non perpetuò operans.
Nam & ars, potentia quidem eſt in artifice: actu vero tum, quum ſecundum illam operatur:
itidem ſpiritus, ſemper quidem adeſt dignis, ſed operatur in illis iuxta vtilitatem, aut in pro
phetiis, aut in ſanationibus, aut in aliis miraculorum operationibus. Præterea ſicut in corpo
ribus eſt ſanitas, aut calor, aut in genere affectiones facilè mobiles: ſic & in anima frequen-
ter eſt ſpiritus, iis qui mente ſunt inſtabili, ac facilè quam acceperant gratiam expellũt: qua-
lis erat Saul, & ſeptuaginta ſeniores filiorum Iſraël, præter Eldad & Modad: apud hos enim
ſolos apparet manſiſſe ſpiritum ſanctum: & in genere, ſi quis eſt iſtis animi propoſito conſi-
milis. Item quemadmodum verbum eſt in animo, interdum vt in corde cogitatum, inter-
E dum vt lingua prolatũ, ſic eſt & ſpiritus ſanctus vel quum teſtimonium præbet ſpiritui no-
ſtro, vel quum clamat in cordibus noſtris Abba pater, vel quum loquitur pro nobis, iuxta id
quod dictum eſt, Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vo- Ioan. 16.
bis. Iam quemadmodum totum eſt in partibus, intelligitur & ſpiritus eſſe in aliquo, iuxta
donorum diſtributionem. Omnes enim inuicem ſumus membra, ſed habentes dona ſecun-
dum gratiam dei quæ data eſt nobis diuerſa. Ea propter non poteſt dicere oculus manui,
non opus habeo te, aut rurſus caput pedibus, non eſt mihi vobis opus. Sed omnia ſimul im-
plent corpus Chriſti in vnitate ſpiritus, neceſſariam autem vtilitatem ſibi inuicem reddunt
ex donis. Deus poſuit membra in corpore, vnumquodque vt voluit. Membra eandem ha-
F bent pro ſe mutuo ſolicitudinem, iuxta ſpiritualem communionem ſenſus qui ipſis com-
muniter adeſt. Eôque ſi affligitur vnum membrum, ſimiliter affliguntur omnia membra.
Siue glorificatur vnum membrum, ſimul gaudent omnia membra. Rurſus quemadmodum
partes ſunt in toto, ita ſinguli ſumus in ſpiritu, eo quòd omnes in vno corpore in vnum ſpi
ritum baptizati ſumus. Porrò quod dictu mirum videbitur, nihilo tamen minus verum eſt,
etiam veluti locus eorum qui ſanctificantur, ſæpenumero dicitur ſpiritus. Oſtenditur nec
hic ſermo diminuere ſpiritum, ſed glorificare potius. Nomina corporalia etiam ad ſpiritua-
les intellectus, euidentiæ gratia frequenter tranſfert ſermo diuinus. Obſeruauimus igitur &
pſalmodum de deo loquentem, Eſto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, vt Pſal. 30.
ſaluum me facias. De ſpiritu vero, Ecce locus, inquit, apud me eſt, ſta ſuper petram: quid a- Exod. 33.
D liud ſen-

liud ſentiēs locum, quàm viſionem in ſpiritu, in qua quum eſſet Moſes, potuit videre deum G
euidenter ipſi apparentem. Hic eſt locus veræ adorationis ſempiternus. Attende, inquit, ne
offeras holocautoma tuum in quouis loco, ſed in loco quemcunque elegerit Dominus deus
tuus. Quod igitur eſt holocautoma ſpirituale? Sacrificium laudis. Quo in loco hoc offere-
Pſal.50. mus? In ſpiritu ſancto. Vbi hoc didicimus? Ab ipſo Domino dicente, Veri adoratores ado-
Ioan.4. rabunt patrem in ſpiritu & veritate. Hunc locum quum vidiſſet Iacob, dixit, Dominus eſt in
loco hoc. Itaque ſpiritus verè locus eſt ſanctorum. Sanctus item & domicilium dicitur, ſpi-
ritui ſeipſum præbens ad inhabitandum, & templum eius appellatur. Sicut enim in Chriſto
loquitur Paulus, Coram deo, inquit, in Chriſto loquimur, ita Chriſtus in Paulo, velut ait ipſe, H
An experimentum quæritis qui loquitur in me Chriſti. Sic & in ſpiritu loquitur myſteria.
Ac ſpiritus rurſum loquitur in eo. In rebus ergo conditis ad hunc modum, multifariam va-
riiſq; rationibus dicitur ſpiritus ineſſe. Cæterum magis pium eſt, dicere eum eſſe cum patre,
quàm ineſſe patri. Nam gratia ab eo manans habitante in iis qui digni ſunt, ac ſuas operatio
nes in illis exerente, rectè dicitur ineſſe iis qui ſunt illius capaces. At illius ſubſiſtentia quæ
fuit ante ſecula, nec vnquam deſitura permanentia cum filio & patre conſiderata, ſempiter-
næ potentiæ & coniunctionis requirit appellationes. Propriè ſiquidem ac verè coeſſe dici-
tur, de iis quæ ſibi inuicem inſeparabiliter adſunt. Vt calorem ferro ignito ineſſe dicimus, &
vnà ſimul cum ipſo igni ineſſe. Item corpori ſanitatem ineſſe dicimus, vitam autem ſimul
cum anima eſſe. Ergo vbi peculiaris & connaturalis atque inſeparabilis communio eſt, ſi- I
gnificantior vox eſt, quæ inſeparabilis conſortij cogitationem ſuggerit intellectui. Contrà,
vbi intelligitur accidere cuipiam ab illo gratia quæ & decedere poſſit, ſimiliter & hic pro-
priè veréque ineſſe dicitur, etiam ſi in iis, qui receperunt, ſæpenumero propter affectus in bo
no perſeuerantiam gratia illius permaneat. Proinde quoties peculiarem ſpiritus dignita-
tem intelligimus, cum patre & filio ipſum eſſe contemplamur. Vbi vero gratiam in iis qui
ſpiritus participes ſunt ſentimus, in nobis eſſe ſpiritum dicimus. Et quæ à nobis defertur glo
rificatio ſpiritu, non habet profeſſionem dignitatis illius, ſed noſtræ ipſorum imbecillitatis
confeſſionem, dum oſtendimus, quòd nec idonei ſumus à nobis ipſis glorificare, ſed ſuffici-
entia noſtra eſt in ſpiritu ſancto, in quo corroborati, pro beneficiis acceptis deo noſtro gra- K
tias abſoluimus, iuxta quod à malitia purgati ſumus. Alius enim alio plus, aut minus, auxi-
lio ſpiritus adiuuamur ad offerendum hoſtias laudis deo. Hoc pacto iuxta communem mo
dum piè gratiarum actionem ſpiritui perſoluimus. At ſanè illud nequaquam leuis eſt mo-
menti, vt aliquis de ſeipſo teſtificetur, dicátque, Spiritus dei eſt in me, & per gratiam illius
ſapiens factus, refero gloriam. Nam hæc vox Paulum decet, Videor & mihi ſpiritum dei ha
2.Timo.1. bere. Et rurſus, Egregium depoſitum ſerua per ſpiritum ſanctum qui habitat in nobis. Item
de Daniele legimus, quòd ſpiritus dei ſanctus fuerit in eo. Et ſi quis illis adſimilis ſit virtu-
te. Alter autem intellectus eſt, nec ipſe reiiciendus, quòd ſicut in filio videtur pater, ſic filius
videtur in ſpiritu. Itaque adoratio quæ fit in ſpiritu, animis noſtris velut in lucem adductis L
vim ſuam ſuggerit, vt diſcere licet ex his quæ Samaritanæ dicta ſunt. Dominus enim ado-
rationem quæ iuxta regionis illius conſuetudinem erat vſitata, ſua doctrina abrogans, In
ſpiritu, inquit, & veritate oportet adorare: nimirum ſeipſum appellans veritatem. Quemad-
modum igitur in filio dicimus adorationem, velut in imagine dei ac patris: ſic & in ſpiritu
dicitur, tanquam in ſeipſo Domini diuinitatem exprimente: vnde & in adoratione inſepa-
rabilis eſt à patre & filio ſpiritus ſanctus, eo quòd ſi ſis extra illum, nullo pacto ſis adoratu-
rus: contra, in illo ſi fueris, nullo loco ſeiungeris à deo, nihilo profecto magis quam lumen
ſeparabis ab his quæ viſui patent. Impoſſibile ſiquidem eſt cernere imaginem dei inuiſibi-
lis, niſi in lumine ſpiritus. Etenim qui intuetur imaginem, hunc impoſſibile eſt lumen ab i-
magine ſeparare. Quod enim vt videas in cauſa eſt, id neceſſe eſt, vt ſimul cum his quæ cer- M
nuntur, videatur. Itaque propriè & congruenter per illuminationem ſpiritus videtur ſplen-
dor gloriæ dei. Per characterem autem ad eum cuius eſt character, & eiuſdem figuræ ſignū
ſubuehimur.





A VNDE INITIVM HABEAT SYLLABA, CVM, ET QVAM vim habeat, vbi & de eccleſiæ legibus nullo ſcripto proditis.

CAPVT XXVII.

QVAM ob cauſam, inquiunt, quum propriè conueniat hæc ſyllaba In, ſpiritui: ac no-
bis ad exprimendum quemuis de ſpiritu intellectum ſufficiat, vos nouam iſtam ſyl
labam induxiſtis, qui dicitis, Cum ſpiritu, non In ſpiritu ſancto, alioqui nec neceſ-
ſariis, nec ab eccleſia probatis vocibus vtentes? Quod igitur hæc ſyllaba In, ſpiritui
ſancto non in ſortem propriè ceſſit, ſed patris filiique communis eſt, in ſuperioribus dictum
B eſt. Arbitror autem & illud ſatis demonſtratum, quod In, non ſolum nihil detrahit dignita-
ti ſpiritus, verum etiam ad ſummam celſitudinem erigit cogitationes eorum qui non pror
ſus mente corrupti ſunt. Supereſt autem diſſerere de ſyllaba Cum, vnde cœperit, & quam
vim habeat, & quatenus ſcripturæ concordet. Dogmata quæ in eccleſia prædicantur, quæ-
dam habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione, in
myſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pie-
tatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura ec
cleſiaſtica. Nam ſi conſuetudines quæ ſcripto proditæ non ſunt, tanquam haud multum ha-
bentes momenti conemur reiicere, imprudentes & ea damnabimus quæ in euangelio neceſ
C ſaria ad ſalutem habentur, imò potius ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen con-
trahemus. Quod genus eſt, vt eius quod primum eſt & vulgatiſſimum primo loco comme-
morem: vt ſigno crucis eos qui ſpem collocarunt in Chriſtum ſignemus, quis ſcripto docu-
it? Vt ad orientem verſi precemur, quæ nos docuit ſcriptura? Inuocationis verba quum o-
ſtenditur panis euchariſtiæ & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reli-
quit? Nec enim his contenti ſumus, quæ commemorat Apoſtolus aut Euangelium, verum
alia quoque & antè & poſt dicimus, tanquam multum habentia momenti ad myſterium,
quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus. Conſecramus autem aquam baptiſmatis, & o-
leum vnctionis, præterea ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? Nonne à tacita
D ſecretâque traditione? Ipſam porrò olei inunctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit?
Iam ter immergi hominem, vnde eſt traditum? Reliqua item quæ fiunt in baptiſmo, veluti
renuntiare ſatanę & angelis eius, ex qua ſcriptura habemus? Nonne ex priuata & arcana hac
traditione? Nonne ex doctrina, quam patres noſtri in ſilentio, quod curioſos & otioſos ſub-
mouet, ſeruarunt? Pulchrè quidem illi nimirum docti arcanorum venerationem ſilentio
conſeruari. Nam quæ nec intueri fas eſt non initiatis, qui conueniebat horum doctrinam
publicitus circumferri ſcripto? Aut quid tandem ſibi voluit magnus ille Moſes, qui non o-
mnia quæ erant in templo paſſus ſit omnibus eſſe peruia, ſed prophanos extra ſacros cancel-
los ſtatuit. Sed priora atria purioribus permittens, Leuitas ſolos dignos cenſuit numinis mi
E niſterio: mactationes autem & holocautomatum oblationes, reliquúmque miniſterium ſa-
cerdotibus aſſignauit: atque vnum ex omnibus ſelectum in adyta recepit: ac ne id quidem
ſemper, ſed vno tantum die quotannis: rurſus & huius diei certam horam qua fas eſſet in-
gredi, præſtituit, quo propter nouitatem & inſuetudinem, cum ſtupore intuerentur ſancta
ſanctorum: probè ſciens pro ſua ſapientia, res vſu tritas & vndecunque parabiles, expoſitas
eſſe contemptui: cæterum ei quod ſepoſitum eſt, quódque rarum eſt, huic natura coniun-
ctam eſſe ſummam admirationem ac ſtudium. Ad eundem profectò modum, & qui in pri-
mordiis eccleſiæ certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli & patres, in occulto ſilentióque my-
ſteriis ſuam ſeruauere dignitatem. Neque enim omnino myſterium eſt, quod ad populares
F ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio quur quædam citra ſcriptum tradita ſunt, ne dog-
matum cognitio propter aſſuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud autem eſt dog
ma, aliud edictum. Nam dogmata ſilentur, edicta verò publicantur. Eſt autem ſilentij ſpe-
cies etiam obſcuritas qua vtitur ſcriptura, mentem ad contemplationem dogmatum inha-
bilem exercens, idque ad vtilitatem in ſcripturis verſantium. Hanc ob cauſam omnes ſpe-
ctamus ad orientem quum precamur. Pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquam
requirimus patriam videlicet paradiſum, quem conſeruit Deus in Eden ad orientem. At in
prima ſabbati erecti perficimus deprecationes, ſed rationem non omnes nouimus. Non ſo-
lum enim quod veluti ſimul cum Chriſto reſuſcitati, quæ ſurſum ſunt quærere debeamus,
in die reſurrectionis datæ nobis gratiæ ſtando precantes noſmetipſos commonefacimus,

ſed quòd is dies videatur aliquo modo imago venturi ſeculi . Eóque quum ſit principium G
Gene.1. dierum,non primus à Moſe,ſed vnus appellatus eſt . Facta eſt, inquit, veſpere & mane dies
vnus:tanquam qui ſæpe recurrat;vt vnus ſit idem & octauus,vnum illum ſingularem ac ve
rum octauum,cuius Pſalmiſta alicubi in Pſalmis meminit,per ſe ſignificans, diem inquam
poſt horum temporum ſtatum nunquam finiendum,ac veſperæ neſcium,nec ſucceſſori ce-
dentem,hoc eſt æternitatem,quæ nec finem habet,nec ſenium nouit.Neceſſarium igitur in
hoc die eccleſia ſuos alumnos docet,ſtantes abſoluere preces ſuas,vt aſſidua commonitione
vitæ illius nunquam deſituræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum.
Quin & totum tempus vſque ad pentecoſten,admonitio eſt reſurrectionis quam in illo ſe-
culo expectamus. Nam vnus ille,& primus dies ſepties multiplicatus , ſeptem ſacræ pente- H
coſtes hebdomadas abſoluit.A primo enim incipiens,in principium deſinit, per ſimiles qui
in medio intercedunt dies quinquagies euolutus.Vnde & æternitatem ſimilitudine refert,
dum velut in motu circulari,ab iiſdem orſus ſignis in eadem deſinit.In quo corporis erecto
habitu precari potius nos eccleſiæ ritus docuerunt , nimirum per euidentem commonitio-
nem quaſi transferentes mentem noſtram à præſentibus ad futura.Inſuper & quoties genua
flectimus,& rurſus erigimur,ipſo facto oſtendimus,quod ob peccatum in terram delapſi ſu
mus,& per humanitatem eius qui creauit nos,in cœlum reuocati ſumus.Deficiet me dies,ſi
eccleſiæ myſteria citra ſcriptum tradita pergam recenſere . Omitto cætera, ipſam fidei pro-
feſſionem,qua credimus in patrem & filium & ſpiritum ſanctum , è quibus habemus ſcri- I
ptis?Etenim ſi quoniam ex baptiſmi traditione,iuxta pietatis congruentiam,vt baptizamur
ita credere debemus,ſimilem baptiſmo profeſſionem exhibemus:concedant nobis,vt iuxta
eandem conſequētiam ſimiliter glorificemus deum,vt credimus.Quod ſi glorificandi mo-
dum,veluti ſcripto non traditum reiiciunt, proferant nobis & fidei profeſſionis & cætero-
rum quæ commemoramus probationem è ſcripturis . Et poſtea , quum tam multa ſint quæ
ſcripto prodita non ſunt,& tantum habent momenti ad pietatis myſterium, vnicam dicti-
unculam quæ à maioribus ad nos deuenit,non concedunt:quam nos ex inaffectata conſue-
tudine, inter incommutabiles eccleſiarum ritus permanentem inuenimus , haud mediocrē
rationem habentem , neque mediocrem perfectionem ad myſterij vim adferentem . Di- K
ctum eſt igitur eandem eſſe vim vtriuſque proloquij.Dicetur autem & rurſum vbi concor
dent inter ſeſe,vbi differant:non quòd inter ſe pugnent per contrarietatem , ſed quòd vtra-
que peculiarem adferat intellectum ad pietatem . Siquidem præpoſitio, In, magis denotat
Dei ſocietatem nobiſcum:at præpoſitio, Cum, exprimit communionem ſpiritus cum deo.
Eóque vocibus ambabus vſi ſumus , altera quidem dignitatem ſpiritus exprimentes , altera
gratiam quæ nobis ab illo eſt,declarātes.Ita in ſpiritu & gloriam offerimus deo, etiam cum
ſpiritu , nihil ex nobis dicentes , ſed velut è regula Dominicæ doctrinæ , ad ea quæ iuncta
ſunt,ſibíque inuicem cohærent,ac myſteriis neceſſariam vnionem habent,dictionem tranſ
ferentes.Nam quod in baptiſmate connumeratum eſt,neceſſariò iudicamus & in fide opor- L
tere copulari.Profeſſionem autem fidei,velut initium quoddam glorificationis fecimus.Sed
quid faciendum eſt?Nunc enim doceant nos , ne baptizemus quemadmodum accepimus,
aut ne glorificemus quemadmodum credidimus. Demonſtret aliquis,aut non eſſe neceſſa-
riam & indiuulſam horum inter ſe conſequentiam , aut in hiſce nouitatem non eſſe totius
deſtructionem.At non deſinunt iſti ſurſum deorſum iactare,dei cum ſancto ſpiritu glorifi-
cationem,carere teſtimonio,carere ſcriptura,& alia huiuſmodi.Dictum eſt igitur nihil re-
ferre ad ſenſum,ſiue dicas Gloria patri & filio cum ſpiritu ſancto,ſiue dicas,Gloria patri &
filio & ſpiritui ſancto.Non igitur fas eſt cuiquam ſyllabam Et,ex ore Domini profectam re
iicere,aut aliter ſcribere:nec quicquam vetat alteram quæ idem pollet , recipere : quæ quo- M
modo cum illa vel conueniat vel diſcrepet,ſuperius demonſtrauimus.Confirmat autem ra
tionem nobis Apoſtolus indifferenter vtraque voce vſus,interdum ita loquens: In nomine
1.Cor.5. Domini Ieſu Chriſti,& in ſpiritu dei noſtri:& rurſus.Congregatis vobis & meo ſpiritu cum
virtute Domini noſtri Ieſu:nihil intereſſe ratus ad nominum coniunctionem,ſiue vtaris cō
iunctione,ſiue præpoſitione.





A
## QVOD QVAE DE HOMINIBVS DICIT SCRIptura tanquam vnà cum Chriſto regnantibus,eadem de ſpiritu dici non concedunt aduerſarij.

### CAPVT XXVIII.

VIDEAMVS ſi quam excuſationem patribus noſtris ſuper huiuſmodi vſu poſſi-
mus excogitare.Nam qui nobis ita loquendi fuerunt autores,magis quàm nos hę-
rent in crimine . Paulus igitur Coloſſenſibus ſcribens:Et vos, inquit, quum eſſetis
mortui delictis ac præputio,viuificauit ſimul cum Chriſto.Num igitur toti popu-
B lo & eccleſiæ donauit deus vitam,quæ eſt cum Chriſto,ſancto autem ſpiritui non eſt vita cū
Chriſto?Quòd ſi iſtud vel animo concipere impium eſt , an non pium eſt profeſſionem vt
natura coniuncta eſt, ita coniunctim perſoluere?Ad hæc, an non extremi ſtuporis eſt, fateri
ſanctos eſſe cum Chriſto:ſiquidem Paulus peregrinans à corpore , præſens eſt apud Domi-
num,ac reſolutus iam eſt cum Chriſto:iſtos vero ne id quidem ſpiritui qui in eos venit tri-
buere,vt ſic cum Chriſto ſit,quemadmodum ſunt homines.At Paulus ſeipſum dei coopera
rium appellat in adminiſtratione Euangelij.Sed ſpiritum ſanctum,per quem in omni crea-
tura quæ ſub cœlo eſt fructificat Euangelium,ſi cooperarium appellemus,impietatis nos re-
os peragent ? Et, vt videtur , vita ſperantium in Domino abſconſa eſt cum Chriſto in deo:
C quumq; Chriſtus apparuerit vita noſtra,tunc & ipſi cum eo manifeſtabuntur in gloria:ipſe
autem ſpiritus vitæ qui liberauit nos à lege peccati,nequaquam eſt cum Chriſto, neq; in vi-
ta latente & abſcondita cum illo,neq; in illuſtratione gloriæ,quam nos in ſanctis patefacien
dam expectamus.Hæredes dei,& cohæredes Chriſti nos ſumus,ſpiritus vero exhæres eſt &
alienus à communione dei & Chriſti eius.Et ipſe quidem ſpiritus teſtimonium perhibet ſpi
ritui noſtro,quòd ſimus filij dei.Nos vero ſpiritui,ne eius quidem ſocietatis quam illi cum
deo eſſe à Domino didicimus,teſtimonium præbemus?Porrò quod eſt amentiæ caput , nos
per fidem in Chriſtum quæ eſt in ſpiritu,conſurrexiſſe cum illo,& ſimul cum illo ſeſſuros eſ
ſe in ſupercœleſtibus ſperamus,quum transformauerit corpus humilitatis noſtrę,ab anima-
D li ad ſpirituale:ſpiritui verò non conſeſſum,non gloriam , non aliud quicquam eorum quæ
ab ipſo habemus,impartimus?& quibus nos eſſe dignos,iuxta donū eius qui promiſit haud-
quaquam vanum,credimus horum nihil ſpiritui,quaſi ſuperent illius dignitatem,concedi-
mus.Et tibi quidem iuxta dignitatem licet ſemper eſſe cum Domino:& expectas, vt raptus
in nubibus in aërem,ſemper ſis cum Domino:ſpiritum autem nunc eſſe cum Chriſto negas
vt qui illum commemoret computetq; patri & filio,in exilium agas,veluti qui impietatem
non ferendam admiſerit. Pudet reliqua adiungere , quod tu quidem expectas fore , vt cum
Chriſto glorificeris:nam ſimul affligimur,vt ſimul glorificemur:ſpiritum autem ſanctifica-
tionis nō glorifices ſimul cum Chriſto,vt pari ſaltem tecum honore digneris: & tu quidem
E ſperas te conregnaturum,ſpiritum vero gratiæ afficis contumelia,ſerui famuliq; locum illi
aſſignans.Atq; hæc dico,non vt oſtendam tantundem honoris deberi ſpiritui in glorifica-
tione,ſed vt illorum dementiam redarguam,eorum qui ne hoc quidem illi concedunt , ſed
velut impietatem horrent,in gloria ſpiritus conſortium cum patre & filio. Quis poteſt hæc
abſq; gemitu cōmemorare?An non adeò manifeſtū eſt,vt vel puer intelligat, hæc quæ nunc
fiunt,eſſe procœmia defecturæ fidei,id quod minatus eſt dominus. Quibus contradici fas nō
erat,ea facta ſunt ambigua.Credimus in ſpiritum , & noſtris ipſorum profeſſionibus repu-
gnamus.Baptizamur,& rurſum pugnamus.Vt vitæ primarium ducem inuocamus,& vt cō
ſeruum deſpicimus.Cum patre & filio ſpiritum accipimus,& eum vt creaturæ partem con-
temptui habemus.Quid autem orabunt iſti, qui quum neſciant an aliquid magnificum vel
F loqui prouocentur à ſpiritu,tamen tanquam aſſequi poſſint dignitatis modum, quod in di-
ctis nimium eſt,caſtigant, quos oportebat ſuam deplorare infirmitatem : quoniam pro his
quæ facto accepimus,ne verbis quidem gratias agere ſumus idonei . Excellit enim omnem
intellectum,omnémque rationis naturam refellit,quum ne minima quidem ex parte ſpiri-
tus dignitatem adæquet : iuxta ſermonem libri, qui inſcribitur Sapientia , Exaltate, inquit,
quantumcunque poteſtis,ſuperat enim adhuc,& exaltantes eam multiplicate . Nolite labo-
rare,non enim aſſequemini.Profectò metuendum eſt vobis,ne pro iſtiuſmodi ſermonibus
horribiliter accuſemini,qui à Deo mentiri neſcio audiſtis,irremiſſibilem eſſe blaſphemiam
aduerſus ſpiritum.

## ENVMERATIO EORVM QVI CELEBRES IN ECCLEſia, in ſcriptis ſuis vſi ſunt hac voce Cum. G

## CAPVT XXIX.

SANE contra id quod dicunt,prępoſitionem Cum,& carere teſtimonio,nec in ſcri
pturis extare , illud dicimus : ſi nihil aliud eſt receptum abſque ſcripturis , ne hoc
quidem recipiatur:ſin plurima arcana citra ſcriptum recepta ſunt nobis,cum aliis
pluribus & hoc recipiamus. Arbitror autem apoſtolicum eſſe , etiam non ſcriptis
1.Theſſ.2 traditionibus inhærere. Laudo,inquit,vos,quòd omnia mea meminiſtis, & quemadmodũ
tradidi vobis,traditiones obtinetis quas accepiſtis , ſiue per ſermonem , ſiue per epiſtolam. H
Quarum maximè vna eſt , & hæc de qua nunc agimus , quam qui ab initio præſcripſerunt,
tradiderunt q; poſteris,vſu ſemper ſimul cum tempore progrediente, per longam conſuetu
dinem eccleſiis irradicarunt.Ergo ſi apud tribunal probationibus è ſcripto deſtituti,multos
vobis teſtes produceremus , nonne ſententiam abſoluentem à vobis conſequeremur ? Ego
quidem arbitror , In ore ſiquidem duorum ac trium teſtium ſtabit omne verbum . Quòd ſi
etiam temporis diuturnitatem pro nobis facientem vobis euidenter oſtenderimus, an non
videbimur vobis probabilia dicere,non poſſe litem iſtam nobis intendi? Veneranda ſunt e-
nim vetuſta dogmata,quòd ob antiquitatem ceu caniciem quandam, habeant quiddam re
uerendum.Enumerabo itaque vobis huius ſermonis autores. Simul autem æſtimatur in eo I
quòd tacetur etiam tempus.Neque enim ex nobis primum cœpit impetus . Qui potuit? nos
quidem reuera heſterni ſumus,quemadmodum dicit Iob,ſanè ad tam longum tempus hu-
ius conſuetudinis æquale.Ipſe quidem , ſi quid de me propriè loquendum eſt , vocem hanc
tanquam hæreditatem paternam conſeruo,acceptam à viro multo temporis in ſeruitio dei
verſato,per quem & baptizatus ſum,& eccleſiæ miniſterio admotus . Cæterum quum apud
me reputo ſi quis veterum ac beatorum virorum,his quibus nunc reclamatur vocibus, vſus
ſit,multos reperio quibus antiquitas fidem conciliat, qui iuxta exactam eruditionem , non
iuxta horum temporum homines,quorum alij præpoſitione,alij coniunctione in glorifica-
tione ſermonem copulant,ſtatuerunt nihil referre,ſanè quod ad rectam attinet pietatis in- K
telligentiam.Irenæus ille,& Clemens Romanus & Alexandrinus Dionyſius, id quod etiã
auditu mirum eſt, in ſecunda ad ſibi cognominem epiſtola , de accuſatione ac defenſione,
hunc in modum finit ſermonem.Tranſcribam autem vobis ipſa hominis verba : His , in-
quit,congruenter & nos,etiam forma reguláque à ſenioribus qui ante nos vixerunt , acce-
pta,concordibus vocibus cum illis gratias agere , ac nunc etiam vobis ſcribere deſinemus:
Deo autem patri & filio domino noſtro Ieſu Chriſto cum ſancto ſpiritu gloria & imperiũ
in ſecula ſeculorum,amen.At hæc nequaquam dicere poſſet aliquis à ſcriptoribus eſſe mu-
tata.Neque enim ita ſermonem produxiſſet , formam ac regulam ſe à maioribus accepiſſe,
dicens,Si in ſpiritu dixiſſet, huius enim vſus crebrer eſt:at illud erat quod egebat excuſati- L
one.Qui quidem & in medio ſcripti , ſic alicubi loquitur aduerſus Sabellianos . Si eo quòd
tres ſunt perſonę,diuiſas eſſe dicũt,tres ſunt,etiam ſi nolint,aut diuinum ternionem pror-
ſus è medio tollant.Ac rurſum maximè diuina propter hoc,poſt vnitatem eſt trinitas . Sed
& Clemens antiquior,Viuit,inquit,deus & dominus Ieſus Chriſtus & ſpiritus ſanctus.Ire-
næus autem ille,qui vicinus fuit Apoſtolorum temporibus,quomodo mentionem ſpiritus
faciat,diſputans aduerſus hæreſes , audiamus: Eos vero, inquit , qui effrenes deferuntur ad
ſuas concupiſcentias,nullum habentes diuini ſpiritus deſiderium,meritò Apoſtolus carna-
1.Cor.15. les vocat.Et alibi dicit idem , Ne expertes facti diuini ſpiritus, fruſtremur regno cœlorum. M
Inclamat Apoſtolus,quòd caro non poſſit hæreditatem caperè regni cœlorum. Quòd ſi cui
Euſebius Palæſtinus propter eruditionem variam idoneus videtur cui habeatur fides , & ex
illo voces eaſdem oſtendimus,in dubitationibus de priſcorum multiplici coniugio : loqui-
tur enim hunc in modum,exhortans ſe ipſum ad verba prophetarum:Sanctum deum lucis
actorem per ſaluatorem noſtrum Ieſum cum ſancto ſpiritu inuocantes.Iam vero & Orige-
nem multis in locis expoſitionum quas in pſalmos ædidit,deprehendimus, cum ſancto ſpi
ritu gratias agentem deo,virum qui non omninò ſanas habet in omnibus de ſpiritu opinio-
nes:nihilominus & hic reueritus conſuetudinis robur, pias voces emiſit de ſpiritu,qui qui-
dem in ſexto ni fallor libro Enarrationum in euangelium Ioannis , etiam adorandum ſpi-
ritum euidenter pronuntiat , ita ſcribens ad verbum : Quoniam aquæ lauacrum ſignificat
purgationem



A purgationem animæ ab omnibus malitiæ ſordibus ablutæ, nihilo tamen minus & per ſeip-
ſum,ei qui ſeipſum præbet diuinitati adorandæ trinitatis,per virtutem inuocationum gra-
tiarum principium ac fontem habet.Ac rurſus in Commentariis,quibus exponit epiſtolam
ad Romanos , Sacræ inquit , virtutes capaces ſunt vnigeniti & ſancti ſpiritus deitatis.Ad
hunc modum opinor,traditionis vis ſæpe compulit homines , etiam ſuis ipſorum dogma-
tibus contradicere.At nec Africanum hiſtoricum,talis glorificandi forma præteriit. Siqui-
dem palàm eſt in quinta de temporibus epitoma,& ipſum ad hunc loqui modum. Nos ve-
rò qui & illorum verborum menſuram didicimus,nec ignoramus fidei gratiam, gratias a-
gimus ei,qui prębet noſtris patribus omniũ ſeruatorem ac dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum,
B cui gloria,maieſtas , cum ſancto ſpiritu in ſecula.At de cæteris fortaſſis dubitari poſſit, aut
credi poſſint per intolerabilem audaciam à ſcribis immutata, quum in vnica ſyllaba ſit diſ-
crimen.Verum quæ pluribus verbis dicta citauimus , ea nec recipiunt inſidiarum ſuſpicio-
nem , & ab ipſis libris paratum habent teſtimonium. Porrò quòd alioqui fortaſſis humilius
videbitur,quàm vt in medium adducatur,ſed ei tamen qui de nouitate accuſatur,neceſſariũ
ad teſtificandum temporis antiquitatem, hoc quoque nunc adiiciemus. Viſum eſt patribus
noſtris,veſpertini luminis gratiam haudquaquã ſilentio arripere,ſed mox vt apparuit agere
gratias.Quis autem fuerit autor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad
lucernas, dicere non poſſumus. Populus tamen antiquam profert vocem , neque cuiquam
C vnquam viſi ſunt impietatem committere, qui dicunt , Laudamus patrem & filium & ſpi-
ritum ſanctum dei . Quòd ſi quis etiam nouit Athenogenis hymnum , quem tanquam ag-
greſſorium diſcipulis ſuis reliquit, feſtinans iam ad perfectionem quæ fit per ignem , is no-
uit & martyrum ſententiam de ſpiritu.Et hæc quidem hactenus.Cęterùm Gregorium Ma-
gnum,& illius voces quo loco ponam? An non cum Apoſtolis & prophetis, virum qui eo-
dem ſpiritu quo illi verſatus ſit,quiq; ſanctorum veſtigiis per omnem vitam inhæſerit,quiq;
euangelicæ conuerſationis vigorem quandiu vixit præſtiterit.Equidem illud dixerim,pro-
fectò iniuria affecerimus veritatem,ſi non animam illam annumeremus iis qui deo iuncti
ſunt,qui velut inſignis magnaq; lucerna in eccleſia dei reſplenduit,qui è ſpiritus ope terro-
D rem habuit aduerſus dæmonum poteſtatem . Nam tantam acceperat gratiam ad obedien-
tiam fidei inter gentes,vt aſſumptis non plus ſeptemdecim Chriſtianis,vniuerſum populũ,
& vrbanum, & ruſticanum , per agnitionem adiunxerit deo.Ille & fluminum curſus in di-
uerſum vertit,præcipiẽs illis in magno nomine Chriſti, & paludem exſiccauit,belli cauſam
præbentẽ fratribus auaris.Cæterum prædictiones de futuris eiuſmodi ſunt, vt nihilo ſit infe
rior cęteris prophetis. Sed omninò perlongum fuerit viri percenſere miracula, qui propter
donorum excellentiam quæ in ipſo operabatur ſpiritus,in omni virtute,ſignis ac prodigiis,
ab ipſis etiam veritatis hoſtibus alter Moſes appellatus fuit. Intantum in illo in omnibus tũ
dictis tum factis,eorum quæ per gratiam peragebantur,veluti lumen refulſit, ſupercœleſtis
E virtutis indicium , quæ ex occulto aſſectabatur illum.Cuius & in hodiernum quoque diem
magna eſt apud eius regionis homines admiratio, recensq; ac ſemper vigens memoria ſic
infixa eſt eccleſiis, vt nullo tempore obſoleſcat . Itaque non factum aliquod , non dictum,
non figuram vllam myſticam,vltra quam illis reliquit, eccleſiæ adiecerunt . Imò hic multa
in his que apud illos aguntur in ritibus vidẽtur imperfecta,propter inſtitutionis antiquita-
tem.Neq; enim ſuſtinebant qui in eccleſiæ adminiſtrationem ſucceſſerant additamenta
quæ poſt illum adinuenta ſint recipere.Idem igitur fuit glorificationis modus, quem inſti-
tuit Gregorius,& is cui nunc contradicitur,ex illius inſtitutione eccleſiæ obſeruatus.Haud
multum ſit negotij,ei qui ſe paulum excitarit,ſuper his certitudinem accipere. Hanc fidem
& Firmiliano noſtro fuiſſe,teſtãtur illius libri quos reliquit.Inſuper & Meletium illum ad-
F mirandum,in eadem fuiſſe ſententia,narrant qui cum illo vixerunt. Sed quid opus eſt ve-
tera commemorare? Imò nunc qui ſunt Orientales,nonne hoc vno potiſſimum piè ſentien
tes agnoſcunt,hac voce veluti ſigno,ſuos ab alienis diiudicantes ? Vt autem ego è quodam
Meſopotamio audiui,viro & linguæ eruditæ & mentis integræ,ne licet quidem illis, etiam
ſi velint,aliter ſonare vocem eo loco receptam,ſed neceſſe eſt illis,per voces idem cum hac
pollentes,iuxta quandam maiorum proprietatem glorificationem offerre.Quin & Cappa-
doces ſic iuxta regionis morem loquimur, iam tum in linguarum diuiſione , dictionum v-
ſum prouidente ſpiritu.Quid porrò Occidens totus , propemodum ab Illyrico vſque ad fi-
nes noſtri orbis? Nonne per hanc vocem orat? Qui fit igitur, vt ego ſim innouator,& recen


tiorum

tiorum verborum architectus? quum totas nationes, ciuitates, & conſuetudinem omni ho- G
minum memoria vetuſtiorem, inſuper & viros eccleſiæ columnas, & omni ſcientia ac vir-
tute ſpiritus venerandos, duces & autores huius vocis exhibeam? Ob hæc aduerſus nos mo
uetur hoſtilis acies, omnesq; ciuitates, vici, & omnes extremi fines pleni ſunt nos calumian
tium vocibus. Moleſta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem: verum quo-
niam eſt magna merces eorum, qui perſeueranter pro fide ſuſtinent afflictiones, præter hæc
& gladius ſplendeſcat, & ſecuris acuatur, & ignis ardeat Babylonico illo vehementius, &
omnia ſuppliciorum inſtrumenta in nos moueantur: Quod ad me quidem attinet, nihil ar
bitror formidabilius, quam non formidare minas, quas dominus in ſpiritum blaſphemias
iacientibus intentauit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei, ſufficiunt hæc H
quæ dicta ſunt, quòd recipimus vocem adeò gratam & amicam ſanctis, inſuper & tam diu-
tino vſu comprobatam, quę ex quo tempore eſt annuntiatum euãgelium vſque ad præſens,
demonſtratur in eccleſiis vſitata fuiſſe, & quod eſt omnium maximum, quæ pium ac reli-
gioſum habet ſenſum. Cæterum apud magnum illud tribunal, quam nobis excuſationem
apparauerimus? Nimirum quod induxit nos ad gloriam ſpiritus, primum honos illi habi-
tus à domino, in baptiſmate ſpiritum adiungente ſibi & patri: præterea quòd quiſque no-
ſtrum per talem initiationem ad dei cognitionem inſtitutus eſt. Super omnia verò terror
minarum arcens omnem indignitatis & humilioris opinionis cogitationem. Aduerſarij
porrò quid tandem dicturi ſunt? Quam blaſphemiæ excuſationem adferent? qui neque ho- I
norem quem dominus tribuit ſpiritui, reueriti ſint: nec minis illius deterriti. Iſtis quidem li
berum eſt de ſuo conſultare negotio, aut etiam mutare conſilium. Ipſe vero optarim, pri-
mum vt deus bonus det ſuam pacem vincentem in cordibus omnium, vt iſti qui fremunt
in nos, atrociterq; conglomerati inſurgunt, in ſpiritum lenitatis & charitatis compeſcan-
tur. Quòd ſi prorſus ſic efferati ſunt, vt non poſſint manſueſcere, certè det nobis illorum fa-
cta toleranter ferre. In ſumma, qui condemnationem mortis in ſeſe habent, his moleſtum
non eſt pro fide affligi: ſed maximè intolerabile eſt in ea non certaſſe, quandoquidem athle
tis non perinde graue eſt in certamine plagas accipere, quàm omnino non admitti in ſtadi-
um. Aut fortaſſis hoc erat ſilendi tempus, iuxta ſapientem Solomonem. Nam quid prodeſt K
reuera clamare aduerſus ventum, quum tempeſtas adeò violenta vitam occupet, à qua mẽs
quælibet eorum, qui verbo initiati ſunt, velut oculus puluerulentia quadam, ex errorum ſe-
ductione, oppleta, confuſa eſt: quælibet aures grauiſſimis & inſolitis ſonis obtunduntur, tur
bine verò circumaguntur omnia, ſuntq; in periculo ruinæ.

## EXPOSITIO PRAESENTIS ECCLESIARVM STATVS. CAPVT XXX.

Celeuma.

QVI igitur comparabimus præſentẽ ſtatum? Profectò ſimilis bello nauali, quod ex L
multo odio, ex veteribus offenſis inter ipſos per longum tempus alito, naumachi
quippiam ac bellaces inſtituerunt. Nunc igitur in hac imagine mihi ſpecta terribi-
lem vtrinque concurſum, mox ira iam eò erumpente vt ſit immedicabilis, vtram-
que partem ſimul proſtratam confici. Pone ſi vis violento turbine circumagi claſſem, cali-
ginemq; denſam è nubibus incumbere, adeoq; obſcurare rerum viſibilium ſpecies, vt nulla
ſit amicorum & hoſtium diſcretio, propterea quod ob confuſionem ſymbola militaria ſint
ignota. Huic imagini propter euidentiam addamus etiam mare intumeſcere, atque ab imo
ſubuerti, rapidumq; Aquilonem è nubibus deorſum erumpere, horribilemq; procellam in-
gentibus fluctibus, quos tricymias vocant exurgere: poſt hęc ventis vndique cõcurſantibus, M
totam claſſem inter ſe cum fragore collidi, atque in conflictu, alios quidem veluti ſui pro-
ditores ad ipſam deſperationem vltrò transfugere, alios cogi, vt pariter & ſcaphas impellant
à ventis actas, & occurrant irrumpentibus, ſeſeq; mutuò per ſeditionem trucidẽt: quam ſe-
ditionem partim iam ad extremum prouecta inuidia, partim quæ ſingulis adeſt vincendi
cupiditas excitauit. Ad hæc cogita confuſum quendam & indiſcretum clamorem, per vni-
uerſum illud mare reſonantem, partim è ventorum ſtrepitu, partim è colliſione nauium,
partim ex vndarum impetu feruentium, partim ex vociferatione prælantium varias voces
pro ſingulorum affectibus emitti, vt neque naucleri, neque gubernatoris vocem exaudire li
ceat, ſed prodigioſam quandam mixturam confuſionemq; incredibilium malorum dum
ob



A ob omnem vitæ ſpem ereptam, prorſus non timent peccare. Adiice iiſdem & immedicabi-
lem quẽdam morbum, ac inſanabilem præ gloriæ cupiditate inſaniam, vt quum nauis iam
in fundum maris deferatur, tamen nautici duces primam aſſequendi laudem contentionẽ
non remittant. Tranſi iam ab imagine, ad ipſum mali archetypum. An non iam olim vide-
batur Arianum ſchiſma, in aduerſariam eccleſiæ dei partem ſeparatum in hoſtium acie ip-
ſum per ſe ſolum obſtitiſſe? Verùm poſtea quàm è longa atrociq; contentione, vſque ad ma
nifeſtum certamen in nos inſtructi ſunt, tum deniq; bellum in multas partes iuxta modos
innumerabiles diſſectũ eſt, vt partim ob publicam ſimultatem, partim ob peculiarem ſuſpi
cionem omnibus odium irreconciliabile eſſet. Hæc vero tempeſtas eccleſiarum, qua tãdem
B marina procella non eſt atrocior? In qua vt tota patrum ditio commota fuit, ita omne fun-
damentum, & ſi quod dogmatum munimentum conuulſum eſt. Voluuntur inſuper & quaſ
ſantur omnia, putri baſi innitentia, dumq; alij in alios viciſſim impetum facimus, alij ab a-
liis ſubuertimur. Et ſi te prior non percuſſerit hoſtis, is qui auxiliatur, vulnerat. Quòd ſi ille
ceciderit ictus, comprotector inſurgit. Tantum inter nos habemus ſocietatis, quantum cõ-
muni odio aduerſarios proſequimur. Vbi porrò præterierint hoſtes eos, iam videmus ho-
ſtes inter ipſos eſſe mutuos. Hoc rerum ſtatu quis enumerare poſſit naufragiorum multitu-
dinem, vel eorum qui hoſtium impreſſione demerguntur, vel qui ex occultis ſociorum in-
ſidiis occidunt, vel qui per imperitiam ducum pereunt, quum eccleſiæ vnà cum ipſis homi-
C nibus hæreticorum dolis velut ſub aqua latentibus ſcopulis illiſæ, perditæ ſint. Alij verò ex
hoſtibus ſalutiferi ſpiritus, qui gubernacula occuparant, circa fidem naufragium fecerint.
Cæterum turbationes ab huius mundi principibus proficiſcentes, an non quauis procella,
quouis turbine horribilius ſubuertunt populos? Eccleſias vero, caligo quædam adeò triſtis
ac mœſta occupat, videlicet luminaribus mundi, quæ deus poſuerat ad illuminandas popu
lorum animas, domo profligatis. Porrò, immodica iam inter ipſos vincendi contentio, quũ
iam immineat terror, minitans internitionem vniuerſi, adimit mali ſenſum. Nam priuata
ſimultas plus eſt quàm commune publicumq; bellum, dum aduerſarios vincendi gloria,
præfertur publicæ omnium vtilitati, quibus præſens temporariáque gloriæ voluptas, prior
D ac potior eſt, præmiis in poſterum repoſitis. Eoq; omnes pariter quocunque poſſunt modo
parricidiales manus ſibi inuicem adferunt. Acerbus autem quidam clamor eorum, qui per
contentionem inter ſe diſceptant, confuſaq; vociferatio, & indiſtinctus ſonitus è nunquam
ſilentibus tumultibus, totam propè iam eccleſiam impleuit, per exceſſus ac defectus rectum
pietatis dogma ſubuertentibus. Nam alij quidem ad Iudaiſmum, ob perſonarum confuſio-
nem: alij contrâ, ad paganiſmum per naturarum contrarietatem deferuntur: adeò vt nec di
uinitus inſpirata ſcriptura inter illos ſequeſtram agere poſſit, nec apoſtolicæ traditiones il-
los inter ſe conciliare valeant. Sed vnicus amicitiæ finis, eſt ad gratiam loqui: ac ſufficiens
eſt inimicitiæ cauſa, opinionibus diſſentire. Porrò, erroris ſimilitudo, res eſt quauis coniu-
E ratione fidelior ad ſeditionis ſocietatem. Theologus vero quilibet eſt, etiam ſi maculis in-
numerabilibus conſcientiam habeat notatam. Hinc rerum nouatoribus multa copia ſimul
adiuuantium ſeditionem. Itaque qui ſeipſos ſuis elegere ſuffragiis, quiq; affectant principa-
tum, ij eccleſiarum præfecturas ſortiuntur, repulſa ſancti ſpiritus adminiſtratione: iáq; pror
ſus euangelicis ritibus ob ſublatum rerum ordinem confuſis, ineffabilis èſt ad præfecturas
irruptio eorum, quorum quiſque ſe palam ingerit ad dignitates, vi depulſis cæteris. Itaq; gra
uis quædam anarchia, ab hoc principatus amore populos inuaſit: vnde irritæ ſunt & otioſæ
præfectorum exhortationes, dum nemo magis alteri auſcultare, quàm aliis imperare debe-
re, ob faſtum ex inſcitia conceptum exiſtimat. Has ob res, ſilere vtilius iudicaui, quàm loqui,
tanquam hominis vox per tantos tumultus exaudiri non poſſit. Nam ſi vera loquutus eſt
F Eccleſiaſticus, Verba ſapientum in quiete audiri: plurimum abeſt, vt in hoc ſtatu rerum de
his loqui conueniat. Me vero etiam illud propheticum dictum reprimit, Intelligens in tem
pore illo tacebit: eo quòd tempus malũ eſt, in quo alij quidem ſupplantãt, alij vero inſultant
lapſo, alij vero dominantur: cæterum qui lapſo manum ex miſericordia porrigat, nullus eſt.
Atqui iuxta legem veterem, qui vel iumentum inimici ſub onere collapſum præterierit, nõ
caret damnatione. Sed non itidem fit hiſce temporibus. Quinam fieret, quando refrigerata
omnium charitate, ſublata eſt fratrum conſpiratio, concordiæ vero etiam nomen ignora-
tur. Sublatæ ſunt autem etiam amicæ admonitiones, nuſquam viſcera humana, nunquam
lachryma ex condolentia. Non eſt qui infirmum in fide ſuſcipiat, ſed tantum odium inter
contribu-

contribules exarſit, vt quiſque magis proximi ruina, quàm de propriis rectè factis exultet. G Quemadmodum in contagiis peſtilentiarum, etiam ij qui ſumma cura ſeruãt victus rationem, tamen iiſdem morbis quibus ęgroti laborãt, dum ob conſuetudinem eorum, qui corrupti ſunt, opplentur & ipſi. Itidem nunc omnes ſimiles inter nos facti ſumus, à contentione, quæ noſtros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti. Hinc implacabiles & amari ſedent erratorum examinatores, iniqui vero & maleuoli rectè factorũ iudices, ac tantum, vt videtur, malum vobis inſedit, vt etiam brutis facti ſimus brutiores. Siquidem inter illa quæ ſunt eiuſdem generis in eodem armento paſcunt, at nobis atrociſſimum bellum eſt aduerſus domeſticos. Itaque propter has omnes cauſas ſilendum erat, ſed in diuerſam partem retraxit charitas, non quærens quod ipſius eſt, ac vincere cupiens omnem temporum H ac rerum difficultatem. Quin & pueri qui fuerunt in Babylonia docuerũt nos, etiam ſi nemo ſit, qui pietati ſuffragaretur, tamẽ per nos ipſos quod officij noſtri eſt peragere, qui quidem ex incendio medio canebant hymnos deo, haud reputantes multitudinem aſpernantium veritatem, ſed ſibi inuicem ſufficientes, quum eſſent tres. Quapropter ne nos quidem deterruit hoſtium denſiſſima turba, ſed fixa ſpe in præſidio ſpiritus, cum omni fidutia virtutem annuntiauimus. Alioqui foret omnium miſerrimum, eos qui conuiciis inceſſunt ſpiritum, tam facilè ad impiè loquendum audaciam ſumere, nos vero qui talem habemus protectorem ac patronum, non audere ſermonem ſuppeditare, qui ex maiorum traditione perpetua memoriæ ſerie ad nos vſque ſeruatus fuit: magis tamen excitauit impetum I noſtrum igneus charitatis tuæ non fictæ feruor, morúmque tuorũm grauitas ac taciturnitas, quæ res ſpondebant fore, vt ea quæ dicturi eſſemus non prodirent in vulgus, non quòd digna ſint quæ celentur, ſed ne margaritæ proiiciantur porcis. Et hæc quidem hactenus. Quòd ſi tibi de his ſatis dictum videtur, ſit hic ſermonis finis: ſin minus, nulla inuidia eſt, ſtudioſè aſſidentem inquiſitioni, per interrogationem à contẽtione alienam aliquid addere cognitioni. Dabit autem dominus per nos & per alios, eorum quę deſunt ſuppletionem, iuxta ſcientiam quæ dignis ſubminiſtratur à ſpiritu.

*Finis prioris tomi.*

Index quaternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z A B C D.

Omnes ſunt quaterniones præter D ternionem.

PARISIIS

*Excudebat Carola Guillard in uia ad diuum Iacobum ſub ſole aureo.*